Athenis accersitum Platonem ad instruendum Dionysium eius filium legimus, optima quidem ratione, nam quod teneris mentibus insitum est, altè radices mittit, nec postea facilè vlla vi diuelli potest. Rectè igitur Flaccus ait. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu, sin verò errores vllos imbiberint, his duplici tempore opus erit, primum vt errores excutiant, deinde vt vera præcepta condiscant, quamobrem Timotheus musicus sui temporis illustris, à discipulis qui nihil apud alios profecissent, certam paciscebatur mercedem, ab his verò qui ab alijs quidpiam didicerant duplum exigebat; iacenda sunt igitur in hac ętate fundamenta bene viuendi, & formandus ad virtutẽ animus dum tener est & facilis quamlibet impressionem admittere, quæ vt tunc erit, ita & in reliqua vita seruabitur, & si melioribus in initio assueuerit, illos habebit præcipuos, & veluti ducibus semper vtetur: non igitur quibuslibet committendus erit Imperio natus, sed his tantum quorũ nõ iam exemplo peccent, sed authoritate deterreãtur, quorũ (vt Plutar. ait) vita nullis sit obnoxia criminibus, irreprehensibiles mores, & optimum experimentum. à quibus, dijs bene iuuantibus, mores primum, mox eloquentiam discant, quæ malè sine moribus discitur. qui verò principis instituendi prouinciam suscipit rem grauissimã agere cogitabit, Deoq; acceptissimam si vacuũ adhuc & molle principis pectus salutaribus preceptis informandũ curauerit, bonumque & salutarem principem reddiderit.

A teneris igitur (vt aiunt) † Princeps inclite studijs laboribusque assuescere oportet, & virtutis curam habere.

22 De amore cura & veneratione virtutis.

Ad leptam M. Cicero scribens monebat vt in ore semper haberet Hesiodi illa carmina quę vniuersi decãtant. Aspera inquit primo & pene inuia, & sudoris continui ac laborum plena via, quę ad virtutem ducit, quamobrem nec cuiusuis est illam capescere, nec capescenti facile ad culmen euadere, sed vbi id superaueris ex eius fastigio videre licet, vt via illa leuis sit, pulchra, expedita, & facilis, longeque iucundior quàm altera quę ad vitja ducit, quam vniuersam simul arripi posse idem poeta testatur, propter aliud nihil, quàm vt nos ad virtutem probitatemque adhortaretur, illa dixisse ne laboribus victi ante finem desisteremus.

Et quid aliud est Homeri poesis, quam laus virtutis? verùm in eo loco maximè patere, quum Caphalenorum ducem naufragio eiectum, tantum absuisse, vt illos quibus & solus & nudus apparuit verecundia aliqua auerteret, quandoquidem pro vestibus virtute illum dixit orna-

tum, & primum cum Regina reuerita sit, reliqua deinde pheacum multitudo tanti putauit, vt relictis epulis quibus commessabantur vnum illum cuncti intuerentur, nullumque eorum qui eo tempore magis & quicquam à Dijs optaret, quam Vlyssem fieri, quanquam, & nudum & naufragum. Hoc loco acutissimus quidam vir poetarum interpres ait. Homerum clara voce exclamare, O homines sit vobis cura virtutis, quæ & cum naufragio simul enatat, & in littore nudum eiectum fortunatis pheacibus & venerabiliorem ostendit, & ita profecto res est. Cętera omnia non magis possidentium sunt quam cuiusque, vt in talari ludo huc & illuc transeuntia, sola virtus & viuenti & mortuo stabilis est, & firma possessio, qua ratione motus fuit Solon, quum inquit ad diuites. At vos non permutabitis cum virtute diuitias, quoniam virtus firma est, diuitias verò alius alias possidet.

23 De libris per principem legendis dignitateque & vtilitate literarum.

Sed † quomodo virtutem parare & consequi poteris, in virumque Imperio dignum euadere, si literis operam non dederis? multa quidem suggerunt, amici, sed nulli plura quam boni codices, hunc Demetrius phaleteus Ptolæmeum Aegypti Regem admonebat, vt de regno Imperioq; libros legeret, in quibus inueniret scripta quæ amici reges monere non auderent. Et Alphonsus Arragonum Rex sapientissimus, quibusdam percunctantibus, vtri rei plus deberet armis an libris, ex libris respondit & arma didici, qua voce omnia se debere libris professus est: Catoque dum Senatus cogeretur in curia libros lectitare solebat, vnde & in rem præsenté, & in omne tempus saluberrima patriæ consilia dictabat, Mirum est quantum valeat ad vitæ institutionem optimam, assidua & diligens lectio. Si enim Aphricanus ille Scipio (vt Salustius scribit) maiorum imagines intuens ad virtutem excitabatur, quanto magis illorum dicta factaque imitatione digna sępius animo repetita, & ante oculos posita commouebunt? quæ igitur potest esse vita iucundior, aut certè commodior quam legere semper, aut scribere, & antiquitatis res cognoscere præsentesque cum posteris loqui atque in omne tempus quod & præteritum est & futurum nostrum facere. O præclaram suppellectilem librorum. Et o iucundam familiam, vt rectè Cicero appellat, vtique & frugi & bene morigeratam nó enim obstrepit, non inclamat, non est rapax, non vorax, non contumax. Iussi loquuntur, & item tacent semperq; ad omne Imperium præsto sunt à quibus vnquam nihil nisi quod velis, & quantum velis audias, eos igitur habendos legendosque & hortor & rogo.

24 De pedia Cyri elegantissima q̃ fideliter scripta nõ fuit.

Inter cætera verò principi perquam vtile esse arbitramur, post primas literas, & sacra Christi Euangelia, diuinaque dogmata † Cyri pediam à Xenophõte eleganter sanctiusque magis quam fideliter scriptam legere, Maximè duos primos libros, vltimo non neglecto, quę sunt partes regiæ, quæ sint munera principum, tam pacis quàm belli temporibus, & qualis esse debeat boni principis vita, ab incunabilis & crepundijs ipsis. (vt aiunt) vsque ad extremum vitæ terminum ex ipsa Cyri institutione cognosces, quo insigni pietate viro nec pace nec bello melior, iustioríue alter inueniri posset, exemplũ boni principis, ad imitandum, qui inde sumpserit non errauerit, Cuius quidem Pediæ excellentia, vel ex eo maximè patet, quod Aphricanus ille Scipio & M. Cicero quum Imperator esset, præ manibus semper habebant totamque legendo contirue re, Dumque publicis, occupationibus nondum per ætatem distineris, vtile erit † singulis diebus horum lectioni T. Liuij & aliorum historicorum impendere, nam cognoscere res gestas, memoriæ veteris ordinem tenere antiquitatis, exemplorumque notitia abundare, & decorum, & regale est. At nihil earum rerum scire quę antequam nascereris factæ sunt, hoc est Cicerone iudice, semper esse puerum. Est prętereà (vt Liuius ait) operæpretium in voluminibus historicorum omnis exempli documenta velut in illustri monumẽto posita intueri: vnde quæ imitanda sunt depromere, ac nobis proponere ad imitandũ, quæ fugienda fugere possimus, optimus est princeps, qui per sese recta cognoscit, & operatur, qualem te esse confidimus, Hoc etiam in lectione prædicta vtile & salubre fuerit scire quibus actibus qua disciplina quibus moribus maxima imperia orta sint, maximi Imperatoris nomẽ sibi immortale pepererint, è cõtrario qua vitiorũ labe infecta amplissima regna corruerint, Indeq; documẽta capere ꝑ quæ vel publicis vel priuatis rationibus consulitur, plusque sapiẽtiæ (vt aiunt) ex reuolutione prædictorum librorum tibi vno anno parabis quàm Vlysses annis viginti tot calamitatibus & periculis vix credendis agitatus. Pulchrè itaq; Cicero in orationibus ait. Cæteras res neque ætatum omnium, neque locorum esse, sed literarum studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium & solatium prebent, delectant domi, nõ impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur & rusticantur, nihil igitur literis præstantius, nihil excellentius, nihil vtilius, vllo vnquam tempore excogitatũ est, literis cõstat immortalitas hoĩum, & memoriæ fulcitur ęternitas, literæ res multis antea seculis à pluribus nationibus gestas nobis ostentant, literis omniũ disciplinarum cognitio percepta est, commertium literarum tolle ex hominibus, solem ex mundo ipso sustuleris, vnde non perperam Plato omnes idiotas, & doctrinarum expertes pueros quodammodo appellandos dicebat. Dies me deficeret princeps pulcherrime, si præter mirabiles voluptates quas in animis hominum doctrinarũ studia pariunt, vberrimos fructus qui ex studijs literarum habentur exprimere conarer.

Audiendi igitur non sunt † aulici quidam qui literas accusant & detestantur in principibus maximè: si enim propterea condemnandas ducunt, quod discendę non sint tam quam non necessariæ, nescio quid sit quod ipsi discendum putent, nisi si quid honestum, quid turpe, quid bonum, quid malum, quid expetendum, quid fugiendum, quid noxium scire ipsi non putent, necessarium verò lautius conuiuium paretur, & Veneris satisfieri possit volupatibus, scire solummodo putent, necessarium esse, hi falluntur omnino & quod dici solet, tota errant via, 26 Cõtra osores literarum.

Vegetius de re militari † nullus est inquit quem oporteat vel plura vel meliora scire quã principem, cuius doctrina omnibus subditis prodesse debet, vt enim in nauigatione nauclorum, cui clauus commissus est, oportet cæteris antecellere peritia gubernandi, vigilia, fide, sic eum qui principatum gerit, reliquos anteire oportet Imperatorijs dotibus. sapientia iustitia, animi moderatione, & ardentissimo publici commodi studio. præcipuè enim qui excellsiori loco sunt, quorumque nihil neq; dictum, neque factum latere potest, congruum est ita principalibus artibus instructos esse, vt & fortuna & gradu dignitatis quam obtinent digni habeantur, ęquum est enim qui sibi summa omnia deberi volunt, debere, & eos summa omnia de se pręstare, nec est vlla certior, aut stabilior regnandi ratio quam si hi qui regna obtinent ab omnibus dignissimi omnium regno iudicentur: Hinc Alphonsus Arragonum Rex prudentissimus quum audisset, ex aulicis suis quendam dixisse, non decere principem scire literas, neque illi esse necessarias, exclamasse fertur eam vocem bouis esse non hominis, quum à rationis iudicio non fuerit profecta, sed à bellua emissa, ac ab his qui verentur, ne vbi princeps bonarum disciplinarum studijs clarior, splendidor, meliorq; euaserit ipsorumq; oculos perstrinxerit, inferiorem gratiæ vel auctoritatis gradum sint occupaturi. Quid enim per Deum immortalẽ dignius quam inter cęteros doctrina sapientiaque excellere. maximè si princeps sit, à cuius regimine totius Imperij, ditionisque fortuna dependet, quicquid enim delirant reges plectuntur achiui (vt ille ait) natura si ab honesto abhorrent, aut si quid ambitione, ira, stultitiaúe peccent, id protinus totius ingenti orbis malo faciũt. Iul. Cæsar. August. Adrianus. M. Ant. alijq; prisci Romanorum Imperatores, immo Philippus & Alexander Macedonum Reges sine hac literarum suppellectile, vix se principes hominesúe censebant. 27 Principis proprium ẽ plus scire quam alij intelligãt.

25 De vtilitate lectionis historiæ: [margin note beside "tem distineris, vtile erit † singulis diebus horum lectioni T. Liuij"]

† Ex

28 *Boni principes literis ornati fuere.*

† Ex hisque maximè principibus quos vulgus idiotas appellat, quique literas nesciunt plurimos (vt scribunt historici) teterrimorum vitiorum maculis respersos inquinatosq; videmus, Quamobrem generose princeps ad bonarum literarum studia, ceterasque ingenuas disciplinas iterum te hortor & applicare animum, te rogo, atque ea corporis exercita suscipias, quæ bonam valetudinem saluent, & robustiora membra reddant, eumque te à puero instituas, vt probatiss. ac virtute proditos, sequi & complecti assuescas. Est autem virtutis ea natura vt in quo sit, diu latere nõ possit, sic optimam spem de te populis tuis polliceberis, quum te delectari præstantissimorum hominum consuetudine intellexerint, quod cernentes, sperabunt te eum, in quo sint reposita virtutis præmia. Homines in speculis suis obseruant, quemadmodum te gerere incipias, magna tibi est, si dissimulare non vis necessitas probitatis imposita, nè à maiorum virtute degeneres, artibus verò bonis (vt aiunt) nisi quis ab adolescentia fuerit institutus, aut si peruersis infectus extiterit, non facilè de se speret in ætate prouectiori posse, aut has abijcere, aut illas continuò sibi parare. In his quæ circa vitam sunt, continentia adhibenda est, quia maximè teneriorum principum, quibus inter affluentiam rerum ad omnes voluptates suppetentium, & assequendi quæcunque cupierint vix rationi & recto iudicio vacat vspiam locus, idq; ne immoderatio, res fiant, quia (vt ait Gellius) † compertum est, impuberes si plurimo cibo, potuque vtentur hebetiores, tardioresque fieri. Præterea superfluus cibus, & potius, abundantiores somni ex consuetudine magis sunt, non quo varijs habitudinibus corporum, plus minusúe deberi ex rebus negem. Sed quod in omnibus hominibus, natura paucis adiumentis contenta sit, si necessitatem spectemus si voluptatem nihil videri possit satis, Brachmani, vt ad Alexandrum in quadam Epistola Didymus scribit, puram simplicemque viuunt vitam, nullius rerum capiuntur illecebris, nihilque plus appetunt, quàm naturæ ratio flagitat nulla propterea apud eos morborum genera, nullus medicinę vsus, quia parsimonia est illis medicina.

29 *De cibo potu & somno.*

Quia tamen non est durabile, quod sine requie est, neque libris semper immorandum est, neque in opere, exercitioque corporis, semper versandum sed danda est remissio animis corporibusque vt meliores, acrioresque, (vt ait Seneca) requieti resurgant.

30 *In salutando resalutando que seruandus esse modum,*

Instituendi præterea sunt princeps † quo pacto debeant venientes admittere, abeuntes dimittere, vt oporteat verecundè salutare maiores, minores humaniter colligere, amicos beneuolosque familiariter conuenire, quæ quum in omnibus aptè sedeant, cum verò in principibus, & eorum liberis speciosa videntur, & notantur, in his maximè in quorum moribus atque omni visa facilitas quidem amari solet, grauitas verò laudari. vtrobique tamen verendum est ne vel hęc in agrestem seueritatem, aut illa in scurrilem, leuitatem excat, hæc autem consequi poterunt, † si se facilè quisque argui monerique patiatur, quæ ratio in omni ætate & causa atque conditione salutaris. nam vt obiecto speculo, faciei nostræ mendas cognoscimus, ita & castigantibus amicis errores perpendimus animi, qui proximus est & ad emendationem locus, hi autem facillimè deceptioni parent, qui nihil audire volunt quod contristet, imbecillis est enim stomachi, ferre non posse nisi delicata: decet itaque & malè dicentes pati, & obiurgantes audiri, maximè eos qui in sublimiore sunt fortuna, & in quorum manibus vrbium populorumque ius est decet, non modo facilè sed & libenter bene monentes audire, quando & ipsi per multam licentiam prouiores sunt ad peccandum, & eorum peccata obesse pluribus solent. Difficilè est inquit Plato & plurimum laude dignum in magna peccandi licentia iustè vixisse, nec humanum sed angelicum est in carne pręter carnem viuere.

31 *Teneriori principi correctio plurimũ prodest.*

32 *De iustitia & clementia principis.*

Verùm quia † in rebus summum bonum est Iustitiam colere, quæ secundum Platonem, omni auro preciosior est & a principibus præsertim diligenda, iuxta illud diligite Iustitiam qui iudicaris terrá custodite iudicium & facite iustitiam, inquit etiam Isayas, quod non solum pro suo tempore, dixit, sed futurum quoque perspexit, & huic nostræ consulit, ętati, quæ plena flagitij sine iudicio retineri non potest, Iustitiam ipsam omnium virtutum (vt ait Cicero.) dominam & reginam cole, & semper obserua, illa vnicuique suum tribuit alienum non inuadit, propria vtilitate neglecta, publicata fouet atque tutatur. sine qua non solum Respubli. sed ne domus quidem constabit, absque ipsa etenim nullum est bonorum atque malorum discrimen. vnde Agesilaus Rex interrogatus vtra virtus melior esset fortitudo, aut iustitia, nullam fortitudinis vtilitatem esse respondit vigente Iustitia nam, si omnes inquit, iusti essent, nihil fortitudine opus foret, nihilque ad profligandas iniurias, vlla potentia, quum vbi iustitia sit, ibi nulla dissidia, nullę simultates, nulla iurgia, nulla denique prætia, sed pax, concordia & charitas, hinc à Cicero, & alijs iustis viris damnata est Cæsaris sententia, quam semper in ore habuisse dicitur, † Si ius violandum, est regnandi causa violandum est, quum bonorum virorum non sit recta, & honesta negligere, vt potentiam consequatur, nullum enim commodum tam esse expetendum ait, vt boni viri & splendorem, & nomen amittas, nihil autem esse quod afferre tantum queat, quantum auferre possit in illa quæ dicitur vtilitas, si boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamque detraxerit, quid enim interest vtrum ex homine se conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat, belluęque quod facit qui posthabita Iustitia sola libidine impulsus omnia gerit, vnde ex eo Cæsaris exitiali prouerbio, vexati fuere prouinciales, direpti socij oppressi ciues, iusiurandi contempta religio patriæ vis illata, cuiusque denique Dei spretus metus:

33 *De damnato prouerbio Cæsaris si ius violandum est regnãdi cã violan. est,*

34 *De antiquitate imperij domus. Sabaudiæ;*

Tu ergo qui † iustis principibus succedis cui ex Germania Saxoniæque inclyta domo ortos, iam vltra septingentos annos, tam latum, amplumque imperium altissimus cõcessit, nil tale dicas cogitesúe. Quid pręterea absurdius quã principem christianum Alexãdrum aut Cæsarem sibi proponere in quibus ipsis quasdam virtutes negant assequi, ea potissimũ imitabitur, quæ sola erãt fugienda non protinus trahatur in exemplum si quid fecit Cæsar, aut si quod fecit à Iustitia & Christi doctrina non abhorret, aut si est eiusmodi vt quanquã imitãdum non est, ad virtutis studiũ possit tamen accedere. Quid.n. prodest homini vt Euangelica testatur lectio, si vniuersum mundũ lucretur, animæ verò detrimentũ patiatur, Iustitiã igitur princeps inclyte, cole & obserua, & clementiã amplectere, quæ licet prima frõte contrariæ videantur, recto tamen iudicio cõiunctæ sunt immò (vt ait Ambrosium) vnum sunt. Nec vllum magis decet clemẽtia quã principẽ, quicquid sentiat, ille poeta dicens. Exeat aula qui vult esse pius. vt enim eleganter docet Flauius Vopiscus, dos. prima est Imperatorum, homines enim ad Deos nulla re propius accedere quàm salutem hominibus dando (Cicerone teste) qui Cæsaris clementiam innumeris laudibus attulit, hinc etiam ad Honorium Augustum † Claudianus scribit.

35 *De pietate Principis.*

Sis pius in primis, nam quum vincamur in omni.
Munere sola Deos ęquat clementia nobis.

Ideò misericordiæ virtus Deo attribuitur. Cuius propriũ est misereri. Et verè vt in orationibus ait Cicero, pietas est fundamentũ omnium virtutũ, miscenda est ergo leuitas cũ seueritate, faciendũ quoddã ex vtroque temperamentũ, vt neq; multa asperitate exulterentur subditi, neq; nimia benignitate soluatur, hinc Dauid virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Virga.n. percutimur, & baculo sustentamur. sit ergo districtio Iustitiæ quæ faciat, sit. & consolatio baculi quæ substentet, sit itaque amor, sed non emoliens, sit rigor sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè seuiens, sit pietas sed non plusquam expediat parcens. Intueri licet in Moysi pectore misericordiam simul cum seueritate sociatam, non igitur ita

36 Gratias indulgentiasque delinquentibus concedere an & quomodo princeps debeat.

passim, ita faciliter † delinquentes veniam à celsitudine tua consequatur, sed iusta legitimaq; causa tantummodò subsistente, ac matura concilij tui super hoc deliberatione precedente. Crudelis est principium clemētia parcere impijs, parricidis, & sacrilegis, nepharijs, non parcere ciuibus suis & populo qui ab his opprimitur, rari quippe boni sunt, & prona in malum est natura hominis, quæ si aliquando impunitatem assequitur, tanquam prouocata magis & magis prolabitur, nec tam venia communi vtilitati cōsuluit quàm vindicta, Cessant enim peccare homines vbi seueritas delicta compescit, facultas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi, Nec promiscuam igitur ac vulgarem habere clementiam oportet, nec abscissam, quum tam omnibus

37 Rex in regno instar est pluuiæ in terra.

ignoscere crudelitas sit quàm nulli. Rex est in regno† sicuti pluuia in terra, quæ Dei gratia est, cœli benedictio, terræ vita, viuentium nutrimentū. attamen in pluuia fiunt tonitrua, fulmina cadunt, intumescunt torrētes, fremunt maria, multaque mala contingunt, quibus pereunt viuentia pleraque, verùm tam accidentia mala non impediunt (vt ait Philo.) quin laudent Deum homines gloriosum in maiestate sua, signa eius gratiæ & bona misericordiæ considerantes: Sic accidit in principe à quo multa cōmoda prouenire solent, quę suis subditis displicent & molesta sunt, in eis tamē inest maxima vtilitas. Ab eo autem qui ex composito reus est sanguinis (vt sacrosancta scriptura admonet) non recipies pretium, sed iuxta mensuram culpæ sit plagarum modus. potius enim in corpore quàm in ere puniendi sunt delinquentes, nam ad coercēdam audaciam, multum valet propositum punitiones exemplum, quum ipsa miseri presens forma viuentis ad recordationem admonet consocios & ad considerationam (vt ait Orosius) cogit ignaros.

38 De liberalitate, benignitate, humanitate, ac abstinentia principis.

Qui imperare cupit † liberalis præcipuè esse debet. qui enim liberalitatem exercuerit, ex hostibus amicos, ex alienis suos, ex infidis fidos faciet, peregrinos & in extremis terris degentes ad sese amādum aliciet. Præclara igitur virtus, ac maximum principis ornamentum est liberalitas. nec curandum si multa perdantur. modo aliquid bene detur, vnum enim rectè positum multorum amissorum damna soluatur. Deumque si agendo imitatur, qui quum sit omnibus beneficus, ipse nec vllius beneficio eget, nec requirit beneficiū. hocq; animo esse debet bonus princeps, vt eum diem sibi perijsse putet, quo aliquē suo beneficio non iuuerit, semperque id cito faciat, quia vt ait Ausonius.

Gratia quum tarda est, ingrata est, gratia nanque.
Quum fieri properat, gratia grata magis.

Exercendaque est maximè liberalitas quum quis ex diuitijs sine vitio suo casu aliquo, vel iniuria in paupertatem ceciderit, semperq; modus adhibendus est, vrbem cuidam donabat Alexander, qui animo nihil nisi magnum conceperat, dum ille cui donabatur seipsum intuitus, tanti muneris Inuidiam refugisset, non conuenire fortunæ suæ dicens, non quæro inquit quid te accipere deceat, sed quid me dare. Hanc vocem dicebat illustrissimam Seneca, quum sit vbique virtutibus modus, eque peccat, quod excedit quàm quod deficit superabundę siquidem sunt (teste philosopho) qualitates à medio valde discrepantes, ideo inquit Arist. obseruantiam liberalitatis difficilimam esse, & eius transgressionem facillimam. In promptuque auaritiam aut prodigalitatem exercere, difficilè verò tenere liberalitatem. Si vis igitur virtutem liberalitatis acquirere, vires, inquit tuas considera, tempora, necessitates, & hominum merita. Vnde iuxta facultatem cum mensura indigentibus hominibus dona dabis, qui enim aliter dat, peccat & regulariter transgreditur liberalitatem, nec vlla acquirit laudem, qui non indigētibus donat, perdituręs quicquid indignis datur, ad Alexandrum inquit Arist. vnum dicam quod nunquam cessaui dicere, auaritiæ fugam & liberalitatis gratiam regum esse gloriam, & regnorum firmamentum, hocq; potissimum fit, quum rerum se abstinet, manumq; retrahit à subditorum bonis. Inueni siquidem, subijcit, in præceptis magni doctoris Hermogenis scriptum, summam & ve-

ram bonitatem, claritatem intellectus, ac signum perfectionis rege esse abstinentiam a rebus subditorum, quod si secus egerit, cito regnum illius curret, Huiusce verò continentiæ & abstinentiæ, laudis, multa & probabilia exempla nobis reliquere Romani, verùm proprio argumento (vt dicunt Historici) laus ista nititur, quoniam ex eodem naturæ vtro, & continentia nata est, & Cato, non est igitur liberatitatis quando vni extorquet quod alteri largitur, sed vbi de proprio donat. Illud itaque beneficij genus principi maximè sectandum est, quòd cum nullius in commodo, aut rectè iniuria coniunctum est: nam alios spoliare vt dites alios, hos pessundare vt illos euehas, malefacium potius quàm beneficium est. Romanę autem liberalitatis cælestem spiritum, cuius nullæ literæ satis dignis laudibus prosequuntur gloriam, vt omnes historici scribunt, in hoc hactu constituebant.

Nihil etiam sit † quòd malis, quàm & gratus esse & videri. quid in principe tam inhumanum, tam ferum, tam immane quàm committere vt beneficiō non dicam indignus, sed victus esse videatur? Hæc est vna virtus non solum maxima, sed & mater omnium virtutum reliquarum, vt in commentarijs causarum ait Cicero. Ideò Alexander à nullo vnquam se beneficijs victum (vt ait Seneca) gloriari solebat. 39

39 De ingratitudine cauenda.

Liberalitati † comes erit humanitas & benignitas, cuius excellentia tanta est, vt Iul. Capitolinus in historia Balbini Imperatoris, eum laudare volens dixerit, in terra benignius nihil fuisse. oportet etenim in Reipub. statu, quantum fieri potest, omnes ciues beneuoles reddere, quod si id fieri nequeat, saltem ita ne hostes existiment eos qui gubernant, & quum Alphonsus Arragonum Rex à suis monitus vt caueret ne nimia lenitas contemptū pareret, & perniciem, magis respondit cauendū est ne seueritas conciliet inuidiam, vnde maius exitij periculū, hac virtute præcipuè ornatū legimus Senatum Romanum, qui quum Carthaginensium legati in vrbem ad captiuos redimendos venissent, protinus his nulla pecunia accepta Iuuenes reddidit duum millium septingentorum quadraginta trium numerum explentes, tantum hostium exercitum dimissum, tantum pecuniam contemptam, tot punicis iniurijs veniam datam. ipsos legatos obstupuisse creditum est, secumq; dixisse, o benignitatem, o munificētiam gentis Romanæ, deorū benignitati æquari dam, o etiam nostra supra vota felicem legationem, nam beneficium quod nunquam dedissemus, accipimus, hinc etiam Aposto. de Saluatore nostro loquens ait, apparuit benignitas & humanitas Redemptoris nostri, qui alibi dicebat, discite à me quia mitis sum & humilis corde, Ideò Moyses quia mitissimus super omnes homines qui in terra morabantur erat, ob hanc virtutem creditur, vt Dionysius inquit, tantam cum Deo familiaritatem habuisse.

40 De benignitate & humanitate principis de quo est supra.

Laudatur ab historicis Antonij pij opulentia victus sine reprehensione, & parsimonia sine sordibus, † quodque rationes omnium prouinciarum & vectigalium optimè sciuerit. extollitur à Xenophonte Agesilaus Rex, qui sic sumptus ęquat censibus, vt nihil iniustum pecuniarum gratia facere congeretur. propterea neminem vnquam de Agesilo conquæstum esse, quod quicquam sibi abstulisset, scribit. Derident Historici Neronem qui diuitiarum & pecuniæ fructum, non alium putabat quàm profusionem, sordidos & parcos esse quibus ratio impensarum constaret, prælautos vereque magnificos qui auferrent & perderent; quod quum ipse fecisset. pecunijs destitutus, & ex haustus calumnijs atque rapinis intendit animum, secus qui Agesilai & Antonini & Alexandri Seueri vestigij insisterint, hi rerum copia n nquam destituentur, optimè enim augetur principis census contractis impensis. Cui igitur Reipub. cura commissa est, summopere prouidendum est, vt ab inutilibus ac superfluis expēsis abstineat, vanis ærarium necessarijs non sufficiat, sed rapaces manus ad aliena extendere necesse inde sit, & si enim frugalitatis verbo principes laudari non soleant, verùm fortis, iustus, seuerus,

41 De parsimonia frugalitateque principis et mensura sumptuum.

rus, grauis, magnanimus, largus, beneficus, liberalis, hæ sunt regię laudes. Tu tamen cum M. Cicerone frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam, & virtutem in principe maximam iudica, Sumptum igitur ac censuum præcipuam curam habeto, ne supra patrimonij ærariique vires effundas; sicque omnia bonus princeps agere debet, vt cum Augusto & Vespasiano rationem administrationis & factorum posit reddere. quisquis enim † bonam,

42 Omnia à principe sic agenda sunt vt possit omnibus, aut saltem Deo administrationis rationem reddere.

honestamque vitam agere instituit, quocunque in statu sit, ita se gerit, ita cuncta circunspicit, vt quamuis nulli teneatur, posit tamen omnibus aut, saltem Deo rationem reddere, causamque probabilem, hæc est enim vera teste Cicerone descriptio officij. quod qui negligit vt virtutem ipsam negligat oportet. Iure igitur ac merito, vt pessimum fuit olim ab Atheniensibus Alcibiadis consilium habitum. Puer enim adhuc meditanti & anxio Pericli quo pacto Reipub. de rebus administratis rationem redderet, conandum esse ne ratio redderetur respondit, quod dictum accipiēs ille, maximis calamitatibus patriam suam inuoluit.

43 De iis & affectibus à principe curandis.

In rebus agendis † consuescas iudicio, potius quam animi impetu duci, qui enim alijs præest, vacuus esse debet affectibus, sibique ipsi prius præsidere, desideria temperare, & in omni actione aduertere diligenterque curare vt appetitus obtemperet rationi. Ira nanque rectum quid sit cernere, minimè patitur, odium ad iniqua impellit, trahit ad vim inferendam libido, stimulat ad vindictam dolor, Inuidia pręcipitem agit, vtq; inquit Claudianus Dijs proximus ille est, quem ratio non ira mouet, Hinc Salust. omnes homines ait, qui de rebus dubijs consultant, ab omni odio, auaritia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, haud facilè animus verùm prouidet vbi illa officiunt. Ideo Plato deprehenso in facinore seruo, excandescens, Xenocrati ad eum venienti dixisse fertur, plagis hunc affige, id ego ne faciam impedimento est ira. Rectè igitur Cicero, in orationibus sapientis esse ait, non quid velit ipse, sed quid lex & religio cogat cogitare, neque sibi quodcunque concupierit licere, sed habere in consilio legem, religionem, fidem, æquitatem, libidinem autem, odium, inuidiam metum, cupiditates quòd omnes amouere. Nam Seuerino iudice, nubila mens est vinctaq; frenis hæc vbi regnāt, Dictique sunt principes vt ait Gregorius, quòd principentur cogitationibus, id est, omnes prauorum affectuum impetus constringant. Ideò princeps non putet sibi licere, quicquid libuerit, quodque principibus solent adulatores occinere. Verùm semetipsum ita instituat, vt non solum libeat nisi quod licet, immo nec hoc tibi licere credat, quod licet priuatis, quod enim in alijs error est, In principe flagitium reputatur, quod si iusta ira commotus princeps ad vindictam procedere decreuerit, sciat nequaquam hominibus irascendum esse sed corrigenda vitia medicorū exemplo, qui non indignantur ægrotos: sed morbo medentur.

44 Iussa principum diligenti consideratione prahabita sunt debere.

Verùm quum non solum iussus, sed etiam nutus principis attendi soleat, † videndum est ei magna diligentia quid iubeat, ne sub eius pretextu) quod Cornel. tacitus præmonet (honesti conatus prohibeantur. Et quicquid iuri vtilitatiue publicę contrarium est, etiam si à Cæsare mandatum fuerit sperni reijciq; debere, sanxerint leges, extatque Diui Traiani notanda sententia. dum enim præfectum pretorio ense cingeret hoc inquit, si iustè imperauero, pro me, si autem malè, contra me vtaris. Est iccirco ad bene recteque regendum & gubernandum salubris aureisque literis signanda, Claudiani ad Honorium admonitio dum ait.

45 Salubris ad bene recteque regem Claudiani instructio.

Tu licet extremos † lateat dormire per Indos
Te medus & mollis arabs, te scithes adoret,
Si metus, si parua facis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Atterius leges, tunc omnia iure tenebris,
Tunc poteris Rex esse tui Et paulo post
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti,
Hoc te prætereà crebro sermone monebo.
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognosceni, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus vsquam
Secretum vitijs. Nam lux altissima fati
Occultum nil esse sinit, latebrasq; per omnes
Intrat & obtusos implorat fama recessus,
Tu ciuem patremq; geras, tu consule cunctis
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota
In commune iubes, siquid censes esse tenendum
Primus iusta subi. Tunc obseruantior aqui
Fit populus, non ferre vetat, quum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis,
Regis ad exemplum. Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Qui nulli cesserit affectui, qui ab honesto nulla rerū specie deflexerit, qui præscriptæ doctrinæ tenax obseruato & fidelis fuerit cultos, qui præcepti Platonis memor fuerit, subditurum vtilitatem sic tuendo vt quicquid agit, ad eam referat, commodorum suorum obitus, bonū salutāremq; aget principem, viuā Dei cuncta moderantis referens imaginem, hic odium & inuidam subditorum vitabit, suorem amorem, & beneuolentiam aucupabitur, & sibi conciliabit hæ sunt veræ artes hæc sunt optima documenta quibus imperia conseruantur, diuturnaq; & stabilia permanent, & his contrarijs corruunt. sic Romani floruere, sic totius orbis rectores, moderatoresq; persuauere. Postquā verò ambitio, si multas, præcipueque luxus & pecunię cupido vt Val. tradit (quæ generis humani sunt certissimæ pestes, quo penetrauerint iniuria dominatur, inuidia, flagrat) ingruerunt statim præpotens illud Imperium, præclaraq; dignitas atq; omnibus gentibus stupenda popu. Roma. maiestas, ad nihilum redacta corruit, cunctis mundi rectoribus exemplum minimè spernendum.

Scire etiam oportet quemadmodum Thomas tradit, quid prouinciæ vel ciuitati magis expedia, † Pluribus vel 46 An melius sit per vnū quàm per plures regi.
vno regi quod ex fine regiminis æstimari considerarique posse Thomas ait, ad hoc enim cuiuslibet regentis ferri debet intentio, vt eius quod regendū suscepit, salutem procuret, gubernatoris enim est nauem contra maris pericula saluādo illesam ad portum salutis perducere, salus autem & commodum multitudinis est, vt eius vnitas, quæ pax dicitur, conseruetur, qua remota socialis vitæ perit vtilitas, hoc igitur est ad quod rector multitudinis maximè intendere debet, vt pacis vnitatem procuret, nec rectè consilium capit, an pacem faciat in multitudinem sibi subiecta, sicut nec medicus an sanet infirmum sibi commissum, nemo. n. consilium quærere debet, de fine quem intendere debet, sed de his quæ sunt ad finem. Quanto igitur regimen efficacius fuerit, ad vnitatem pacis conseruandam, tanto erit vtilius. hoc enim vtilius dicimus quod magis perducit ad finem, sed vnitatem magis efficere potest quod est per se vnum quàm plures, sicut efficacissima causa est calefactionis quod est per se calidum. vtilius est igitur, regimen vnius quàm plurium. Manifestū etiam est plures multitudinem nullo modo conseruare si omnino dissentirent, requiritur enim in pluribus quędam vnio ad hoc ꝙ regere quoquo modo possint, quia nec multi nauem in vnam partem traherent, nisi aliquo modo coniuncti. vniri autem dicuntur plura per appropinquationem ad vnum. melius igitur regit vnus quàm plures, ex eo quod ad propinquant ad vnum. Præterea optimè se habent quæ secundum naturam sunt. in singulis enim operatur natura quod optimum est, omne autem naturale regimen ab vno est, in membrorum enim multitudine, vnum est quod omnia mouet, scilicet cor, & in partibus animæ vna vis principaliter præsidet, scilicet ratio. In apibus igitur vnus est Rex, & Grues vnam sequuntur ordine literato, & in vniuerso vnus Deus factor omnium

nium & rector. Si ea igitur quæ sunt secundum artem, imitantur ea quæ sunt secundum naturam, tantoq; magis opus artis melius est, quãto magis assequitur similitudinem eius quod est in natura, necesse esse in humana multitudine, optimumq; vt per vnum regatur, non ab re itaq; euenit vt necesse fuerit Reip. Romanorum per vnum consuli, hoc etiam experimentis apparet, nam prouinciæ vel ciuitates quæ non reguntur ab vno dissensionibus laborant, & absq; pace fluctuant, vt videatur adimpleri quod Dominus per prophetam conqueritur dicens, Pastores multi demoliti sunt vineam meam, è contrariò verò prouinciæ & ciuitates quæ sub vno reguntur & gubernantur pace gaudent, Iustitia florent; & affluentia rerum lætantur, vnde populo suo propitius dominus sibi caput vnum per prophetas ponere promittit, quodq; in medio eorũ esset princeps vnus.

47 Quēadmodū vnius dominium optimum quando est iustum, ita eius oppositum est pessimū.

Sicut autem regimen boni principis optimum est, ita regimen tyranni est pessimum. † opponitur autem politiæ quidem Democratia, vtrunq; enim regimen est quod per plures exercetur, Aristocratiæ verò Oligarchia, vtrunque enim exercetur per paucos. Regnũ autem tyrãnidi vtrunque enim per vnum exercetur, quod autem regis & principis optimum sit regimen, ostensum est supra, si optimo opponitur pessimum necesse est quòd tyrannis sit pessimum. Adhuc virtus vnita magis est efficax, ad effectum inducendum quàm dispersa, vel diuisiua. multi enim simul congregati trahunt, quod diuisum per partes singulariter ac per singulos trahi non posset, sicut igitur vtilius est virtutem operantem ad bonum esse magis vnam, vt sit fortior ad operandum bonum, Ita magis est nociuum si virtus operans malum sit vna quàm diuisa, virtus autem iniustè præsidentis operatur ad malum multitudinis dum commune bonum in se tantum detorquet. sicut igitur in regimine iusto quanto regens est magis vnum, tanto est vtilius regimen, & regnum melius est quàm Aristocratia, Aristocratia verò quàm Politia, ita è contrariò erit, Et in iniusto regimine, vt videlicet quanto regens est magis vnũ, tanto magis sit nociuum. Inde magis est nociuatia, tyrannis quàm Oligarchia, Oligarchia quàm Democratia, Præterea regnum ex hoc fit iniustum, quod spreto communi bono multitudinis, priuatum regentis quæritur, quanto igitur magis à communi receditur bono, tanto magis iniustum est regimen, à communi verò bono magis receditur in Oligarchia in qua paucorum bonum quæritur, quàm Democratia in qua quæritur bonum multorum. Et adhuc magis receditur à communi bono, in tyrannide in qua quæritur bonum vnius tantum. omni enim vniuersati propinquius est multũ quàm paucum, & paucum quàm vnum solum regimen, igitur tyrannis vt diuus Thomas concludit, iniustissimum est. Id etiam manifestum est considerantibus diuinæ prouidentiæ ordinem, quæ optimè vniuersa disponit. nam bonum prouenit in rebus ex vna causa perfecta quasi omnibus coniunctis quæ ad bonũ iuuare possunt, malum autem sigillatim ex singularibus defectibus non enim est pluchritudo in corpore, nisi omnia membra fuerint decenter disposita: turpitudo autẽ contingit, quodcunque membrum indecenter se habeat, sicque turpitudo ex pluribus causis diuersimodè prouenit, puchritudo autem ex causa perfecta, sicque est in omnibus bonis & malis tanquam hoc Deo prouidente, vt bonum ex vna causa sit fortius, malum autem ex pluribus causis sit debilius, expedit igitur vt iustum regimen sit vnius tantum ad hoc vt sit fortius. Quod si à Iustitia declinet regimen magis expetit, vt sit multorum quo debilius sit & se inuicem impediant. inter iniusta igitur regimina tolerabilius est Democratia, Pessimum verò tyrannis, Idem maximè apparet, siquis consideret mala quæ ex tyrannis proueniunt, quia quum tyrannus cõtempto communi bono priuatum quærat, consequens est vt subditos diuersimode grauet secundum q diuersis passionibus subiacet ad aliquid affectandum. qui enim passionis cupiditate detinetur, bona subditorum rapit, præterea inter ipsos discordias seminat, exortas nutrit, & ea quæ ad considerationem hominum pertinent, vt connubia & conuiuia prohibet, & eiuscemodi alia per quæ familiartias & fiducia generari solent.

Sub tyrannis quoq; pauci virtute insignes inueniuntur, vt n. voluit philosophus, apud illos inueniuntur fortes viri penes quos fortissimi honorantur, Et vt Cicero ait, iacent semper & parum vigent, quæ apud quosque improbantur. naturale enim est vt homines sub timore nutrit degenerent animum, & ad omne virile, strenuumq; opus timidi & pusillanimes fiant, quod in prouincijs quæ diu sub tyrannis fuerunt esperimento patet.

48 Quomodo vsatum est dominium apud Rom. quorū Respu. ex dominio plurium interdū magis aucta est, & cur a principio Imperatores noluerint se reges appellari.

Quia igitur † optimum & pessimum consistunt in monarchia, idest principatu vnius, multum quidem per tirannorum malitiam redditur regia dignitas odiosa, quidam verò dum regimen regis desiderant, in sæuitias tyrannorum incidunt, rectoresque quàm plures tyrannidem exercent, sub dignitatis regiæ prætextu, quorum exemplum in Republ. Romanorum patet, regibus enim à pop. Rom. expulsus, dum regium, seu tyrannicum potius factum ferre non possent, Consules & alios magistratus per quos regi ceperunt, dirigi instituerunt, regnum in Aristocratiam commutari volentes, Et sicut refert Salustius memoratu incredibile est, quantum adepta libertate Roma breui creuerit, plerunque enim contingit vt homines sub rege viuentes, segnius ad commune nitantur bonum, existimantes id quod in eam rem impendant, non sibi ipsis conferre sed alteri, sub cuius potestate communia bona consistere vident, quum enim bonum commune in potestate vnius vident esse, ad illud attenti non sunt, quasi ad id quod est alterius, sed quilibet attentus est ad illud, quasi suum vnde ciuitas per annuos rectores administrata, interdum plus potuit quam dux plures sub se ciuitates habẽs, exiguaque seruitia à regibus exacta grauius ferũt Ciues, quam magna onera à communitate imposita, quod in processu Romanæ Reip. videri potest, plebs enim ad militiam scribobatur, quæ pro militibus stipendia exoluebat, Et quum stipendijs exoluendi cõmune non sufficeret ærarium, in vsus publicos opes venere priuatæ. Sed quum dissensionibus cõtinuis vexaretur, quæ vsque ad bella ciuilia excreuerũt quibus eis libertas cui plurimum studuerant erepta est, Et sub potestate Imperatorum esse ceperunt, qui se reges à principio appellari noluerunt, quia nomen regium Romanis odiosum fuit, horum aliqui more regio commune bonum fideliter procurarunt, quorum studio Rom. Respubli. & aucta & conseruata est plurimi verò eorum in subditis quidem tyranni, ad hostes verò effecti desides, & imbecilles Rom. Rempub. ad nihilum redegerunt. Similis processus (vt inquit Thomas) in populo hebræorum fuit, primò quidem dum sub iudicibus regebantur, vndique ab hostibus diripiebantur, nã vnusquisque quod bonũ erat in oculis suis hoc faciebat. Regibus verò eis diuinitus datis, ad eorum preces, propter regum malitiam, ab vnius Dei cultu recesserunt, & in captiuitatem tandem ducti sunt, vtrinque igitur pericula imminent, siue dum timetur tyrãnus, regis optimum dominium euitetur, vel dum hoc consideratur in tyrannicam malitiam conuertatur regia potestas.

49 In principatu plurium sæpius cõtigit dominium tyrannicum, q̃ ex vnius imperio, idē regimē vnius melius est.

Quum autem inter duo † ex quorum vtroque periculũ iminet, eligere oportet, illud potissimum eligendum est ex quo minus malum sequitur, ex monarchia autem sit in tyrannidem conuertatur. minus malum sequitur quam ex regimine plurium optimatum quando corrumpitur, Dissensio enim quæ plurimum sequitur ex regimine plurium pacis repugnat bono, quod est in sociali multitudine præcipuum, quod quidem bonum per tyrannidem non tollitur sed particularium hominum aliqua impediuntur, nisi fuerit excessus tyrannidis, in totam vniuersitatem defeuiens, magis igitur præoptan. est vnius regimen. quam multorũ quamuis ex vtroque sequatur periculum. adhuc magis illud fugiẽdum videtur ex quo plurias sequi possunt magna pericula. frequentius autem sequuntur maxima pericula multitudinis ex multorum regimine, quàm ex regimine vnius.

vnius. plerunque.n.contingit vt ex pluribus aliquis ab intentione communis boni deficiat, quam quod vnus tantũ, quicunque autem ex pluribus præsidentibus ab intentione communis boni diuertat dissensionibus periculum in subditorum multitudinem imminet, quia dissentientibus principibus, consequens est vt in multitudine sequatur dissensio. Si verò vnus præsit, plerunque ad cõmune respicit bonum, aut si ab eo mentem auertat, non statim sequitur, vt ad subditorum depressionem intendat, quod est excessus tyrannidis, & in malitia regiminis, maximum gradum tenens: magis igitur fugienda sunt pericula quæ ex regimine pluriũ proueniunt, quam ea quę ex gubernatione vnius. Præterea subiungit Thomas, non minus contingit in tyrannidem verti regimen multorum, quam vnius sed fortè frequentius, exorta nanque dissensione per regimen pluriũ sæpè contingit, vnum superare alios, & sibi soli dominium multitudinis vsurpare, quod quidem ex his quæ pro tempore fuerunt manifestè inspici potest, nam ferè omnium multorum regimen, in tyrannidem est terminatũ. Rom. Repub. apparet, dum per plures magistratus diu administrata fuisset, exortis simultatibus & ciuilibus bellis, in crudelissimos tyrannos incidit. Et si quis præterita facta cum sequentibus diligenter consideret, inueniet plures exercuisse tyrannidem in terris quæ per multos reguntur, quam in illis quæ reguntur per vnum, si igitur regimẽ quod est optimum propter tyrannidem maximè vitandum videatur, tyrannis autem magis in regimine plurium, quam vnius contingere solet, consequens est simpliciter magis esse expediens sub vno rege viuere, quam sub regimine plurium.

Quia ergo vnius regimen præeligendũ est, quod est optimum : & contingit ipsum in tyrannidem verti quod est pessimum. † diligenti studio laborandum est vt sic multitu-

50 dini de rege prouideatur ne incidat in tyrannum, Primum autẽ necessarium est vt talis conditionis homo ab illis quibus huiuscemodi spectat officium in regem promoueatur qui non sit verisimile in tyrannidem declinare. Deinde sic disponenda est regni gubernatio vt regi & principi iam instituto tyrannidis subtrahatur occasio, simul etiam sic eius temperetur potestas, vt facilè in tyrannidem declinare nõ valeat. Demum curandum est si princeps in tyrannidem diuerterit, qualiter occurri possit. Et quidem si nõ fuerit excessus tyrannidis, vtilius esse remissam tyrannidem ad tempus tolerare, quam contra tyrannum agendo, multis implicari periculis, quæ grauiora sunt tyrannide ipsa, contingere potest vt qui contra tyrannum agunt, præualere non possint, sicque prouocatus tyrannus magis deseuiat, Quod si præualere aduersus tyrannum quis possit, necesse est multoties grauissimas dissensiones in populo ex hoc prouenire, siue dum in tyrannum insurgitur, siue post eiectionem tyrãni circa ordinationem regiminis, multitudo separatur in partes. Interdum etiam contingit vt tyrannum expellens tyrannidem aripiat, & grauior quam præcedens fiat, vnde Siracusis quondam Dyniosij mortem cunctis desiderãtibus, anus quædam vt incolumis & sibi superstes esset continuè orabat, quod vt cognouit tyrãnus causam quę sit cui mulier respondit, puella existens, quum grauem tyrannum haberemus mortem eius cupiebam, quo interfecto aliquantulum durior successit, eius quoque dominationem finiri desiderabam, tertium te habere cepimus importuniorem rectorem, si itaque tu assumptus fueris, deterior in locum tuũ succedet, & si intolerabilis sit excessus tyrannidis, ad fortium virorum virtutem quibusdam visum fuit pertinere, tyrannum interimere seque pro liberatione multitudinis exponere periculis, Sed hoc Christi doctrinæ non conuenit, quæ etiam discolis reuerenter subesse iubet, sed magis videtur contra tyrannorum sceuitiam, non priuata aliquorum præsumptione, sed authoritate publica procedendum. Primo quidem secundum diuum Thomam si ad ius alicuius multitudinis pertineat, de rege vel principe sibi prouidere, non iniuste ab eadem institutus princeps destitui potest, vel eius potestas refrenari, si potestate regia tyrannice abutatur, nec infideliter agit, etiam si eidem in perpetuum se ante subiecerit, quia hoc ipse meruit in multitudinis regimine se minus fideliter gerens, vt principis exigit officium, Sic Romani Tarquinium superbum quem in regem susceperant, propter suam filiorumq; tyrannidẽ à regno eiecerunt, substituta minori consolũ potestate, sic Domitianus qui modestissimis Imperatoribus Vespasiano, & Tito fratri successerat, dum tyrannidem exerceret, à Senatu interemptus est, omnibus quæ peruerse fecerat per senatusconsultum in irritum reuocatis. Si verò ad ius alicuius superioris multidini de principe prouidere pertineat, expectandum est ab eo remedium contra Tyranni nequitiam, aduersus quam omni humano deficiente auxilio, ad regem omnium recurrendum est Deum, videlicet, qui adiutor in tribulatione est. Eius enim potentiæ subest, vt crudele tyranni cor in mansuetudinem conuertatur, quia vt inquit Salomon † cor regis in manu Dei est quocunque voluerit

51 inclinabit illud. Ipse n. Regis assueri crudelitatem qui Iudeis mortem parabat, in mansuedinem vertit, ipse est qui Nabuchodonosor crudelem regem ita conuertit, vt factus fuerit diuinæ potentię prędicator, hinc etiam Virgilius ait: Ponuntque ferocia pœni Corda volente Deo, quos verò tyrannos sentit, auferre de medio potest, vel ad infimum statum reducere, quum scriptura dicat, sedem ducum superborũ destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, ipse est enim qui videns afflictionem populi sui in ægypto, & audiens eorum clamorem, Pharaonem tyrannum cum exercitu suo in mare deiecit, nec est abbreuiata eius manus, vt populum suum à tyrannis liberare non possit, nam per Isayam populo suo promittit, se daturum requiem à labore & concussione, ac seruitute dura, quam ante seruierat, sed vt tale beneficium populus à Deo consequi mereatur, à peccatis astinere debet in quorum vltione impij diuina promissione principatum accipiunt, dicente Domino dabo tibi regem in furore meo. tollenda est igitur culpa vt cesset tyrannorum plaga.

Quoniam igitur liquet † ad principem spectare bonum 52 multitudinis quærere, onerosum graueq; eius officium videtur, nisi proprium aliquod bonum ex eo proueniret. Cõsiderare itaq; oportet quale sit, visum fuit præter honorem & gloriam aliud nihil esse: princeps enim cui prędicta non sufficiunt tyrannus efficitur, inest quippe animis omnium vt proprium quęrat bonum voluptates & diuitias, sicque ad rapinas & subditorum iniurias conuertitur. sed si hanc sententiam receperimus plura succedent inconueniẽtia, in plurimis regibus dispendiosum esset, si tot labores solicitudinesque paterentur, pro tam fragili mercede, & multitudine nociuum, si principibus tale pręmium statuatur, nam ad boni viri officium pertinet, vt contemnat gloriam sicut cetera temporalia bona, virtutis enim est, & fortis animi est gloriam pro iustitia contemnere, sicut & vitam, vnde mirabile quoddam sequitur, vt quia virtutum actus sequitur gloria, ipsa gloria digna contemnatur, & ex contemptu gloriæ homo gloriosus reddatur. iuxta illud Fabij, gloriam qui spreuerit veram habebit, si igitur hoc solum bonum statuatur principibus pręmium consequens erit bonos viros non assumere principatum, aut si assumpserint sine pręmio esse, quoniam ergo mundanus honor & hominum gloria regię solicitudinis non est sufficiens præmium, quærendum est quale sit eidem sufficiens.

Est autem conueniens vt Rex à Deo præmium expectet, minister enim pro officio, à Domino præmium expectat. princeps autem populum gubernãdo minister Dei est, quũ omnis potestas (vt Apostolus scribit) à deo sit. Reges igitur, & princeps pro suo regimine præmium à Deo expectare debent. Remunerat autem Deus pro suo ministerio reges & principes interdum tẽporalibus bonis, quæ præmia malis & bonis communia sunt. Bonis autem regibus & principibus qui pia intentione populum Dei regunt non quidem terrenam, sed ęternam mercedẽ eis promittit nec in alio quam in seipso, hoc igitur præmiũ virtutis con-

uenienter

Qualiter multitudo habere se debeat circa regem, & principẽ cui aufurẽda est occasio ne in tyrannidẽ incidat & tolerãdus est ratione maioris periculi euitandi.

Ex malo principe posse bonũ fieri dei auxilio, quum manu cor regis sit, id tamẽ est prius per hostis culpã.

Quid præcipue mouere debeat principem ad regendum honor vel gloria.

uenienter expectatur, quod hominem beatum facit, Si autem bene operari virtutis opus est, regis, verò & principis, opus est, bene regere subditos, hoc etiam erit præmium regis, quod eum faciat esse beatum, beatitudinem autem dicimus vltimum desiderorium finem, neq; enim desiderij motus in infinitum procedit. Esset enim inane naturale desiderium quum infinita pertransiri non possunt, quum autem desiderium intellectualis naturæ sit, vniuersalis boni hoc solum bonū poterit verè beatum facere, quo adepto nullum bonum restat, quod amplius desiderari posit, vnde & beatitudo dicitur esse perfectū bonum quasi omnia desiderabilia in se comprehendens. sed tale non est aliquid terrenum bonum, nam qui diuitias babent amplius habere desiderant, & si ampliora non querunt, desiderant tamē vt ea permaneant; vel alia in locum eorum succedant, nihil enim permanens inuenitur in rebus terrenis, nihil igitur quietum est, quod mortalium posit desiderium quietum reddere, ergo nec terrenum aliquod bonum faciet, vt posit esse regis & principis conueniens præmium. Præterea cuiuslibet rei finalis intentio & completum bonum ab aliquo superiore dependet, Si enim argento misceatur aurū, argentum fit melius, quod ex plumbi admixtione impurū efficitur, constat autem terrena omnia esse infra mentem humanam, beatitudo verò est hominis perfectio finalis & completum bonum, ad quod omnes peruenire desiderant, nihil igitur terrenum est, quod hominem posit beatum facere, nec igitur terrenum aliquid est pręmium principi sufficiens, & quod regi & principi pro pręmio decerni posit, cuiuslibet enim rei desiderium in suum tendit principium; humanæ verò mentis causa non est aliud quàm Deus, qui eam ad suam imaginem facit, solus igitur Deus qui hominis desiderium facit quiescere, hominemque beatum regi ac principi conueniens præmium est.

53 Considerandum vlterius est † quod eminentur cœlestis beatitudinis gradum obtinebūt, qui principis officium laudabiliter exequūtur, si enim beatitudo virtutis est præmiū, cōsequens est vt maiori virtuti maior beatitudinis gradus, secundū Thomam debeatur, Est autem præcipua virtus qua homo aliquis nō solū seipsum, sed etiam alios dirigere potest, & tanto magis, quanto plurium est rectrix, si maior itaque virtus requiritur ad regendum domesticam familiam quam ad regendū seipsum, multoq; maior ad regimen ciuitatis & regni, excellentis virtutis est, officiū regiū bene exercere, in beatitudine ergo excellēs ei debetur præmium. Præterea in omnibus artificijs & potētijs laudabiliores sunt, qui alios bene regunt, quam qui secundū alienā directionem se bene habent, In speculatiuis.n. maius est, virtutem alijs docendo tradere, quā quod ab alijs docetur capere posse. In artificijs etiā magis æstimatur & maiori pretio cōducitur, architector qui artificium disponit, ꝙ artifex qui secundū eius dispositionem manualiter operatur, & in rebus bellicis maiorem gloriā ex victoria consequitur prudentia ducis quam militis fortitudo. Sic autem se habet rector multitudinis, in his quæ à singulis secūdum virtutem agēda sunt, sicut doctor in disciplinis, & architector in ædificijs, Duxque in bello, vnde sequitur Regem, & principē maiori præmio dignum si bene subiectos gubernauerit, ꝙ si aliquis subditorū sub rege bene se habuerit, & hoc lucidius apparebit, si quis magis specialiter consideret, laudatur enim ab hominibus quamuis priuata persona, à Deoq; pręmio condonatur, si egenti subueniat, si discordes reconciliet, si oppressum à potentiore eripiat, deniq; si alicui opē consiliumue qualitercunque ad salutem conferat, quanto magis ab hominibus laudandus est, & à Deo præmio condonandus qui totam prouinciam facit pace gaudere, violentias cohibet, Iustitiam seruat, & quid ab omnibus agendū sit legibus & præceptis disponit? Hinc etiam regię virtutis magnitudo apparet, qui Dei similitudinem gerit, dum agit in regno quod Deus in mundo, tanto autem est Deo acceptius aliquid, quanto magis ad eius imitationem accedit, ideò cōsequens est bonos principes Deo acceptissimos esse, maximoque præmio ab eodem condonandos. † Principatus verò (vt aiunt) virum ostendit. multi enim ad principatum imperiumque peruenientes à virtute discedunt. qui dum in statu essent infimo videbantur virtute præditi, vnde difficultas quę princeps vrget ad bene regendum, maiori præmio eos facit dignos; quod etiam diuina auctoritate firmatur, dicitur enim Zacharię cap. 12. quod in illa beatitudinis die qua erit dominus protector habitantibus in Hierusalem, id est in visione pacis æternę, aliorum domus erūt sicut domus Dauid, quia scilicet omnes reges erunt, & regnabunt cum Christo vbi membra cum capite, Sed domus Dauid quemadmodum domus Dei quia sicuti regēdo fideliter Dei officium gessit in populo, ita in præmio Deo propinquus erit adhærebitque licet enim angelorum & hominum infinitus numerus essentiam Dei videat, inæqualiter tamē vident; Ideò Ioannis cap. 14. dicitur, in domo patris mei multę sunt mansiones, id est diuersa præmia meritorum secundum expositores, causabitur autē ea inæqualitas, eo quod intellectus alicuius maiorem facultatem Deum videndi adipiscetur quam alius, & qui plus charitatis habuerit, perfectius ac maiori beatitudine Deum videbit, vt volunt Theologi, sicuti è cōtrario præscitis infernoque damnatis diuersa tormenta pro qualitate quantitateque demeritorum parata sunt, eamque mansionum diuersitatem in cœlo esse Christus declarauit, ne de æterna beatitudine minus perfecti desperarent, nā si in domo cœlestis patris vnica tantum esset mansio, hoc est vnicus tantum esset beatitudinis gradus, oporteret in hac vita omniū beatitudinem sperantium merita esse æqualia, alioqui ad illam vnicam mansionem peruenire non possent, per hocque imperfecti qui ad æqualitatem perfectorum non ascendunt, in illa beatitudine locū non haberent, quibus vtpote non deberetur; vnica illa mansio, & ille beatitudinis gradus, subiunxit ideò loco proximè allegato, Christus, si aliter esset, dixissem vobis vt per hoc videlicet studeretis fieri omnes æquales, in meritis.

Margin, beside 53: In cœlesti beatitudine maiorē gradū principes boni obtinebūt.

Margin, beside 54: Principatus virum ostendit.

Qnum regibus & principibus in cęlesti beatitudine tam grande proponatur pręmium si in regendo se bene habuerint, † diligenti cura seipsos obseruare debent, ne in tyrannos conuertātur, nihil enim eis acceptius esse debet: quàm quod ex bonore regio quo sublimātur in terris, in cœlestis regni gloriam transferātur. † Addendum est etiam ꝙ temporalia hæc cōmoda quorum causa tyranni Iustitiam deserunt ac lucrū (vt inquit Thomas) regibus & principibus magis proueniunt, dum Iustitiam colunt, seruantq;, experientia enim docet reges & princeps diuitias magis per Iustitiam adipisci, quàm per rapinam tyranni. Ex quo enim tyrannorum dominum subiectæ multitudini displicet, multis egent subsidijs, vt contra subditos tuti reddantur, in quibus necesse plerunque est, plura expendere quàm à subditis rapiant, & extorqueant. Regum autem dominiū quod subditis placet, ad custodiam illos paratos habet, in quibus expensa necessaria non est, immò in necessitatibus regibus plura sponte donant, quàm tyranni diripere possint, Similiter iuxta Dei iudicio contingit, vt qui diuitias iniustè congregant, inutiliter eas dispergant, aut iniustè auferantur ab eis, præterea quis dubitat bonos reges non solum in vita, sed post mortem magis quodammodo laudibus hominum viuere, & in desiderio haberi, malorum verò nomen aut statim deficere, aut si excellētes in malitia fuerint, cum detestatione eorū memoriam fieri? siquis etiam antiquorum gesta & neotericorum euentus consideret, vix inueniet alicuius tyranni dominium diuturnum fuisse: vnde & Aristotel. in sua Politia multis tyrannis commemoratis omnium dominium breui tempore extinctum fuisse demonstrat, qui verò diutius præfuerunt in tyrannidem non multum excedebant, sed in pluribus regalem modestiam imitabantur. Adhuc autem hoc magis fit manifestum (vt Thomas ait) ex consideratione diuini iudicij, Deus enim hominem hypocritam propter peccata populi † regnare facit. nullus autem verius hyppocrita dici potest, quàm qui assumit officium,

Margin: 55 Princeps bono regimini studere debet propter sui ipsius bonum vtilitatemque inde prouenientem.

Margin: 56 Iusti principes magis ditantur quam tyranni, hique penes quos nullus est iustitię locus.

Margin: 57 De hypocrita propter scelera populi regnantibus.

officium, & exhibet se tyrannum. hypocrita enim dicitur, qui alterius repreſentat perſonam, ſicut in ſpectaculis fieri conſueuit, ſic igitur deus immittit tyrannos ad puniendum ſubditorũ peccata, quæ calamitas ira Dei nuncupatur, iuxta illud, dabo vobis regem in furore meo † infelix eſt autẽ

58 Infelix eſt princeps qui populo in Dei furore conceditur.

rex, qui populo in dei furore conceditur, non enim poteſt illius dominium ſtabile eſſe, quia non obliuiſcitur miſereri Deus, nec continebit in iras eius miſericordias ſuas, ſed poſt tempeſtatem per eos populo inductam, per eorundẽ deiectionem tranquillitatem inducet, quorum peccata ex dignitate ſuſcepti officii grauiori etiam pœna afficiet, vt enim rex eius miniſtros grauius punit ſi infidos inuenerit. Ita Deus ſeuerius plectet eos, quos ſui regiminis executores & miniſtros facit, ſi perperam agant, Dei iudicium in amaritudinem conuertentes, Priuatur itaque tyrannus excellẽtiſsima beatitudine quæ regibus & principibus in præmium debetur, maximiſque tormentis ſubijcitur. omnibus igitur neruis viribuſque contendas, vt ad iuſti principis regimen ſemper accedas, & exaltabitur mirum in modum gloria tua.

Conſequens † eſt autem conſiderare quod ſit regis, &

59 Princeps in regno ſicut anima in corpore & deus in mundo eſſe debet.

principis officium & qualem oporteat eſſe principem his quæ in ſuperioribus ſcripſimus quibuſdã additis, & quia ea quæ ſunt ſecundum artem imitantur ea quæ ſunt ſecundũ naturam ex quibus accipimus, vt ſecundum rationem operari poſsimus, optimum videtur regis & principis officium à forma naturalis regiminis aſſumere. Inuenitur autem ait Thomas, in rerum natura regimen vniuerſale & particulare, vniuerſale quidem ſecundum quod omnia ſub Dei regimine continentur, qui ſua prouidentia cuncta gubernat. Particulare autem regimen diuino quidem regimini maximè ſimile eſt, quod inuenitur in homine qui ob hoc minor mundus appellatur, quia in eo vniuerſalis regiminis forma inuenitur, nam ſicut vniuerſa creatura, corpora & omnes ſpirituales virtutes ſub diuino regimine continentur, ſic & corporis membra, & cæteræ virtutes animæ à ratione reguntur, & ſic quodammodo ſe habet ratio in homine vt Deus in mundo.

Hoc igitur officium princeps ſe ſuſcepiſſe cognoſcat, vt ſit in regno ſicut anima in corpore, & ſicut deus in mundo. quæ ſi diligenter conſideret, ex altero Iuſtitiæ zelus in eo attenditur, dum conſiderat, ad hoc ſe poſitũ vt loco Dei iudicium in regimine ſibi credito exerceat, ex altero verò manſuetudinis & clementiæ lenitatem acquirit, dum ſuo regimini ſubditos, vt propria membra reputat.

Et ſi inſtitutioni ciuitatis opera detur, prouidere oportet quis locus ſit ſacris, quis iuri reddendo, quis ſingulis artificibus deputandus, vlterius autem oportet homines qui locis congruis, ſecundum officia ſua, deputandi ſunt, Demum prouidendum vt ſingulis neceſſaria ſuppetant, ſecundum cuiuſque conſtitutionem, & ſtatum, aliter ciuitas cõſiſtere non poſſet. Deinde per legem diuinã edoctus prin-

60 De ordine boni principis.

ceps † prouidere debet, qualiter multitudo ſibi cõmiſſa benè viuat, quod quidem ſtudium in tria diuiditur, vt in ſubiecta multitudine bonam vitam inſtituat, Inde vt inſtitutam conſeruet, demum vt conſeruatã ad meliora promoueat. Circa quæ principi triplex imminet cura, prima quidem de ſucceſsione & ſubſtitutione illorũ qui diuerſis officijs præſunt, vt quemadmodum per diuinum regimẽ in rebus corruptibilibus quę ſemper eædem durare non poſſunt, prouiſum eſt vt per generationem alia in locum aliorum ſuccedant, vt vel ſic conſeruetur integritas vniuerſis, Ita per regis ſtudium conſeruetur ſubiectæ multitudini bonum dum ſollicitè & prudenter curat qualiter alij in deficientiũ locũ ſuccedant, Deinde vt legibus & præceptis pręmijs & pœnis homines ſibi ſubditos ab iniquitate coerceat, & ad opera virtutum ſapientia inducat, exemplum à Deo accipiens qui hominibus legem dedit, obſeruantibus quidem mercedem, tranſgredientibus pœnam retribuens. Tertio principi cura imminet, vt multitudo ſibi ſubiecta contra hoſtes tuta reddatur. nihil enim prodeſt inferiora vitare pericula, ſi ab exterioribus defendi non poſſet. Pacis igitur tẽpore prudens & ſapiens princeps morum iniquitati bonis legibus occurrat, malas tollat, & deprauatas corrigat, rationes exquirat, quibus populum quàm minimum grauet, quibus ditionem ſuam latrocinijs maleficijſque liberet, & malis hominibus purget, quibuſque eam meliorem efficiat, non faſtum & ſuperbiam oſtendet, ſed quæ ad reipublicæ commoditatem attineant procuret, quæ parum tuta ſunt communiat, publicis ædificijs ornet, pontibus, templis, ripis, aquæ ductibus, loca peſtilentiæ obnoxia purget, vel ædificiorum mutatione, aut deſiccatis paludibus fluuios incommode fluentes, alio deriuat, flumina ad publicam vtilitatem vel arceat, vel admittat, & nauigabilia bonorũ principum exemplo faciat, ſubditos magis virtute & moribus, æſtimet quàm cenſu. Auguſtus vrbem pro maieſtate Imperii excoluit, adeo vt iure ſit gloriatus (vt Suetonius ait) marmoream ſe relinquere, quam latericiam accepiſſet.

† Et quemadmodum Vegetius ait, maiorem gloriam aſſe- 61

Principi proprium eſt inſtituere ciuitates & oppida, ad gloriã conſequendam, eligẽdo loca tẽperata.

qui principes non potuere, quam nouas Ciuitates fundando, aut ab alijs conditas ampliando in ſuũ nomen transferre. Si igitur facultas id faciendi concederetur in electione regionis maxima eſſet adhibenda cura, vt omni nocuo libera & commoditatibus refertiſsima quoad fieri poſſet haberetur, in primis cœlum ne habitantes graue & infeſtum habarent omni diligentia pœnitus pręcauebant, prudenti id quidem & maximè neceſſario conſilio, nam terrã atque aquam ſi quid habeant in ſe vitij arte & ingenio corrigi poſſe non negant. Cœlum verò nulla ingenij ope nullaque hominũ manu ſatis poſſe emendari aſſeuerant, & omnino ſpiritus anhelitus quo vno maximè vitam ali, ſeruarique ſentimus, mirificè ad ſalutem cõfert, ſi erit puriſsimus. tum & quantum habeat cœlum in gignendis, producẽdis, alendis, ſeruandiſque rebus vim, quis eſt quem id fugiat? quando & præſtare ingenio eos intelligas homines, qui cęlo fruantur puriore, quam eos qui craſſo vt madenti, quæ vna res potiſsimum effeciſſe creditur, vt Athenienſes acumine ingenij multo præſtiterint Thebanis, ex temperie regionis habitatores multa commoda conſequuntur. In primis incolumitatem corporis, & longitudinem vitæ, quum enim ſanitas in quadam temperie humorum conſiſtat in loco temperato conſeruabitur ſanitas, ſimile enim ſuo ſimili conſeruatur, ſi autem fuerit exceſſus caloris, vel frigoris, neceſſe eſt ſecundum qualitatem aeris, quod qualitas corporis immutetur, vnde naturali quadam induſtria animalia quędam tempore frigido ad calida loca ſe transferunt, rurſus tempore calido frigida repetendo, vt ex contraria diſpoſitione loci temporis conſequantur temperiem.

Poſt electionem autem regionis oportet † Ciuitati con- 62

De ſalubritate aeris in ciuitatum requirẽda.

ſtituendę locum idoneum eligere, in quo vt diximus in primis aeris ſalubritas requirenda videtur, cõſeruationi enim ciuili præiacet naturalis vita, quæ per ſalubritatem aeris ſeruatur illeſa, locus autem ſaluberrimus erit, vt Vegetius inquit, excelſus, non nebuloſus, non pruinoſus, regioneſque cœli ſpectans, neque eſtuoſas, neque frigidas, neque paludibus vicinas, eminentia quidem loci ſolet ad ſalubritatem aeris conferre, quia locus eminens ventorum perflationibus patet, quibus redditur aer purus, vapores etiam qui virtute radij ſolaris reſoluuntur à terra, & ab aquis multiplicatur magis in vallibus & in locis demiſsis quã in altis in quibus aer ſubtilior inuenitur. Huius autem aeris ſubtilitas quamplurimum ad liberam & ſinceram reſpirationem valet, per nebulas impeditur, & pruinas quæ ſolent in locis humidis abundare, vnde huiuſcemodi loca ſalubritati contraria inuenirentur, & quia loca paludoſa humiditate abũdant, oportet locum conſtituendæ vrbi electum à paludibus eſſe remotum. Quum enim auræ matutinæ ſole oriente peruenient, & à paludibus ortæ nebulæ eis adiungentur flatus animalium paluſtrium venenatorem cũ nebulis mixtos ſpargent & locum facient peſtilentem, oportet etiam locum vrbi deſtinatum ad calorẽ & frigus temperatè diſponi

sponi, secundum aspectus ad cœli diuersas plagas, si enim menia maximè propè mare constituta ad meridiem spectabunt salubria non erunt, huiuscemodi enim loca mane quidem frigida erunt, quia nô respiciuntur à sole, Meridie verò feruentia propter solis aspectum, quæ autem ad occasum spectant orto sole tepescunt, vel etiam frigescunt, Meridie calent, vespere feruêt propter caloris continuationem ad solis aspectum, si verò ad orientem spectabunt, manę quidem propter solis directam oppositionem temperatè calescent, nec multum in meridie calor augebitur sole locum directè minimè spectante, vespere verò totaliter radijs solis auersis frigescent eademque vel similis temperies erit si ad aquilonem locus respiciat, vrbis oppositû est, qui meridie respiciente dictum est, Possumus autem experimento cognoscere (vt inquit Thomas) quod in maiorem calorem minus salubriter aliquis transmittatur, quæ enim à frigidis locis corpora traduntur in calida, durare non possunt, sed dissoluuntur quia calor sugendo vaporem naturales virtutes dissoluit, vnde etiam in salubribus locis corpora æstate infirma redduntur, Quia verò ad corporum sanitatem conuenientium ciborum vsus requiritur, in hoc conferre oportet de loci salubritate qui constituendæ vrbi eligitur, vt ex conditione ciborum discernatur, qui nascantur in terra, quod quidem explorare solebant antiqui, ex animalibus ibi nutritis, quû enim hominibus alijsq; animalibus commune sit, vti ad nutrimentum his quæ nascuntur in terra, consequens est vt si occisorum animalium viscera bene valentia inueniuntur, homines etiam in eodem loco salubrius nutriri posse. at si animalium occisorû membra morbida sunt rationabilius accipi potest iuxta Demetrij & Platonis vetus institutum, nec hominibus illius loci habitationem salubrem fore.

Sicut autem aer temperatus, † ita salubris aqua est re-
63 quirenda. ex his enim maximè dependet sanitas corporû, quæ sæpius in vsum hominum assumuntur, & de aere quidem manifestum est, quod quotidie ipsum aspirando intro attrahimus ad vitalia vsque, vnde principaliter eius salubritas ad incolumitatem corporum côfert, Ac interea quę per modum nutrimenti assumuntur, aqua est qua sæpissimè vtimur, tam in potu quam in cibo, ideo nihil est præter aeris puritatem magis pertinens ad loci sanitatem quâ aquarum salubritas, aquam autem esse optimam refert nt limpida, perlucida, & tenuis sit, quæ in candidum linteum infusa non commaculatit, quæ feruefacta fecem non dimiserit, quæ muscosum alueum quo perfluat & præsertim saxa coinquinata non reddiderit. Addunt aquam per commodam esse in qua legumina decocta bene mitescant, aeris verò loci & aquarum salubritas considerari potest, si commorantium facies bene caloratæ appareant, robusta corpora, & disposita membra, si pueri multi & viuaces, si senes multi reperiantur ibidem, econtrario si facies hominum deformes appareant, debilia corpora, exinanita mêbra, vel morbida, si claudi & tortuosi multi nascantur, si pauci & morbidi pueri, & adhuc pauciores senes, dubitari non potest, id cœli aerisq; vi ac vitio aut occultiore aliqua deprauatæ naturæ causa fieri, & locum esse mortiferum.

De salubritate aquæ in ciuitate necessaria

64 Oportet † autem vt locus constituendæ vrbi electus nô solum talis sit, qui salubritate habitatores conseruet, sed vbertate ad victum sufficiat, impossibile enim est hominû multitudinê habitare, vbi victus copia non suppetit, Duo tamen sunt modi quibus ciuitati potest rerû affluentia suppetere, vnus propter fertilitatem regionis omnia abundè producentis quæ humanę vitę requirit necessitas, alius autem per negotiationis & mercaturæ vsum, quo mediante necessaria vitæ diuersis ex partibus adducantur, Primus autem modus conuenientior esse manifestè conuincitur. tanto enim aliquid dignius est, quanto per se sufficientius inuenitur quia quod alio indiget, deficiens esse liquet, sufficiêtiam autem plenius possidet Ciuitas cui circumiacens regio sufficiens est ad necessaria vitę quam illa quæ indiget ab alijs per negotiationem accipere, dignior est enim ciuitas, si rerum abundantia ex proprio territorio fruatur, quâ si per mercatores abundet, quû hoc sit etiam securius propter bellorum euentus, & diuersa bellorum discrimina, quibus commeatus deportatio faciliter impediri potest, cuius defectu opprimeretur ciuitas. Est etiam hoc ad conseruationem ciuilem vtilius, nam ciuitas quę ad sui substantiam mercatorum multitudine indiget, extraneorum conuictû sustineat oportet, extraneorum autem conuersatio ciuium mores, vt inquit philosophus, plurimum corrumpit, necesse etenim est vt extranei alijs legibus, & consuetudinibus enutriti, in multis à ciuium moribus discrepent, sicque dû ad similia agêda prouocantur ciues, perturbatur ciuilis côuersatio. Hinc Cicero in orationibus ait Carthaginenses fraudulentes & mendaces non genere sed natura loci fuisse, qui propter portus suos multis & varijs mercatorum & aduenarum sermonibus ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.

De copia rerum ad ciuitatem necessaria & quis modus copiæ magis conducat.

Prætereà si ciues ipsi mercaturæ dediti fuerint, pluribus vitijs panditur aditus, quum enim negotiatorum studium ad lucrum maximè tendat, per negotiationis vsum in cordibus ciuium accenditur, ex quo conuenit in ciuitate omnia fieri venalia, & fide subtracta locus fraudibus aperitur, & contempto bono publico, quisque proprio commodo deseruiet virtutisque deficiet studium, dum honor virtutis pręmium omnibus defertur, vnde in tali ciuitate necesse erit, conuersationem ciuilem corrumpi. est enim negotiationis vsus militari plurimum contrarius, negotiatores enim dum vmbram colunt, laboribus parcunt, & dum fruuntur delitijs mollescunt animo, redduntúrque corpora debiliora & ad labores militares inepta, ex quo militibus per ius ciuile negotiatio interdicta est. Denique ciuitas illa pacifica magis esse solet etiam, cuius populus rarius congregatur, & minus intra vrbis menia resider, ex frequenti enim hominum concursu litibus datur occasio, & seditionibus ministratur materia, vnde secundum philosophum vtilius est extra ciuitatem populum exerceri, quàm intra ciuitatis menia iugiter commorari, Si autem ciuitas sit negotiationibus dedita, oportet intra vrbem ciues residere, ibique mercaturam exercere. Est igitur vtilius ciuitati, eorum quæ ad proprium victum spectant ex proprijs agris copiâ suppetere, quàm quod ciuitas negotiationi pœnitus sit exposita, negotiatores tamen à ciuitate excludi omninò non oportet, quia haud facilè locus inueniri potest, qui sic vitæ omnibus necessarjis abundet, vt quibusdam aliunde allatis non indigeat. Et eorum quę eodem in loco superabundât, redderetur pariter multis damnosa copia si à mercatoribus ad alia loca transferri non posset. oportet igitur perfectam ciuitatem mercatoribus moderatè vti.

Est etiam † construendis vrbibus eligendus locus qui 65
amenitate habitationis delectet, non enim facilè deseritur locus amenus, nec ad locum illum communiter confluit habitantium multitudo. cui deest amenitas, eò quòd hominis vita absque amenitate diu durare non posit, ad hâc autem amenitatem pertinet, quòd sit locus camporum planicie distentus, arborum, ferarum, montium propinquitate conspicuus, nemoribus gratus, & aquis irriguus, verum, quia amenitas nimia homines ad delitias allicit, quod ciuitati plurimum nocet, ea moderatè vti oportet, homines enim delitijs vacantes, sensu primum hebetantur earum enim suauitas sensibus animum immergit, ita vt in rebus delectabilibus liberû iudiciû habere non possint, Deinde superfluè delectationes ab honestate, virtuteq; discedere sępe cogunt, nihil enim magis perducit ad immoderatum augmentum per quod medium virtutis corrumpitur, quàm delectatio, tum quia natura delectationis auida est & delectatione leui sumpta in turpium delectationum illecebras præcipitatur, sicut ligna sicca paruo accenduntur igne, tum etiam quia delectatio non faciat appetitum, sed gustata sitim sui magis inducit, vnde ad virtutis officium pertinet homines à delectationibus superfluis abstinere, eo enim pacto facilius ad mediû virtutis peruenitur, mollescunt

De amenitate ciuitatis & locorum.

leſcunt etiam animo delitijs dediti, & ad ardua attentanda, tolerandosque labores, & contemnenda pericula timidi redduntur, Demum delitijs immerſi pigreſcunt, & negotijs ſtudijsque neceſſarijs intermiſsis, curam delitijs ſolum adhibent, ad paupertatemque reducti dum conſuetis voluptatibus indulgere nequeunt, furtis rapinisque ſe exponunt, quo voluptates ſuas explere valeant.

Eſt igitur ciuitati damnoſum, vel ex loci diſpoſitione, vel ex quibusque alijs rebus deliciarum ſuperfluitate abundare, opportunum eſt ergo in cõuerſatione humana quaſi condimenti loco, parum delectationis habere, vt animus hominum recreetur. Prætereà ſi id quod ad finem eſt, queritur vt finis, naturæ ordo tollitur & deſtruitur, vt ſi ſaber maleum propter ſeipſum quærit, aut carpentarius ſerram, vel medicinam medicus, quæ ad debitos ipſorum ordinantur fines. In ciuitate autem ſibi regiminis commiſſi finis quem Rex vel princeps intendere debet eſt ſecundum virtutem viuere. Cæteris verò quilibet vti debet ſicut his quæ ſunt ad finem attingendum, ſed hoc ideò contingit in his qui delectationibus ſuperfluè innituntur, quũ huiuſcemodi voluptates ad iam dictum finem minimè ordinentur immò vt finis quæri videntur.

Agendum nunc eſt de quibuſdam quę ad principem in relatione ad ſubditos pertinent, vnde regimen placidè gubernetur, & licet in ſuperioribus † aliqualitèr in genere tactum ſit, in ſpecie tractandũ eſt, ad maiorem declarationẽ eorum, quæ per principem agenda ſunt, † Primum quidẽ vt ſingulis regiminis partibus naturalibus abundet diuitijs, quas ſic Ariſt. vocat, vel quia naturalia ſunt, ſeu quia homo ipſis naturaliter indiget, vt ſunt campi, vineæ, olìueta, paſcua, ſyluę ceduo, nemora, viuaria diuerſorum animalium & auium, armẽtaque & greges, Hinc Salomon oſtendens ſui regiminis magnificentiam, ædificaui inquit mihi domos, plantaui vineas, feci hortos & pomaria quæ conſeui cuncti generis arboribus & ad irrigandum hortos ſyluam lignorum germinantium piſcinas extruxi. Cuius quidem generis ratio multipliciter aſsignari poteſt. vna ſumitur ex parte vſus ipſius rei, qui delectabilior quidẽ in re propria, quàm in aliena videtur eſſe, ſecunda ſumitur ex parte miniſtrorum principis. ſi, n. ad ſubditos & vicinos pro neceſſarijs vitæ principis recurrere ipſos oportest, oppreſsionibus pręſtatur cauſa, & in ſubditis ſcandala generantur, vel ex eorum cõmertio in quo, aut ledit auaritia quæ ementem, vendentemúe comitatur, vel fraus conturbat. Tertia ratio ex parte rerum venalium accipitur, quę vt in pluribus carent ſophiſmate, vnde tantæ nõ ſunt ad nutriendum efficaciæ, quemadmodũ propria ideò in prouerbijs ait Salomon. aquam ciſternæ tuæ bibe, Sunt etiam propria ad victum pertinentia maioris ad ſumendũ ſecuritatis, hoc exigit principis magnificentia, vt tranſeuntibus largius promptiusque præbeantur, quod fit ſi prædictis abundent principes. Rurſus quia Natura ex opere ſuo delectatur, dum conſiderat nouum continuè procedendi modũ in actibus ſuis, ſiue in viuendo, ſiue in generando, ſiue in parturiendo, ex quibus in dominis admiratio conſurgit, & inde delectatio. Quod autem educatio delectationis ſit cauſa † probat, Pharaonis filia quæ Moyſem nutriri fecit, quem poſtea in filium adoptauit.

66 Non eſt ab ſenum in ſpecie tangere quæ in genere dicta ſunt

67 Expedit principem diuitiis abundare.

68 De educatione.

Debent præterea † equitatu ornati eſſe principes ad decorem, & pro defenſione contra hoſtes, aptiores enim expeditioreſque redduntur ſi equitia eorumque armenta habeant, quemadmodum de Salomone rege ſcribitur.

69 De equitatu principum.

Neceſſaria pariter ſunt principi † aurum, argentum, &c. metalla, ſine quibus opportunè regere & bene imperare nõ poſſunt. Eſt enim (vt philoſophus ait) nummus futuræ neceſsitatis quaſi fideiuſſor, principem igitur pecunijs abundare oportet, quo poſsit, in neceſsitatibus ſibi prouidere & ſubditis ſuccurrere, ad populum enim ſic ſe habere Princeps debet, vt ad oues paſtor, & ad filios pater. Quamobrem ex ærario publico frumentum in terra AEgypti emit Pharao, quod ingruenti famæ, ſecundum Ioſephi prudentiam ne periret populus diſtribuiſſe legitur. ærarium enim principis ſtomacho comparatur. vt ſicut in ſtomacho recipitur & ad membra diffunditur cibus, ita principis æràriũ pecunijs repletum iuxta neceſsitatem in ſubditos diffundi debet. Turpè eſt etiam, & dignitati principis minimè conſentaneum, à ſubditis mutuum pro neceſsitatibus ſumere. Ad hæc quum pecunia ſit neruus belli, oportet æràriũ principis plenum eſſe pro ſtipendijs militũ, pro conſtituendisq; vel firmandis contra hoſtes præſidijs. Sunt igitur quæ pręſcripſimus neceſſaria principi, non ad oſtentationem, fauſtumúe, ſed ad ſui ſuorumque ſuſtentationem.

70 Theſaurũ principi neceſſariũ eſſe.

Neceſsitate quoque vrgetur Princeps † vt neceſſarios miniſtros habeat, qui ad regiminis ſunt complementum, ſine quibus dominium ſubſiſtere nequit, & per quos pro perſonarum gradu exercentur officia, diſtribuuntur opera, & neceſſaria ad miniſtrantur, quod ſi benigni & fideles contigerint acceptiſsimi principi eſſe debent, dicente Salomone ſicut anima tua tibi ſit fidelis ſeruus. Hinc eſt Claudiani.

71 De miniſtris principis.

72 De crebra iudicium mutatione & ignotorum regimine cuitando.

Vt fortes in marte viros † animisque paratos.
Sic iuſtos in pace legis. Longumque tueris.
Electos, crebris, nec ſuccedentibus vrges
Iudicibus. Notis regimur, ſruimurque quietis.

Eſt etiam Reipu. periculoſum † ad magiſtratum pauperem aſſumi, impoſibile enim eſt teſte Ariſt. egentem bene, legitimeque publicis poſſe vacare negotijs, nam propter neceſsitatem inhiat lucris, & à veritate diſcedit, nec ſibi ipſi vacare poteſt. neque iuxta Saluſtij ſententiam in cõſulendo animum liberum habere. Sed hoc conceſſo, materia datur, vt homines amatores ſint pecuniarum quoquo modo, ſecundum philoſophum, quum natura humana honoris ſemper ſit appetitiua, ad quod ipſe philo. plura adducit, comparans oligarchiam ad ariſtocratiam, nam ſecundum Philoſo. eligitur diues, prout aſſumitur ſemper virtute preditus & inſignis, ſiue ergo pauper, ſiue diues, modo virtute ornatus ſit, in vera politia aſſumendus eſt. Hinc apud Romanos virtus ipſa peruicit, ne in vllo genere hominũ inhonorata eſſet, diuitis tamẽ ad magiſtratum, (vt ait Thomas) aſſumptio, minus periculoſa eſt, quia humanæ vitæ ſibi adſunt inſtrumenta quibus officium ſuum ſalua iuſtitia ſubditorum honeſte exequi poteſt.

73 De pericloſa pauperis ad magiſtratũ aſſumptione.

De nummiſmate agendum nunc eſt. † in cuius vſu regulatur hominis vita, & in regimine boni principis duabus de cauſis præcipuè neceſſarium eſt, vnam ex parte principis accipimus, ex parte populi ſubditi alteram, nummiſma enim ornamentum eſt regis, regni, & cuiuſlibet regiminis per repræſentationem imaginis principis videlicet. nec alia in re tanta poteſt eſſe eius memoriæ claritas, quum per manus hominum, nihil quod ad principem pertineat tantum tranſeat, frequenterque verſetur, quantum pecunia. Deinde moneta rerum venalium regula eſt, & menſura, eiusq; excellentia adeo relucet, vt imago pincipis in nummo, ſit hominum regula in commertijs. vnde moneta dicitur mẽtem monens, ne inter homines committatur fraus, quum debita ſit menſura. Iccirco modeſtus eſſe debet Princeps incudendo, mutandoque, quum in detrimentum populi id cadat, ex quo menſura rerum eſt, vnde tantum eſt monetam mutare quantum ſtateram aliudúe pondus. hoc autem quantum Deo diſpliceat in libro Prouerbiorum clarè demonſtratur. Ex parte autem populi neceſſarium eſt nummiſma, tum quia in commutationibus magis eſt expedita menſura, & inter populares certior, multi enim ſunt, qui alias ignorant monetas ſicque facile principes decipi poſſent, quod eſt contra formam regalis regiminis. quamobrem temporibus Cæſaris in toto terrarum orbe nummiſma vnum erat. hinc contra phariſeos prolato nummiſmate Cæſaris imaginem profitentem reſpondit Chriſtus, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę ſunt Dei, Deo, & quum multis modis populos in hac re crudeliter implicari quotidie videamus, operæprętiũ erit ſi curã diligentiamq; huiuſcemodi in negotio adhibueris, nõ tantum circa pecunias

74 De moneta & cura circa illam per principem habẽda.

nias sub tuo nomiűe cudendas, iuxta inclitæ domus tuæ in
stitutũ, verum etiam circa forenses & exteras quæ in ditio
nẽ tuam expendendæ importantur, ne Resp. aliquid detri-
menti accipiat prouidendo. Huiusce rei populi Rom. pręci
pua cura fuit, ideo quamuis belli punici tẽpore argẽti ęrisq; ratio nũmaria, opibus Romanorũ accisis imminuta fuisset, bello finito statim in pristinũ vt Festus auctor ẽ rediit.

Quæcunq; igitur in perniciem publicã, † aut ex mala cõ
75 De correctione, & reformatione abusuum. suetudine, licentiaúe bellorũ, aut etiã pacis indulgentia in-
troducta reperies, corrige & reforma. etiam diui Adriani
exẽplo, qui edictũ suum quod sub occasione vicesimę fisco
præstandæ bellorũ tẽporibus introductũ fuerat, pace succe
dente sustulit, necnon Octauij Cæsaris, quẽ præcipuò stu-
dio diligẽtiq; cura circa correctionẽ & reformationẽ abu-
suum intentum sollicitũq; fuisse historici referunt. Vnde ẽt
Senatorũ affluentem numerũ deformi & incondita turba,
erant.n. supra mille (vt Suetonius testatur) & quidam indi-
gnissimi, & post mortẽ Cæsaris per gratiã & pręmium alle
cti, ad modũ pristinũ & splendorẽ redegit. Imitandi.n. sunt
prudẽtes medici, qui leues morbos, leuiter curant, in pericu
losis egritudinibus amaras & asperas adhibent medicinas.
abscindẽdũ est omne, quod Christi nocet Ecclesiæ, quod-
que publicæ vtilitati, ac honestati aduersatur. oẽs abusus re-
secandi sunt, messem magnam inueniens. dum.n. principes
inter se belligerant (vt Plautinè loquar.) mores interim ma
li quasi herba irrigua vberrimè succreuerunt. Quod igitur
per opportunitatẽ & occasionem malorũ temporum per
peram, per gratiam, aut vrgente necessitate introductum
fuerit, id melioribus temporibus succedentibus, aut subla-
ta exigendi necessitate tollas, & populis superiorum tem-
porum dãna, quoad fieri possit resarcire cures, quæ si opere
cõpleueris, placatus cœlestis rex, qui non deserit nisi desera
tur, inclytã domum tuã iuuare, conseruareq; non desinet.

76 De ponderibus, & mẽsuris ad bonum regimen necessariis. Tractemus nunc † de ponderibus & mensuris quæ ad
cuilibet dominij regimẽ conseruandũ necessaria sunt, quẽ-
admodum & nummisma. eis.n. tributa soluuntur, lites di-
minuũtur, in emptionibusq; ac venditionibus fidelitas ser-
uatur quinimmò magis imitantur actionẽ naturalem quã
nummisma. vt.n. scriptura ait. Deus omnia disponit in nu-
mero, pondere, & mensura, si igitur creaturæ omnes, tri-
bus his limitibus terminantur, pondus, & mensura à natu
ra magis originem videntur trahere quam nummismata,
ideòque necessaria magis sunt.

77 De eleemosina & eleemosynarũ præfectis quos eleemosynarios nuncupant. Est & aliud † quod ab bonum cuiuslibet principis regi-
men pertinet, vt ex communi ęrario deputetur per princi-
pem qui necessitatibus pauperum, pupillorumq; & vidua
rum præsit, quique aduenis & peregrinis assistat, si.n. natu-
ra vt ait philosophus, in necessarijs non deest, minus & ars
quæ naturam imitatur. Inter omnes autem artes viuendi
& regendi ars superior est & amplior. vt in Tusc. quęstioni
bus scribit Cice. reges ergo & principes indigẽtibus dees-
se non debent. Præterea Dei vices in terris gerunt, quum
per eos mundum gubernet Deus, sicut per causas secũdas,
sed curam pauperum præcipuè. Deus habet. sic circa indi-
gentem agens, vt pater erga impotentes filios quorum dili
gentior solicitudo propter maiorem necessitatem haben-
da est. sunt igitur principes sicut vices Dei in terris geren-
tes, ad supplendum defectum pauperũ debitores. Hinc ad
Alex. inquit Aristo. debilium, miserabiliumque persona-
rum necessitatẽ inquire, Indigentibus subueni, & necessa-
ria ad victum subditorum tuorum indigentię temporibus
thesauriza, vt cum sterilitatis famisque venerit annus, tuis
subuenire valeas, & tunc scient omnes oculos tuos procul
videre, propter quod clementiam mirabuntur tuam, &
ab offensione eiusdem maiestatis cauebunt, vnde ab hi-
storicis merito laudatur Iul. Cæsaris industria, qui bellis ger
78 Succurrendũ est populo in necessitatibus. manicis intentus ne populus fame laboraret, † Romam re
uersus ad conquirendum frumentum necessitatibus popu
li succursurum, nauigia per frugiferas insulas sedula inten-
tione dispersẽrit, nec minus Augusti Cęsaris qui frumentũ
in annonæ difficultatibus leuissimo pretio interdum nul-
lo, viritim populo distribuit, horum exempla, & inclitæ do
mus tuæ institutum amplectere. nam (vt Pli. ait) honestis-
simum est † maiorum vestigia sequi, si modo recto itinere 79 Quando maiorum expediat vestigia sequi.
præcesserunt, pauperum igitur & populi necessitatibus suc
curre, & adiuuando præueni, sic iuxta tui nominis etymo
logiam, eris nobis Emanuel in terris, i. nobiscum Deus. sic
& eris verè nobis Philibertus, i. † erga subditos tuos abun- 80 Emanuel idest nobiscũ Deus.
dans amor. Et quibus insignitus es nominibus, consequen
tia rebus erunt. Socra. & Pla. veri philosophi † magistratus &
officiales in sua politia constitutos perpetuos esse voluerũt 81 Philibertus hoc est amor abũdans.
imitantes naturam, quæ immutabilis fere est. Item quia ex
perientia facit artem, & in experientia casum, scientia rei
militaris audaciam nutrit. Nemo enim facere metuit, quæ
se bene didicisse confidit. Ex quibus liquet, quòd si fiat mu 82 Virum expediat rectores & magistratus perpetuos esse.
tatio magistratuum interdum inexpertus assumitur. ex quo
multi contingunt in politia errores. metuendum etiam est,
ne noui magistratus plus damni pauperibus illaturi sint quã
qui iam longo tempore regentes pleni sint, vacui autem
& cupidi de nouo eligendi, quos habendi necessitas præ-
mit. vnde Thiber. Cæsar magistratus diu perseuerare pa-
tiebatur. Quappropter vt Iosephus de bello iudaico ait. per
duos præsides Gratum videlicet & Pilatum recta guberna
taque sub illo Iudæa fuit. Hinc est illud Claudiani in laudẽ
Honorij Crebris nec succedentibus vrges Iudicibus. Sed
Romani post regum expulsionem, consules statuerunt, vt
nec insolens diu maneret, magistratus & moderator, ci-
to succurreret. mutare enim aliquando dignitatem, & ma
gistratus personis idoneis distribuere in ciuitate & quacun
que politia maioris pacis causa est. Interdumque contingit
personam ad dignitatem assumptam in gradu suo virum es
se virtute insignem, sed post reprobis accedere, & vni ma
gistratum dare, causa seditionis in multitudine quandoq;
est, alij.n. videntes se omnino statu carere, si viriles & ani-
mosi sint ad discordias ciuium mittuntur, laudabilis est igi-
tur politia in qua secundum merita ciuibus vicissim tribuũ
tur honores, quod etiam Philo. magis laudat modo tamen
eligatur expertus probus, & integer, qui velit, & possit be
ne regere & gubernare, quibus concurrentibus cessant quę
Socratem & Platonem ad faciendum contrariũ mouebãt.

Senatum verò † templis, veteres Romani cogere assue-
uere, posteà increbuit mos vt extra vrbem haberetur. De- 83 De curia senatoria.
mum quod ad maiestatem resque agendas præstabat, pro-
pria huic muneri tecta haberi voluere, quibus fessi ætate
patres, neque viæ prolixitate deterrerentur, neque loci in-
commoditate prohiberentur, quo minus vt conuenirent
frequentes, & vna diutius adessent, Iccirco Curiam Sena-
toriam in vrbe locauere, vt patres ipsi, vti ferme oẽs erant
natu maiores, admodum religioni dediti, salutatis dijs
non intermissa opera à templo ad negotium se possent op-
portunè transferre. Et si quando aut legatos, aut principes
exterarum gentium dari copiam Senatus peterent è Rep.
reuerentiaque erat locũ habere vbi tum dignitate, & hospi
tis & vrbis præstolantem exciperent.

Laudant Cic. & Suet. & Xenophon. Pompe. Augustum
& Agesilaum quod ad eos faciles † essent aditus, obseruan 84 De aditu ad principem facile præstãdo.
dum est.n. præcipuè principi, vt in adeunde quidem se fa-
cilem præbeat, contemni tamen se non patiatur. Sic etiam
Plin. in laudem Traiani. Nulla in audiendo difficultas, nul
la in respondendo mora, adeunt statim, dimittũtur statim,
tandem principis fores exclusa legationem turba non obsi
det. nihil.n. tam alienum est à principe, nec qui aliorum in
se odium tãtopere concitet, quam asperitas, & ea quæ mo-
rositas dicitur. Contra verò in omni vita maxime laudatur
Comitas grauitate temperata. patri pręclarissimisque ma
ioribus tuis ac vna re potissimum beneuolentiam homi-
nũ conciliatam perhibent. circunspice, Augustum ne imi
tari velis an Traianũ an verò maiores tuos, † Hę sunt qui-
dem partes regiæ, subditorũ audire quærelas, omniumque 85 De partibus regiis.
te adeũtium negotia decidere, lites componere, ac deside-
rijs mortalium satisfacere ex duabus auribus, Alex. magni
exemplo, vnam accusatori, reo alteram prębere. Philip-
pum

pum Macedonum regem ex longi subselij (vt Pompon.
Ciceronisque verbis vtar) iudicatione & mora tedio affe-
ctum, dum abiret ab anu paupercula, vt causam suam expe
diret interpellatum, respondissetque Rex ocium sibi non
86 De necessaria audientia principis. esse † & clamasset anus noli ergo imperare, admiratum
Philippum, & cum dicto (vt apuleiano vtar verbo) resedis
se legimus, & non modo illam sed alias quoque causas co-
gnouisse. Et Vespasianus quum graui morbo vexaretur,
& tamen lecto decumbens, legationes audiret, amicis ad
monentibus vt sibi parceret, respondit, oportet Imperato
rem stantem mori, hoc est in audiendis causis, & negotijs
componendis, rebusq; vigilantem, strenuum, & erectum
ad extremum vsq; vitæ esse oportere. verum vt quid tibi
Cæsarũ & regum exempla citamus? Audi Hieronymum
super Hieremiam dicentem, regum officium est propriũ
iudicium facere, atque Iustitiam, & liberare de manu ca-
lumniantium vi oppressos & peregrinos, populisque & vi
duis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxi-
lium, peccatque princeps secundum sacræ paginæ docto-
res, si querelantibus audientiam non præstet, honor regis
(vt inquit Dauid) iudicium diligit, ideo de ipso scriptum
est, quod iudicium atque Iustitiam faciebat omni populo.
Propterea etiam Salomon ad discernendum iudicium sa-
pientiam postulauit a domino, quum igitur per ætatem li-
cuerit princeps inclyte horas habebis statutas, † quas audiẽ
87 De horis statutis q̃ princeps habere debet ad p̃standam audientiã dis controuersijs, querelis, & desiderijs te adeuntium im-
pendas, ne te quærentes totos dies conterant, dum collo-
quium aucupantur tuum, quod & Theodosium Impera-
torem solitum facere perhibent, vt die quidem aut exerce
retur in armis, aut de subditorum negotijs certis horis iu-
ri dicendo decerneret, nocte verò libris incumberet.
88 De vigilantia principis & Reipublic. gubernantis. Lucubratio principem decet † & Remp. gubernantes,
hinc Traiani, Cato. vticensis. Bruti, & aliorum laudata vi-
gilantia. vnde eius qui Reipu. præsidet triplicem esse cu-
ram oportet, ne subditos labi permittat, vt lapsos in viam
reducat, tertiam vt malo affixos & incorrigibiles ita coer-
ceat, vlciscatur, exterminet, vt eorum pena reliquos à pec-
cato deterreat, sic legum latoribus placuit latinis Græcis
Hebreis. Et quemadmodum scribit Homer. turpe esse cũ
cuius tutelæ populi commissi sunt, totam noctem dormi-
re. Nullum mare tempestates tam graues & assiduas ha-
bet, quam regnum Principum, itaque semper vigilandum
est, sibique prouidendum subditos fore pacificos, pudicos
& modestos, vt enim melior est medicus; qui morbum
excludit, & arcet, quam qui pharmacis expellit acce-
ptum, ita laudabilius est obuiam ire sceleribus, ac operam,
dare, ne facinora patrentur, quam perpetrata punire.
89 Laudabilius est principem occurrere delictis perpetrandis quam commissa punire. † hinc solent iurisconsulti dicere, melius esse intacta iura
seruare, quam post vulnus illatum remedium adhibere, sa-
pientis est inquit etiam in Phillippicis Cice. quicquid homi
ni accidere possit, id p̃meditari, ferẽdũ modicè si aduenerit
Sed maioris esse oĩno consilij, prouidere nequid tale acci
dat, multa tibi debet populus, et tu pariter populo plura de
bes. Tibi populus cẽsum debet, debet obsequium debet ho
norem, Sed tu vicissim populo debes bonum, & vigilãtem
principem & ab oppressionnibus strenuum defensorem.
90 Non conuenit a sermone principis quempiam tristem discedere. Neminem à te tristem discedere permittas. † sic Titum
Vespasianum semper fuisse solitum facere scribunt Histo-
rici, summopereque curasse ne quem sine spe dimitteret.
quin etiam admonitionibus domesticis quasi plura pollice
retur, quam præstare posset, nõ oportere respondit quen-
quam à sermone principis tristem discedere. Ego tamẽ pri
ceps optime te hortabor, vnum vt aliud stans aliud sedens
sentias. nihil est. n. quod lumine clarior præfulgeat in prin-
cipe, quã recta fides. Ideo inter præcepta Aristote. ad Alex.
præcipuum illud est fidem esse seruandam. † quoniam om
91 De pena infidelitatis principum de qua & infra stati. nem infidelitatem malus consequitur finis. Quod si in fi-
de & federibus infringendis boni aliquid eueniat, ipsa ta-
men species mali, exemplum reprobum & de genere ma-
lorum scias, itaque inquit Aristo. per fidem hominum con
gregationem fieri, & ciuitatum habitationem, virorum cõ
munionem, & regum, Imperium per fidem, ac castra te-
neri, ciuitates seruari, reges dominari. Siquidem tollas fi-
dem cuncti homines ad statum pristinum reuertẽtur, bru-
torum videlicet instar. Caue ergo subiungit Philosophus,
fidem fallere. Regni Syriorum destructionis causa fuit, q̃
Reges iuramẽtis ad fraudem vtebãtur, hominũq; & pro-
ximarum ciuitatum deceptionem, fœdera, quę pro salute
humani generis percussa fuerant frangentes, abutebantur
iniqui illi iuramentis in perniciem proximorum, ideo iustis
simi iudicis æquitas eos amplius sustinere non potuit.
Nec vnquam vt ad Traianum dicebat Plinius, deceptus
est princeps, nisi qui prius ipse decepit, nihil hercle turpius
nihil magis in principe detestandum, quam violatæ fidei
quærela, tanta est ęquidem fidei vis, vt etiam hosti data
seruanda sit, hinc Agesilaum Regem laudat Xenophon,
quod fœderum & conuentionũ magnus esset obseruator
etiam infidis ac mentientibus, quo effecit, vt græci barba-
rique audacter secum cunuenirent. In principe æquidem
tanquam in fonte Iustitiæ cõstans voluntas debet esse, cui
illud conuenit quod semel locutus est deus, quod scripsi scri
psi. Ideò principes habere debent vnum calamum, & vnã 92
linguam. Scriptũ est. n. irrita non faciã quæ de labijs meis De obseruantia contractuum principis.
processerunt. † quę igitur promittas & cui promittas vide
to, diligenterq; consideres, cũ quo cõtrahas, sed postmodũ
tenaciter contractum obserua. Iustitiæ enim consentaneũ
& conueniens est, etiam principem obstringi, teneriq; ad 93
obseruantiam contractus ipsius, licet cum subdito celebra De pena infidelitatis principũ.
ti. † Quod si feceris nihil tibi deerit, ab exteris quæ quæsie-
ris inuenies. subditorum verò facultates ad manus habe-
bis. At si de facto contrauenien s, fidem non seruaueris, hoc
lucraberis quòd non inuenies qui tecum contrahere velit,
sicq; eris omnium exul. qui debes esse omnium præsul,
quandoq; tamen melius est fidem non seruare, quam pol-
licitis stare quum res honestati puta repugnat, aut publicæ
vtilitati reluctatur, vt si facinoroso homini, qui aliter illa-
queari non poterat, fides data non seruaretur. huiuscemo-
di tamen factum aliquo colore palliant principes, Lysan-
dum imitantes, qui censebat vulpis pellem assuendam quo
leonis non assequerentur, nam pueros talis, viros autem iu- 94
reiurando decipiendos esse dicebat. Quomodo recipiẽda sint bene facta dictaque a malis & turpibus auctoribus
† Et quia à malis quædam aliquando bene aguntur, per
principẽ tenendus est modus vt appareat auctorem no dis-
plicuisse factum, quemadmodum ad Traianum plini. scri-
bit. hinc Eschines acerrimus oratorum qui apud concio-
nes Atheniensium floruerunt, in oratione illa seria, & cri-
minosa, qua Timarchum de impudicitia grauiter accusa-
uit, nobile & illustre consilium Lacedemonijs (vt ait Gel-
lius) dedisse dicitur. Populus inquit Lacedemonius de sum
ma Repub. sua, quidnam vtile & honestum esset delibera-
bat. Tum exurgit sententię dicendæ gratia homo quidam
turpitudinis pristinæ vitæ defamatissimus, sed lingua tunc
atq; facundia nimium quanto præstabilis, consi. quod de-
derat, quodq; oportere fieri, suadebat, acceptum ab vniuer
sis, & complacitum est, futurumq; erat eius sententia popu
li decretum. Ibi vnus ex illo principum ordine, quos Lace
demonij ætatis maiestatisque dignitate, tanquam arbitros
& magistros disciplinę publicæ verebantur, commoto ira
toque animo exilit, & quęnam inquit Lacedemonij ratio,
aut quæ tandẽ spes erit vrbẽ hanc & Rempu. saluam, inex-
pugnabilemq; diutius esse posse, si huiuscemodi anteactæ
vitæ hominibus consiliarijs vtemur? Quod si proba isthęc
& honesta sententia est. quęso, vos non sinamus eandẽ dę
honestari turpissimi Auctoris contagione. Et vbi hoc di-
xit, elegit virum fortitudine atque iustitia præter alios prę
stantẽ, sed inopi lingua & infacundum, iussitq; cum consen
su omniũ illam eandem sententiam cuiusmodi posset ver-
bis dicere, vt nulla prioris mentione habita, scitum atq; de
cretũ populi ex eius vnius nomine fieret, q̃ ipsum denuo
dixit atq; ita ut suaserat, potentissimus senex factum est,
sic bona sententia mansit, turpis auctor mutatus est.
Parua munera tibi quandoquę oblata placide, ac be-

nigne veluti magnà bonorum principum exemplo, suſci-
pias, animum dantis potius quam rem datam reſpiciens,
etiam Phebo vt Tibullus ait, Gratiſsima dona Ceres tulit.
exigua tamen erant hinc in Epiſtolis Hieronymus ait, pau
perculam viduam, quæ in gazophilatium duos dernarios
miſit, cunctos ſuperaſſe locupletes in oblatione munerum
96 Dei, quę nõ pondere ſui, ſed offerentiũ voluntate penſatur.
De adulatoribus. Adultatores omnium animalium domeſticorum ſecun
dum Taletem Mileſium peſsimi ſunt † hi tamen hiſce tẽ-
poribus vel maximè qualibet in Curia regnant, videntes.n.
homines, melius adulatoribus, quàm recta monẽtibus ſuc-
cedere, ad nugas ſe conuertunt, & quæ placent loquuntur,
creſcentibus nempe flagitijs hominum, creuit & veri odiũ
regnum blanditijs ac mendacio datum eſt, adulãtur ſacri-
ſici, aſſentantur medici, conſiliarij haud ſatis amicè conſu-
lunt, neque libere monent Magiſtratus, proceres certatim
Principis fauorem ambiunt, & ad gratiam ſere ſemper lo-
quuntur, qui à ſacroſanctis cõfeſsionibus Principibus ſunt,
libere & audacter vix officio funguntur ſuo. Quod ſi face
rent hercle meliores forent principes. Ita fit, vt dum quiſ-
que ſuis commodis ſtudet, publica negligatur vtilitas. hi
ſunt qui vt Terentius, ait ex ſtultis ſolent inſanos facere.
A tuo conſpectu Excellentiſsime Princeps, abige & expel
le huiuſmodi hominum genus. nam vt Polipus ad ſpeciem
ſubiecti Solis colorem permutat, ita aſſentatores ad volu-
ptatem audientium variant ſententiam. laudas Iuſtitiam,
& ipſi etiam laudabunt, ſi id placere audientibus intelligãt,
vituperabunt; ſi bis apud quos loquuntur iniurias eſſe gra-
tas cognouerint, nec ab Aegyptio illo ſophiſta differunt,
qui & arbor fiebat & aqua & fera, et quicquid liberet. Tra
ianum alioſq; bonos princeps conſpice ad aures tuas. Tra-
iano ſcribens dicebat Plini. cum cęteris omnibus tum vel
maxime adulationibus obſtructus eſt aditus, ſilent ergo &
quieſcunt, ac poſtquam non eſt cui ſuadeatur, qui ſuadent,
non ſunt, fugienda eſt pœnitus adulatio quam doctiſsimi
viri vrbium regnorumque peſtem eſſe dixerunt. Hercle ſi
in pœnis mali dati rationem conuenit expendere, plus le-
dit Rempu. peſtilens principis adulator, quam alius quiuis
criminoſus, vbiq; cuſtodienda eſt veritas, quæ licet ad præ
ſens inſuauis ſit tamen cum fructus eius atque vtilitas appa
ruerit, non odium pariet, vt ait Poeta, ſed gratiam. Antigo
nus vnus ex ſucceſſoribus Alexã. qui regnauit in Aſia inter
venandum mutata veſte, relictis comitibus, apud agreſtes
homines errabundus, in vili tugurio pernoctauit inco-
gnitus. Et quum de ſeipſo tanquam de altero percuncta-
tus aſtantes omnia quæ ſecerat mala ab eis audiuiſſet,
97 mane quęſitus atque inuentus, quum veſtem allatam atq;
Principe raro verũ audiunt. regium ornatum vidiſſet † Date inquit purpuram, quam vt
primum indui, verum de me niſi in hac nocte nunquam
audiui. Mortuo propterea Varro Auguſtus plurimũ ſe do-
lere profitebatur, quia non eſſet à quo verum audiret. quã-
uis qui verum audire vult facilè inuenit a quo audiat. Prin-
cipi igitur nihil gratius, nihil charius veritate eſſe debet,
quia ſola eſt veritas principi princeps, cui reſiſtens deo re-
ſiſtit, quum deus ipſe veritas ſit. vnde a maioribus noſtris
98 ſapientiſsimè, vt Pontanus ait, inſtitutum eſt, vt Euange-
Quod euãgeliorum liber principibus oſculandus offeratur. liorum lib. † quo diuina continetur veritas, ſingulis diebus
principi oſculandus offeratur, quum in re diuina adeſt, vt
ex eo colendæ veritatis admonitus meminerit ſtudioſiſsi-
mum ſe eius eſſe debere, qua ſola inſpecta iudicat bonus
princeps, nec enim proceſsibus eſt obnoxius qui proceſſuũ
nodos ſtringere poteſt & ſoluere, nec vllus eſt (vt Lactan-
tius ait) ſuauior animo cibus quam cognitio veritatis. Cu-
ius tanta vis eſt, vt contra omnium ingenia calliditatem,
ſolertiam, contraq; fictas hominum inſidias facile ſemper
ſeipſum teſte Cicerone defendat.
99 Mali mores principis non tantum ſibi, ſed omnibus dã-
Quantum mali afferant reprobi principis mores no ſunt, populi enim omnes † & actus & babitus illius imi
tari ſtudent. Ita veriſsimum eſt nullos magis Reipub. no-
cere quam qui exemplo nocent, vnde Cicero in tertio de
legibus, non tantum inquit, mali peccare Principes, quan-
quam eſt malum per ſeipſum malum, quantum illud, quod
permulti imitatores principum exiſtunt, ſpargitur in vul-
gus quicquid ab ore principis exit, & ſicuti quum benefa-
cit, plurimorum vitæ, & ſaluti cõſulitur, Ita principis error
ad multorum perniciem pertinet, vtque in corporibus ſic
in Imperio grauiſsimus eſt morbus qui à capite diffundi-
tur. nutabit, vt ſacri teſtantur Canones, totius familiæ ſta-
tus, quum quod in membris quęritur in capite non inueni-
tur. Proinde ſummam curam eum habere oportet vt ea
quæ facit, & loquitur, virtutem ſapiant, & honeſtatem prę
ſe ferant, ſeque cogitet velut in ampliſsimo theatro conſi-
ſtere totius orbis oculis in vnum coniectis. nihil ab ipſo ple
beium aut vulgare expectari, in exemplum rapi, quicquid
dixerit, aut fecerit. Etſi etiam Hiſtriones habet. ſollicitos,
quomodo ſuſceptæ ſabulæ, quomodo theatro reſpondeãt,
quãto magis curę principibus eſſe debet, vt dignitati ſuæ,
& orbis expectationi reſpondeant? non enim quæritur re-
gnum propter ſe, ſed propter bonam famam, ſi itaque in
aſpectu tantum religioſum ſe oſtendat, & in operibus ſit
maleſactor quum difficile ſit iniqua principis opera celari,
a populoque ignorari, reprobabitur à deo, contemnetur
ab omnibus, actus ſui infamia notabũtur, Diminuetur Im-
perium, & glorię carebit honore, quid plura, non eſt the-
ſaurus. vt ait Philoſophus, qui bonam famam redimere ſi-
bi poſsit. bonus princeps, vt Plutarcho placuit, † viuũ quod
dam eſt dei ſimulachrum, qui ſimul, & optimus eſt, & po- 100
tentiſsimus, Cui bonitas hoc præſtat, vt omnibus velit po- Bonus princeps Dei ſimulacrũ eſt, malus vero diaboli.
tentia, & quibus velit, poſsit quoque, malus autem Prin-
ceps vt quidam dicunt mali demonis imaginem repræſen
tat, Cui multum adſit potentiæ cũ ſumma malitia coniun-
ctum, quum ad calamitatem humani generis omnia co-
gitet faciatque.
Protrahatur in medium auaritia † latentium indagatrix 101
lucrorum, manifeſtæ perdæ auidiſsima vorago, nec habẽ- De auaritia quæ in principe e peſsima.
di fructus fœlix & cupiditate quærendi miſerrima. Hicque
vt plautinè loquar, perpurgatis des mihi operam auribus
Princeps inclitè. Auaritia priuatorum mala eſt. principum
verò longè peſsima, & vitium acerbiſsimũ. Catonis apud
Liuium ſignãdum verbum eſt. auaritiam & luxuriam om-
nia magna Imperia ſubuertiſſe. Recte igitur Claudianus in
laudem Honorij ait. Nec tua priuatis creſcunt ęraria dam-
nis. Et Tiberius Cæſar, vt Sueto. refert, præſidibus oneran
das tributo prouincias ſuadentibus reſcripſit, † boni paſto- 102
ris eſſe, pecus tundere non deglubere. Hinc etiam pulchre Boni principis ẽ populos non deglubere
Saluſt. ait. auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſa-
piens concupiuit, ea quaſi venenis malis imbuta, corpus
animumque virilem effeminat, ſemperque infinita & inſa
tiabilis eſt, neque copia neque inopia minuitur.
Contemnendę ſunt quæcunque artes † quæ contra Iu- 103
ſtitiam pro vtilitate inſtitutę videntur, quum à ſapientibus De contemnendis artibus quæ pro vtilitate contra iuſtitiam inſtitutæ ſunt
viris diffinitum ſit, nihil vtile eſſe poſſe, quod non idem iu
ſtum honeſtumque ſit, quippe habere quæſtui Rempubli
cam, nõ modo turpe, ſed ſcelęratum etiam ac nepharium.
Itaque quod Apollinem edidiſſe oraculo, legimus, Spar-
tam nulla alia re, niſi auaritia perituram, nõ ſolum Lacede-
monijs, ſed omnibus populis, principibuſque prædixiſſe
videtur. Et ſiquis priſcorum excutiat, annales, & veterum
monumenta reuoluat, pleraſq; ſeditiones immodicis exa-
ctionibus ortas fuiſſe reperiet, indeque multorum populo-
rum à ſuis principibus abalienatos animos, hinc Syracuſa-
nus Geron quum pecuniam à ciuibus ſuis exigeret, & tu-
multuantes eos videret, mutuo ſe petere, & reſtituturum
dixit, volentes itaque dederunt, & ille perfecto bello reſti-
tuit. & Mar. Anto. Philoſo. quum ad bellum ęrarium ex-
hauſiſſet, ne extra ordinem prouinciales grauaret, in foro
Traiani auctionem Imperialium ornamentorum fecit, vẽ
diditque aurea pocula, & cryſtallina vaſa, ac regia & veſtẽ
vxoriam, & cætera quæ habebat, tantumque auri redegit,
vt reliquias belli macedonici ex ſentẽtia proſecutus poſtea
poteſtatẽ ſecerit emptoribus, empta reddẽdi pretio reſtitu
to, nec moleſtus vlli fuit, qui vel non reddiderit empta, vel
reddide-

reddiderit. Princeps qui Reipub. malis alitur, qui gaudet,
inter Ciues factiones & dissidia serere, simultatesque casu
forte obortas alit, & prouehit, qui nihil aliud agit, nec co-
gitat, quàm vt plurimum pecuniarum à subditis emungat,
& extorqueat, nec modum nec finem habet, sed indies ma
gis nouas exigendi vias excogitat, & quicquid semel per oc
casionem temporis perperã introduxit, mordicus retinet,
nihilque se indignum existimat, vnde colligatur emolumẽ
tum, & quod est odiosius, per insolentes ministros exercet,
potius prædo quam princeps dicendus est. Quum enim
Respubli. corpus quoddam sit ex varijs membris compa-
ctum, in quorum numero sunt principes ipsi, licet excelsi,
ea moderatione vti debent, vt omnibus consulant, aliter
neque pars sunt Reipu. neque princeps. sed prædones. & si
104 adulet ur illi sua ætas? non assentabitur posteritas, quin qua
Etsi sua ætas principi adulet ur non assentabitur posteritas
lis fuerit demõstret, quẽadmodũ in Nerone, Caligula, He-
liogabalo, & his similibus vides, quos viuos nemo offẽdere
nemo tangere audebat, inde tãto odio posteri insecuti sunt,
tãta libertate detestati illorum malefacta, vt nomina quoq;
populis sint exosa, libero.n. iudicio de rebus vitaq; hominũ
posteritas vtitur, quę nec vituperare improbos metuit, nec
laudes inuidet benemeritis. Qua quidem in re, magna est
vt videmus, prærogatiua principibus, immò vere necessi-
tas imposita bene gerendarum rerum, si iudicium homi-
num & famæ apud posteros æternitatem sperare velint.
nam in cæteris quidem humilioribus, magna vi ac virtute
opus est vt in lucem emergant, & eorum peccata suæ sor-
tis obscuritate teguntur. In principibus vero & magnis vi
ris probitas, siue quod rara sit in multa fortuna, ac propte-
rea magis admirationi habetur, siue quod ex fortunæ splẽ-
dore magis illustretur ea vel si modica, pręclara atque insi
gnis habetur. malefacta autem nec latere, quamuis secre-
ta, possunt, nec cognita diu tacere, illi.n. ipsi, qui aut mini-
stri sunt voluptatum, aut socij criminum, conscijque fa-
ctorum efferũt, & primi damnant. In summo autem rerũ
discrimine ad defensionem patriæ, ac iniurias à subditis
propulsandas, nec prophanis, nec sacris rebus, vt inferius
dicemus parcitur. Sed si iusta principi necessitas immineat,
quis illi ferre suppetias negabit? quum viderint homines
principẽ verè necessitate vrgeri, nõ autem solitis technis
& simulationibus agi, quæ populis odiosæ sunt, & a bono
principe tanquam infames reijciendæ? simplicitas.n. natu-
ræ amica est, bono principi nihil deesse potest, † id quod
105 apud Xenophontem Cyrus Creso ostendit, quum ab eo
Bono principi nihil deesse.
admonebatur fore, vt in multa largitione pauper fieret, quũ
liceret ei vni viro auri quamplurimos thesauros domi po-
nere. Si à principio regni mei, ad Cresum, ait Cyrus, aurũ
vt vis collegissem, quot iam mihi pecunias futuras arbitra
ris? Et magnum quidem numerũ respondisset, age inquit
Cresce mitte virum cum hoc nuntio. Cui amicos suos adi
re iussit, nunciareq; Cyrum auro egere, sibique præberent
pecunias, quas singuli possent, inuenisseque plures pecunias
pro se paratas, quam Cresus dixerat, tum Cyrus videsne,
Crese ait, mihi quoq; Thesauros esse quos si penes me, vt
consulis haberẽ, & inuidiæ & odio essem, ac fidem merce-
narij custodibus quos his præficerem habere cogerer, at
ego dum amicos diuites reddo, hos mihi theasauros esse
puto, & custodes simul cum mei ipsius tum meorum bono
rum longe fideliores, quam si stipendiatos præfecissem. Sic
enim suos charitate deuinctos habebat, vt non modo pecu
niã pro se verum etiam vitã impendere, quũ foret opus, ne
cesseue non vereretur, verè itaque in fisco suo esse dice-
bat, quicquid eius subditi possiderent, nec malè arbitraba-
tur, omnia enim, quæ possident incolentes ciuitates id pro
prium est bene fugiẽtium principatu, fœlicissimosque Cy-
rus opinabatur, non qui plurimas pecunias haberent, sed
qui & comparare plurimas iustè possent, hisq. honestè vti.
Multi enim opibus abundant, qui diuitias non possident,
sed à diuitijs sunt possessi, vt de Ptolemæo Cypriorum,
Valer. Max. scribit, quem propterea titulo insulæ regem,
animo autem miserabile mancipium esse dixit. † hoc igi-
tur exemplum ait Seneca principi constituam ad quod for
metur, vt se talẽ esse ciuibus & subditis suis, quales sibi esse 106
Ad quod exempla formare se debeat princeps.
deos velit, hic Anto. Pius optimus proculdubio princeps tã
ta sanè diligẽtia subditos sibi populos rexit, vt oĩa & oẽs ea
si sua essẽt curaret, ideo vniuersæ sub illo floruerũt prouinciæ.

Est etiã boni principis prouidere & curare vt quæ iniu-
ria temporũ, & bellorum forte calamitate introducta fue-
re, sublata exigendi necessitate tollere, quinimmo cauebit
verus princeps, † exemplum pestilens quod semel introdu 107
Cauendum est principi a malo & pestilenti exemplo.
ctum aboleri haud facile queat, introducere.

Domitianus fiscales calumnias † magna calũniantiũ pœ-
na repressit, ferebaturq; vox eius, principẽ qui delatores nõ
castigat, irritare, dignum verbum quod semper in ore re- 108
De delatoribus.
gnantium hęreat, nunquam enim (vt Plinius ait) principi-
bus defuerunt, neque desunt, qui fronte graui, & tristi su-
percilio vtilitatibus fisci contumaciter superbeque adessent
nisi à bono reprimantur principe.

Antonius Pius stipendia multis subtraxit † quos ocio- 109
De stipendis ignaue accipientibus subtrahenda.
sos videbat accipere, nihil sordidius esse dicens, immo crũ-
delius quam si hi Rempubli. arroderent, qui nihil in eam
suo labore conferrent. Et alexander Seuerus ne annonis
Rempubli. grauaret, malum existimans esse Imperato-
rem, qui ex visceribus prouincialium, homines non ne-
cessarios, nec Reipub. vtiles pasceret, palatium suum, com-
meatumque omnem abiectis ex aulico ministerio cunctis
inutilibus, neminem nisi necessarium hominem in serui-
tio suo esse passus est, sequere Princeps inclytè horum ve-
stigia, hos imiteris, si gloriam laudemq; quæris, hęc immor
talia sunt, hæc fama celebrantur, monumentis annalium
mandantur, posteritati propagantur, studeasque plus ama 110
De metu & amore subditorum versus principem.
ri quam timeri † omnium, inquit Cicero, nec aptius quic-
quam est ad opes tuendas ac tenendas quam diligi, nec alie
nius quam timeri. errat longè mea, quidem sententia, ait
Comicus, qui imperium credit grauius esse, aut stabilius vi,
quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. malus certe
custos est diuturnitatis metus, quem metuunt oderunt in-
quit Enius. Charitate & beneuolentia subditorum magis
quàm armis pro Ciceronis sententia septum esse Princi-
pem oportet, optimè igitur scripsit Historicus, regni præ-
sidia non aurum, nõ arma, verum amicos esse. Hinc etiam
Claudianus, qui terret plus ipse timet. Sors ista Tyrannis
cõuenit. & alibi, non sic excubiæ, nec circunstantia pila, quã
tutatur amor. nescio, inquit alius Poeta, an vlli maiores co-
piæ sint, quam ei qui plurimum amatur, Philosophus tamẽ
in polyticis iuxta periandri consilium, aliam minus hone-
stam viam ostendit imminente periculo tumultus in ciuita
te, supereminentes ciues auferendi, qui itaque superexcel-
lere videtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, ve
propter aliam aliquam ciuilem potentiam, extra ciuita-
tem ad tempus relegatur.

Inter solicitudines tuis humeris incumbentes, illa sit
præcipua † vt studium, vniuersitatemque tuam instau- 111
De cura studij, & vniuersitatis.
res, honestisque fauoribus prosequaris & foueas non so-
lum magno tibi erit honori, verum etiam commodo
inestimabili. Quot excellentes Physicos, quot legum
vertices, quot Theologos, quot viros in omni scientia-
rum genere eminentes, qui mundum sua doctrina illu-
minarunt, Taurina tua academia produxit? ne equus
quidem Troianus, tot inuictos in marte viros tulit. Me-
mineris Augusti qui sui seculi ingenia modis omnibus
fouit, iuuitque. Memineris Caroli Magni Impera-
ris, quem Historici, hac præcipua laude commendant,
extolluntque, quòd nemo bonarum artium studia in-
dulgentius fouerit, quodque propterea Parisiense Gym-
nasium, & Papiense, viris vndique doctissimis accersitis
instituerit, quis (vt ait Aristot.) sublimauit regnum Græ-
corum? quis eorum gesta per totum orbem vulgauit? di-
ligentia certè studiosorum, & sapientum probitas, qui
supra modum scientias dilexerunt. nisi Principes opti-
me horum memor, & obseruator fueris, doctis viris Rei-
publicæque tuæ necessarijs, carere oportebit, & quod

intus tenere potuisses foris quærendum erit.

112 De prodigijs expiandis.

Ac ne illud quidem silentio inuoluẽdum est † quod Romani, quos velut alteram lucem, Dij (vt ait Plinius) nobis dedere, diligentes sollicitique in expiandis prodigijs fuere, quoniam non fortuito motu, sed diuina prouidẽtia id fieri credebant, aut igitur libros sybillinos adibant. vel Delphos ad oraculum mittebant sciscitatum quibus præcibus supplicationibusq; Deos supplicare possent, & eius rei causa modo in triduum, aliquando in longius tempus ferias indicebant, imperabantque, per quas omnia delubra pacem Deum poscentium, virorum mulierumque turba, vt est apud Liuium, implebãtur. Similibus itaque contingentibus res contemnenda non est, nec expectandum, quod in comedijs sæpe fieri videmus, vt Deus aliquis elapsus è Cœlo, cætus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus loquatur, processiones obsecrationesque statim constituendæ essent, summaque diligentia, & cura prodigia ipsa expianda, in humilitateque ac bonis in operibus pietatis, & iustitiæ non adumbratæ Dei placanda ira, quo virgam furoris sui contineret, ò quot signa, quot prodigia audiuimus, & vidimus, ante hanc bellorum procellam. Equidem vt cum Cicerone loquar, multo ante tanquam ex aliqua specula, futuram tempestatem prospicere potuissemus, si Dei ira placata fuisset, tantis calamitatibus inuoluti fortè non fuissemus, sed inuictę necessitudinis leges prodigia iusta estimatione perpendere passæ nõ sunt.

113 Ad principem spectat, neminem reijcere sed vnumquemque vti, prout Respu. vtilitas exigit, bonosque præmijs, malos vero penis afficere quum præmio & pena Respu. continetur.

Ad principem etiam præcipuè spectat, † neminem reijcere, sed ad vtilitatem publicam omnium operam accommodare, hinc Philippus Macedonum Rex. omnes, qui in Reipub. auctoritate pollerent, cum bonos, tum malos sibi conciliabat amicos, ac bonis quidem vtebatur, malis verò abutebatur. non quod per malos ipse mali quid piam faceret, sed quòd per malos configeret malos, maiora sæpe mala vitando, bonisque plerunque eo modo consulendo. Nõne etiam Deus iustos sustinet, & iniustos? malosque exercet, ad gloriam & perfectionem bonorum, summopere tamen curare debet, vt benemerentes condignis præmijs, fauoreq; prosequaris. legum verò contemptores, contumaces, & rebelles qui corrigi, emẽdariq; nolunt, congruis pœnis supplicijsq; afficias. queamdmodum enim etiam in superioribus tetigi præmio & pœna Respubli. continetur.

Adriani, M. Anto. Philosophi, & aliorum bonorum Imperatorũ laudabile institutum, tibi referendum esse existimaui. † semper enim quum potuerunt his, quæ in Senatu

114 Ex re maxime semper principem quã potest his que in suis agituur cõsilus interesse.

agebantur interfuerunt, rectius enim geritur negotiũ, vbi pręsens ac testis est is, cuius res agitur. hic omnia iusto ordine procedere faciet, oculus.n. domini vt in veteri est prouerbio, saginat equum, nec tantum res bellicas, verumetiam ciuiles suorũ consilio tractant, ordinant, & peragunt boni principes, nonne prædictorum Cæsarum pręcipua semp hæc fuit sententia, æquius est nos tot & taliũ amicorum consilium sequi, quàm vt tot, & tales amici vnius voluntatem sequantur. hinc te æstima, ad honesti regulam temetipsum exige, hos imitaberis Princeps optime, & serrato (vt aiunt) non ibis itinere.

Alexander Seuerus honorem Iuris, & gladij nunquam

115 Officia apud dignos collocanda, non autem pretio concedenda sunt.

vendi passus est, quod necesse diceret esse, ementem vendere, quomodocunque damnum suũ sarcire, cauponarique administrando, quemadmodũ negociatione consecutus est. Ser. verò Galba inuitis duntaxat & recusantibus, senatoria, & ęquestria officia dare proposuerat, hinc de electione Episcopi Leo Imperator agens, dicebat, quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto ĩdignus est, inquit, Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus, hinc etiam Plato, nullum Imperio gerendo censuit idoneũ, nisi qui coactus, & inuitus susciperet Imperium. Quum igitur magistratus, & officia conferre volueris, quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat æstimetur, eos ascíscas, nõ qui plurimo emant, non qui improbisimè ambiant, non qui cognatione vel gloria aliqua a te impetrent, sed qui moribus sint integerrimis, & ad functionem mandati muneris aptisimi, succurrat Illud Claudiani in laudem Honorij.

Cumq; suo demens expellitur ambitus auro
Non dominantur opes, non corrumpentia sensus
Dona valent. Emitur sola virtute potestas.

Hinc ad Nicoclem Regem haud contemnenda Isocratis vox exijt. ad obeũda ministeria malo viro nõ vtaris, quæ.n. ille deliquerit, eorũ in te transferretur culpa. Et rursus, negotijs quę p te non gerũtur viros eiusmodi præfice, tanq oĩum quæ illi commiserint, imputanda sit tibi culpa. Princeps enim non modo in seipso sanctimoniam exhibebit, verũ in officialibus suis, eandem quoq; requiret, haud quaque ignoraturus, non tantum ab omni vitiorum contagione sibi abstinendum, sed etiam alienam culpam præstandam esse, quę tamen propria dici potest, quum eligendo, aut constituendo magistratum à principio peccauerit. E subditis igitur tuis quorum tibi aut ingenium, aut fides, vel multa rerum experientia cognita fuerit, alium præficies magistratui, alium belli rebus, alium pacis designabis, bonis consilio, & Iustitiæ cultoribus vrbium aut prouinciarum curam demandabis, probatę fidei, & ingenij minimè varij præficiens arcibus, administrandis pecunijs thesaurisque conseruandis quos frugi, diligentes, industrios, abstinentes sciueris. in hos seuerum, in illos facilem, pro causis, ingenijs, temporibus, locisque te exhibebis: sciẽs summũ ius summam interdum iniuriam esse, sæpe etiã magis ex æquo & bono, quam iure agendum, quædam etiam magis ignoscenda esse, quàm punienda, nõnulla etiam prętereunda, tanquam ignores, aut in aliud tempus differẽda. Callidus, & Princeps prudens dissimulat porrò ad tempus iniuriam, aut facinus, nec suam statim ostendit iram, expedit.n. regnare volentibus, vt multa plerunq; dissimulent.

Totum Reipub. tuæ corpus, † Iuxta Plato. præceptum, sic curabis, ne dum vnam partem tueris, aliam deseras: vniuersos subditos ex æquo tuos esse ducito, nã qui in ciuitate partem ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosam in ciuitatem inducunt, seditionem, atq; discordiam: verum siquis omnino delectus sit, eũ tibi proximum & coniunctissimum habeto, qui vir sit optimus. Laurentius medices in Italia vir suis temporibus magnus, & prudens, se ad eum vitæ terminum constitutũ cognoscens, quẽ transgredi minimè posse opinabatur, Petrũ medicum filiũ suũ cui Florentinam Remp. relicturus erat, euocasse legimus, multaque monuisse, multa præcepisse, plurima edocuisse, inter cætera, ciues inquit mi Petre successorẽ te meũ haud dubie agnoscẽt, nec aũt vereor, vt non eadẽ auctoritate futurus in hac Repu. sis, qua nos ipsi ad hanc diem fuimus, sed quoniã ciuitas oĩs corpus est (quod aiunt) multorũ capitũ, neque mos geri singulis potest, † memento in eiusmodi varietatibus id consilium semper sequi, quod esse quam honestissimum intelliges magisq; vniuersitatis, quã seorsum cuiusque rationem habeto, semper enim graues, & sapientes iudices in rebus iudicãdis (vt in orationibus Cicero ait) quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid Reipubli. tẽpora poscerẽt cogitauerunt. Hinc est etiã quod Isocrates ad Nicoclẽ Regẽ dicebat, sup omnia curæ tibi sit multitudo & ita imperes vt gratus & charus sis tuis, haud ignorãs inter Respubli. eas præcipuè duraturas esse, in quibus ratio multitudinis maximè haberetur, ita tamen vt nemini fiat iniuria, & optimis tribuantur honores, & præmia, quibus adstipulatur illud Plautinum.

116 De salubri Pla. præcepto ad principes, & Respu. gubernantes

117 In dubijs Princeps id consiliũ sequi debet, quod honestum est, & vniuersitatis præcipue rationem habere.

Nimio hoc pluris paucorum gratiam faciunt pars
Hominum, quam id quod prosit pluribus. Ita vincunt
Illud conducibile gratię quæ in rebus multis obstant,
Odiosęq; sunt, remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ.

Silentióne inuoluam Princeps amplissimè quod in historia Gordiani Imperatoris, Iulius Capitolinus scribit? Miserum esse Imperatorem apud quem vera reticentur. Qui quum publicè ambulare non possit, necesse est vt audiat, & audita vel a pluribus roborata confirmet, colligunt se quatuor, vel quinque atque vnum consilium

ad de-

ad decipiendum Imperatorem expiunt. Dicunt, quid probandum sit, Imperator qui domi clausus est, vera non nouit, cogitur hoc tantū scire q ipsi loquuntur, facit Iudices quos fieri non oportet, amouet etiam Reipub. quos obti-
118 Decipitur vēditurq; bonus, Imperator ut si bene cautus. nere dedet, † quid multa vt Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator, vera & memorabilis est illa Marij maximi sententia, cuius Aelius Lampridius meminit, in historia Alexand. principis. Meliorem esse Rempub. & prope tutiorem † in qua princeps
119 Mali principes consultores magis Reip. nocēt quā princeps malus nō illi boni sint. malus est, ea, in qua sunt amici principis mali, siquidē vnus malus à pluribus bonis corrigi pōt, multi aūt mali non possunt ab vno quāuis bono vlla ratione superari. Ideò bonus & sapiens Princeps fuit Idem Alexand. qui præter insitam animo virtutem, amicos sanctos, & venerabiles habuit, nō malitiosos, non furaces, non callidos, non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, † sed sanctos & religiosos, quod nihil venderent,
120 Alex. Seueri Imperatoris optimi fuere cōsultores & familiares nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent æstimationem Principis sui. Ea propter Remp. Roman. vt idem Lampridius ait, illorum consilio felicissimè rexit, maximè, Vlpiani, Pauli, Pompo, Africani, Celsi, Modestini Iuris peritissimorū. hi sunt inquit, qui bonum Principem fe-
121 Principes sapientes redduntur ex conuersatiōe prudentum cerunt, tot enim & talibus viris quid mali excogitari vel fieri potuit, quum omnes ad bonum consentirent? Reges sapientes redduntur, † Sapientum hominum consuetudine. Hinc Cyrus (vt Xenophon scribit) thesauros sibi custodes, fidelissimos parabat amicos, hi Regis oculi, Regis
122 Multæ sūt aures &. multi oculi ac lōgæ manus boni principis. aures dicebantur, qui cuncta quæ videbant, quæ futura essent Cyro conducibilia referebant, † Multæ sunt aures, multi sunt oculi, longæ sunt manus boni principis. Ideò Alexan. suadebat Arist. vt ex eius familia fidos probosque aliquos haberet, qui ea quæ per regnum fierent, & dicerentur, sibi referrent. Tu quoque dignissimè princeps, bonos
123 Qualis familia talis præsumitur dominus. & probatos tecum habeas, tuisque consilijs & domesticis colloquijs semper adhibeas, & in explorandis his quos in familiaritatem allicis tuam diligentissimus esto, memor futurum, quemadmodum ad Nicoclem Regem dicebat Isocrates, vt omnes qui tecum non habent consuetudinem, te similem arbitrentur his, † quorum vteris familiaritate. Multi principes in odium publicum eo solum venerunt quod nimiū licere his paterentur, de quibus vniuersa multitudo malè sentiebat, ex illorum moribus, naturam principis, æstimante populo, quemadmodum mores & studia dominarum, vt in Epistolis scribit Hieronymus, ex ancillarum & comitum moribus iudicantur. Cyrus bonus prudensque princeps, etiam bonis & probatæ fidei virjs semper vsus est, ideo cum equum oculis cariorem † apud bonū
124 Exemplū nō. ad cognoscendū omnes Cyri amicos & familiares bonos iustosque fuisse. virum se locaturum & per gratiam positurum Sacha dixisset, respondit Cyrus ostēdere tibi volo, hic etiam si clausis oculis iacias, fore vt non aberres à bono viro. Rogo inquit Sacha ostende vt hac sublata gleba, illum feriam, demonstrassetque ei Cyrus vbi suorum amicorum erant plurimi, hic clausis oculis im misit glebā, & equo transeuntē Serānam assequitur. Cui equū dedit, haud quanquā errans quum
125 Ex erratis aliorum uitam nostrā in melius instituere pulchrum est, & utile. non solū virum bonum, verum etiam optimum inuenerit. Aliorū igitur bonis exēplis temet rege, reprimeque, † pulchrum est ornatissimè Princeps (vt verè Diodorus inquit) ex aliorum erratis in melius vitam nostram instituere. Et quid appetendū fugiēdumúe sit ex aliorum exemplis posse cognoscere. Beatus est ille (vt Cicero Platoq; prædicat) cui etiam in senectute contingit, vt sapientiam assequi possit. Sed vt ad eum finem peruenire valeamus, iacienda sunt fundamenta ab adolescentia, quibus bene iactis, tanquam in domo firmiter ædificata, vt corruamus verendū nō est.

126 Fundamenta adolescētis ad sapiētiam assequendā. Optima aūt fundamēta sunt † adolescentis ad sapientiā assequendam, Si quum sapiens ea ętate esse propter imbecillitatem non possit, quod certè potest, eorum qui sapientes sunt consuetudine delectetur, quo de genere est, illud eisdem Ciceronis quum ait, ita se à patre deductum ad Sceuolam sumpta virili toga, vt quoad posset, & liceret à senis latere nunquam discederet. Assuescat igitur primum sapiētes colere, inde illorū dictis aures libenter adhibere, tertio, vt eorū quā maximè similē se esse studeat, quorū non modo facta, sed etiam dicta imitari cōtendat, Ex quibus principijs, vsus, deinde progressionibus ad quam contendit sapientiam, victor consequatur, velut hi qui tingunt, quum primò quibusdam modis id quod colorem recepturum sit præparant, tandem posteà florem super inducunt, siue purpureum, siue quēuis alium. Eodem nos itidem modo vt indibilis sit apud nos probitatis scientia, quū his moribus & disciplinis imbuti fuerimus, altioribus & occultis operam dabimus, & quasi Solē in aqua prius videre, assuefacti ad ipsam lucem dirigemus intuitum. Delegit sapientissimus genitor tuus princeps inclite viros tum primarios, tum in omni genere laudis probatissimos homines, quorū consilijs & admonitionibus formare, & his tanquam adminiculis quibusdā innitaris, vt solent nouellæ arbores. hi tibi de rebus grauibus differentes audiendi sunt, omnino. n. liberalis ingenij primum argūm est studio laudis excitari, incendiq; amore gloriæ, Inde oritur generosa quædā inuidia & sine odio, de laude probitateque contentio, proximū vero parere maioribus, nec esse bene monentibus contumaces, nam vt equi meliores ad pugnam habētur, qui faciles sunt manu regi, & ad tubarum clangorē arrectis auribus exultant, ita qui senum bene audiunt monitiones, & laudati excitantur ad bonum vberis spem fructus prę se ferre vidētur. Hinc Hesiodus optimū illum esse ait, qui per se ipsum quæ agenda sunt, conspicatur, sequenti autem gradu qui aliorum consilia sequitur, in secundo ergo ordine laudatorū illū ponit, qui saltē bene monentibus paret, qui verò ad neutrū prædictorū aptus est eū penitus esse inutilē voluit.

Et quia hominis est errare † magnæ aūt sapientiæ teste 127 Sapientia est reuocare malum propositū.
Augustino reuocare quod quis male locutus est, posteriores. n. cogitationes inquit Cicero, sapentiores esse solent, si quid forte incautus vel minus solerter te fecisse contigerit, illud mutare laudabile memineris esse. Redi in viam rectam, optimus est portus pœnitenti mutatio cōsilij, Incauta diffinitio laudabiliter soluenda est, & sub colore aliquo temperanda res. Philippus Macedoniæ, Rex, Machetæ cuiusdam cām iudicans, quoniā esset somnolentus minus accurate quod iuris foret, attendebat, proinde aduersus eum sententiam tulit † illo aūt se prouocare dicente, ira- 128 A principe male informato ad eundē melius informandum appellare licet.
tus Philippus, ad quem? inquit Machetas, ad te ipsum, Rex subdit si vigilans quidem attēdensq; audieris. Surrexit tūc Philippus, vbi verò magis ad se redijsset, noscetque iniuria Machetam affectum iudicium quidem nō rescidit, at æstimationem litis ipse persoluit, Denique incommutabilis Deus vt scriptura testatur sententiam mutat, quum homo scilicet voluntatem mutat.

Non obliuiscar eminentissime princeps eruditos, & li- 129 De commendatione eruditorum virorum.
teris exornatos viros commendare, quid enim melius agerē boni principes possunt, quam subleuare doctos, fouere eruditos, quorū scriptis immortales efficiantur? olim Augusthus fouit Virgilium, charus Archias Mario atque Lucullis, Horatium Mæcenas enutriuit, Tibullum Mesalla dilexit, & alij alios, vt Plinius scribit, Alexander ille magnus quum in Asiam proficisceretur, Aristotelem & Callistenem rerum suarum scriptoers secum adduxit, & Romani Imperatores alij Ennium Poetam, alij Archiam, alij alios qui suas victorias illustrarent in prouincias traxerunt, Quis nosceт Cæsares nisi Suetonius extitisset? Quis Scipiones? Quis Gneum Pompeium tot triumphis fulgentem hac tempestate cognosceret, nisi Cicero Liuiusque eorum cōmendatores, laudatoresque fuissent? Deniq; Romanos, Græcos exteros omnes nonne tenebræ occupassent, & situs obduxisset, nisi illos luculenti scriprores in literas retulissent? Recte igitur facies nobilissime Princeps, si literatos amaueris si eruditis suffrageris, qui de te scribentes pręclara facinora, quæ vt speramus edes, celebrēt, & priscis tuę inclitæ domus annalibus adiungant, Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror reprehēdenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur tuis, ad Lu-

1. Tho. Hiero. Cagno.



celsū in epistolis inquit Cicero.nec.n. minus est Spartiales,
Agesilaus ille perhibendus, qui neq; pictam neq; fictā ima
ginem suam passus est esse, quā qui in eo genere laborane-
runt, vnus.n. Xenophontis libellus in eo rege laudando fa-
cilè omnes imagines hominum statuasque superauit. si Ci-
cero ille arpinas & quemadmodum ipse fatetur nouus ho-
mo tali ardebat cupiditate, quid facere debes tu princeps
inclite? Cura igitur vt facias laudāda quo scriptores possint
verè tuum illustrare & celebrare nomen, ac propriam prin
cipis laudem in te ostendere quod videlicet † à tergo & à
130 Principē à fronte & a tergo oculatū esse oportet. fronte oculatus sis, plurimū sapiens, præterita respiciens, &
iuxta Homeri sententiam futura prospiciens.
Circa leges statutarias decretaque condenda, in quibus
beatitas quiesque cōsistit status, pręcipua cura principis es-
131 De legibus & decretis conditis emēdandisue. se debet. † verum quia Illustrisimi patris & maiorum tuo
rum prouidentia satis nobis super hoc cautum videtur, tan
tum superest vt decreta ipsa custodiātur & obseruentur. Et
quum natura nouas semper properet edere formas, adde
detraheq; prout necessarium expediensue apparuerit esse.
132 De mercatoribus ab iniuria defendendis. Mercatores † eorūq; bona, ab omni iniuria defendi de-
bent, hæc est.n.causa vt ad Alexan.scribit Aristo.cur popu
losa sit india, nam illuc libēter vndiq; cōcurrunt Mercato-
res, vbi bene recipiuntur, lucranturq; diuites, pauperesque
Ciues & forēses, multiplicātur ciuitates, redditus & tributa
Principū augētur, honorq; & gloria Principibus accrescit.
133 De viarū securitate, & pulchritudine. Et per ditionem tuam † vias securas & ad transeundum
aptas siue pro aduenis & peregrinis, siue pro indigenis &
subditis tuis teneri facias. hoc est.n. ad bonū regimen prin-
cipis necessariū. Sunt nāq; viæ oībus cōmunes iure quodā
naturæ & gentium propter quod occupari præscribiq; pro
hibentur, & à iure principibus vectigalia permissa. Est etiā
viarum securitas, vt diximus in regimine principum eis
fructuosa, quia illuc magis confluunt mercatores, vnde pro
uincia diuitijs magis abundat, & diuitijs augetur cultus.
Qua ratione Respublica Romanorum aucta fuit propter
134 Etymologia Sabaudiæ. pulchritudinem & securitatem viarum. † Ex his Sabaudia
sui vocabuli Etymologiam retinebit, quam inter subditos
& exteros operis plenitudine saluam viam esse dicunt, & si
quidam deprauato vocabulo à Sabatijs montibus Sabau-
dienses pro Sabatenses dixerint, venientes autem ad ha-
bitandum in territorio tuæ Excellentię, benigne gratio-
seque recipias, tractarique facias. illud sine vlla dubitatione
maximè nostrum fundauit Imperium & populi Romani
nomen auxit, in epistolis suis scribit Cicero, quod Princeps
ille creator huius vrbis Romulus, fędere Sabino docuit &
hostibus recipiendis augeri ciuitatem hanc oportere. † Cu
135 De communicatione ciuitatis facaliter danda & concedenda. ius exemplo & auctoritate, nunquam est intermissa à ma-
ioribus nostis largitio, & communicatio ciuitatis, itaque
ex latio multi ait, & Tusculani & ex cęteris generibus gen
tes vniuersę in ciuitatem receptæ sunt.
Sciendum insuper est, Principem in eius Curia domo-
136 Iniurias in præsentia vel domo principis seuerius esse puniendas. que maiorem hominibus honorem quam alibi impendere
debere. † Interest.n.sua teste Arist. iniuriam forte illatam
aut factam secundū qualitatem suę personæ punire vt ter-
reantur alij, & discant ab iniurijs in præsentia principis ab-
stinere, facta.n. præterita de futuris certa dant documenta.
Prætermittam ne generose princeps, tibi commemo-
137 De coitu & delitiis muliebribus euitandis ac ludis permissis. rare salubre Arist. ad Alexandrum consilium, † dum mulie
rum coitum detestatur? Est enim inquit coitus irrationa-
lium animalium & brutorum proprium vitium, cui si te
applices, quæ gloria tibi erit? Coitus inquit ipse Philoso-
phus mihi crede, destructio est corporis, & abbreuiatio vi
tæ, Corruptio virtutum, Legis transgresio, fœmineos mo
res generans. De futuris, & accidentibus casibus etiam ait
cogita, nescis enim quid futura dies paritura sit, Abhor-
ruitque postmodum semper Alexan. à mulieribus delitijs,
ac voluptatibus, vnde quum Darij filias captiuas haberet,
mirum in modum vt ab omnibus prædicabatur formosas,
ne videre quidem voluit, turpe esse ratus eos, qui viros vi
cissent à mulieribus superari.
Et Annibal secundi belli punici tēpore in Hyberna Ca-
puam, quæ prona semper in luxuriam ciuitas fuit, concessa
sit, ibi partem maiorē hiemis exercitum in tectis habuit,
aduersus omnia humana mala sæpè ac diu induratum bo-
nis inexpertum atque insuetum. itaque quos nulla mali vi-
cerat vis, perdidere nimia bona & voluptates immodicæ.
Somnus.n. & vinum, & æpulæ, & scorta, & otium militū
& ducum, ita eneruauerunt corpora animosque; vt magis
deinde prætaritæ victoriæ eos, quam presentes tutarentur
vires, & quemadmodum Liuius ait, maius id peccatum
ducis apud peritios artiū militarium fuit habitū, quā quod
non ex Canēsi acie protinus ad vrbē Romā accessisset. Illa
n. cunctatio distulisse modo victoriam videri potuit, hic er
ror vires ademisse ad vincēdum. Memineris igitur te viri-
lem & gloriosum brutorum vitia vitare, ac inter incen-
tiua instrumentaque luxuriantis fortunę castū et frugi prin
cipē agas. Et quo te pluribus titulis ac bonis ornauit natura
impēsius enitendū est, vt sorti lucrū respondeat, quartum
n. supra vicesimū annū agens, quū in Hispania Carthagine
oppressa, maioris Carthaginis capiendæ auspicia sumpsis-
set Scipio, multosq; obsides, quos in ea vrbe Pœni clausos
habuerāt in suā potestatē redegisset, eximiæ inter eos for-
mæ virginem ætatis adultę, & iuuenis & celebs, & victor,
postquā cōperit Illustri loco inter Celtiberos natā, Nobilis
simoq; gentis eius Indibili despōsatā, accersitis parentibus
sponso inuiolatam tradidit & aurum quoque, quod pro re-
dētione puellæ allatum erat, quapropter Indibilis & Celti
berorum aīos, mirū in modū Romanis applicādo deuicit.
Verū quia in opere non semper versandū est † sed opor 138 Animo & corpori quidam esse quietem;
tet interdū animum serijs rebus fatigatū honestè relaxare,
& prorsus nihil agere, oīnoq; opere vacare vt sufficere de-
mū operi laboriq; possimus, nam qui semper intentissimus
est neruus, nisi remittatur aliquādo rūpi solet, tam etsi nullū
est tēpus laboriosius sapiēti quā quo nihil agit, si modo pōt
sapiens nihil agere, locis honestisq; ludis qui multi sunt vti
licebit. potissimū tū pręceptū in hac re est, nequis turpis lu-
dus aut noxius suscipiatur, sed quantū aut acuat industriā,
aut corporis exerceat vires aut animi curas honestè leuet,
Alcę verò lusus quo studio delectari solēt q sūt in hoc vnū
diligētes, vt oēm substātiā negligāt, aut certe vt vniuersum
vitæ tps amittāt, aut cupiditatē hēt minimè liberalē, aut in-
decētē viro mollicię, nisi recreādarū viriū cā īterdū ineatur,
Licebit ēt quū serijs rebus satisfeceris † musica delectari 139 De musica & pertinentibus officia noctis & diei quod se probatum est.
cuius dulcedine cuncta viuētia capiūtur, sensus requiescunt
solicitudo & curiositas euanescunt, totū corpus vigoratur.
Et fuit quidē priscis Heroibus hoc celebre, vt Achillē Ho
merus inducit à pugna redeuntē in hac re solitum acquie-
scere non quidem amatorias cantilenas, sed fortium viro-
rum laudes modulantem.
Officia lucis noctisque ne peruertas lucifugarū more ca-
uendū est, vidimus .n. quosdā magna ornatos dignitate, nō
ante deducere oculos hesterna graues crapula q̄ apparere
nox ceperit, qualis illorū cōditio dicitur, quos natura vt ait
Virgil. sedibus nostris subditos, è cōtrario posuit, hoc turpe
& inhonestū est maximè in principe, quē vigilantē esse de-
cet, facilesq; aditus vt in superioribus ostendimus ad se cun
ctis pręstare, oīa vitia cōtra naturā pugnāt, luxuriæq; propo
situ esse gaudere puersis & à recto discedere cursu tenēda
igitur est via quàm nobis natura præscripsit, nec ab illa de-
clinandum, contra quam nitentibus non alia vt inquit Se- 140 Auctoritas princi. est a Deo est translatio regnorum de gēte in gentē propter iustitiæ defectū patitur a Deo est, nec sēper Dei arbitrio constituitur populo princeps.
neca via est quam contra aquam remigantibus.
Principis auctoritas à Deo ē īstituta, gubernatio populi
illi traditur, quē Deus elegit † hoū, s.g. sicut scriptū est, Dei
spiritū in semetipso hēt & pcepta eius in cōspectu suo, q si
cōcessa abutatur potestate, aufertur ab eo gubernatio, & da
tur gēti faciēti iustitiā, quēadmodū .n. in superioribus ośndi-
mus principes Dei ministri sunt in terris, & tanq̄ agricolæ
ad custodiendum vineā dñi constituti, qui si malè eā colāt
cōcessa potestate abutantur, principatu merito priuari pos-
sunt, similes enim sunt illis agricolis, qui Dominum extra
vineam sibi locatam eiecerunt, propter quod sicut scribi-
bitur Matthei vigesimo. 1. cap. iustè ab eis aufertur princi-
patus

patus à Domino & datur genti facienti fructus eius. Nonne Balthasar Babiloniæ Rex, quia Deo ingratus, vasis templi domini quodam cõuiuio abusus est, vt ex sententia Danielis apparet occisus fuit, regnumque illius destructũ abolitumque, quia propter peccata sua dignus erat morte, & priuatione regalis Dominij.

Est igitur iustissimum quod in sacris scribitur literis regnum de gente in gentẽ transferri propter Iustitiæ inobseruantiam ac diuersos dolos. peccauit Hely sacerdos, & sacerdotio priuata est illius posteritas, cui tamen Dominus æternum sacerdotium promiserat, sic etiam Deus Abrahę & semini suo terram Sanctam in æternum possidendam promiserat, sed frequenter propter peccata sua illam perdiderunt, dictæ enim promissiones conditionem recipiunt nisi pp peccata & iniquitates priuationis pœna infligatur.

Non semper tamen princeps populi, arbitrio Dei cõstituitur, sed prout merita nostra deposcunt, si mali sunt actus nostri & maligna in conspectu Dei operamur, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc ex sacrosanctis scripturis Hieronymus probat, Audi inquit quid Dominus dicat, fecerunt sibi regem, & non per me Principẽ, & non per consilium meum, quod de Saulo illo dictum videtur, quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem sibi fieri iusserat, sed quoniam non secundũ Dei voluntatem, sed secundũ peccatoris populi meritum electus fuerat, negat eũ sua voluntate, aut consilio constitutũ, hinc Dominus ira percitus dabo inquit tibi regem in furore meo. Et iterum hypocritã regnare faciam propter peccata populi.

541 Visum est etiam ab instituto alienum non esse principũ Illustrissimè de venatione, quam artem iniquissimã nonnulli appellarunt, aliquid tibi scribere. Cyrus supra sæpè relatus venationi operam dabat, ob hanc rem maximè, quod verissima videtur rerũ bellicarũ meditatio. asuefacit enim diluculo assurgere, frigoraq; & calores tolerare, itineribus ac cursibus exerceri, feras insequi iaculisque ferire. quare haud facile in venatione eorum quicquam abesse reperiri dicebat quæ inter bellandum accidunt, hanc etiam valde extollit in libello de venatione Xenophon.

De venatione principis.

Est aũt venatio secundũ aliquos vsus naturalis Dominij homini super animalia præstiti, dicente altissimo sit terror vester atq; tremor super animalia terræ, et super omnes volucres cœli, cũ vniuersis quæ super terrã mouentur, secundũ verò Arist. in polyticis iustũ quoddã bellum est, quo homo rationalis bestias sibi rebelles deuincit, ad vsumque suũ conuertit. Dicique potest venatio quasi veneris actio, quãdoquidẽ tali studio dediti magnam vt dixi voluptatem capiant, venatio itaque secundũ se non redolet nec sapit peccatum, & si per accidens iuxta Theologorũ dogmata multipliciter peccatum esse possit; & inter iniquissimas tunc cõnumerari. Non dãnabo igitur in Principe moderatas venationis exercitationes. spontaneosque labores, vt inde inuitos sufferre possit, rebusque grauioribus ac necessarijs vacare, nã si princeps dignitatis officijque sui immemor, bellluis se totum tradat, assiduis venationibus se accommodet, atq; in syluis inter Canes & feras vitam degat, abiecta pauperũ, cura neglectis Reipub. negotijs, grauiter peccat, officio suo minimè fungẽs, è Principe venator & nemorum cultor factus, & ab Esau tunc eum non seiungam, qui vt sacra testatur scriptura, venator erat, quia peccator erat, Temperate igitur laxando animũ curis publicisq; fatigatũ, vt eisdẽ prouidere possis venationi te accommodabis.

542 Illud verò de corporis cultu non postremum attingamus, † vt sit decens, neque nimium exquisitus, neque prorsus neglectus, sed cum rei loco temporique, tum maximè personæ conueniat. neque enim sedere in literatoria schola dechoratum, aut subducta veste conuenit, aut in certamine armorum, fluxa toga, maleatumúe prodere, nec principis filium æque cum plebeio vili sordidaque vti tunica, aut irita chlamyde se prębere spectandum, vel sericatum auratum & gemmatum in publicum procedere. Quis enim magnum putauerit Principem auro ve gemmis ornatum? Cui tantum esse quantum vult, omnes sciunt, animo enim magis quam corpore ornato ac bene cõposito Principem esse decet. Ideo Cyrus cuius in superioribus sæpissimè mentio habita est, tunc se ornatum arbitrabatur, quũ suos bene ornatos videret, Equidem nimia cultus venustatisque cura muliebrem animum designat, & multæ vanitatis argumentum est. Modus igitur vt in cæteris rebus adhibendus est. hinc in officijs inquit Cicero. Eadem ratio est habenda vestitus in quo sicut in plerisque rebus mediocritas optima est.

De vestitu & ornatu Principis.

Ex principibus quidam sunt qui Persicæ superbię moribus adhęrentes, quam rarissime videri curent, † hinc ad 543
Alexan. Arist. decet ait regem abstinere à frequenti subditorum consortio, maximèque vilium personarum, propter quod pulchram abitratur consuetudinem Indorum in dispositione regni & ordinatione regis qui statuerũt quod rex semel tantum in anno coram omnibus appareret, regali apparatu & armato exercitu, super equo insigni sedens, armorum pulchritudine decoratus. Sed agesilaus Rex laudatissimus, à suis spectari gaudebat, & lætabatur, degenti turpiter tenebras cõuenire existimans. Sed honestę vitæ plus ornamenti lucem afferre, nunc apud hos, modo apud illos Principem agere debere. Alcibiades, Cyrus, Alexan. & alij boni Principes actionibus suis docuere, nihil enim ęque multitudinis animũ alienat à Principe, quam si foris agere studeat, quod negligi videatur ab eo cuius precipuæ curę esse vellet. Frequens igitur suarũ vrbium & regionum lustratiò principem decet, Sed hoc animo fieri debet vt omnia reddat meliora, non vt quæstũ faciat, Crebra locorum mutatio vtilis erit, maximè si & temporis & loci habeatur ratio. Cyrus hyemali tẽpore Babilonæ septẽ degebat mẽses, quia regio clemens est. Per veris autẽ tp̃s tres mẽses Susis, in ęstatis aũt vehemẽtia mẽses duos Ecbatanis agebat, Cui vbicunq; esset adeò afficiebãtur homines vt oĩs gẽs quẽadmodũ in eius pedia scribit Xenophon, deterius existimaret nisi ad Cyrũ misisset, quod pulchrũ eis in regione vel orirettur, vel nutriretur, vel arte excogitaretur, Et tyberius Cæsar (vt Suetonius refert) ab vrbe Roma quãdoq; secedere statuit † seque è medio quã longissimè amouere, vt vitato 544
assiduitatis fastidio, auctoritatẽ absentia tueretur, atq; etiã augeret si quãdo indiguisset sui Respub. plures sunt igitur rationes & causæ quæ locorum mutationem in principe vtilem esse comprobant.

An princeps frequenter suis ostendere se debeat.

Artis est quandoq; secedere a Curia

Satagas situm, instituta, & consuetudines locorum tuorum cognoscere, & noĩa subditorũ tenere † si n. qui in sor 545
didis artibus versatur, singuli artis suæ, instrumentorũq; nomina tenet, absonũ videtur eorum nomina principẽ ignorare, quorum curã habere debet, quibusq; ei opus est pro instrumentis vti, & dum præuenire dum cauere, dum audiensiam inijcere, dum terrere, dum honorare aliquem interdum velit capiatúe, decorum est quemque suo nomine appellare, eos etiã qui à principe cognosci viderentur, opinanabatur Cyrus apud Xenophon. magis desiderare vt honestè quicquã aspiceretur facere, ac magis item expetere vt à turpi abstinere actione viderentur, hinc Cęsar vt de bello Gallico scribẽs, ipse tradit, singulis legiõibus legatos, & quęstorẽ præfecit, vt eos testes suæ quisq; virtutis haberet, Et rursus aduẽtu Cæsaris spe illata militibus ac redintegrato aĩo quũ per se quisq; in cõspectu Imperatoris etiã in extremis suis rebus operã nauare cuperet, sanè igitur Martialis scripsit Principis est virtus maxima nosce suos.

Pricipi necessariũ est se personarum locorumq; suorum cognitionem.

A sacris † & diuino cultui dicatis precipue manum absti 546
neas, Fanum erat apud Locrenses Proserpinæ, temporibus Pirri, qui quum ex Sicilia rediens locros classe præteruehe-
retur, inter alia feda quæ edidit, Thesuaros quoque Proserpinæ intactos ad eam diem spoliauit, atque ita pecunia in naues imposita ipse terra est profectus, Quid euenit. † Clas- 547
sis postero die ingenti tempestate lacerata, omnesque naues quæ sacram pecuniam habebant, in littora eiectę sunt, qua tanta clade edoctus superbissimus Rex, Deos esse tandem agnouit, pecuniamque omnem conquisitam, in The-

A sacris & diuino cultui dicatis rebus abstinendum est.

Neglectã religionẽ vindicitur sępe De'ş

sauros Proserpinæ referri iussit, nec tamen illi vnquam prospere quicquam euenit, pulsusque Italia ignobili atque inhonesta morte temerè (vt Liuius inquit) ingressus argos occubuit, creditum est etiam Varronem Consulem apud Cannas cum Carthaginensibus ob iram Iunonis infeliciter pugnasse, quod quum ludos Circéses ædilis faceret in Iouis templo, Histrionem ac vilem personam ad excubias tenendas posuisset. Nomen quoque Potitium Romæ in duodecim familias diuisum, ob neglectam Herculis religionem prope interisse ferunt. Quintus autē Fuluius Flaccus non impunè tulit, quod in censura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo in edem Fortunæ militaris, quam Romę faciebat, transtulit, sanę mentis inde fuisse negatur, quin etiam per summā animi ægritudinem expirauit quum ex duobus filijs in Illyrico militantibus, alterum decessisse alterū audisset turbo affectū, Cuius casu motus Senatus tegulas locros reportandas curauit, decretique circunspectissima sanctitate impium opus Censoris retexit, ac destruxit. Acer etiā sui nominis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus id egit, vt sacrilegę manus fragmenta eius abscissę & in veste inuolutę inuenirentur, quinetiā mirabile dictu in Historia Elij veri Imperatoris scribit Iulius Capitolinus in Babilonia temporibus suis de templo Appollinis, & arcula aurea,
148 quam miles prædæ cupidus forte inciderat, † spiritum pestilentem illico exijsse, Parthosque, & totum deinde orbem complesse.

De spiritu ob côtemptū religionē Dei ira in hūc mūdum pestē ferente.

Et Balthasar Babiloniæ Rex quia Deo ingratus, vasis templi in quodam conuiuio abusus est, vt ex sententia Danielis apparet, occisus fuit, & regnum eius destructum, nam propter iniquitates & scelera priuatione Imperij, ac morte dignus erat, sic Deus iratus egit, tarditatemque supplicij vt ille ait grauitate plerunque compensat, & super quem ceciderit lapis iste conteret eum. Ideo Cæsar de bello Gallico scribens, Legatis Heluetiorum semel respōdisse ait, Quod sua victoria tam insolenter gloriarētur quodque se tandiu impunè tulisse iniurias admirarentur, eo pertinere, consueuisse enim Deos immortales quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secundiores interdum res & diuturniorem impunitatem cócedere. Infinita sunt hujusce rei exempla sed silentio inuolenda. In summis tamen rerum periculis, pro defensione patriæ aduertendisq; & propulsandis à subditis iniurijs, Ezechiæ regis exemplo, etiam ad thesauros ecclesiæ manum apponere secundum Theologos licebit. Aurum enim habet Ecclesia non vt seruet, sed vt erroget in extremo rerum discrimine. Et vbi res aliter seruari non potest.

149 Magna cura † præcipuoque studio tibi referendum esse, existimaui atque in hoc loco dixisse aptissimum fuerit, Illustrissimè Princeps, quantopere curauerint prisci illi Romani, quos velut alteram lucem Plinio teste, Dij nobis dedisse videntur, alijque sapientes principes, missos ad se legatos qui sancti inuiolabilesque non solum secundum ius ciuile, verum etiam gentium habentur, summa cum humanitate suscipere, ingenti liberalitate prosequi, mira fide dimittere, eisque cautè & prudenter respondere, Quantaque cura & diligentia in electione ac expeditione legatorum vsi fuerint, quæstorum cura erat reges legatosque Romam venientes pro dignitate populi Romani excipere, obuiam proficisci, & præcipue legatos in æde Saturni inscriptos, donis prosequi, ægrotos curare, & si quando vita fungerētur sumptu publico sepelire, quemadmodum Valerius Plutharcusque scribunt, hinc in singulos Masinissæ regis legatos dona collata fuere nec in legatos tantum verumetiam in comites.

De legatis & qualiter cum illis agendū ad quod videnda etiā sunt quæ dicuntur infra nu. 160

Et quum Prusiam Bithyniæ Regem Persæ deuicto ad gratulandum sibi venire Senatus audisset, obuiam illi P. Cornelium Scipionem quæstorem Capuam misit. Censuitque vt ei domus Romæ quā optima códuceretur.

Et necessaria ad victū non solum sibi, sed etiam comitibus eius, publicæ præberentur. In eoque excipiendo tota vrbs vnius humani amici vultum habuit. Nec ægyptus quidem Romanæ expers fuit benignitatis. Rex enim Ptolemæus à minori fratre regno spoliatus petendi auxilij gratia cum paucis admodum seruis squalore obsitus Romam venerat, ac se in hospitum Alexandrini pictoris côtulerat, Idq; postquā Senatui Romano relatum est accersito iuuene acurata oratione vsus est, quòd nec questorem illi more maiorū obuiam misisset, nec publico hospitio eū excepisset, eaq; non sua negligentia, sed ipsius subito ac repentino aduentu facta dixit. Et illū è curia subito ad publicos penates deduxit, hortatusq; est, vt depositis sordibus adeūdi ipsius diem peteret, quinetiam curę habuit vti munera ei per quæstorē quottidie darentur, his gradibus officiorū iacentem ad regium fastigiū euexit, fecitque vt plus spei in auxilio populi Roma. quā metus in sua fortuna reponeret. Pirrus quoq; epyrotarum Rex Romanorum legatis ad redimendos captiuos castra sua petētibus, quo honoratius exciperetur, ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit. Id quod etiam genitorem tuū sępe fecisse Princeps inclitè vidimus, Sūmi Pontificis legatis de latere (vt aiunt) aduenientibus, ac Cęsareis locum tenentibus, quibus exemplis quę ad vitam nostrā instruendam regula sunt optimū factu credere cogor ire obuiam aduenientibus legatis aut alios mittere, pro qualitate, conditioneque personarum & mittentium, ac pro facultate hospitium & alia parere. Audiui etiam, & memini magnam quandam Rempublicam quum temporum culpa & calamitate modum non haberet, æsque alienum conflandum fuisset, si munera legato dari debuissent, quòd iniquum & stultum fuisset, illi per sapientes persuasum, parandum duntaxat hospicium publicę adeundumque magistratu legatum, ac vbi aduenisset comitatus proceribus vrbis illique nunciata pace & salute inopiæ Reipublicę difficultatem aperiendam, promptos quidem Reipub. animos ad ei munera danda, verum ęgestate pressos tunc votum exequi non valere, idque omnibus summo dolori accedere, sed alias Deo fauente emendare, licere, veniamq; ab illius humanitate exorari, offerriq; patriam, pro viribus ad vota paratam, id quod ab omnibus laudatum factumque fuit.

Speciosa quoque est illa Romanorum fides, ingenti pœnorum classe circa Ciciliam deducta, cum duces eius fractis animis consilia petendæ pacis agitabant, quorum Dux Amilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodē modo cathenæ sibi inijcerentur, quo ab ipsis Cornelio Assyriæ consuli fuerant iniectę. Hāno autem certior Romani animi æstimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit, apud quos quum de belli fine ageret, & Tribunus militum ei dixisset, posse illi merito euenire quod Cornelio accidisset, vterque Consul Tribuno tacere iusso, Isto te inquit metu Hāno fides ciuitatis nostræ liberat. Aduersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo P. C. exhibuere. M. n. Aemilio Lepido. L. Flaminio Consulibus. L. Minutium, L. Manilium Carthaginēsium legatis quia manus in eos intulerant, per feciales reddendos curauerunt. Et tunc Senatus, se non eos quibus hoc pręstabatur, vt inquit Valerius Max. aspexit, hisce exemplis superior Africanus, quum honestam multis & illustribus Carthaginensium viris nauem in suam potestatem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant, tam & si manifestum erat illos vitandi præsenti periculi gratia falsum legationis nomē amplecti, & Romani Imperatoris potius decepta fides, quam frustra implorata iudicaretur. Vrbium igitur & principum aliorumque locorum legatis Excellen. tuam adeuntibus, mansuetum te, benignum, & facilem prębeas, Mandata referentes eo vultu audias, vt fiduciam eis ad dicendum des, quum verò dimittentur, ita eos dimittes vt qui honesta & iusta petierint facilè abs te impetrari posse intelligant, nec his contentus, honoribus quoque & donis quæ grata illis esse cognoueris, honestabis, atq; afficies.

Quæ

Quæ verò aut minus honesta, aut non satis æqua petierint, ea non semper nec palam, nec tristiore vultu, aut grauioribus verbis deneganda sunt, sed potius ostẽdendum est, non ideo te non concedere q nolis, sed q illis inutilia iudices, quodq; ea ratione ipsorum rebus melius consultatur. nulla sit in audiendo illos difficultas, nulla in respondendo mora, adeant statim, dimittantur statim, exemplo Traiani Imperatoris, quod tamẽ nõ est semper obseruãdum. Nam vt Iul. Cæsar in commentarijs suis scribit, Quum heluerij legatos ad eum misissent, qui dicerent, sibi esse in animo sine vllo maleficio iter per prouinciam facere, propterea quod iter haberent, nullum aliud rogare, vt eius volũtate id facere liceret, qui cum memoria teneret Lucium Cassium consulem occisum, exercitumq; eius ab heluetijs pulsum, & sub iugum missum concedendum non putabat, neq; homines inimico animo data facultate per prouinciã itineris faciundi temperaturos ab iniuria & maleficio existimabat, tamen vt spacium intercedere posset, dum milites quibus imperauerat conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum, si quid vellent ad diem præfixam reuerterentur. Interea milites conuocat, præsidia disponit, Castella communit, cæteraq; oportuna præparat, quo facilius si se inuito transire conarẽtur prohibere posset. vbi ea dies, quam constituerat cum legatis venit, & legati ad eum redijssent, negauit se more & exemplo populi Romani posse iter per prouinciam vlli dare, & si vim facere conarentur prohibiturum se ostendit, & quum Athenienses aucti & præmijs bellorum, & gloria vrbem ex integro condere moliretur, maioraque menia complexi fuissent, suspecti esse Lacedemonijs cœpere, rectè reputantibus ruinam vrbis tantum incrimenti dedisse, quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos qui monerent, ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles spei vrbis vt vidit inuideri, non existimans abruptè agẽdum respondit legatis, ituros Lacedemona qui de ea re pariter cum illis consulant, Sic dimissis Sparthanis hortatur suos vt opus maturẽt. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur, & nũc in itinere simulata infirmitate, nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi nihil iure posit, diem de die proferendo, spacium consumando operi quærebat, quũ interim nunciatur Sparthanis opus Atheniensium maturari, propter quod denuo legatos mittunt, ad inspiciendam rem, tum Themistocles per seruum magistratibus scribit, Atheniensium legatos vinciant, pignusq; teneant ne in se grauius consulatur. Deinde adit Cõcionem Lacedemoniorum, indicat permunitas Athenas esse, & posse illatum bellum nõ armis tantum, sed etiam muris sustinere, & si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos grauiter deinde castigat, eosq; nõ virtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quærere, sic dimissus vt Iustinus scribit, veluti triumphatis Sparthanis à Ciuibus excipitur. Pari Calliditate Philippum macedoniæ olim vsum penes eundam historicum legimus, quum Phocensium legati adhibitis Lacedemonijs & Atheniensibus bellum deprecarentur. cæteris græciæ ciuitatibus auxilium contra Phocenses petentibus, secreto auditis vtrisq; legationibus, bis veniam pollicetur belli, Iureiurãdo adactis responsum nemini prodituros, illis contrauenturũ se, auxiliumq; laturum, vtrosq; vetat, parare bellum, aut metuere, sic variato responso securis omnibus Thermophilarum angustias occupat, Phocensesq; per fraudem subigit, incẽdit, diripitq;. Antiochus verò rex Epyrotarum legationi mirum in modum perplexè, quũ non esset satis in promptu quid responderet, legatos se missurum ad eos dixit, qui de his quæ ad illos eq; cõmuniter pertinerent, (vt inquit Liuius) loquerentur. Legatus nunciusuè et vt ad Alex. scribit Arist. mittentis sapientiam ostẽdit, quũ sit eius oculus in his quæ videt, & eius auris in bis quæ audit, & lingua in absentia sua, propterea legationis officiũ fidis, circunspectis prudentibusq; semper iniungẽdum est. Philippus Macedonũ Rex missos cũ Xenocrate Calcedonio ad se legatos, donis, vt Diogenes Laertius scribit, corrupit, Ipsum verò Xenocratem nulla ratione ad suũ cõsensum inclinare potuisse, postmodumq; dixisse, Xenocratẽ solũ ex omnibus qui ad se venerãt legatis, munera spreuisse, ratione itaq; non carebat, Corinthiorũ lex vetans legatione fungentes munera accipere, ab his ad quos mittebãtur, quorum quidem Corinthiorum Legatis quum à Dionysio ad quem missi fuerant, dona prout moris est oblata ob prohibitionem legis eorum accipere recusassent, rem ait Dionysius absurdam facitis (vt Plutarchus refert,) qui quod vnum bonum habet tyrannis hoc tollitis, dum docetis etiam beneficium à tyrannis accipere periculosum esse. Nec prætereundum in hac re videtur quod Sigismundi Imperatoris, & Ioannis vigesimi Pontificis temporibus accidisse legimus. Ad Sigismundum quum in finibus Italię esset, Ioãnes pontifex legatos misit duos ex Romanę Ecclesiæ Cardinalibus, iampridem tantum agitata inter eos re literis & nuncijs, vnum quippe remedium & Pontifici & Imperatori videbatur, generale concilium aduocari, sed erant circa hoc ipsum constituẽda multa ceu locus, tempus, modus, missi sunt igitur his de causis ad Sigismundũ legati: cõmunicauerat, cũ quibusdam ex intimis familiaribus suis pontifex archanè mentem & cogitationem suam, in loco inquiens concilij totum est, nec vbi Imperator plus posit, ego esse volo. Legatis igitur istis qui à me mittuntur mandata amplissima potestatemq; maximam dabo, ad honestatis speciem, quæ palam ostentare possint atq; proferre, secreto autem mãdatum restringam ad loca certa quę subinde enumerauit. Quum in hoc proposito multos dies fuissent, tẽpus venit quo proficisci legatos oportebat, tum remotis cæteris præter illos quibus mentem aparuerat, legatos allocutus est, multisq; verbis cohortatus est ad munus legationis, diligentissimè ostendens quanti ponderis illa res esset, cuius gratia mitterẽtur. Deinde cõuersus pontifex ad beneuolentiam, quum eorum prudentiam fidemq; laudaret, ac melius illos cognoscere quid factu opus esset, quàm se ipsum, diceret, dum illic cõmemorat atq; inculcat, affectus ipse beneuolẽtia propositum diu cogitatum momento temporis immutauit, Decreueram inquit loca quædam nominare à quibus nullo modo decederitis, sed in hoc temporis puncto sententiam muto, ac vestræ prudentiæ cũcta permitto, vos quid mihi tutum & quid formidãdum cogitetis. Chartulam in qua ea loca scripta erant, in eorum conspectu lacerauit, absq; vlla alicuius loci nominatione. Legati igitur ad Sigismundũ profecti Constantiã pro loco concilij elegerunt, vrbẽ & transalpinã & Imperatori subiectã, quod simul atq; Ioannes resciuit indoluit, seipsum ac fortunam suam detestatus, q tam leuiter à proposito restringendorum locorum desciuisset, sed voluntatem Dei nemo vitare potest. Horum legatorum factum, ruinę & desipositioni pontificis initium & causam prestitit. Asdrubal cognomẽto Hedus, qui senex missus à Carthagine ad misericordiam excitãdam poscendamq; à Romanis pacem, animos solo flexit aspectu, & tres maximi Philosophi Carneades ex academia, Diogenes stoicus, & Critolaus peripateticus ab Atheniensibus Romam ad Senatum populumq; Romanũ legati missi impetratum vti mulctam remitterẽt, quam fecerant propter oropi vastationem, quicquid petierunt obtinuerũt, ac reportarunt, & Caius Popilius vt in Philippicis ait Cicero, quum ad Antiochum legatus missus esset, & verbis Senatus nunciasset vt ab Alexandria discederet, quam obsidebat, quum tẽpus ille differret, virgula stante circunscripsit, dixitq; se non anteà renunciaturũ senatui, nisi prius ille respondisset, quod facturus esset quàm ex illa circunscriptione excederet, responsumq; dare coegit, præclaram.n. vt inquit Cicero, senatus faciem secum attulerat. Post mortem Iulij Cæsaris nutante republica in maximis suis periculis, nonne ad Marcum Antonium Mutinam, & Decium Brutum consulem designatum, obsidẽtem, cum L. Philippo, & L. Pisone seruius Sulpitius Iurisconsultus excellentissimus, qui ætate & sapientia illos omnes antecibat, legatus fuit,

fuit, qui subito è vita ereptus totam legationem orbam & debilitatã reliquit, cui in legatione mortuo vt in Philippicis Cicero scribit, ex ipsius sententia, populus Roma. pro rostris statuam posuit, vt multos per annos progeniem eius honastaret, & pro breui vita Reipub. causa amissa diuturnam memoriam relinqueret. Quum igitur legationẽ mittere opus fuerit, mitte fidos, circũspectos & prudentes. Mitte etiam gratos iuxta vetus adagium, si vis mittere, mitte gratum. Non præteribo Illu. Princeps, laudabilem priscorum consuetudinem, mittendi legatos cum donis, muneribusq́; ad reges principesque ac amicos varijs de causis gratulatum. Hinc à latinis & hermicis legati gratulatũ de concordia patrum & plebis Romam venerunt, Donumq́; ob eam Ioui optimo maximo, Coronam auream in Capitolio tulere, parui ponderis, prout res haud opulentæ erant, vt ait Liuius. colebantur. n. religiones pię magis quàm magnificę, Carthaginenses quoq; propter victoriam de Samnitibus habitam, legatos gratulatum Romam misere cum dono aureæ coronę, quę in Capitolio Iouis sella poneretur, & fuit vigintiquinq; pondo, Pariter Philippus Rex de victoria Romanorum contra Antiochum, legatos ad senatum gratulantes misit cum corona aurea pondo centum in æde Iouis ponenda. Etiam à rege Siphace Romam legati venere, quæ is prelia prospera cum Carthaginensibus fecisset, memorantes Regem nec amiciorem vlli populo quàm Carthaginensi, nec inimiciorem quam Romano, affirmabant etiam, quibus Senatus non modo benignè respondit, sed ipse legatos cũ donis varijs, vt Liuius scribit, ad regem misit. & protinus alios Alexandriã ad Ptolemæum & Cleopatram reges ad commemorandam & renouandam amicitiam, qui dona tulere regi togam, tunicã purpuream cum sella eburnea, Reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo. Silentio etiam non inuoluam à Campanis olim legatos Romam missos postulantes vt alter consul Campanus fieret, si rem Romanam adiuuari vellẽt, indignatione orta summoueri à curia iussos fuisse, missumq́; lictorem qui ex vrbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos iuberet, Etolorumq́; legatis in Senatum Roma. quondam introductis, bello inter Antiochũ & Romanos vigente, cum insolentia sermonis aures Senatorum offendissent, & vbi misericordia opus erat, iram & odium iritassent, Senatusconsultum factum fuit, vt Etoli eo die iuberentur ab vrbe proficisci & intra quindecim dies Italia excedere. A. Teren. Varro ad custodiendum eorum iter missus, Denunciatumq́; si qua deinde legatio ex Etolis nisi permissu Imperatoris qui eam prouinciã obtineret & cum legato Romano venisset Romam, pro hostibus oẽs futuros, & Tissaphernes Persarum Dux cũ Agesilao fœdus non ex animi sentẽtia sed metu (vt inquit Plutarchus) percusserat, ea lege, græcas Ciuitates libere, suisq́; legibus viuere sineret, mox ingẽtibus copijs à rege suo accersitis in Asia decederet, bellum illi denunciauit, hoc fœdus violatum libenter accepit, Agesilaus legatis hilari vultu respondẽs, se magnam habere gratiam Tissapherni ꝙ periurio suo & deos & homines sibi infensos reddidisset, aduersę verò parti propitios. Simile ferè est quod scribit Liuius, quando legati Carthaginenses missi ad petendam pacem à Senatu Populoq́; Romano, fuissent. Quum flecti inquit misericordia patres appareret, Senatorum vnum infestæ perfidiæ Carthaginensiũ succlamasse ferunt, per quos deos fœdus acturi essent, quum eos per quos ante ictum esset fefellissent, per eosdẽ inquit Asdrubal Hædus ex legatis vnus, qui tam infesti sunt fœdera violantibus. Hæc de legatis memoranda ex his quæ legimus occurrerunt.

150 In rebus † asperis fortissima quæque consilia tutissima sunt, quia si occasiones quorũ momento præteruolãt opportunitas, conctatus paulum fueris, ne quicquam mox omissam (vt Liuius ait) quæraris. Audaciaq́; pro muro habetur, quum audentes fortuna iuuare soleat, verùm vbi & quãdo celeritate opus sit, inferius latè explicabitur.

In rebus asperis fortissima cõsilia capiẽda sunt.

Quæ paritura sunt odium † per alios expedire facereque memineris, quæ verò amorem & gratiã per te ipsum; hoc pacto magna pars inuidiæ in eos defluet, per quos res geritur eruntq́; quos magis oderit populus quam principem. 151

Quæ per alium potiusquam per se facere debeat princeps.

Non tacebo etiam † ꝙ Fuluius Romanorum consul capta per Romanos Capua egisse scribitur, quum enim producti Campani ad palũ deligarentur, eques Citus ab Roma venit, literasq́; à populo Romano Fuluio consuli tradidit, murmur à tribunali totam cõcionem peruasit, deferri rem integram ad patres de Campanis, Id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas cũ in gremio reposuisset, pręconi imperauit vt lictorẽ lege agere iuberet, Ita sumptum de his supplicium tum literæ lectæ Senatusque consultum, serum ad impediẽdam rem actam, quę (vt Liuius ait) summa ope approperata erat, ne impediri posset, ex quo si res quandoque forsan se ita offeret exemplũ minimè spernendum sumi poterit, & tali stratagemmate, callidoq́; consilio laudabile propositum poterit princeps exequi. 152

Quã debeat princeps antequã iustũ opus impediri, & literis sibi forte præsentatis stratagemmate hic notato vtatur.

Studere autem principem oportet in his deligendis quibus corporis & rerum familiarium curam permiserit, † sed potissimum in his quos à secretis constituerit. vt. n. Aemilius probus testis est. nemo ad id officium admittebatur, nisi honesto loco & fide & industria cognita, quum necesse sit omnium cõsiliorum eum esse participem. Sapienter igitur egit inclitus genitor tuus, qui præ alijs huic prouinciæ Magnificum Ioannem Vulliet castri Sancti Petri vallis augustę regulum pręfecit, virum fidum, ac circunspectissimum, qui ętatis prolixę beneficio vt Apuleiano vtar verbo, multis experimentis instructus non in vultu tantũ, sed vt plautina anus ait in occipitio oculos habet. 153

De electione & constituti ne familiarũ & secretariorum.

Duo præterea sunt amplissimè Princeps quæ imperare volentibus scire conuenit, an liceat, † expediatq́; mediæ vię inniti, an neutram contendentium partium sequi, Suæque ditionis vrbes, oppidaq́; munire, ac ab omni externa ui loca ipsa secura facere, inexpugnabiliaq́; quoad fieri posit reddere, quam scropuloso difficiliq́; loco verser intelligo quæ ratio vitæ in his sit ineunda, magnæ est deliberationis, quoniam igitur magna est quæstio, non est præcipitanda, indiscussa temeritate sententia. Absoluendo itaque primũ quęstionis caput, tempus, locus, contendentiũ qualitas, & conditio, aliaq; multa consideranda sunt, ab historicis huiuscemodi via media, neutralitatem appellãt, reprobari videtur, plurisque fieri princeps qui manifestè amicos & hostes eos habiturus est, quos amicus suus habet, in bello quod aduersus Philippum Macedonię regem Rom. gerebant Acheorum societatem, amicitiamq́; petebãt, Philippus vt secum staret modo postulabat, modo ne interessent armis cõtentum se esse dicebat, Ad quæ Acheorum prætor, vt est apud Liuium, satis ait exemplorum nobis alienæ clades præbent, ne quæramus quemadmodum cęteris exemplo simus, nolite, quia vltro Romani petunt amicitiam, id quod optandum vobis ac summa ope petendũ erat, fastidire. nam quod Cleomedon legatus Philippi modo tanquã vobis mediam & tutissimam viam consilij vt quiescceretis, abstineretisque armis ostendebat, ea non media sed nulla via est. Etenim præterquam ꝙ aut accipienda, aut aspernenda vobis Romana societas est, quid aliud quam nusquam gratia stabili velut, qui euentum expectauerimus, vt fortunæ applicaremus nostra consilia, præda victoris erimus? & iterum alio loco. Quod optimum esse dicant, non interponi vos bello nihil omnino tam alienũ rebus vestris quippe est sine gratia, sine dignitate, pręmium victoris eritis. Solon qui Atheniensibus leges dedit vt noctibus atticis eleganter A. Gellius scribit, neutralitatẽ rẽ ciuitati perniciosam censuit, exilioq́; neutrales mulctauit. stante concilio Basiliensi quum Germani neutralitatem quandam recepissent, & ab Eugenio & ab ipso Concilio teprobati fuere, & sunt qui Angelos quosdam è cœlo præcipitatos aiunt, quia Michaele archangelo cum Dracone pugnante stante bello dubij fuerunt, nec agno adhęrẽtes nec lucifero. Bononienses eos qui diuisa Ciuitate partem nullam recipiunt, malè transuersos appellant. Temporibus pariter Ciuilium bellorũ inter Cęsarem 154

An expediat principem esse neutralem vrbes oppida & arces munire ac ab omni loca ipsa secura facere.

ſarem & Pompeium, conſultante Gneo Pompeio de medijs ac neutram partem ſequentibus, hoſtium numero habẽdos (vt ait Suetonius) cenſuit Nero, ipſe verò Cæſar moderationem ac clementiam iam tũ admirabilem exhibens, medios ac neutrius partis ſuorum ſibi numero futuros pronunciauit. Ideò in orationibus inquit Cic. Cæſaris actiones extollẽs, Te dicere audiebamus nos omnes aduerſarios putare niſi qui nobiſcũ eſſent, te omnes qui cõtra te nõ eſſent tuos. Equidẽ in his quæ ex gratia fiũt, arbitrioq; depẽdent, neutri auxilia ſubminiſtrare licitũ eſſe creditum eſt. An expediat quę in ſuperioribus diximus conſiderãda ſunt, & quẽ res tãgit ſcire magis oportet, Iubẽte illo tñ cui ex iuramẽto fidelitatis aſtringitur, iuſſus vt pro ſe cõtra hoſtes eius arma aſſumat, neutralitatẽ minime licebit tenere. Circa ſecundã partem quęſtionis propoſitę, inter prudentes variæ fuerunt opiniones, & contraria principum exempla nonnulli loca munitiſsima conſtruere totis viribus curarunt, alij ſic munita conſtructaq; euertere, principẽ qui populũ ſuum magis quã exteros timet, huiuſcemodi munitionibus operam dare ſtudereq; debere quibuſdam placuit. Deſiſtere verò ſi exteros magis quam populũ ſuum vereatur, & timeat, vt tamen experimẽto patuit, populis & principibus, ac Excellentiſs. Genitori tuo ne longe exẽpla petamus, aſperis hiſce turbulentiſsimisq; tẽporibus magis profuit conſiliũ tenentium primam partẽ ſequi, & in poſterum fortaſsis proderit, modo talis ſit princeps qui ſine populorum odio, loca ipſa tenere conſeruareq; poſsit. Damnãtur.n. principes, qui locis ipſis confiſi, fretiq; odium populorum paruifaciunt, nulli.n. maiores copiæ, tutioraq; loca eſſe poſſunt, quam ei qui plurimum amatur, hoc vnũ inexpugabile regnorũ munimentum ſapientes prædicant, nõ ſunt.n. adamãtina Imperij vincula illa, quæ Dionyſius Tyrannus dicebat, Metus, violentia, claſsis, præſidiũ decem milliũ armatorũ, ſed beneuolentia, gratia, bonitas, innocentia. Hinc Antigonus Macedonum Rex amicis ſuadentibus ſi Athenas caperet, vt validis præſidijs communiret, ne quando deficeret, ſummaq; cura vt totius Grecię baſim cuſtodiret, ſe ſemper in hac ſententia fuiſſe reſpondit vt crederet nullum eſſe regni præſidium firmius quam Ciuium beneuolentiã. Et Ageſilaus percunctanti cur Sparta menibus non cingeretur, oſtendit Ciues armatos, hi ſunt inquiẽs Spartę ciuitatis menia, ſignificans (vt ait Plutar.) Rẽpu. nullo munimẽto tutiorem eſſe, quam virtute & beneuolentia ſubditorum, quę ex modeſtis principum actionibus proueniunt. Dumq; his retro exactis diebus magni quidam viri Lucam profecti, vrbem ipſam ingrediẽtes ſitũ & fortitudinem loci mirum in modũ mirarentur viderentq; munitã tormẽtis bellicis, reſpondit ex Senatoribus prædictæ Reipu. vnus, eſt adhuc nobis maior fortitudo quæ videlicet in brachio Cæſaris conſiſtit. Iuſq; noſtrorũ Ciuium vnione, tñ principatus & Imperij neceſſariæ ſunt arces & caſtra ad quæ ſe conferat princeps cum familia ſua. Cuius rei documentum à Dauid rege accipitur, qui poſt captã Hyeruſalem mõtem Sion apprehendit pro munimine, arce ibi cõſtructa, vbi vitam cum ſuis degeret, & huiuſce rei multæ ſunt cauſæ, vna ſumitur ex parte principum, quibus expedit in loco tuto eſſe, quo regentes, corrigentes & gubernãtes magis ſecuri ſint, & in executione Iuſtitię audaciores, eorũq; honeſtas magis conſeruetur, ne ex conuerſatione nimia, vel ex incauto aſpectu, eorum maieſtas vileſcat, vtq; illorũ diuitiæ quibus vt dictũ eſt abũdare debent, tutius cõſeruari poſsint. Alia ratio ſumitur ex parte populi qui magis ſenſibus mouetur, quam ratione ducatur, quum.n. ſumptus magnificos in munitionibus eorũ vident, ex admiratione ad parẽdum ſuis mandatis ac ad obedientiam inclinantur, propterea rebellandi vel ſe hoſtibus dandi cauſam ita facilem non habent, ſed de his ſatis.

155 Secundæ res illuſtriſ. Princeps ſunt tanquam ſpeculum quoddam noſtri quę vt de magiſtratu dicitur † qualis quiſq; ſit oſtendunt, quamobrem maximẽ ſeruanda erit cõtinentia quum quicquid libuerit, licuerit, cohibẽdus erit animus ne efferatur, ne inſoleſcat, ne obliuiſcatur ſui ipſius, atq; ita

In ſecũdis rebus quãliter ſe habere debeat princeps.

inſtituendus, vt ſe è libertate in ſeruitutem, è diuitijs in paupertatem, & ex alto atq; illuſtri loco in infima obſcuraque deijei aliquãdo poſſe cogitet, eſt.n. præſens vita proceloſo mari ſimillima, illius finis in littore, huius in morte vterque portus rectè dicitur. Inter viſcum & laqueos, ſecura auis volitat, piſcis inter hamos ludit, inter plagas fera ſæpè, vbi periculi plus eſt, & pauoris minus. Ars fortunæ eſt vt licentius feriat, metum demit quo potentię magis, eo magis in illa imperium fortunæ tepidè ſe exercet, ingens proſperitas aduerſitati magnę viam facit, Caueat omni modo Princeps, ne cuiquam patrandi contra ſe facinoris cauſam præbeat.

Qui temperantem te ſenſerit † turpia nunquã petere audebit, ò te fortunatum Marc. Cato (inquit Cicero) a quo rem improbam petere nemo audeat. 156

De virtute tẽperantię principis.

Admonitores voluptatũ † vt peſtem pernicioſiſsimã fugite, ſunt.n. animi quãuis bene inſtituti, coinquinatores, qui bus qui delectetur, impoſsile illũ ſeruare aliquem vitæ modum, quum.n. iuuenes ætatis feruore ipſi per ſe ad venerea rapiuntur, nulla erit ſpes reliqua, ſi malignus quoq; conſilio comes acceſſerit. Fabricius à Senatu Rom. ad Pyrrũ legatus dum morã apud regẽ traheret, à Cynea qui verſa vice à rege aduenerat, audiuit, eſſe Athenis quẽdam qui ſapiens haberetur, diſputare ſolitum, ac diſſinire omnia quę in vita agimus, ad voluptatẽ referri, illam finem ac præmium eſſe actionum laborumq; omnium, quo audito tẽperatiſsimus vir obſtupuit, quod quum domi narraret Titum Corrumcanum & M. Curium optaſſe ferunt, vt talem ſapientiam hoſtibus pop. Ro. dij darent, profectò.n. qui voluptati rerũ ſuarum terminũ cõſtituis, nihil glorioſi aut magnifici operis, illa ſemper animum tor[illegible] ſuſcipet, habebat, vt hiſtorici tradunt, Claudius Nero plurimos voluptatum conquiſitores, quem tamen vitæ exitum ipſe habuit? quem & alij multi ac fere omnes ab eo non diſsimiles. 157

Voluptatum admonitores a pricipibus eſſe expellendos.

Quumq; omnis tum conſultatio † tum actio ſit de conſilijs capiendis, aut de rebus publicis, aut priuatis, vt Pontanus ſcribit in capiendis conſilijs oportet multa audire, plurima circumſpicere, cauſas ſingulorũ, quæ dic[illegible] ur exquirere, non ſtatim aſſentiri, nec etiam ſemper [illegible] improbare, ſententias aliorum ita examinare, vt mentes dicẽtium videare velle introſpicere, quod ipſe ſentias, aut non ſtatim, aut ſolũ paucis aperire. In dicendo cautum & breuem eſſe pro rerum tamen qualitate, parce reprehendere, raro, & nõ niſi magna ex cauſa obiurgare. Iracundiam cohibere tanquam maieſtatis inimicã, in nullo ita efferri vt (quod aiunt) lineam tranſeas. 158

Circa quę verſetur conſultatio principis.

In ſumma iniquis conſultoribus † qui neque famam neq; ſalutem tuã diligunt, aures præbere noli, nec leuiter credere Et ſi.n. minimè decet quoſcunq; more frondium quibuſuis flatibus flexibiles eſſe, his potiſsimũ indecorum, immo pernicioſiſsimũ eſt, penes quos tanta poteſtas eſt, vt quod facere velint exequantur, licet.n. obſtinata nõ credendi duritics quãdoq; leſerit, ſepius tñ leuiter credidiſſe exitio fuit, quid nanque ſtultius obſecro, quam cunctis fabellis aures cordis habere patulas, & tanquã certiſsimis fidem adhibere, quũ hoĩum inter ſe ſint tam varia certaminis ſtudia, nihil profectò, tam credula exiſtimatione ſtolidius? Quũ Sennacherib potentiſsimus aſſyriorum Rex, Hieruſalẽ obſideret ingenti exercitu, regẽ ad colloquiũ vocauit, & noluit exire, perditionẽ (vt in libris Regũ ſcribitur) & credulitatis periculũ timens, vt.n. vegetius rei militaris peritiſsimus ait, frequentius conuentiones paciſq; ſimulationes credulis magis nocuere, quam arma, circumſpecti quidem viri ac conſtantis eſt, negligere neminem, verũ pro meritis vnumquemq; pendere, & ne de incognitis præcipiti ſententia falli poſsit, ſeipſum colligere & quaſi è ſpeculamentis librato iudicio intueri, quis verba faciat, ob quod meritum, in quem facta, in quo loco, in quo tẽpore, iratus an quietus animo, hoſtis, an amicus, infamis an honeſtus homo ſit. Quum igitur repẽtina credulitas mater ſit erroris, nouerca cõtinentiæ, ſimulatum cauſa, precipitium obſequentis, & pœnitentię ſemper proxima, credulitatis feſtinantiũ ſemper abhorrere ęquum & ſalu- 159

Aures iniquis cõſultoribus nõ eſſe præbendas, & de credulitate ſua tanda.

& salubberrimum erit dignissimè Princeps, ita vt nil temere credas, ex abruptoúe agas, verùm omnia diligenti & matura consilij examinatione præcedente, & te non pœnitebit. Publicæ verò res vt quę ad quietem populorum & ditionis moderationem pertinent, arte alia tractandæ sunt, populos tuos oportet tum literis, tum nuncijs, pro rebus temporibusq́; quum absens fueris sæpius vt horteris, moneas, excites, nec semper expectabis dū rogant, sed vltro & nō rogatus, quū potes beneficium conferes, & multitudinis rationē semper habendam esse memineris, totumq́; Reip. tuæ corpus ex equo curādum prout in superioribus diximus, scies.

160 Ius reddendum esse non habita personarum ratione.

Cum legatis, qualiter te habere debeas, satis ostendimus † vbi verò de iure agitur à præceptis Iustiniæ de quibus suo loco diximus minimè discedas, à te nullum personarum discrimen habeatur, sed ipsarum legum personam induas, quę eędem semper sunt omnibus, quamuis græculus ille Anacharsis leges aranearum telis cōpararet, nam vt illas infirmiora animalia retinere, valentia trāsmittere, ita his humiles, & pauperes constringi, Diuites & præpotentes non alligari dicebat, argutè magis quam verè. De priuatis rebus lex erit, vt peregrinos humanè excipias, attetus audias, liberaliter tractes, In omnibus facilem te eis ac benignum præbeas, studeas autē antequā te adeant, quoad poteris nosce quod sit suum ipsorū ingeniū, quibusue vixerint, quas artes fuerunt secuti, quas etiam sequātur opiniones, factionesúe, tristes ne sint, hilares, suaues, & dicaces in sermone, an duriores, Quę afferant mādata, quod impetrare cupiāt, publicè veniāt an priuatim, mores quoq́; nationū & studia sunt diligēter noscenda, his.n. cognitis facile intelligens qd agere te ipsum oporteat, eos familiariter alloquere, illorum sermone te delectari Princeps inclite ostendens. multa etiā ab illis de moribus nationū, de situ locorū, de his quæ inter peregrinandū memoratu digna viderint, vel audierint doceri studeas. Inuitandi sunt etiā de rebus tū iocosis, tum grauibus vt aliquid dicant, quod tum admirationem, tum voluptatem pariat. Quū verò in eū sermonē tecum venerint vt impetrare aliquid abste cōtendant, tum oportet vt liberalitatem munificentiamq́; præ te feras, & vbi aut dignitas tua, aut ea quæ ab illis petētur, exigent religionē, Iustitiam, constantiā, mansuetudinem. Quum autem dimittēdi fuerit blandis verbis & comi sermone alloquere, nec contentus his quibus eos condonaueris multa insuper polliceberis.

161 De gestu principis.

Et quum in gestu nō parum homines ponant † sit incessus tuus non mollis, non concitatus, non dissolutus mediū inter hæc tenendū, absit ab omni corporis motu rusticitas, petulātia, & risus immoderatus, qui teste Philosopho reuerentiam tollit, Quintum Hortensium plurimū in corporis decoro motu repositū arbitrantem, plus penè studij in eodem laboran do, quàm in ipsa eloquentia affectāda impendisse legimus.

162 Cōsilia & gesta principum non esse enunciāda.

Deinde quia silētium maximè cōmendatur, non solum in arduis, verū etiā in leuioribus rebus, † hinc Pittacus mytileneus, quod facere inquit instituis noli prędicare, si.n. facere nequiueris rideberis, & Ligurgus Lacedemoniorū Rex, vocatis ad se conuiuis feras ostendi mandabat, per ea nullum egredi debere sermonem pręmonens. Interesse enim ad conseruandū auctoritatē ne per torū, in consilijs dicta, spergātur in vulgus, & magis expedit ne serio dicta, & quæ concluduntur, tractanturúe in rebus grauibus, & serijs, per alios cognoscantur, aut intelligantur. hinc Plautus in milite glorioso, Sinite inquit me prius prespectare ne vspiā insidię sient, consiliumq́; habere volumus opus est tuto loco, Inimicus ne quis capiat cōsilia nostra, nā bene consultū inconsultum si sit inimicijs vtile esse potest. Et bene consultū surripitur sepissimè, quippe si resciuere inimici cōsilium tuum, tibi tuopte consilio occludunt linguam, & constringuntur manus, atq; eadem quæ illis volusti facere facient tibi.

Iccirco Romani taciturnitatem optimū ac tutissimum administrandarū rerū vinculū nunquā labefactari volebāt, Quū ergo quintus Metellus bellum in Hispania gereret, & modo has, modo illas cū exercitu regiones peteret, quum interim tā suis omnibus quā hostibus ignota esset inopinata ac subita fluctuationis causa, interrogatus ab amicissimo, vt quid ita sparsum & incertū militū genus sequeretur. Absiste inquit istud quærere, nam si huius consilij mei interiorem tunicā consciam esse sensero, continuò eā cremari iubebo. quem igitur finē habuit dissimulatio illa & taciturnitas, postquam exercitū suum ignorantia, & totam celtiberiam errore implicauit, quū aliō cursum direxisset subdito ad Trebiam reflexit, inopinatam & attonitā oppressit, ad cuius menia nisi ea via processisset, ad vlrimā senectutem ipsi armato sedendū fuisset, Rursus quū Eumenes Asie rex amantissimus Romano. bellū à Perse aduersus popu. Rom. comparari senarui nunciasset, non ante sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres respōdissent, quam captum Perse cognitū est. fidū erat & altum vt ait Val. Max. R. P. pectus curia, silentijs; salubritate munitū, cuius limen intrātes abiecta priuata charitate, publicā induebāt, Itaq; nō vnum inquit sed neminē audisse crederes, quod rē multorū auribus fuerat cōmissum, hinc etiam Pompeij probabilis constantia, qui dum legationis officio fungeretur, à Gentyo Illiricorū rege interceptus, quum Senatus cōsilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotū digitum cremandū præbuit, & ea patientia, regi desperationē tormentis quicquam ex se de ipsis secretis cognoscendi excussit. Curandum est igitur, vt tua cōsilia præcipuè archana nemo enunciet, quinimmo Harpocratem quisq; intimorum tuorum agat.

163 Qualis sit ocij & negotij differentia & de cōsideratione in bello suscipiendo.

Ocium pulcherrimè Princeps † vitandum & fugiendum est, vti famę vitęq́; contrarium & corporis saluti damnosum magis quam negotiū, quemadmodū voluit M. Cato. qui vitam humanam ferro cōparabat, Teste Gellio in noctibus atticis. vita inquiens humana est sicuti ferrū, ferrum si exerceas conteritur, si non exerceas rubigo tamen inficit, plusq́; deterimenti secundū, quam primum facit, Appium Claudiū propterea solitum dicere accepimus negociū pop. Ro. melius quā ocium committi, nō quod ignoraret quam iucundus tranquillitatis status esset, sed qui animaduerteret præpotentia Imperia agitatione rerū ad virtutē capessendam excitari, nimia quiete in desidiam dissolui, hinc Flacci verbū est, ociū reges prius & beatas perdidit vrbes. Quinti quoq; Metelli tum grauis tū etiam illa in Senatu Roma. sententia, qui deuicta Carthagine nescire se illa victoria boni plus an mali Reipub. attulisset asseuerauit, quoniā vt pacem restituendo profuisset, ita Annibalē submouendo nonnihil nocuisset, eius.n. transitum in Italiam dormientem popul. Roma in virtutem excitatā, metuiq́; debere ne acri æmulo liberata in eundem somnum reuolueretur.

Nusquam tñ oportet Principem esse cunctatiorē, & circunspectiorem, inceumq́; magis, quam in suscipiēdo bello, quod etiam si iustissimum sit, omnium bonarū rerum naufragium, & omniū malarum pelagus nuncupatur, quod nisi summa obseruatione per Rom. indicebatur, nec vllū bellū iustū esse credebatur (vt inquit Cicero) nisi quod aut rebus repetitis gerebatur aut denūciatum ante aut indictum fuisset, facilè sumitur & inchoatur bellū sed egerrimè (vt Salu. ait) definitur, quū in eiusdē potestate non sit initiū & finis. Dies me deficeret si quæ dici in eam sententiā possunt, exprimere aut attingere vellem nec de bello libellū cōpono, aut hic te instruere in militari quero disciplina, in qua tamē maximè principibus cōuenit esse instructos, possesq; exercitus ducere, & corpore suo quū opus fuerit pugnare, obiter tamē dicam quod Iulius Cæsar pro quo æther militare videbatur, quāuis bellandi semper cupidus fuisset, vsqueadeò vt non ex destinato tantū, sed ex occasione, & sepè horridis tēpestatibus quibus nedum castra moturus, sed nec iter ingressurus quisquam videretur, pugnam capesceret consuesset. In extremo tempore ætatis ad dimicandum cunctatior factus est, quò sæpius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans (vt Sueton. scribit) nihilq́; se tantum acquisiturū victoria, quantū auferre calamitas posset, & apud Liuium, Annibal se magis cunctantem & quiescentē Fabium quam Marcellum pugnātem formidare dicebat. Octauius Cæsar prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat,

negabat, nisi quũ emolumenti spes maior quàm dãni me-
tus ostenderetur, nã minima cõmoda non minimo sectan-
tis discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscantibus,
cuius abrupti damnũ nulla captura pensari posset. Africanus
negabat aliter cũ hoste confligendum, quam aut ob casum
obuenisset, aut necessitas incidisset, ęque prudenter, nam &
prosperam gerẽdæ rei facultatẽ omittere maxima demen-
tia est, & in angustias vtiq; pugnãdi compulsum abstinere,
se prælio pestiferæ ignauię affert exitũ eorum qui ista com
mittunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ nescit re-
sistere, dicebat pręterea, Idem Scipio Afric. turpe esse duci.
in re militari dicere, non putaram, quia videlicet explorato
& excusso consilio quæ ferro agũtur administrari oportere
arbitrabatur, summa ratione, inemendabilis.n. error est qui
violentia Martis committitur. Optimè igitur sensit Arist.
qui bellum gratia pacis tantũ suscipiendum scripsit. Vt cę-
tera pręteream silẽtio tñ non inuoluam Vegetij militarem
disciplinam, quę secundũ sententiam Lacedemoniorũ, siue
Atheniensium, numerũ exercitus restringit, ad decem mil-
lia peditum, & duo millia equitũ, aut viginti millia peditum
& quatuor millia equitum, multitudinem damnosam esse
ostendens, tum quia difficilius regitur, tum quia laboriosius
circa cõmeatum prouehitur. Impetum tñ multitudinis, nisi
cum multitudine sustinere non possumus. Sic.n. Iudas Ma-
chabeus qui cõtra multitudinẽ Bacchidis principis Deme-
trij regis paucis pugnauit, recedẽte ab eo gentis suę multi-
titudine defecit, hinc Saul, contra multitudinem hostium,
multitudine vsus est. Vnde quũ Naas Amonites rex eius-
dem regionis cũ multitudine obsideret Iabes Gallaad ad
trecenta mill. filiorũ Isral cõgregauit, totidẽq; de tribu Iu-
da ad expugnandũ Amonitas vt in libris Regum scribitur,
Hinc formidabilis est Turcharũ Princeps pr pter infinitã
hominũ, quorumq; multitudinem, q̃ ad bellũ secum trahit.
164 De celeritate & mora. Et quum nulla res tam inimica consilijs sit, quam celeri-
tas, non sunt præcipitanda cõsilia, † neq; statim ad primos
animi impetus quidpiã agendũ, quod in magnas sæpè rui-
nas, & ingẽtia pericula trahere secũ soleat, fugiendũq; iuxta
Ciceronis præceptũ, ne sine vrgẽti causa, quo nihil stultius,
nos periculis offeramus, maximeq; periculosa est audacia,
vbi vires spiritui non suppetunt. Quintus Fabius ne Roma
opprimi posset, cũctatione sua egit, at Publius Scipio cele-
ritate sua Carthaginẽ oppressit, nonnunquã igitur celeritate
opus est, sed non antequã necessitas postulauerit, Idem Fa-
bius extrema necessitate poscẽte, satis velox, & audax fuit,
quũ.n. vidisset Collegã suum hominẽ expeditũ, & temera-
rium ab Annibale superatũ, & Remp. summo in discrimi-
ne versari, nũc signa, inquit, extra vallũ proferte, victoriam
hosti extorqueamus, summa celeritate rem restituit, expo-
scente itaq; necessitate vtendũ est celeritate, aliter pro sen-
tentia Augusti Cæsaris festinandu est tardè. satis.n. celeriter
fieri dicebat, quicquid fieret satis bene, quandoq; igitur ce-
leritate, sæpius cunctatione, secundũ subiectam materiam
actiones tuas cõficies, Princeps optime. Memineris tamen
id apprime in vita vtile esse iuxta Terentianum Sosiam, vt
cõmodè fiant omnia, ac ne quid nimis, hinc etiam Flaccus.

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines
Quos vltro citroq; nequit consistere rectum.

Quibus adstipulatur, Illud Aristot. ad Alexan. Magnum,
quum viderit inquit rex bonũ aliquod aut vtile faciendum,
discretè faciat, nec tardus, nec velox nimis, ne remissus vel
impetuosus videatur, neque in disceptationem adducas, an
fieri debeant, quæ tu ipse faciẽda noueris hoc est principem
esse, & bonum principem. Et quem boni ament, mali ti-
meant, vt enim Plinius ait, qui per alios reguntur, nec per se
165 intelligunt quæ sint agenda contemptui sunt.
De prospera atq; aduersa fortuna animiq; constantia Diui Caroli secundi Sabaudiæ Ducis. Quantũ amplissime Princeps, † à scriptoribus extollan-
tur, qui fortitudine prędit, & generoso spiritu abundãtes, vt
in rebus prosperis superbiæ, & insolẽtiæ victi non fuere, ita
in rebus aduersis palmę arboris instar, cõtrarię fortunę, non
cesserunt, neq; succubuerunt, pluribus exemplis, quæ nobis
offert antiquitas, facilè cognoscere possumus. sed præ oculis

est Clarissimi genitoris tui exẽplum, primũ.n. Dei fauore,
deinde sua singulari tum pietate tũ prudẽtia, tot annos hãc
eius ditionẽ sic administrauit, gubernauit, rexit, vt felicitas
in eo regnare videretur, & vicini omnes hoc quoque frue-
rentur bono, quã modo tam diutinis bellis, & latrocinijs ve
xatam, tantis erũnis, calamitatibusq; inuolutam videmus,
vt verum esse experiamur illud Cæsaris dictũ, fortunã ple-
rũq; eos quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorẽ casum
reseruate: hæc fortunæ fides est, res humanas vertit pariter
& euertit, omniaq; ad libitũ rotat. Quis maioribus fortunę
calamitatibus expositus? quis grauioribus tẽpestatibus im-
mersus? Quis principũ iustè dominantiũ tot erũnis, tot ca-
sibus aduersis inuolutus, iactatusq; vt ipse fuit? Vlisses qui-
dem ille Homericus præ eo Policrates quispiam (vt aiunt)
videri posset, neq; tñ fortunæ cessit, neq; afflictus, & plora
bũdus iacuit, ita vt in aduersis nullus vnquã eum succubisse
cognouerit. Homerus Tydeũ paruo fuisse corpusculo de-
coratũ scribit, in quo tñ aĩa esset maxima, viresq; ingentes,
& Xantippus Lacedemonius qui breui statura erat, à Sylio
ita laudatur, Exiguus vigor, admirabile membris, Viuidus,
& magnos nixu, qui vicerat artus. Supra Tydeum, & Xan-
tippum, Illustris. Genitorẽ tuũ, Princeps inclite, cõstituam;
qui in exãtlandis erumnis, in laboribus tolerãdis, magnum
se prębuit, & omnibus admirãdum se ostendit. vt in exiguo
corpore herculeum animum regnare posse cõprobauerit,
& iam suo magis, quã vllo veterũ exẽplo nos possumus con
firmare, † sed vitã suam, non mediocriter honestabit tanta 166 Vitam hominis sæpius per aduersos casus quã ex fortuna prospera illustrari.
fortunæ seuientis iniquitas, vt.n. in Mario Maximò pluri-
mum addidit laudis fortunæ vicissitudo, ita quidẽ Alexan-
dri hoc detrahunt nomine, q perpetuò penè rerũ successu
vsus fuerit, egregiũ nauclerũ aduersa tẽpestas arguit. Vlys-
sem magis illustrarunt, tot duri labores, quam fœliciter ex-
cisa Troia. Quinti Metelli præclarũ Imperiũ, in re militari
fuit egregia censura, omnis vita plena grauitatis, huius tamẽ
viri laudem ad sempitenã gloriã, siue memoriã temporis ca
lamitas propagauit, quæ vnquã secunda fortuna, tm̃ hono-
ris, & glorię, vitæ Ciceronis attulit, quantũ exilij sui calami
tas? si.n. trãquilla, & placata ei fuissent omnia, incredibili, vt
ipse scribit, letitiæ voluptate, & gloriosi in patriam reditus,
caruisset. nam etsi optabilius est cursum vitę sine dolore, si-
neq; iniuria cõficere, attamẽ ad gloriæ immortalitatẽ, plus
affert hisce angustijs inuolutum fuisse, quam nũquam odio
violatum, ac persecutiones passi: præterea quemadmodum
dij ad bona hominibus largienda propensi sunt, ita homi-
num quoq; virtutes solerter expetunt, & quos in tolerandis
calamitatibus fortes offenderint, illos vtpote magnanimos,
maioribus beneficijs prosequuntur.

Est etiam sapienter dictum † quos Deus diligit corrigit 167
& castigat, hoc modo temeritate hominũ maximè consu- Propter dei amorẽ & nostrorum peccatorũ odium varijs affligimur malis.
lens, multos.n. quos quottidie & videmus, secunda fortuna
præcipites egit, cũ quibus quanto melius actum esset si non
plenis velis, sed aduerso interim vento delati essent, propter
peccata nostra euenire quoq; nobis mala, scelera nostra nos
odiosos facere, & iniquitates nostræ pessundederunt nos,
quos inter & Deũ diuisionẽ fecerũt, abscõdentes faciẽ illius
à nobis, aggrauata est manus domini super populum pecca
torẽ, & tradita est flagellis superbia nostra. Iã nemo est qui
satis officium suum faciat, nam principes superiores magi-
stratus recto tramite nõ incedunt, neq; secundũ vias domi-
ni ambulant, nec virgã Iustitiæ rectã tenent, sed cumulan-
dis opibus solummodo iniare videntur, inferiores obe-
dientię colla non submittunt, vanitate & superbia repleti su
mus, cultus diuinus vbiq; diminutus est, omnia confusa &
turbata sunt, blasphematur passim diuina pietas, & in man-
datis suis contemnitur Deus, nullus timor, nulla reuerentia
legum, hinc nobis iratum cœleste numen, hisce calamitati-
bus nos inuolui permittit, neq; acceptat opera quę facimus
ex quo in maximu peccato nos esse cõstat, supraq; nos fla-
re iram Dei, qui postquã emendationẽ nullã in nobis videt,
virgam furoris sui commouens, principes & magistratus
plectit, populiq; superbiam corrigit & castigat & quemad-
modum

modum in principio hiſtoriæ ſuæ Oroſius inquit, proculdubio bella inquantum ſunt, aut manifeſta peccata ſunt, aut occultæ punitiones peccatorum, quū Deus non puniat vniuerſaliter, niſi propter vniuerſale peccatū, quibus quidem peccatis olim offenſus etiā Deus Aegyptijs immiſit ranas, locuſtas, Cyniphes, aliasq́; peſtes, in confinio itē Arabiæ & Paleſtinæ, vt ipſe Oroſius refert, Quinq; magnę & amplæ ciuitates fuiſſe referuntur, quibus & ſoli fęcunditas ſuberat, & Iordanis fluuius per plana diffuſus, ac per oportuna diuiſus augmentis vbertatis impendebatur. Huic vniuerſæ regioni bonis malè vtenti abundantia rerum cauſa malorum fuit, ex abūdantia.n.luxuria, ex luxuria fœdę libidines adoleuere, Deus itaque iratus ſuper hanc terram ignem & ſulphur pluit, totamq; regionē cum populis atq; vrbibus exuſtam, teſtem indicij futuram ęterna pœna damnauit. Porrò quū res ipſa loquatur, hanc tēpeſtatem nobis diuinitus immiſſam à Deo noſtris ſceleribus offenſo, nemo tñ agnoſcēs ſua cōmiſſa domini meſericordiā inclamat, ſed ſibi quiſque blāditur, & alius in aliū culpā reijcit, & occaluimus aduerſus flagella Dei, obduruimus aduerſus illius medicamenta.

Reuertamur igitur ad clementiā eius, opera emendantes noſtra, & dolentes ſuper iniquitatibus, pœnitentiā agamus, mutabit & ipſe Deus ſententiam ſuam, furoremq́; à nobis auertet, ſœuisq; exātlatis caſibus (vt Apuleianè loquar) pauſam paceq́; tribuet, nosq; reſpirare permitter, non eſt.n. abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat, neq; aggrauata eius auris vt non exaudiat, Metellus Numidicus grauis & diſertus vir oratione quam in cenſura ad populū de ducendis vxoribus dixit, ſic pulcherrimè ait. Dij immortales plurimum poſſunt, ſed non plus velle debent, nobis, quam parentes, at parentes ſi pergūt, liberi errare, bonis exhęredant. Quid ergo nos à dijs immortalibus diutius expectemus, niſi malis rationibus finē faciamus, ijſdem Deos propitios eſſe æquū eſt, qui ſibi aduerſarij non ſunt. Illuſtres viri & à luculētis celebrati ſcriptoribus ornatiſſimè Princeps oculos aperiunt, aureſq́; referunt & ne ſomnus lætifer obrepat, vigilantes aſpiciunt, quibus quantisq́; fortunæ telis pectus geramus aduerſum, cuius viribus vix obſtant humana cōſilia, & ex aliorū caſibus quam lubrico in loco poſiti ſimus, aduertunt, auaritię, luxui, furori, iactantiæq; parcentes, lætitiæ modum ponunt, memores dum elatas mētes lętitia, aut aliquo irritatas caſu aliquid enorme ſubintrat ea lege aſcēdiſſe qua cæteri ruituros.ſ. in puncto tēporis, ſi fortunæ libuerit pœnasq́; daturos, quantoq́; magis ad aſtra transferri ſe vident, tanto accuratius deſideriū humili in loco defigunt, Deum ſumma veneratione colentes & totis viribus diligentes, ſapientiam virtuteſq́; ſequentes, honorātes dignos, amicos ſumma cum fide ſeruantes, prudentum conſilia ſumentes, benignos inferioribus ſe exhibentes, humanitate, miſericordia, atq; Iuſtitia abundantes, honores, laudes, gloriā, famāq; perquirētes, adeptaq́; ſublimitate ſe dignos demōſtrantes: quos ſi contingat, quandoq; deijci non eorū crimine aut culpa factū apparet, ſed proteruia fortunæ cūcta vertētis. hiſce prudentiſs. viris te licet adiūgas, humaniſſimè prīceps, illorū veſtigia ſequi pulchrū & glorioſum exiſtima.

169 *An melius ſit regi bona lege quam bono rege.* Eſt etiam operæpretium ſcire † an melior ſit Iuſtitia animata quā inanimata, quæ in principe iudicibusq́; eſſe, dicitur, animata ęquitatem intuetur, rigori illa pręferens, varietatē temporū, rerūq́; & perſonarū cōſiderat, ſeq́; eis accommodat, iccirco hāc pleriq; præferendā prædicāt, vidimusq́; excelſos viros melius regi, manuq́; regia gubernari, quā mediāte tot tantarūq́; legū ſylua, dicebāt, ſeq; ita facturos, ſi ad eos caſu aliquo rerū ſumma deueniſſet, profitebantur. Sed quū factæ fuerint leges, vt humana coherceretur audacia, & inter improbos tuta eſſet innocentia, conſtat legum editionem neceſſariā fuiſſe, maximè creſcente hominum malitia, neque ſolum propter malos à ſcelere retrahendos, ſed etiā propter bonos defendendos editas fuiſſe leges. habent enim inſtituta maiorū ſuos modos, cauſas rationes, & vtilitates, hæc quum timētur, Diuo Hierony. teſte, & mali coercentur, & boni inter malos quietā vitā agunt, ꝙ ſi iudicum arbitrio cūcta dirimerentur, effrenata illorū cupiditas omnia deuoraret, & quod hic ſtatueret, alius deſtrueret, & eadem quęſtio, reſq́; nunquam pariformiter decideretur, aut perperam contēptis legibus determinaretur, vt ea ſæpè experimento cognouimus. & quāuis iudices quandoq; mali ſint, contentioneſq́; & differentias foueant, liteſq́; immortales vel reddūt, vel eſſe patiātur, vitiū eſt hominū nō legū. quæ ſemper bonę ſunt, & ad minuendū lites tēdunt, melius eſt igitur ab optima lege ꝙ̃ ab optimo viro gubernari, vnde ſecundū Philoſophū, qui legem præeſſe iubēt, Deū præeſſe & leges iubere videntur, qui autē hominem pręeſſe iubet, adiungit & ſœuam beſtiā. Sed quo rapior princeps inclite?

170 *Hæc epiſt. lib. cōgnitius forte nomen acciperet.* Epiſtolā ſcribere oblitus librū, ſcribere videor, tāq ſi librum appellare malueris. nō repugnabo auctoritati tuæ. Cerno.n. vt cū Hiero. in quadā epiſtola ad Paulinum loquar, me ſcripturarū amore raptum, epiſtolæ modum exceſsiſſe, pluraq́; dixiſſe, ꝙ̃ ſtatueram, ſed dum cauſæ grauitas, rei magnitudo religionisq́; & Iuſtitiæ zelus, orationem meam lōgius prouexit, creui expiſtola in volumen, & facta eſt velut ſylua quædā, neq; culta neq; ſatis digeſta, verū non epiſtola quæ deſcribit, ſed res quę deſcribitur, (vt Plinij verbo vtar) magna eſt. Ridebo igitur ſiquis Momus Horatianū illud mihi occinat, amphora cæpit, inſtitui, currente rota: Cur vrceus exit, nec breuitati ſemper inſeruiendū eſt. Frequens dicebat Pli. mihi diſputatio eſt cum docto & perito quodā domino, cui nihil æque in cauſis agēdis vt breuitas placet, quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat, alioqui pręuaricatio eſt, tranſire dicenda. Pręuaricatio eſt inquit curſim & breuiter attingere quæ ſunt inculanda, infigenda, repetenda, nā pleriſq; longiore tractu, vis quædā & pondus accedit, vtq́; corpori ferrum: ſic oratio animo non ictu magis quā mora imprimitur. Quum igitur propoſitum iter iam abſoluerimus, ex altoq́; optatū perſpiciatur litus, Cymbaq́; noſtra varijs agitata vndis fatiſcat, res poſcit, inſtat tēpus, iam riuos claudere, cōplicanda igitur mihi ſunt vela, ac inhibendi remi, receptuiq́; canendum & placido curſu vt portum ſubeamus, cōtendendum, gratias altiſsimo agētes, qui nos ad optatum finē perducere dignatus eſt. Scio nō defuturos vitilitigatores, vix.n. ſuperſtite quibus vix cuiuſquā

171 *De obtrectatoribus* ſcripta vel geſta placuerunt, † ita eſt ingenium mortaliū. virtutē præſentē ſi nō odimus, certè negligimus, ſublatam ex oculis quęrimus, inidit fuit hoc, eritq; perpetuum, vt vene-

172 *De veneratione vetuſtatis & contemptu pręſentis virtutis.* ratio vetuſtatē pręſentē comitetur inuidia, hinc ait ille poeta. laudes hominū mos inchoat, & Hierony. Iudicijs oblatrantiū nō mouebatur ꝙ in vtrāq; partē aut amore lābantur, aut odio. & tñ nō dubito me habiturū multos defenſores, quibus grati erunt tot labores, quos pro cōmuni vtilitate perpeſsi ſumus. Supereſt ſolum inclite Princeps, vt dicam vale,

173 *Optat ſuo principi.* Iulij Cęſaris tibi optās felicitatē, † audaciā & memoriam. nihil.n. M. Cicerone teſte, præter inimicitias obliuiſci ſolebat, Traiani Iuſtitiā & ad faciendum Iudicium in populis tuis, beneque regendum Salomonis ſapientiam, Alexādri Seueri integritatē & fortitudinē, Numæ Pompilij religionem & fidē, ac Theodoſij pietatē, & quicquid in priſcorum Imperatoribus & regibus inſigne fuiſſe legitur, ꝙ ſi licētiore epiſtola vſus ſim, & in aliquo benignitas tua lęſa fuerit, æqui boniq́; conſulas, & in culpa noſtra (vt cū Plinio ad Veſpaſianum loquar) tibi ignoſcas, iamq́ue vale, & viue ad Neſtoris annos, & ad optata tandem, fœlicibus incrementis, te Chriſtus optimus prouehat. ex vrbe tua Vercellarum. M. D. XL.


Ad diuum Pedemontium Principem, Philibertum à Sabaudia Ter Maximum, Philibertus a Pingon Sabaudus ὑποταττόμενος Ter Minimus.

E docet Heroa Cagnolus origine cretos,
  Hiſtoriam monitis comprobat vnde tuam.
Mox tibi ſe validis reſpublica legibus offert.
  Pace, vel armata reſtituenda manu.
Nunc Chiron, & Homerus eant: Es maior Achile.
  Attis eat: Maior dat ſacra iura Solon.

AVCTORIS



AVCTORIS QVVM POST MAGNAS *ferias lectiones ordinarie Auspicaretur Taurini habita Oratio.*



VLTORVM annorum consuetudo fecit, patres amplissimi, ingenuiq; adolescentes, vt hæc dicendi ratio, qua post feriarum laxamenta literaturi laboris initia auspicando, solemus auditorum cetũ ad literariam ineuntis anni exercitationẽ, velut classico quodam reuocare, non amplius nostri muneris, voluntarijq; officij esse videatur, sed veteris cuiusdam instituti legisq; sanctioris, quam nephas sit mutare. requirebam nuper animo quid potissimum sequerer, de quo hodiernus esset mihi instituendus sermo, quod non inutile esset relatu, nec auditu ingratum: occurrit vobis præponendus diuinus ille Zeno stoicorum princeps, quem ex phenicia nauigantem, quum naufragium fecisset, quonam modo posset beatam vitam ducere, oraculum consuluisse ferunt, responsumq; si mortuos viuens coleret, quod quærebat consecuturum. quo responso ab oraculo accepto, omnem diligentiam, operam, & studium omne, ad legẽdum antiquorum libros contulit. Cratemq; thebanum illum famosissimũ multos annos audiuit, quumq; aliquid se profecisse arbitraretur, secundioribus ventis nũquam nauigasse, quam quum naufragium fecisset dixisse fertur. Zenonis itaq; exemplo excitati Iuuenes eruditissimi, si omni tẽpore beatam vitam agere vultis, totis viribus incumbite studio, & ea consequimini quę vos diuinos, aut quod ęque magnum est, diuinitati proximos efficiunt, forma, robur, diuitiæ fluxa sunt & subiecta fortunę, maximaq; interdum pericula solent possidentibus importare, at virtus animi quæ est scientia, æterna est communis nobis cum dijs immortalibus, & nec eripi nec surripi potest, semper auxilio nobis est, atq; pręsidio, vitam nostram per tela, per flammas, per saxa, per vndas, per omnia deniq; rerum discrimina, atq; pericula comitatur, prope est semper, maximum afferẽs vel in aduersis refugium, vel in prosperis ornamentum, in tempestate sua quieta est, & lucet in tenebris, splẽdetq; per se semperq;, neq; in alienis vnquam sordibus obsolescit, in medio posita est, ne minẽ dedignatur qui modo se dignũ illa iudicat, omnibus patet, omnibus lucet, omnes admittit, nec reijcit quẽquam, nec eligit, ad hoc omnes nobiles sumus, patricius Socra. non fuit, Cleantes aquam traxit, & rigando orto locauit manus, Plat. non accepit nobilem philosophia sed fecit, studia clarum nobilem & immortalem efficiunt. Epicurus quum Idomeneo scriberet, & illũ à vita spinosa, ad fidelem stabilemq; gloriam reuocaret, rigidæ tunc potentiæ ministrum, & magna tractantem, si gloria inquit tangeris, notiorem te facient Epistolę meæ, quã omnia ista quæ colis, & propter quę coleris, nũquid metitus est? quis Idomenea nosceret, nisi Epicurus illum suis literis indidisset? omnes illos magistratus & regẽ ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta subbresisset. Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt, nihil illi profuisset gener Agrippa & Tyberius progener, & Drusus Cæsar pronepos. Inter tam magna nomina taceretur, si Cicero illi defuisset. Proinde colligite vos iam satis temporibus otio datum est hic dies aliam vitam petit, alios mores postulat, surgite agite, & studijs pulcherrimis rerum maximarum totis viribus incumbite, parate vos ad maximos honores, ad amplissimas dignitates, vosmetipsos sic eruditos ostendite, vt spes vos pulcherrima foueat, posse resp. vestras à vobis rectè gubernari, vestra sunt officia, vestri magistratus, vestra sunt gentium gubernacula, si modo ita vos institueritis vt digni futuri sitis, quibus honores conferantur & dignitates, Date operam vt ita redeatis, quo parentibus voluptati, amicis atque affinibus honori, & vtilitati, ciuitatibus vestris maximo futuri sitis ornamento. Quod si feceritis dolebunt inuidi, & laudibus vestris rumpentur, atq; ita vobis persuadete, si indocti atq; imperiti reuertemini, omnibus derisui, ludibrio, contemptuiq; futuros: Sin eruditi doctiq; euaseritis fore per omnia vitæ tempora groriosissimos, nunquam in paupertate, neque in anxietate, semper in diuitijs, semper in honoribus, semper in amplissimis dignitatum gradibus collocandos, nihil erit difficile volentibus, semina in corporibus humanis diuina sparsa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta sunt surgunt, si malus, non aliter quã humus sterilis ac palustris necat, ac deinde creat, purgamenta pro frugibus. Nec vos terreat legalis scientiæ prolixitas, seu difficultas, aut nostræ vitæ breuitas, nihil. n. adeò difficile est quod animus inuictus & laboris patientissimus modo superet. hæc scientia, si Imperatori credimus, finem habet mirabilem, nec exiguum temporis habemus, sed multũ perdimus, satis longa vita est & in maximarum rerum consumationem large data, si tota bene collocaretur, sed quum tempus breuissimum sit, semperque in cursu fluat, & præcipitetur, nec magis morã patiatur quam mundus aut sydera, quorum in re quieta semper agitatio, nunquam in eodem vestigio manet, quoddam tam ẽadhuc surripitur, quoddam subducitur, quoddam effluit, turpissimaque est iactura, quæ per negligentiam fit. Et si volueritis attendere maxima pars vitæ elabitur, nihil vtile agentibus. Heu quantum errare quosdam video, qui ex hoc velocissimo tempore in superuacua maiorem partem erogãt, tempus ergo quod auferebatur aut surripiebatur aut excidebat, colligite, seruate, & in bonos vsus consumite, incipiatis vasa colligere, in freto vixistis, moriamini in portu. Id primum agere debetis, vt iritamenta vitiorum quam longissimè proijciatis, cum virtutibus enim vitia non coeunt, nihilque tam mortiferũ ingenijs quam luxuria. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus, vina Annibalem hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus & alpibus virum eneruauerunt fomenta Campanię. armis vicit, vitijs victus est. Claudite itaq; voluptatibus aures, quibus cæra parum est obdere, firmiore spissamento opus est, quã in socijs vsum Vlyssem ferunt, vox illa quæ timebatur blanda erat, & ex vno scopulo circumsonabat. Hę autem voluptates ex omni terrarum parte circumsonãt, & decipiunt hæc præcepta si obliuio non supprẽsserit, responsis delphicis veriora quæ diximus comperietis. neq; est de natura conquerendum ꝙ illa se benignè gesserit, & vitam satis longam scientibus vbi ad ingenij cultũ capescendum, animumque erudiendum concesserit. Plato, quo nihil doctius erat in terris, vnum & octogesimum implens annum natali decessit suo: Xenocrates Calcedonius octogesimum secundum, Aristot. ille vltramundanus tertium & sexagesimum, quem numerum æquasse nec excessisse Ciceronem, à quo omnis romana exiluit eloquentia, non ignoramus, Demosthenes vix sexaginta impleuit. Iul. Cæsar, non minus literis quam armis clarus, anno ætatis suæ sexto supra quinquagesimũ perijt. Et vt ad nostros Iurisconsultos veniam, nonne noster Saxoferatus, cuius vestigia sequimur & adoramus, maxima cum iactura nostræ philosophiæ, quartum & quadragesimum ingressus annum ad superos migrauit? & Papinia. acutissimi ingenij vir, omniũ Iurisconsultorum qui vnquam fuerunt, aut imposterum futuri sunt, facile princeps, nõne anno ætatis suæ. xxxviij. cum morte vitam commutauit? hi omnes & alij multi, quorum infinita sunt exempla, num consumatissimi fuere, & tamen illis nõ adeò vita longa fuit, quin vestrum quisquã etiam si

ad debilita-

ad debilitatam iam tantum naturā respiciatis, sperare posit & agere longiorem. Et ne dura nimis me præcipere credatis, volo vobis omnia negare, neque vos iubeo semper imminere libris, quiescēdum est interdum, & cum rerum natura deliberandum quæ diem fecit, & noctem, neq; in eadem intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda, Cū pueris ludere, Socrates nō erubescebat, & Cato vernæ laxabat animum curis publicis fatigatū, & Scipio illud triumphale & militare corpus mouebat ad numeros, non molliter se infringens, vt quorūdam mos est, sed vt illi antiqui viri solebant inter luxum & festa tempora, virilem in modum tripudiare. Danda est remisio animis, meliores acrioresq; requieti resurgunt, vt fertilibus agris non est semper imperandum, cito enim exhauriet illos non intermissa fœcunditas, ita animorum impetus asiduus labor frangit. vires recipiēt Paululum resoluti & remisi, nascitur ex asiduitate laborum hebetatio quædam animorum, & lāguor, legum conditores festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publicè cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni quidam viri ferias certis horis sibi dabant, quia non vllum diem inter ocium & curas diuidebant. qualem Pollionem Alinium oratorem magnum referunt, quem nulla hora vltra decimam retinuit, nec Epistolas post eam horam legebat, nequid nouæ curæ nasceretur. Sed totius diei lasitudinem duabus illis horis ponebat. Dādum est interuallum animo, vt omnis tristitia quæ cōtinuatione pertinacis studij adducitur, hilaritate iocoq; discutiatur, ita tamen vt non resoluatur animus, sed vt remittatur, temperamentumq; semper adhibeatur, ne vestigia Portij latronis viri alias clarisimi & eloquentisimi sequamini, in vtraq; re ei modus deerat, nec intermittere studium sciebat, nec repetere, quū se ad scribendum concitauerat, iungebatur noctibus dies, & sine interuallo grauius sibi instabat, nec desinebat nisi defecerat. Rursus quum se dimiserat in omnes iocos & luxus resoluebat, & in tantam viuēdi sic perueniebat cupiditatem, vt vix posset ad priorem consuetudinem retrhai, Sint ioci & luxus honesti, exercitationes & faciles & breues, quæ corpus & sine mora laxent, & tempori parcant, cuius præcipuè habēda est ratio. Galenus paruæ pilæ exercitationem reliquis anteponebat, vel in ambulationibus apertis vagandum, vt cœlo libero & multo spirtu augeat, attolatq; se animus, quodlibet ex his eligetis, cito redite, à corpore ad animum, sed vt circa studendi, proficiendiq; modum aliquid tangam, silētio inuoluens quæ à Martino Senensi, & Seuerino in eorū tractatibus dicta fuere, quum ad manū & in prōptu habeantur, alijs quibusdam vos admonebo, Oporret in primis animas, deinde linguas fieri eruditas, sicq; rectè & in timore altisimi viuere, in maliuolam.n. animam & peccatis subditam non introibit sapientia. Cupiditas discendi inde refrenāda est, ne ipsa impediat, nec pasim carpenda sunt omnia, nec auide inuadēda vniuersa, per partes peruenitur ad totum, aptari onus viribus debet, nec plus occupari quàm cui sufficere potestis, non quantum vultis sed quantum capitis, hauriēdum est, bonum habeatis animum, capietis quantum volueritis, quædam ingenia facilia & expedita sunt, quædam manu (vt aiunt) facienda. Xenocrates Calcedonius Platonis auditor hebes erat ingeninio & tardus, adeò vt cum illo Plato Arist. confert, alterum freno, calcaribus alterum egere diceret, & tamen eminentisimus factus est Philosophus, crasisima.n. ingenia propter studij asiduitatem & vehementiam, sæpè efficacisima visa sunt fieri, vtq; air ille poeta stillicidij casus lapidem cauat. Deinde illud videatis, ne multorum auctorum lectio, & omnis generis voluminum vos detineat, vt.n. Senecæ placet, certis ingenijs immorari, & innutriri oportet. si vultis aliquid trahere, q̄ in animo fideliter sedeat, nusquam est qui vbiq; est, in peregrinatione viam agentibus hoc euenit, vt multa hospita habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est his qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt, qui modo destinauit peruenire quo vult, vnam sequatur viam, nō per multas vagetur, non ire istud sed errare est, distrait animum librorum multitudo, probatos itaq; & bonos habete, eosque semper legite, & si quando ad alios diuertere libuerit, ad priores redite. Sunt etiam loca quædam & habitacula, quæ vir ad sapientiam tendens declinet, tanquam aliena bonis moribus, de secessu m. cogitans nunquam (vt aiunt) canopum eliget, quamuis neminē canopus esse frugi vetet, ne baias quidem vitiorum diuersorium, illic sibi plurimum luxuria permittit, illic tanquam aliena licentia debeatur, locoq; magis soluitur animus, vitanda est etiam sociorum multitudo, & turbę consortium, inimica.n. est studio (vt inquit Seneca) multorum conuersatio. nemo nō aliquid nobis vitium vel commodat, vel imprimit, aut nescientibus allinit, nihilq; est q̄ æque animos progymnasiorum à studio distrhat atq; alienet. Maximè etiam ad rem pertinet, habere bonos præceptores, nam rudis testa diu, & saporem, quo primū imbuta est retinet, & odorem. Gręca narrat Historia Alexan. orbis dominatorē & moribus & incessu Leonidis pedagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus adhoc paruulus fuit infectus, Procliuis est.n. malorum emulatio, vt quorum virtutes assequi non posit, cito imiteris vitia. Quærite itaq; bonos, & non tantum paratos discentibus, sed etiam obuios, & familiares, quos audiatis, quibus cum positis omnia loqui, omnia conferre, habet.n. primum viua vox (vt ait Hieronymus) nescio quid latentis energiæ & agilitatis, nā homines magis oculis, quàm auribus credunt: vnde nulla res magis animos ad honesta inducit, dubiosq;, & in prauum inclinabiles reuocat, quàm rectum, quàm bonorum virorum conuersatio, paulatim.n. descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet frequenter audiri, aspici frequenter, nec facilè dixerim quemadmodum prosit, sicut id intelligam profuisse. minuta quædam (vt Phedron ait) animalia, quum mordent nō sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est, tumor indicat morsum, & in ipso tumore multum vulnus apparet, idem vobis in conuersatione præceptorum eueniet, non deprehendetis quēadmodum, & quando prosit, profuisse deprehendetis. Zenonem Cleantes non expresisset si eum tantummodo audisset, vitæ eius interfuit, secreta prospexit, obseruauit illum, an ex formula sua viueret. Plato, & Aristot. & omnis in diuersum itura sapientum turba, plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxit, Methodorum, & Hermacū & Polhenum, magnos viros non schola Epicurei, sed contubernium fecit. Postremo vt Attalus clarisimus Philosophus dicebat, illud est maximè necessarium, vt docenti & discenti idem sit propositum, vt ille docere velit, hic proficere; nolite committere vt codices habeatis eruditos, ipsi sitis ineruditi, nec sciscitari si dubitatis, nec castigari si errabitis sit pudor, conflictatio quoq; tanquam palestra ingeniorū, neruos animi tum ostendit, tum excitat, tum adauget, quum librum aliquem legitis, conabimini posteà memoriæ vegetandę gratia incipisci animo ac recensere, quæ in eo lib. scripta sunt, in vtrasq; estimationes laudis aut culpæ annotamentis digna, eritq; hoc, fanè quàm vtile exercitium ad conciliandas vobis, vbi venerit casus, rerum, sentētiarumq; recordationes, inopinabilesque materias adordiri aliquando, & tractaro quæratis. quemadmodum olim Phauorinus philosophus oppido q̄ libens, Gellio teste, in eas materias dicebat, vel ingenio expergificando ratus idoneas, vel exercēdis argutijs, vel edomandis vsu difficultatibus, sicuti cum Thersitis laudes quæsiuit, quum febrim quartis diebus recurrentem laudauit. Intempestiua studia fugite, nam & ingenium extinguunt, & valetudinem vehementer offendunt. Aurora studijs apta est & amica. Hinc Plinius secūdus in Epistolis, quæris quemadmodū in Tuscis dies æstate disponam, euigilo quum collibuit plerunq; circa horam primā, sæpè ante, tardius raro. Clausæ fenestræ manent, mirè.n. cum silentio & tenebris animus alitur. Et ab his auocant abductus & liber, & mihi relictus non oculos animo, sed animum oculis sequor, qui eadem quę mens vident, quotiens non

videant

vident alia. Accedant prædictis cóplures salubres, sanctęq; admonitiones, quas Basilius & Paulus Iustinopolitanus in eorum opusculis de ingenuis moribus, & liberalibus studijs congesserunt. Disponite itaq; animos ad studia, parate, vos ad profectum vestrum, excutite ab oculis vestris negligentię somnum, iam satis dormistis, expergiscimini, vt errores depellatis, & scientiam in animis vestris inducatis. Me non tantum paratum discentibus, sed obuium inuenietis. Docebo implicita soluere, ambigua distinguere, obscura prospicere, nec quæ scio maligne dispensabo, quo diutius sim necessarius, nulla me res delectabit, licet eximia sit, quã mihi vni sciturus sum, cupio si possem in vos omnia transfundere, & in hoc gaudeo discere vt doceam. Efficiam hercle quod cognoscetis operam & oleum (vt aiunt) suo magistro non penitendo minimè perdidisse: Deum omnipotentem pręcor & obsecro vt vestris studijs prosperos successus cõcedat & donet. Dixi.

EX RVBR. PROOEMII DIGESTORVM.

De causa materiali, formali, efficienti, & finali. numero. 4. cum sequen.
Obscurè quandoq; de industria prudentes loquuntur. 6.
De inuocatione diuini nominis. 15. cum seq.
Iurisconsulti nostrarum legum auctores, an fuerint ante Christum vel post Christum. 18 cum seq.
De iuramento Iudæi. 26. cum seq.
Papa est supra Imperatorem, & ab Ecclesia dependet Imperium. 33.
Imperator an dici possit ante Coronationem & de illius gestis ante Coronationem prædictam an valeant, De coronisq; & origine Imperij. 38. cum seq.
Romanorum dominandi potestas, vnde causata fuerit. 49.
Nomina verbalia in delictum, ac etiam in non delictum sonantia, an verificentur in vno actu. 50. cum seq.
Mercator quis dicatur. 53.
Iustiniani Etymologia & de illo plura. 55.
Imperatoris nomen cur non mutetur in Coronatione, sicut fit in summo Pontifice. 56.
De Etymologia Cæsaris. Et in quo differat ab Augu. 57.
De differentia & distinctione Alemaniæ & Germaniæ numero. 60. & . 61.
De Gottebo & Franco. 62. cum sequen.
Vandalia regio quæ sit 68. cum sequen.
Felicitas ex quibus consistat, & vnde dictus Augustus numero. 73. & . 77. cum seq.
Donatio facta per Constantinũ Imperatorem Syluestro an valuerit. nu. 79.
Imperator an possit de Imperio diminuere, & quid de alijs Principibus. 80.
Doctores an & quando Illustres possint appellari. 86.
De effectibus ex salutatione resultantibus. 93.
Laudes suas quandoq; decantare est licitum. 99.
Laudabiliora & magis cara sunt, virtute propria acquisita, quàm acquisita ex virtute maiorum suorum. 100.
An dies & sigillum requirantur in priuata & in publica scriptura. 101. cum seq.
Indictionis omissio an vitiet instrumentum. 105.
De signo notarij plura. 106.
De inscriptione titulorũ qua vtuntur Imperatores moderni an rectè fiat. 108.

Repet. in Rubricam.


1 VEMADMODVM, † Physicorum primo vltramũdanus scribit Aristoteles, tunc vnumquodque cognoscere arbitramur, quũ causas cognoscimus primas, & principia prima vsque ad elementa, ex quo manifestè ostendit in scientijs esse processum ordinatum, prout proceditur à primis causis & proximis, vsq; ad proximas causas, quæ sunt elementa cõstituentia essentiam rei. & hoc rationabile, est nã processus scientiarũ opus est rationis. cuius proprium est ordinare, vnde in omni opere rationis ordo aliquis inuenitur, secundũ quẽ ab vno in aliud proceditur. auctor est sanctus Thomas in proœ. super de Cœlo & Mũdo. Bene est ergo, bene cõuenit priusquam ad scientiam perueniatur, modum do-
2 cẽdi, & ordinẽ præscribere, † quo per ordinẽ intellectæ rei, magis delectent animos, sensum illuminent, & memoriam reddant clariorem, ideò vt ait hic Bald. per modum epistolaris paginæ, Iustinianus quibusdam legum professoribus præscribit, modum & ordinẽ docendi, tradendiq; iura statuendo. Verum quia omnium entium vnum est summum & principium à quo cuncta depẽdent, quod est causans & non causatum, vt Deus qui est æternus à nullo dependens
3 cap. j. de sum. tri. † causa enim prima, vt in libro de Causis Philosophus ait, est omni narratione superior, non cessat illuminare creatum suum, & ipsa non illuminatur lumine aliquo, quoniam ipsa est lumen purum, supra quod non est lumen aliud. Cętera verò causata dicuntur & causæ. Quum verò causatorum volumus habere plenã notitiam inquirimus causam, quum (vt dictum est) scire, sit rem per causam cognoscere. facit. c. intelligentia de verb. signi. Solent proptereà doctor. in principijs operum quęrere de causa ma-
4 teriali, formali, efficienti, & finali, † prout etiam docet Aristot. physicorũ, primo de quibus quatuor causis etiam in. ij. phy. tractat comm. xxviij. & pariformiter habetur. xxxij. q. ij. ꝙ no. de consec. distin. ij. quia corpus & c. panis. & distin. iiij. in synodo. & de celeb. miss. in. c. in quadam. & . xxiij. q. v. de occidendis & . c. non frustra. & de sum. tri. c. j. §. vna. vbiq; omnes doct. cõcordant, quatuor de quibus supra, huius libri causas esse. Circa causam materialẽ de qua primo facta est mẽtio, tam apud nos, quàm apud naturales Philo. multipliciter cõsideratur materia, vt per Burleũ in. iij. trac. iij. Physi. Moder. astẽ. in tract. formæ & solenni. fo. x. Item materia seu causa materialis alia proxima, quædã remota seu alia mediata, altera immediata, vt declarat Bat. in. l. j. col ij. ff. de actio. & obl. Bal. in. l. ex placito. q. j. C. de rerũ perm. materia actionis personalis est obligatio. obligationis est cõtractus secundũ Bar. ex quo sequitur materiã proximam actionis esse obligationem, materiã verò remotam ipsius actionis esse contractum, simile in grano, quod est materia farinę proxima, & farina est materia proxima panis, ex quo sequitur ꝙ granum sit materia remota panis. vt per Bald. in rub. j. de iust. & iu. Et causa immediata seu proxima magis imprimit ac influit quam mediata & remota. & attenditur
5 apud † nos, & apud naturales. l. sociũ qui in eo. ff. pro socio. tradit Bald. in præall. q. j. Exemplificat naturaliter in planta prunæ. in qua si inferatur ramus piri, deferet ramus ille pira, tanquã producta à causa proxima & immediata quãuis ab arbore prunæ capiat nutrimentũ, de materia tñ latius vide per Bart. in. l. vxori. ff. de au. & ar. leg. Dec. in. cap. ij. col. xij. de prob. pulchrè in auc. præterea in. ij. limi. vij. no. C. vnde vir & vxor. Nunc aduertendum est, quia aut quæritur quæ sit materia libri & cõpilationis, aut quæ sit materia scientiæ & consequenter quod sit subiectũ huius scientiæ, differunt enim hæc vt declarant Ioan. fab. in proœ. institu. colu. iij. &

Abb.in proœ. Grego.col.ix. Cauſa materialis proxima ip-
ſius compilationis ſunt leges,conſtitutiones, & deciſiones
ex quibus hi libri conſtant. Cauſa materialis ſcientiæ aliud
eſt,vt declarat Azo,in prin.ſummæ, qui ſecundum Alb.&
Bal.in rub. ſequen.tit. poſuit in hac materia verba ſatis ob-
6 ſcura. eo quia de more prudentum eſt, † obſcurè & acriter
quandoq; loqui,vt exerceatur ingenium:oportet enim in-
telligentem phantaſmata ſpeculari, ſecundum Philo.3.de
Anima.Et ob id redemptor noſter in parabolis locutus eſt.
vt declarat S.Tho.in.j.q.j.partis. aliquando etiam ſtudioſe
obſcurius locuti ſunt gloſſematum auctores, vt poſteros
muſſare facerẽt, & ne difficultates legales communes cum
idiotis redderentur, vt Pau.Caſtr.ſe audiuiſſe Bal.ita excla-
mantem teſtatur in.l.iuriſgẽ.§.quinimò. vbi etiam Iaſ.col.
viij.ĵ.de pact.Dixit ergo Azo,ius noſtrum conſtare ex tri-
plici materia,generali,communi,& propria,declarando vt
per eum quem multi probant,aliqui ſaluant, vt hic latè per
Alber.Bal.in rub.ſecunda ſubſeq.titu. Cald.in repet.proœ.
decr.Imol.& alios in rub.ff.de ver.obl.& Fabrum in proœ.
inſtit.In effectu mens Azo.rectè intellecta iudice Bald.ſu-
pra relato fuit ꝙ bonum,& malũ,& voluntates hominum,
id eſt,quoddam neutrũ,ſunt materia generalis huius ſcien-
tię, quia ſi non eſſent actus hominũ,ſcientia non eſſet,hinc
7 eſt ꝙ Abb.& Fel.in proœ.rex pacificus.ponũt,† ꝙ ſi homi-
nes ratione regerentur,neceſſariè nõ eſſent leges,ibi etiam
tractant,an ita bene quis viuere poſsit,ꝙ nõ ſubijciatur le-
gi.Materia communis eſt rudis æquitas,& ius approbatum
quod eſt materia artis noſtrę & cauſa eſſendi.Materia pro-
pria huius ſcientiæ eſt ius enucleatum, ſeu limatum, quod
hac in compilatione cõtinetur.Eſt enim hæc materia pur-
gata & digeſta,vnde ſicut cibus digeſtus eſt immediata cau
ſa materialis nutritionis, ſic iura purgata ſunt immediata
materia ex qua hæc ſcientia dicitur: Sed quia contra Azo.
licet Bald.eum nitatur defendere,multa alia adducũtur ar-
gumenta,per Alb.Cald.& Io.fab.præall.forte melius bre-
uiusq; eſt dicere ex ſentẽtia Io.fab.loco prædicto,ꝙ vnum
eſt ſubiectum,id eſt,materia ex qua aliquid fit,vt vas ficti-
le de terra,vel in quã, vt albedo in pariete, ideò ſubiectum
huius ſciẽtiæ dicit eſſe iuſtitiam, bonum autem & æquum
non ſunt niſi qualitates iuſtitiæ, quæ ſemper bona eſt &
æqua.l.j.infra. tit.proxi.faciunt quæ ibi in.vij.not. pulchrè
ſcribit Fort.garg.Ex quibus colligitur quòd nõ ſumitur ſu-
biectum & materia pro eo in quo eſt ſcientia, quia quum
omnes ſciẽtię ſint in intellectu,ſequeretur ꝙ omniũ ſcien-
tiarum vnum eſſet ſubiectũ,quod eſt falſum, quum ſcien-
tiæ per ſubiecta diſtinguãtur,dicitur ergo ſubiectũ vel ma-
teria id de quo tractat, vel circa quod principaliter verſa-
tur ipſa ſcientia ſecũdum Cald.in loco præall.col.ij.Abbas
verò poſt Ioan. de lignano in proœ. Grego.circa fi.primæ
8 lect.dicit, ſubiectum in legali ſcientia † eſt homo politicus
dirigibilis conſtitutionibus legalibus in bonum ſimpliciter
humanum.Cauſa formalis ſecundum Bald.in vlt.colu.rub.
ſeq.titu.eſt ipſa legum & operis forma,quum & lex apelle-
tur forma,à qua non licet recedere.l.conſtitutionibus.ff.ad
munici.l.certa forma.C.de iur.fiſ.lib.x.Et ipſa forma ope-
ris eſt modus tractandi qui in qualibet ſcientia reperitur,&
eſt triplex.diffinitiuus,ſcilicet diuiſiuus; & exemplorũ po-
ſitiuus.ſequitur ſimpliciter Moder.aſtẽ.in tract.pręall.fo.x.
ad fi. De qua forma tractandi latius per Cald.loco prælle.
col.iij.Alb.hic ad fin.vj.colu.Seue.in trac.de modo ſtuden.
col.vlt.Abb.in proœ.Grego.col.ix.& x.vbi etiam ait,quòd
quærere de modo agendi in principijs librorum,vt plerun-
que faciunt,nihil aliud eſt niſi quærere de cauſa formali, vt
prædicta oſtendimt.Cauſa efficiens poteſt dupliciter con-
ſiderari,immediatè & mediatè: loquendo tamen de cauſis
ſecundarijs & ſpecificis, non de cauſis primarijs & vniuer-
ſalibus,quæ concurrunt cum alijs. nam ſecundum illas di-
cemus quòd Deus fuit cauſa efficiẽs cuius ſpiraculo omnes
leges,&c.quæ ad reip. rectã gubernationem pertinẽt ſunt
promulgatæ.§.quia igitur.in auctẽ.de inſti.cau.& fide.ple-
nè tradunt ſcribentes quos allegabimus apoſtulando prin-
cipium nigri ſuper verbo præſentem diuinam orationem.
Attentis ergo inferioribus cauſis adhuc poteſt conſiderari
duplex cauſa efficiens immediata, vt diximus,& mediata:
cauſa, immediata efficiens fuerunt ſapientes iureconſulti
in inuentione & legum compoſitione, huic cauſæ accedũt
compilatores quos Alb. hic cauſam proximam fuiſſe ſcri-
bit,quod verum credas reſpectu compilationis.Cauſa me-
diata poteſt dici Iuſtinianus,qui hoc eis mandauit,commi-
ſit,& confirmauit, ratione cuius confirmationis poteſt dici
cauſa efficiens, omnia.n.noſtra facimus quibus auctorita-
tẽ impartimur.l.j.§.omnia.C.de vet.iu. enucl.l.more com
materia.ĵ.de iur. om.iu. de hac cauſa efficienti tractant hic
Alb.col.vj.in præall.rub.col.fi. Seue.in tract.prædicto.col.
xv.vſque ad fi.Abb.in procem.Greg.col.ix.Mod.aſtenſ.in
tract.de forma fo.iiij.referendo Philo.ſententias. Cauſa fi-
nalis ſecundum Alb.hic col.vij. duplex eſt, vna proxima,ſ.
bonum regimen hominum.l.leges ſacratiſsimę.C.de legi-
bus.c.factæ ſunt leges.iiij.diſt.altera remota,ſ.beatitudo,ad
quam omnes ſcientiæ finaliter ordinantur.vt.j.§.diſcipuli.
ibi in omni æuo fęlices.& latius diſtinguit Abb.in.d.proœ.
col.ix.aliter & pulchrè proſequitur Azo. colum.iij.loci præ
dicti.Bal.verò loco etiam pręcitato eleganter,dicit cauſam
finalem eſſe triplicem in homine,vt ſit bonus, & hoc per-
tinet ad ethicam,ad hominẽ, vt quis bene regat familiam,
& hoc ad economicam pertinet,ad remp. vt reſpu.guber-
netur,& ſalubriter regatur, & hoc pertinet ad politicã.Re-
gimen verò Abbatis ad monachos eſt economicum,regi-
men epiſcopi ad ſubditos politicum, licet quo ad ſuos ca-
nonicos economicè ſupponatur. Et horũ diuerſa eſt & ra-
tio & diſciplina:ſicq; ius noſtrum applicat ſibi totam mora
9 lem philoſophiam,† quod cõfirma per ea quæ pulchrè ſcri
bit Pau.de Ca.in.l.j.ſequentis tituli in princ. Viſo de cauſis
10 libri ſequitur videre,† quæ auctoris fuerit intentio,& quæ
vtilitas, quæ cum cauſa finali idem eſſe videtur ſecundum
opi.Abb.loco præall.Circa quæ duo videnda ſunt pulchra,
elegãtiaq; Azo.verba loco prædicto, vbi optimè quæ fue-
rit intentio,& quæ ſit vtilitas declarat.Nomẽ libri eſt pan-
dectarum ſeu fforum. de quorum etymologia dicetur in
nigro. De nomine auctoris dicendum eſt vt circa cauſam
11 efficientem diximus. Supponitur autem, † ethicæ, id eſt,
morali philoſophiæ. ἔθος, enim græce prima correpta mo-
rem ſignificat, ἰκὸς ſcientiam, & moralem ſcientiam, facit
quod circa cauſam finalem dictũ fuit. & de hoc vltimo la-
tè poſuit Cald. diuidẽdo & ſubdiuidendo philoſophiam in
12 d.proœm. decre. colum.iiij. Diuidunt hanc rubr. † Bart. &
Bald.diuerſimodè, & aliter Signorolus qui eam repetijt,vt
inter eius conſilia reperitur. nu.129. Ego perfectius diuido
in quatuor partes:in prima diuini numinis præmittiẽ inuo-
catio.In ſecunda nomen mittentis epiſtolã ſubijcitur,cum
nominibus imperiali culmini, & agnominibus eius gloriæ
cõuenientibus,& hoc eſt melius dicere quàm cognomini-
bus,vt facit Bart. iuxta notata per gl.approbatã in.§.ſi quis
in nomine inſt.de leg. In tertia parte ponuntur eorũ nomi
na quibus Imperator ſcribit,cum nominibus dignitatũ ſe-
cundũ Bal.& eſt melius quàm dicere vt facit Bar.cum co-
gnominibus,nã illa verba illuſtribus & anteceſſoribus:non
ſunt cognomina,ſed dignitatum gradus.In vltima ponitur
ſalutatio. ſecunda eſt ibi,Imperator. tertia ibi,Theophilo.
quarta ibi,ſalutẽ. De ſignificatione tñ nominis proprij ali-
ter quã cõmuniter intelligamus, declarat Alci.lib.iiij.diſp.
c.j.Multi doct.primam partem de inuocatione diuina non
habuere,vt Bal.Alb.& Signo. vt ex eorum ſcriptis cogno-
ſcitur,& ita eſt in pandectis floren.teſte Bolognino in prin
cipio ſuarum interpretationum.Bar.verò & poſteriores ha-
13 buerunt,quamuis ſit quæſtio,† an Bart.ſcripſerit ſuper hoc
lib.j.& cõmunis eſt ſentẽtia ſcribentiũ ꝙ non. excepta rep.
l.omnes populi.vt per Alexã.in rub.ff.de acqui.here. & Iaſ.
in.l.quidam cũ filium.ff.de verb.obl.col.pe.& fin.ſed quic-
quid præſati dicãt ſemper allegamus Bar.in proœ.fforum.
14 & quòd verè † ſit commentum Bart.probat mihi ipſemet
Bar.in.l.legatis ſeruis.in princ.ff.de lega.iij. Ex prima parte
rub.

15 rub. colligit Bar. † no. de inuocando diuino nomine . alle-
gindo ciicor. alias ponunt Alex. Ias. & alij in rub. ff. de ope.
nou. nunc. & Bald. in rub. C. de reb. cred. ad quod præcipue
not. est ille tex. in. c. non liceat. xxvj. q. v. omnia & quæcun-
que facitis in nomine Domini Iesu Christi facite. Sed non
16 tangit Bar. † an talis inuocatio sit de substantia scripturæ &
instrumenti, concludunt communiter docto. q non, in di-
cta rub. de nou. ope. nunc. & Fel. in. c. ij. col. ij de fide instru.
vbi ampliationes inuenies & limitationes.
Effectum ex ipsa inuocatione resultantẽ subdit Bar. alios
ponit Bal. pulchrè in rub. C. de reb. cred. Alber. in rub. se-
quen. tituli. Ias. & Aquen. in rub. de nou. ope. nunc.
Sunt ista consulentibus documento, vt ab inuocatione
diuini auxilij auspicẽtur, & eorum incipiant consilia, prout
excellentes fecere iurisconsulti Sozi. senior semper est vsus
illo distico. Consilijs nostris trinus Deus optimus adsit. Vt
phas perpetuò sanctaque iura loquar. Tangit postmodum
Bar. quæstionem antiquæ gl. quam dicit communiter non
haberi, dicas esse eam in rub. titu. seq. per errorem positam,
hic enim esse debuit. Quomodo est possibile inuocatio-
nem Iesu Christi hic factam fuisse, quum omnes istę leges,
per paganos sint compositę? respondet post glo. Bart. inuo-
17 cationem fuisse factam à Iustiniano in compilatione, † non
per iurisco͂sultos paganos, quibus id facere nõ licuisset, quia
non credebat in Christum, & non credentes non possunt
inuocationẽ prædictam facere, tanquam in contemptum
faciant, & ista approbantur per Alex. & alios in rub. de nou.
ope. nun. col. j. Aduertas primò quia non probant gl. & Bar.
q iureconsulti essent pagani, Bar. in rub. præall. id probat eo
quia fuerũt ante Christum. Parpa. hic dicit Pau. & Vlp. fuis-
18 se post Christũ, Nos dicimus † ferè oẽs iureconsultos quo-
rum monumenta apud nos extant, & quorum legibus vti-
mur, post Christum fuisse. Lampridius in Alex. seuero. xxj.
ab Aug. Rom. Impera. ad calcem libri sic habet. Et vt scias
qui viri in eius consilio fuerint Fabius sabinus Sabini insi-
gnis viri filius. Cato temporis sui . Domitius Vlp. iuris pe-
ritissimus. Aelius Gordianus, Gordiani Imperatoris pater.
& ipse re vera vir insignis. Iulius Pau. iurisperitissimus. Clau
dius venatus orator amplissimus. Pompo. legum peritissi-
mus. Alphenus aphricanus florẽtinus. Martianus, Calistra-
rus, hermogenes venuleius, Triphonius, Metianus, Celsus,
Proculus, Modestinus. hi omnes iuris professores discipuli
fuere splendidissimi Papiniani & Alexan. Imperatoris, fa-
miliares & socij, isti sunt qui bonum principem fecerunt,
floruit hic Alexã. vt ex Orosio, Eusebio Cæsariensi & alijs
historicis facilè cognoscitur, circiter annum christianæ sa-
lutis ccxxiij. propitius christianis, ita vt templum Christo
ædificare, eũq; inter Deos recipere voluerit, testis Lampr.
loco præall. Item Sabinus senior, Cassius longinus. Nerua
filius. Celius Sabinus. Pegasus, Priscus Iabulenus, Celsus pa-
ter, Celsus filius. Neratius priscus. Abunius valens. Tuscia-
nus & Saluius Iulianus. nonne floruerunt omnes sub Ty-
berio & Vespa. vt ex. l. ij. in vtl. col. disces. j. de ori. iur. & sic
19 post Christum, qui natus est sub Augusto, † & passus sub
Tyberio, vt tam ex lectione sacri Euãgelij quàm ex Oro-
sio lib. vij. & alijs historicis patet, & sic omnes ferè iurisco͂-
sulti nostri post Christum fuere, quicquid Bart. & præfati
dixerint, ideò & Lazari resurrectio & excommunicatio
20 iuriscon. † nota esse potuerunt. quicquid dicant Bald. in. l.
iura. j. de legi. & Fel. in. cap. prudentiã in. §. sexta de offi. de
21 le. † non tamen credo illos fuisse christianos, quum Domi-
ni & Imperatores sub quibus floruerunt eius professionis
non essent, nam Imperium christianum excepto Philippo
à Constantino. xxxiiij. Ro. imperatore cępit, vt per Oro-
sium lib. vij. cap. xiij. & . xviij. & Lactan. firmi. in principio
sui operis. & qualis est dominus talis pręsumitur familia. se-
22 cundum Bal. in. l. j. C. si rector † prouin. vbi propter caput
suspectum dicit totũ collegium posse recusari . nutat enim
totius familiæ status si quod in membris quæritur, in capi-
te non inuenitur. cap. miramur. lxj. distin. facit tex. in. l. q si
nolit in. §. qui mancipia. cum ibi not. j. de edil. edict. & quæ
de capite pulchrè scribit Soz. in co͂si. vij. col. j. vol. j. & Fel. in
cap. cum non liceat . de præscrip. Secundo aduerte circa ra-
tionem Bar. dicentis posito q iurisconsulti pagani fuissent,
non potuisse inuocare diuinum numen, quia in contem-
ptum. contra. d. l. iudæos. C. de iudæis. non stringit hæc ratio
Iudice Parp. tum quia nundum facta erat lex illa, tum quia
christiana religio nondum fundata erat. cap. futuram. xij.
q. j. ergo si inuocassent non militasset ratio Bart. quum ta-
men ipse approbat, posito quòd omnes fuerint ante Chri-
23 stum, quia † nomen Iesu ab Angelo impositũ fuit Matth.
cap. 1. & Luc. 2. ideò iureconsulti huius diuini nominis co-
gnitionem non habuerunt, ita vt inuocare potuerint, erat
enim ineffabile, nec à quoquam poterat nominari, vt per
Iacobum de valentia super psalmo: Domine dominus no-
ster quàm admirabile est nomen tuum. de quo pulchre La
ctan. lib. iiij. de vera sapientia. c. vij. & . xij. vbi pariter decla-
rat etymologiam verbi Iesu & Christi, idem facere Alb.
inuenies in verbo Christus, & in verbo Iesu in fine dictio-
narij. Et vocabis, inquit Angelus Marię, nomẽ eius Iesum,
non dicit impones secundum Nico. de Lira, quia hoc no-
men non fuit impositũ à Maria nec ab Angelo, sed à Deo,
vt habetur apud Isayam prophetam. ca. lxij. vocabitur tibi
nomen nouum, quod os Domini nominauit, & per Ange-
lum vulgatum fuit, & secundum proprietatem futuram im
positum. Iesus. n. secundum Hiero. salus quæ per Christum
futura erat nuncupatur. Sed quia saluatio Parpa. nullatenus
subsistit, quum probauerim omnes iureconsultos quorum
monumẽta extant fuisse post Christum, ideò sine scrupulo
24 dicas inuocationem istam Iustiniano ascribi † secundum
Bart. quem alij sequũtur in præalle. rub. de ope. nou. nunci.
Comprobatur quia ponitur super hac constitutione quę est
Iustiniani, & secundum Bald. in princ. nigri non dicitur esse
de. ff. sed præter digesta. & ibi in fin. nota. dicetur. Ex prę-
25 dictis infert Bar. ad quæstionem † de tabellione seu notario
co͂ficiente instrumentum inter iudęos, vt Iesu Christi no-
men possit inuocare, exẽplo Iustiniani hic, immò est hoc
necessitatis vt scrib. in rubr. de nou. ope. nun. Ias. & alios in
rub. tit. sequentis & Fely. in. c. ij. col. ij. de. fi. instru. Subiungit
Bart. quæstionẽ de iuramento iudæi, concludens primo q
26 licet iudęus Christi nomen assumere non possit, † nec per
Christũ iurare, si tamen id fecerit, cogitur ad obseruantiam
iuramenti, sequitur Parp. per ea quę dicuntur in. l. à patre fu-
rioso, infra de his qui sunt sui vel alie. iu. multa facta tenent
quæ fieri prohibentur. cum Bar. asserit transire Fel. in. ca. fi.
col. fi. de iudæ. est verum Fel. ibi tenere hanc co͂clu. sed di-
cit Bart. hic sentire contrariũ, & si in hoc errore sit lapsus.
Ioan. de anna. ibidẽ colu. vlt. sequitur Bar. & pulchrè magis
Ang. atet. in proœ. insti. colu. iij. Sed oppositum dicendum
videtur per ea quæ scribit Rom. in co͂si. clv. ad fi. & Ias. in. l.
iij. in. §. iurari colu. iij. j. de iureiu. consuluit Roma. q licet
iurauerit iudæus secundum legem Mosaicam, non tamen
cogendus sit ad obseruantiam iuramenti, ea enim fit pro-
pter animæ periculũ, iudæi sunt perditi, ergo de his quę fo-
ris sunt nihil ad nos, iuribus per eum allegatis. Defendendo
Bar. dici potest, q etiam iudęi ad obseruantiam iuramenti
coguntur per ius ciuile, quod eos ligat. l. iudæi. C. de iudæ.
dummodo ergo iuramentum non sit contra ius ciuile, co-
gendi erũt ad obseruantiam, ad quod pulchrè videas Sozi.
co͂si. lxvj. col. pe. vol. j. facit quod in proposito scribit Paul.
castren. consil. c. incip. visa quadam scriptura col. ij. in anti-
27 quis. Multa autem ad quæ iudæi non admittuntur † ponunt
Ias. & Aquẽ. in rubr. sequentis titu. & Angelica in verbo
iudæus. Secundo includit Bar. quòd contrahens vel reci-
piens tale iuramentum à iudæo, peccatum non commit-
tat. & approbatur per Ang. Anna. & Fel. præall. Limitatur
tamen vt per Bart. & Alexan. in. d §. iurari. vt procedat in
iuramento dependente à voluntate iurantis, & sic in con-
tractu, secus in iuramento dependente ab vtrorque, vel à
iudice vt decisiuo, vel suppletiuo, vt per eos, Postmodum
Bart. quædam notabilia colligit formando quæstiones ali-
quas quæ melius cadunt in fi. rubr. prout Cynus Alber. &

Bal.posuerũt; ibi dicemus. Expediẽda sunt in primis verba
rub.cum suis gl. & dictis doct.melius quàm scrib.fecerint.
Et ante ingressum ad expeditionem ipsorum verborũ rub.
habes scire, ꝙ in pandectis florẽ.de quibus dicemus in prin
cipio nigri, ante ista verba quæ sunt apud nos in fronte, le-
gitur elegans & pulcherrimum epigramma græcum quod
ex archetypo floren.primus in lucem edidit Politianus lib.
12. epistolarum ad Bolog. scribens. mox secutus Alciatus
28 libro.ij.prætermissorum in princi. latinum sic faciens † Iu-
stinianus opus princeps hoc edidit omnis. Quod Tribonia
nus rectori condidit orbis. Tanquam aliquis varium com-
ponens aspida magno Alcide, nanq; hic fulgent mira om-
nia legum Ast Europæ, Asiæq; homines libiciq; subacti.
Cuncta gubernantis domini præcepta sequuntur. In tex.
29 rub.ibi Imperator † apud Romanos Imperator appellaba-
tur qui exercitui belloque præfectus erat. Cicero in prima
oratione, vbi quæ in summo Imperatore requiruntur enu-
merat, nec quisquam à senatu Imperator appellabatur, nisi
saltem mille externorũ hostium occidisset, vt in philippi-
cis Cicero indicat, postmodũ occisio decem millium exi-
gebatur, vt per Appianum Alex.li.ij.de bellis ciuilibus, fuit
inde hic magistratus, & nomẽ Imperatoris in eũ translatũ
qui Rom.Imperij gubernacula tenet & regit, sicq; in supre
mam dignitatem prout hic capitur. Et secundũ Accursium
30 dicitur Imperator † quia subditis imperat, i.imperare po-
test, secundum Cynum & Signo.consi.cxxix.colu.iij.& sic
imperandi potestatem habet, non autem ab actu qui nec
31 in homine semper esse potest † l.seruientes.ff.de serui. titu.
gene.faciunt quæ hic pulchrè scribit Bal.col.j.de dignitate
quæ sæpe inuenitur in habitu, nõ in exercitio, de tutore qui
etiam quòd non administret, dicitur tutor, & de ecclesia
quondam curata, quæ non perdit nomen ecclesiæ curatæ,
licet omnis eius populus aliò se transtulerit, vel decesserit,
est enim cum spe & aptitudine reparationis. Sed aduertas,
quia attenta ratione prædictæ expositionis pater, domi-
nus, abbas, nomine imperatorio possunt appellari, pater
enim filijs, dominus seruis, abbas monachis imperant, iu-
dice Cyno. Imperator potest dupliciter accipi, vno modo
anthonomasicè & infinitè, alio modo determinate, primo
modo capitur solus Roma. princeps, quia oĩbus imperat.l.
de præcatio.ff.ad.l.Rom.de iac. Secũdo modo quilibet dici
potest Imperator, hanc sol.in effectum tenent hic Alb.&
32 Ang.& Signo.præalleg. Sed canonistæ dicit Bal.col.ij.† po-
nunt papam supra eius verticem, qui potestatem confir-
mandi infirmandique electionem Imperatoris habet, &
ex causa legitima priuandi, quæ superioritatis argumen-
ta inquit esse canonistarum, quæ est communis conclusio
33 † ab ecclesia dependere Imperium, vt per doc.in.ca.nouit.
in glo.ij.de iudi. & dicit Præpositus. in.cap.causam quæ el.
ij.ad fin.pen.col.qui fil. sint legi. ꝙ licet demonstratiuæ ra-
tiones fieri non possent, tamẽ sufficit ita esse obseruatum.l.
minimè.ff.de legibus.plenius quæstionem hanc tangit Car.
Alex.in.c.cum ad verum.xcvj.dist.per colu. vbi respondet
argumentis florentini poetæ, qui ab ecclesia non depẽdere
Imperium asseruit. multaq; alia quæ in contrarium adduci
possent confutare conatur. facile herclè esset in puncto iu-
ris opinionem contra ecclesiam tueri, ac defendere, sed du-
rum est contra stimulum calcitrare, transeamus ergo cum
alijs, & si Petrarcha in lib. suo epistolarum sine tit.epistola.
iiij.quæ incipit apud te. cum epistola sequenti apud popu.
Rom. conqueratur, qui cuidam ciui suo qui affirmauerat
imperium Rom. etiam nunc Romæ & penes Pop. Rom.
tantum esse iustę defensionis facultatem tolli perireq; pate-
retur. ipse verò ibi defensionem illius assumpsit & proba-
re nititur sed non est à prædictis recedendum. Propterea
dum in solu. prædicta dicitur, quòd Imperator omnibus
imperat. & nemo sibi, intellige Papa excepto, qui in ter-
34 ris vicem dei gerit. & nec Deus est, nec homo, † vt per glo.
in proœ.cle.in verbo Papa. Bar. verò hic aliter soluit oppo-
sitionem, elegantem ponens theoricam, cuius secundum
membrum ad solutionem oppositionis non spectat. sed

Bar.posuit vt materiam perficeret. Ex doctrina Bar. colli-
35 gas primo conclusionem † quòd nomina verbalia secun-
dum nomen verbi significant. intellige à quo formantur &
descendunt.l.tugurij cum glo.ff.de verb.sig.in qua materia
an & quõ arguere liceat, scribit latè Fely. in proœm.decre.
fol.iij. Secũdo ex dictis Bar.colligo ꝙ nomina verbalia si-
gnificantia dignitatem vel exerciũ, vbi solus actus exer-
centis nõ sufficit, sed ex alio dependẽtiam habent, exerci-
tium illius actus verbalis non habet inducere effectũ illius
nominis, exemplũ in doctore, nõ sequitur, docet quis ergo
doctor est, oportet.n.ꝙ fuerit doctoratus insignia assecu-
tus, ideo cessante illo preambulo nõ dicitur doctor, sequun
36 tur cõiter scrib.in.c.j.in vlt.colu. de iud. Ex quibus † infert
Bar.in proposito principali, ꝙ Imperator dignitatẽ habet
quæ nõ dependet ex solo noĩe, sed etiam ex quibusdã pre-
ambulis, vt ex electione & coronatione.ca.per venerabilẽ
de ele.licet ergo quis imperet vt pater, dominus, abbas, im
perator non dicitur, habito respectu ad dignitatem sine il-
lis præambulis, quæ in prædictis minimè adsunt, & cõmu
niter approbatur, vt.n.inquit Dec. in.d.c.j.in.ij.lec. col.pe.
istis casibus in plus se habet etymologia quàm vocabulũ,
37 ideò non valet huiuscemodi argumentatio. † Fel.in proœ.
Grego.col.viij.versi.tertius modus. Et incidenter ponde-
ra, velle Bart.quòd ante coronationem non sit imperator,
38 † quòd clarius exprimi, ad finem istius rubr. vbi voluit, ꝙ
dicatur tantum Rex Romanorum, post coronationem im
perator siue princeps, immo secundum Bal.hic col.ij. dici-
tur princeps optimus, maximus, & Rex regnum, sicq; vi-
detur priuilegium ab eo ante coronationẽ concessum non
39 valere, nec similiter eius gesta tenere, † ad quod est glosse-
ma Accu.in.l.fin.ad.fi. super verbo insulas.C.de quad. pscr.
per tex.illum sequitur Fely.in.c.eam te.col.ij.de rescri. dies
40 enim coronationis, † ortus est Imperij.l.omnes cum glo.in
verbo ortus.C.de ser. Scribentium tamen communis con-
clusio est in contrarium, quòd valeãt gesta omnia per eum
post electionem, coronatione nundum facta. vt per Are.in
proę.insti.super verbo Imperator col.iij.Sign.consi.cxxix.
Pręposit um mediolaneñ. in.c.per venerabilem col.lxxxix.
versi.quęro quarto cum seq.qui filij sint legi.Soz.consi.63.
col.iij.Fran.Cur.post tract.feu.in.consi.j.col.xiij.Dec.cõsi.
194.vbi refert. Corn.in plerisq; consilijs idem tenuisse.hãc
opini.dicit esse consuetudine approbatã ipse Dec.in.ca.eam
te.col.ij.de rescri. Et pulchrè Cor.cõsil.clxxvij.vbi Roma-
norum Imperatorũ citat exempla, qui nõ coronabantur, &
tñ erant Imperatores, ꝙ etiam prosequitur in sua monar-
chia, Petrus de monte. Et sic aliqua pontificis confirmatio
non exigitur, vt post Innoc.vult Signo.cõsi.129. col.v. nec
ob.quòd contingere posset absurdum eligi quempiam hę-
reticum minusúe idoneum, nam huic motiuo respon. Prę-
positus vbi.s.col.93. versi. non obstat quarta opinio, Ho-
stiensis hanc quæstionem examinat pulchrè, Sal. in.l.bene
à Zenone de quad.pręscr.Card. Alexã.in.ca.in nomine dñi
xxiij. dist. vbi pariter tangit vtrũ summus pontifex ante co
ronationem & intronizationẽ posit administrare. Ad quæ
omnia vide Iaso.cõsil.145.col.iiij.in.vij. fundamẽto vol.ij.
Deci.in cõsi.588.Parisi.in cõsi.j.lib.2. Probat etiam ibi Si-
gnor. ꝙ rectè ante coronationem imperator nuncupetur
41 † quãuis moris non sit, facit quod Cor.referendo diximus,
appellari antiquitus Imperatores etiã si non coronarentur.
42 Ex † quibus inferi posse videtur parum operari coronatio-
nẽ. Sed imò multũ propter sacrã vnctionẽ & cõsecrationẽ,
de quibus in cle.vnica.vbi Barb.§.si.colu.ij.de iure iu. Et de
43 tribus coronis † quas Imperator capit, quę quales sint, quid
designent, & vbi capiãtur, late tradunt Sign.& Pe.de mon-
te præallegati, & scribit elegãter Bald.cõs.359.vol.j.ꝙ an-
tiquitus florẽte Romano Imperio, inuisibilis corona Impe
rialis à Deo imponi dicebatur, malis verò, & visibilis ipsa
infula Imperialis erat, de qua in.l.bene à Zenone in fine.C.
de quadr.pręsc. Habet autẽ vrbis prefectus ex cõsuetudine
priuilegium in coronationẽ, quæ fit Romę, † vt Imperator
oĩbus suis satisfaciat creditoribus, dum procurata non fiot
debita,

debita, dolo; enim nõ patrocinaretur. ita Bar. in prin. l. j. ff. si
quis test. liber esse iussus fuerit. Barb. consil. 56. fol. j. volu. j.
45 & Fely. in c. fi. col. fi. de testi. De origine imperij † pulchrè
tetigit florentinus poeta in. vj. & vij. capite vltimæ partis,
Cardina. Alex. in. c. cum ad verum. 96. dist. Petrus de mon-
te loco præall. Bald. in auct. habita in. vij. no. C. ne filius pro
46 patre. De electoribus imperij † inuenies in. d. c. venerabi-
lem. & in. c. ad apostolicæ in glo. super verbo: illi autem, de
re iud. li. vj. extatq; tractatulus quidam impressus de modo
eligendi & creandi imperatorem. Inuenimus quoq; Geor
gium Merulam antiquitatis vicecõ. lib. j. sic scribere. Resti-
47 tuitur † in sacerdotium Gregorius. v. legem ex pontificia au
ctoritate de Imperatore eligẽdo atq; creãdo sanxit, quæ ad
nostra vsq; tempora per quadringintos & amplius annos
seruata est, ne in imperium pródit hæreditarium filij à pa-
rentibus excipiantur, aut qui opibus & armis plus possit il-
lud vsurpet, sed paucorum procerum suffragijs designatus,
mox auctore Pontifice, iustum & legitimum is imperium
possidebat. Cui vt notat Abb. per illum tex. in. d. c. venerabi-
lem in vlt. no. duces & alij principes præstare tenẽtur iura-
mentũ de fidelitate & obedientia, quo iuramento nõ ligari
iuratem asserit, eo deposito ab illa degniente. Et debet Ro-
mam proficisci ad eam coronam suscipiendam, nec pro eo
potest procuratorem mittere, Bal. & alij per illum tex. in ti-
tu. de pace iur. fir. in. fi. in vsibus feudo. Romanorum autem
48 primus Imperator † in quem populus Romanus transtulit
Imperium Octauius fuit Augustus, secundum Paul. cast.
in. l. nõ ambigitur, infra de legi. quod per historias satis pro-
bari potest: hinc Orosius. c. 18. libri sexti, hoc inquit die pri-
mum Augustus salutatus est, quod nomẽ ante ea cunctis in-
uiolatum, & hucusq; cæteris inausum dominis: atq; ex eo
die summa rerum ac potestatem penes vnum cepit esse, &
mansit, quod græci monarchiam vocant, quod notabis ad
declarationem. l. i. §. de const. prin. & vltra vide Suetonium
in Augusto sub tit. de honore ei collato, ibi, Senatus te cõ-
sentiens cum popu. Rom. salutat patrię patrem, & si obsta-
re videatur quod in Tyb. idem scribit tit. de acceptatione
Principatus ibi, quasi coactus querens miserã & onerosam
iniungi seruitutem recipit Imperiũ, non est tamẽ receden-
dum ab opi. prædicta vt probabo. §. de orig. iur. in. l. ij. in
versi. fi. primæ partis, probaboq; præal. Tranquilli dictum
per conclusionẽ quam ibi firmabo, q post imperij in prin-
cipem translationem, Imperium adhuc dependebat à pop.
Rom. qui illud prout volebat transferebat, & sic fiet potius
quæstio reuocabilis. Quę imperij trãslatio an valuerit, tan-
git Alex. in apost. ad Bar. in. l. fi. super verbo fuere. C. de le-
49 gibus. Romanos verò excellere, † & cunctis dominari na-
tionibus, effecit reipu. cura & protectio, quousq; enim pu-
blicam magis rem quàm priuatam dilexere, creuere in pri-
uata & in publica, postquam autem animum conuerterunt
vtranq; perdiderunt, vnde scribit Pau. cast. in tit. de Iusti. C.
confir. in prin. tria Romanorum destruxisse rempu. priuati
commodi amorem, occultum odium, & inciuile consilium.
Sed vt è diuerticulo reuertamur in viam, Ex doctrina Bar.
50 colligas tertio † q nomina verbalia delictum sonantia vt
calumniator præuaricator, & similia, ex vno actu verificã-
tur, vt per eum quem communiter sequuntur scrib. vt late
per Deci. post Abb. in. ca. j. col. fi. in. ij. lec. de iud. vbi Mode.
repe. hoc procedere dicunt, quando talia nomina ab actu
denominantur, secus si ab effectu vt in mercatore, & fuit
consideratio Bal. in rub. C. de const. pecu. circa fi. Parp. vult
dictum Bar. etiam in nominibus verbalibus quæ delictum
non sonant, procedere, & mentem Bart. esse ait generalem
ponere regulam, etiam in non sonantibus delictum, patet
dum fallentiam in mercatore subdit, quæ sub regula delicti
cadere nõ potest, ergo pręsupponit aliam regulam de non
delicto, quia exceptio debet esse de regula. l. j. ff. de reg. iur.
cum ibi notatis. Erunt itaq; regulę duę. Prima q verba de-
lictum sonantia in vno actu verificantur, fallit in tribus ca-
sibus per Bar. positis. Secunda regula pariter non sonantia
delictum, in vno verificantur actu, excepto vno casu Bart.
de mercatore & artifice. Ista ampliatio vera non videtur,
vt ex Bart. in. l. mariti in. §. qui quæstum. ff. de adul. cogno-
scitur, dum ponit q ille qui semel est hospitatus non dici-
tur hospitator, & hercle exceptionem Bart. hic de merca-
tore ineptam arbitramur, sed fuit mens eius dicere, q mer
cator licet verbale sit nomen, non tamen in vno verifica-
tur actu, vt de sonantibus delictum dixerat. Pro articuli ve-
ritate habenda ex mente Bal. in rub. C. de consti. pecu. colu.
fi. & Bart. in. d. §. qui quæstum. & in. l. legatis seruis de lega.
iij. dum queritur an verbalia non sonantia delictum in vno
51 verificẽntur actu, sic distinguẽdum arbitror, † aut sunt no-
mina dicta à professione & acquiruntur profitendo. Bal lo-
co præal. sequitur Io. de ann. in. ca. j. col. j. de cler. percus. aut
sunt nomina à consuetudine dicta, seu ab actuum genera-
litate, & vsu exercitioq;, non vno acquiruntur actu, vt le-
ctor, hospitator, & similia: Aut sunt nomina quæ non de-
nominantur respectu actuum in genere, sed respectu vnius
actus, & ex vno verificantur actu, vt sicut habent in se for-
male esse, ita & nominis habeant esse, vt procurator, licita-
tor, emptor, venditor, & similia. Distinxit etiã in prædictis
locis Bar. an sint nomina assumpti à seipso officij designati
ua, vt mercator, hospitator, & in vno nõ verificantur actu;
aut sunt designatiua alicuius officij ab alio assumpti, & tunc
secus, sequitur Ioan. de anna. pręall. loco. Subdit à regula sua
Bart. tres limi. sequitur simpliciter Abb. in. ca. j. col. fi. de iud.
sed Dec. ibidem in. ij. lect. col. vlt. melius ait esse dicere con
clusionem prædictam locum sibi non vendicare in nomi-
nibus quæ ex consuetudine & frequentatis actibus acqui-
runtur, vt per Bal. in rub. preall. Aduertas etiam q tertia Bar.
limi. de plagiario, quam Abb. & Dec. sequuntur, vera non
est. Bar. in. l. abducta in fi. C. de fur. dicens lege nulla caueri,
seu requiri vt habeat quis consuetudinem sic faciendi, se-
quitur ibi Pau. de ca. & alij. Pro qua opi. cõtra Bar. hic q pla
giũ ex vnico cõmittatur actu. multa inuenies iura. ff. & C.
de pla. in. ff. l. j. & iiij. in. C. l. pen. & l. abducti ibi, liberę enim
personę solicitatione crimen committitur. quæ verò sit in-
ter palagium, & furtum differentia tradit Paul. in. d. l. si ab-
52 ducta. Mercantia autem vna † mercatorem, dicit Bart. non
facit, de quo per scrib. in. d. cap. j. in vlt. col. de iud. & Fely. in
53 proce. Greg. col. fi. Et quis dicatur mercator, † subdit Bart.
stari opinioni vulgi, sicut de artifice dicitur, q ille propriè
appellatur artifex, quem vulgus artificem appellat. l. scien-
dũ in. §. illud. ff. edil. edi. pro quo plura aducit Fely. in proce.
decre. colu. iij. sed pungitur hic Bart. per Parpa. dicentem. §.
illud super quo se fundat Bart. nihil facere, quia ad signifi-
candum quem peritum artificem, bene ad vulgi recurri-
mus opinionem, sed ad significandum quem artificem sim
pliciter, tex. non remittit ad opinionem vulgi. Mihi autem
tex. ille totum oppositum dicit, q si quis promiserit artifi-
cem, perfectum præstare non tenetur, sed talem quem vul-
gus appellat artificem. Vtrum autem stãte habitu nominis
sine exercitio & actu perdatur nomen ipsum, concessaque
ob illud nomen, puta scholaris qui non studet perdat no-
men scholaris, & scholarium priuilegia, & pari modo do-
ctor qui non docet, & mercator qui non mercatur, plenè
tangit Fel. in proce. Greg. col. ix. Dec. in. c. j. col. fi. in. ij. lect.
de iud. & Barb. in cõsi. xvij. col. pen. & fi. vol. j. Et male fa-
ciens spectantia ad sui nominis etymologiam, vtrum no-
54 men amittat, † vt iudex male iudicans desinat esse iudex,
christianus male faciens opera christiani, vsurpator sit no-
minis christiani, & sacerdos cõtraria ordini operans sacer-
dotis, nomen perdat, tractat Fely. in. cap. ius genera. col. iiij.
55 in prima dist. decre. In eo. tex. ibi Iustinianus, † est quæstio
cur Iustinianus sit dictus, Accur. hic primò dicit quia filius
Iustini, pro qua expositione adduci posse videntur apperta
iura in. §. est & aliud. versi. sed primus quidem instit. de do-
na. & in. §. cecus insti. quibus non est permissum fa. test. vbi
Iustinianus Iustinum patrem suum appellat, sed quia ad op
positum videtur tex. in. ca. librum habeo, xvj. distin. vbi di-
citur quòd Cõstantini filius fuit, vacillãt doctores antiqui-
tatis & historiarum ignari. Bar. Bald. & Alb. hic, & Signo.

consi.cxxix. colu. iij. dicunt hunc Iustinianum verè Iustini
filium fuisse,per dicta in.& de alio Iustiniano loqui. cap. li-
brum habeo,quod non negamus. fuit.n.secundi Constan-
tini filius Constantinopolitanus.xxvij.Imperator,qui post
patrem suum Constantinum secundum Imperauit prima
vice annis.x.homo bonus,prudens,& catholicus, deinde in
feram bestiam conuersus Imperio priuatus fuit, naribusq́;
mutilatus,& in exilium missus, posteà restitutus recupera-
uit Imperium,vt moderniores scribunt historici.& in sup-
plemento Cronicarum lib. x. traditur. Iustinianus autem
noster.xviij. fuit Constantinopolitanus Imperator & Ro-
manorum.xlix.Pau.diaconus lib.17.cap.3. sicque præcessit
Iustinianus noster Iustinianum Constantini filium,medijs
decem Imperatoribus.Errant tamen doct. Iustinianum nõ
strum vere Iustini filium fuisse asserentes, fuit enim nepos
ex sorore Iustini, de patre naturali apud historicos nulla est
mentio,vt ex Pau.diacono & historicis pręall.colliges. Ve-
rùm vt plenior huiusce historiæ habeatur notitia,plures Iu
stini Imperarunt, vt docẽt historici.Iustinus de quo hic est
sermo primus fuit & senior, eratq; Trax, de quo Pom po.
lib.ij.de vitis Imperat.sic ait. Iustinus Trax sine immagini
bus,sine tribu,vtroq; parẽte ignobilis,à teneris annis suum
custos, deinde bonum, post signa Marij cuiusdã magister.
natus annos.19. militare cępit, manu promptus & doctus
hostem ferie,sortẽ mutauit,princeps ordinis fuit,hinc pro-
motus comes factus est, & mortuo Anastasio creatus im-
perator in oriente,ipse Iustinus,sororis suæ filium Iustinia-
num consulem fecit cum Valerio collega, anno eius impe-
rij.9.calend.Aprilis Iustinianum adoptauit,consortem im-
perij fecit,quarto post mẽse decessit, quum imperasset an-
nis.ix. mensibus.ij. fuit itaque Iustinianus filius adoptiuus
Iustini,& nepos ex sorore, Ex quibus infero nõ procedere
primam expositionẽ à doctoribus approbatam, Iustinia-
num fuisse nũcupatum propter adoptionem à Iustino fa-
ctam, nam erat Iustinianus antequã adoptaretur à Iustino
ergo ineptè loquuntur asserẽtes eum dictum Iustinianum
quia filius fuerit Iustini, fateor filium Iustini adoptiuum,
sed ante talem adoptionem dicebatur Iustinianus. Secun-
do interpretatur hic Accur. dictum Iustinianum à iustitia
quã semper coluit,& alijs colendam mandauit, sed non fa-
pit, quum tale nomen habuerit antequàm hæc faceret, &
prius quàm imperaret, quo tempore, qualis futurus esset
incertum erat,iuxta glo. insti. de iusti.& iure, super verbo
aduertit. Melius est ergo dicere cum Signo.in consi.129.
col.3. vocatum fuisse Iustinianum quia sic placuit parenti-
bus,& his qui sacro baptismate eum exornari fecerunt. Di
cit etiam hic Cyn.& Alb.ꝙ hæc disputatio quum sit de no
mine proprio, quod imponitur ad libitum,pertinacibus est
relinquenda,iuxta.l.ij.cum glo.C.de constitu.pecu.& quod
à nomine proprio non liceat sumere argum. vltra Signo.ibi
& Bal.hic col.iiij. latè ponunt scribentes in rub.ff.solu. ma-
trim.& Fely. in proce. Grego. colu. vij. Valla autem in ele-
gantijs. ca.cccclv. hunc nostrum Iustinianum non nouisse
iura,nec forsan latinas litteras scribit, quod nemo, subiun-
git, miretur, tum quia semper in græcia vixit, tum quia se
dominũ Iustinianũ vt ex numismate eius apparet dici vo-
luit,quod à more Romano alienissimum est,cui subscribit
Alciatus. lib. iiij. dispũ. cap.vij. & Budeus in.l.fin.ÿ.de edil.
edic. Suidam græcum Historicum sic testantem referunt.
Sed pace istorũ salua, fuit Iusti. noster vir maximi diuiniq́;
ingenij,ac splẽdidæ doctrinæ,nec verisimile est quod tam
immensum,admirabileq́; opus,vt est iuris corpus,tãta per-
fici curasset diligentia,nisi & literatissimus fuisset,quũ igno
rantes & annalphabeti literarum curam minime habeant,
vt rerum magistra docet experientia, vetus est adagium,
nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaricino sui, vt ad
calcem atticarum noctium ponit Gellius. Ad illius gręci hi
storici testimonium,respondeat Iuuenalis dum ait, Credi-
tor olim vellificatus athos.& quicquid græcia mendax au-
det in Historia; hinc scibit Plinius in Procemio quarti li-
bri.Sicut literarum claritas ita omnis fabulositas ex græcia
effulsit,& Cicero in oratione pro,L.Flacco de genere græ-
corum loquens. Tribuo inquit illis literas, do multarum ar-
tium disciplinam,non adimo sermonis leporem, ingenio-
rum accumen,& dicendi copiam,testimoniũ, religionem,
& fidem, nunquam ista natio coluit. vnde ortum est ada-
gium testimonium græcum, quanta ergo sit adhibenda fi-
des græculo illi historico ex prædictis cognosce,& quę pre
fati dicunt, forte possent procedere in aliquo ex alijs Iusti-
nianis.Erat hic princeps fide catholicus,in operibus rectus,
in iudicijs iustus, ideoq; omnia ei concurrebant in bonum,
testis Paul. diaconus lib.18. vbi refert eum extruxisse intra
Constantinopolim vrbẽ,Deo templũ,quod sanctã sapien
tiã nominauit, cuius opus adeò cũcta ædificia excellit,vt in
toto orbe huic simile non posit inueniri,regnare cępit an-
no salutiferi partus.529.vt lib.17.Paul.diaconus scribit. ab
vrbe condita vsq; ad sui imperij tẽpora mille penè & qua-
dringinti decurrerunt anni, vt dicitur in.l.ij. circa princi.C.
de vete.iur.enuc.regnauit annis xxxix.Pompo.loco præal-
le.De ipsius laudibus & gestis magnificis,scribit,etiã Dan-
tes in vlt.parte.c.vj.& seq.Infortunij tamen expers nõ fuit,
quum teste Eusebio Cęsarensi,& alijs quibusdam Moder-
nioribus historicis, amens & stultus iampridem factus in
ægrotationẽ tandem incidens interierit anno salutis chri-
stianc.565. testis etiam Pompo. præallegatus. Quod nos
minime recipimus, sed præfatos æquiuocare arbitramur,
nam Paul.diaconus lib.vlt.ca.ij.sic habet. inter hæc Iusti-
niano Principe vita decedente, Iustinianus minor Rempu.
apud Cõstantinopolim regendam suscepit, vir pessimus,&
omni auaritiæ deditus, hic quum in hæresim delapsus à di-
diuinis aurem cordis auerteret,iusto Dei iudicio, amisso
rationis intellectu, amens effectus est, & ibidem sequenti
scribit capite,ꝙ quũ annis.xj.regnasset,amẽtiam quam in-
currerat tandem cum vita finiuit,sicq; alius à nostro fuit Iu
stinianus,qui amens vitam finiuit, quum vt præscripsimus
non tantum.xj.sed annis vno de quadraginta Imperauerit,
qui amentiã igitur incurrit Iustinianũ iuniorem fuisse cre-
dimus,quem aliqui Iustinũ iuniorem appellant. Cõprobo
prędicta.vt.n.hic Cynus refert. Io.Fab.in procem. insti.ac
Seue.in tract.de modo studen.col.xv. relatus est hic noster
Iustinianus in cathalogum sanctorum, ꝙ verisimile nõ est
fuisse factum.si amẽs,& stultus iampridem factus interijs-
set,habui hęc de Iustiniano nostro, quia paucis cognita scri
bere, Ijs etiam. adde quòd Iusti. hic non appellet se domi-
num prout in rub.j.de iu.om.iud.ibi.domini Iustiniani. Et
melius exẽplo, Cęsaris augusti, qui domini appellationem
vt maledictum & opprobrium semper exhorruit, edictoq́;
prohibuit,vt Trãquillus in eius vita scribit.Et Fran. Petrar.
li.14.epistolarum epistola prima sub pen.Et Laur. Valla in
eleg.c. cccclv. vbi Iustinianum reprehendit, qui vt ex eius
numismate apparet, sæpe dominum Iustinianum se vo-
luit appellari, ineptum.n.id esse scribit & gothicum magis
redolere quàm latinum,vt etiam superius retuli. Melius er-
go hic,quamuis excusari posit Iust. in alijs locis ꝙ nõ à se-
ipso sed à suis ministris domini titulus fuerit positus, ad
quod facit tex.in proce.instit.in.§.igitur post libros.Sed iux
56 ta prædicta quæro † cur Imperatoris nomen in Corona-
tione non mutetur, vt papæ,respon.in Pontifice mutatio-
nem fieri vt ostendatur, ad mutationem nominis factam
esse mutationẽ hominis, quia qui primo purus homo erat,
factus est Dei Vicarius in terris.xxij.distinctione.cap.j.sed
obstat quia etiam Imperator in terris est Dei ministter, &
Vicarius, in temporalibus. l.j. in prin.C.de vete.iur.enucl.
quamuis posset ad illũ tex.responderi,vt per Dec.in.c.nouit
col.iiij.de iud.& Barb.consi.j.col.xxvj.volumi.iij.vel dice-
re posses in Papa fieri mutationem nominis ad Christi imi
tationem,cuius actio,nostra fuit instructio.cap. significasti
de electio. nam Christus in promotione Petri, nomen ei
mutauit, quum primo Simon vocaretur Matth. cap.xxvj.
&.c.in nouo.xxj.disti.ideò alij pontifices, Christi sequẽtes
vestigia,idem fecerunt,& maximè quia turpe nomẽ & tãtę
dignitati inconueniẽs habere possent, Imperatores autem
antiquorum

antiquorum moribus se conformant, qui mutationem no-
57 minis non fecerunt. In eod. tex. ibi Cæsar † ab Augusto cæ
sare si credimus Accursio, quilibet Imperator dictus est Cę
sar, sequitur Alberi. & Signor. consi. cxxix. col. iij. Cynus &
Bald. dissentiunt, quia ab Augusto bene dicti sunt alij Au-
gusti, sed Cæsares dicti sunt à Iulio Cæsare eius auũculo, pri
mo Romanorum monarcha, & quod fuit nomen indiui-
duum, factum est nomen generis & dignitatis, gloriosum
enim reputarunt successores tale nomen assumere, iuxta ea
quæ dicimus infra in. §. nos verò, in versi. discipuli, Multi
tamen ante Iulium dicti sunt Cæsares, & ipse Iulius ab auo
suo Cęsaris assumpsit nomen vt in xiiij. commentarium li.
58 Volateranus scribit. Et inter † Cæsarem & Augustum id
interesse scias, ꝙ Augusti dicebantur qui regnabant, &
auctore Senatu Imperatoris nomine decorabantur, Cæ-
sares verò qui ab ipso Augusto ad regendam prouinciam
aliquam eligebantur, cum titulo Cæsaris successuri post il-
lius mortem in imperio, vt ex Ammiano Marcellino co-
gnosces. Item Ant. Sabellicus lib. octauo septimę Aenea-
dis fol. 126. sic habet. fuit Cæsarum declaratio non imperij
dignitas, sed quæ gradum ad Imperium faceret, & velut
per manus ab eo qui Augustus & Imperator fuisset Cæsa-
sares Imperij regimen acciperet, hinc etiam Spat. in Aelio
Vero. Augusti ergo nomine Imperator significabatur, at
quisquis Cæsar creabatur, tanquam Principis filius & de-
signatus Augustæ maiestatis hęres creabatur, per quæ in-
telliges illud Orosij dictum libr. septimo. cap. xvj. dum ait,
hoc periculo itaque Diocletianus permotus Maximianum
herculeium ex Cęsare fecit Augustum. Subiungit postmo-
dum glo. hic super verbo Cæsar, vel sic dictum fuisse quia
de ventre matris cæsus fuit, potest hic sermo dupliciter in-
telligi, vel ꝙ de Iustiniano seu de aug. senserit, & tunc mi-
nus bene, neq; probat cæsos fuisse, secundus sensus, ꝙ de
Iulio Cæsare intellexerit, prout Alber. & Bal. intelligere vi-
dentur, & iudice Bald. secto matris vtero se vidit, ne supe-
riorem videret. quemnam ad hoc gennit vt omnia Cæsar
esset, sed & istud falsum est, vt ex Tranquil. & Plut. in vita
Cæsaris facilè cognoscitur, dum tradunt ꝙ existente, q. de
sacerdotio, osculatus est Cæsar matrem suam iurans, se non
rediturum domũ nisi pontifex maximus efficeretur, & sic
de vtero matris mortuæ cęsus non fuit, & in cõmentarijs
suis nõ semel eius matris meminit. Sed quãuis in Iulio Cę-
sare non procedat deriuatio prædicta, tenendum est tamen
dictum fuisse Cæsarem à cęso matris vtero. Plin. c. ix. lib.
vij. auspicatius ait enecta parente gignuntur, sicut Scipio
aphricanus prior natus, primusq; Cęsar à cęso matris vtero
dictus, qua de causa & cæsiones appellati. simili modo na-
tus est Manilius qui Carthaginem intrauit. Minus bonus
est etiam sensus Accursij, dum subijcit vel dictũ Cæsarem,
quia cedi appeririq; ventrem matris fecit, vt locum con-
ceptionis ipsius videret. nam vt ex Trãquillo & alijs histo-
ricis notum est, id Neroni ascribitur. Tenẽda est prima ex-
positio, & videmus etiam hodie seruari, quia Imperatoria
maiestas, Cæsarea maiestas nuncupatur, & ipsi Imperato-
res se Cæsares dicunt, & quasdam alias expositiones super
hoc nomine inuenies per Spat. in ælio Vero. In eod. tex. ibi
59 flauius. † Exponas dicit Accur. si habeas flauus. i. rubeus, si
flauius, id est, quia deuicit flauos. Bald. primam tenens dicit
ꝙ pulcher corpore præsumitur habere bonam animam,
sic ait Federicus, dicebatur rubeus à barba rubea, gaudeant
itaq; rubri dicit Signo. consi. 129. col. ij. participant enim in
colore cum Imperatore hanc etiam sequitur Faber. post
glo. in proœ. insti. dicens ꝙ Dauid rex similis erat coloris,
vt scribitur Regum primo, cap. xvij. & ipse etiam similis,
ideò gaudet, sed iudice Signo. prędic. non habent tales mul
tum gaudere, quia rubro detrahitur in fide, allegat, sed ad
balistam. l. ij. cũ no. infra de testi. posset adduci illud vulgare
raro rubeum fidelem, refertur in. l. j. per Docto. infra de iu-
risdictio. omni. iudi. Arist. tamẽ in libro de phisonomia di-
cit, ꝙ flaui boni sunt, & multum prodest phisonomia, Bald.
in. l. ij. col. ij. C. quorum appel. non recip. & est Flauus color
ex viridi, ruffo, & albo concretus, rubeus autem est ruffus
nigrore multo mixtus, Gel. ca. xxvj. lib. ij. sequor tamẽ se-
cundam expositionem, quia tex. noster & antiqui codices
flauius habent, tum quia ex sequentibus per quæ declaran-
tur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. j. id
suadetur, sunt enim sequentes tituli agnomina à prouincijs
per Iustinianum deuictis, ergo idem dicendum est, de hoc
immediatè pręcedenti, attamen Paul. diaconus, & Pompo.
letus, alijq; historici tractantes gesta Iustiniani, de flauij vo
cabulo verbum nullum fecere, vnde melius est forte dice-
re ꝙ sicuti Iustin. à prædictis Cęsare & aug. denominatio-
nem sumpsit, Ita Flauium quasi de gente Flauia originem
traxerit, prout etiam Vespasianus, de qua gente Flauia plura
61 scribit Sueton. In eodem tex. ibi Alamanicus † lego Alema-
nicus, vt ex statim allegãdis patebit, quod exponitur, id est,
quia deuicit Alemanos, qui & Germani dicũtur secundum
aliquos, nos à veritate alienum credimus, si. n. idem essent
germani, quod alemani, cur Imperator titulum germanici
statim subiunxisset? superflua equidem esset repetitio, ope-
62 ræpretium igitur arbitramur esse † inuestigare quid inter
alemanicum & germanicum intersit. & quæ sint, quomo-
doq; differant hæ prouinciæ, qua in re discere mallè quàm
docere. Alemanię fines nullum comperio scripsisse, qui-
nimmò alemanorum nomen à geographis penè omnibus
antiquioribus, Strabone, Pom. Mella, Dionysio Ptolemęo,
& Plinio supprimitur, & nostri temporis extant scriptores
quidam, qui & ipsi nullam alemanorũ mentionem faciunt,
addubitantes tale nomen scriptis suis inserere. alemanos
populos, lego apud Seruium grammaticum super eo Vir-
giliano carmine Georgicorũ. iiij. & curua legunt prope flu-
mine melle. Seruij verba sunt hæc, populi habitantes iuxta
lemanum fluuium alemani dicũtur. vnde Lucanus, Deser-
uere cauo tentoria fixa lemano. si igitur Seruio credimus,
appellatione lemanorũ intelligentur populi adiacentes le-
mano lacuij, qui modo Lusanensis, modo Gebenẽsis nun-
cupatur, nec refert seruium lacum nomine fluuij dixisse,
sic etiam alij plures, & quoniam Cæsar in Commentarijs,
alteram lemani lacus ripam ad eluetios pertinere scribit,
intelligi videntur eluetij patria vandi, chablasij, fosignachi,
quin & ager gebenensis & scbusiui, qui hodie Lausanen-
ses dicuntur propriè alemani vocari, nam hi omnes lacui
adiacent, sed hæc stricta nimis descriptio, nam si hi soli po-
puli, alemani nominandi essent, non fecissent negotia
grauia tot fortissimis Imperatoribus Galieno in primis,
inde Constantio, qui eorum magnam stragem fecisse legi
tur, & Constantino magno. Asinius italicus qui res germa
norum diligenter præscripsit, Alemanos in Germania ge-
nus aduentitium ex varia gentium colluuione esse dixit, de
quo etiam Volater. li. vij. sed per hoc rei quam inquirimus
notitia minime habetur. Est igitur, vt omnes gẽtes qui ci-
tra Rhenum & Danubium siue Istrum flumina, regiones
incolunt, germanica lingua vtentes, quæ ad Italiam ver-
gunt, Alemanorum nomine dictas credam, in quibus ætas
posterior Eluetios comprehẽdit & Suitenses ac Suiceros,
qui contra vulgi opinionem, diuersi sunt à Sueuis, qui in
media Germania sunt. Cum Alemanis ergo connumera-
buntur & Sedunenses, Curienses, ac Tridentini, cum No-
ricis Rhetijs, necnon Lepontijs, qui penè omnes Italiæ à
Septentrione adiacent, vt hoc credam suadent Claudiani
verba, apud quem pluribus in locis Alemanorum est men
tio, vel panegyrij in laudes stilliconis. nam vbi Istri qui Da
nubius est meminit & Rheni fluuiorum, vltra quos Ger-
mani sunt, necnon Sicambrorum & Belgarum post quo-
que Albini fluuium & herciniam syluam addit. quotiens
satiare catheruas Orauit, iungique tuis Alemania signis.
& panegyrij alia in laudes eiusdem stilliconis post illud
carnem Rheni calcator & Istri, subiunxit. Hæc alema-
norum spolijs australibus illa Ditior exuuijs flauente si-
cambri Cesarię. Germaniæ autem fines maiores nostri
dubios reliquere, hos tamen auctor tacitus diffinit. Om-
nis germania à gallijs, rhetijsque, & pannonijs Rheno

& Danubio fluminibus à ſarmaris datijſque mutuo metu
aut montibus ſeparatur, cætera Oceanus ambit, latos ſinus
& inſularum immenſa ſpacia complectens. De prædictis
ſitu, moribus populiſq; Germaniȩ late cor. ipſe tacitus poſt
librum eius. 22. Diuiduntur hi Germani in plura genera
vt per Plinium lib. 4. c. 14. Oroſium lib. j. cap. ij. dum ait in-
de germania eſt, vbi plurimam partem Sueui tenent, quo-
rum omnium gentes ſunt quinquaginta quatuor, de quibus
etiam per Volater. lib. vij. Germanorum laudes in re bel-
lica pulchrè poſuit Sene. lib. j. de ira, fol. 2. & Cæſar in com-
mentarijs. pollet in ipſis germanis fons nobilitatis ſecun-
dum Bart. hic. Abb. verò in. c. venerabilem ad fin. iij. col. de
elect. theutonici ait, dicũtur germani. i. veri nobiles: vel ſe-
cundum Ioan. And. à gignendo dicti ſunt propter fęcũdita
tem generandi, eſt. n. patria multum generatiua, ſeu vt alij
volunt, germani à romanis nuncupati, quoniam quum pri-
mum Rhenum deuictis gallis tranſgreſsi fuiſſent, videntes
eos & feritate animorum, & colore flauo, forma præterea
& moribus, & viuendi ritu gallis ſimillimos, germanos eos,
hoc eſt gallorum fratres exiſtimarunt eſſe, indegenę hoc eſt
non aliunde, ſed ibi nati exiſtimantur, quoniam nõ eſt ve-
riſimile, aliquos Aſia, Aut Aphrica, vel Italia relicta ger-
maniam perijſſe, informem terris, aſperam, cœlo, triſtem,
62 cultu aſpectuq; niſi patria ſit. In tex. ibi gothicus † ſic dictus
quia deuicit gothos: Paul. diaconns lib. vlti. c. j. & Pomp. lę-
tus lib. ij. de vitis imperatorum dum loquuntur de Inſti-
niano ſcribunt. rurſusq; belliſarij viribus gothorũ in Italia
gentem capto Guitige eorũ rege, ſuperauit, ideò gothicus
dici meruit. Sed Georgius Merula Alexandrinus lib. j. an-
tiquitatis Vicecomitum, latè tractans de iſtis gothis & eo-
rum regno, dicit, nec potuit Belliſarius cum nouo exerci-
tu reuerſus & claſſe inſtructiſsima, aut Romam obſidio-
ne eximere, aut hoſtem ferocius ſeuientem reprimere,
quare Conſtanrinopolim is repetit, relicta Italia barbaris,
verùm poſteà ſcribit, per Narſetem miſſum à Iuſtiniano
id peractum fuiſſe, ſub quo cecidit Totilas, tunc debellati
in totum fuere gothi, tunc finis eorum regni, tunc vniuer-
ſum gothorum nomem extinctum in Italia, quam cen-
tum & quinquaginta annos poſſederant, in quotem po-
re multa non libidinosè ſolum, & crudeliter egere, ſed ho-
mines lingua & moribus plurimũ diſtantes atq; in ipſa vi-
ctoria efferati, vrbes multas direptis bonis eiectiſq; ciui-
bus, ant euertere, aut barbaris habendas conceſſere, fędiſ-
ſima quæq; & indignisſima patiẽtes populi. nil aliud quàm
vaſtationem populationemq; agrorum & deſolatas vrbes
deplorabant. Magnam ſtragem iſtorum gothorum, alias
etiam edidit Roma. pop. vt ſcribit Oroſius lib. 7. c. 26. ſed
maiorem adhuc Claudius Imperator, vt Trebellius pollio
63 in hæc verba ſcribit, † Claudius Borrocho illiricũ tuenti. S.
deleuimus trecenta viginti milia gothorum. duo milia na-
uium emerſimus, tecta ſunt flumina ſcutis, ſparis, & lãceo-
lis omnia littora operiunt, campi oſsibus latẽt tecti, nullum
iter eſt purum, ingens carthago deſerta eſt, tantum mulie-
rum cepimus, vt binas & ternas mulieres victor ſibi miles
poſsit adiungere, implerę barbaris ſeruis, ſenibuſq; cultori-
bus Romanæ prouinciæ, factus miles barbarus colonus
ex gotho. nec vlla fuit regio quæ gothum triumphali quo-
dam ſeruitio nõ haberet, victi ſunt prorſus gothi, eſt autem
gothia regio Europæ cõtermina Datiæ. In eo. tex. ibi fran
64 chus † deuicit. n. franchos, ſed Faber in proœ. inſti. ſuper
eo verbo non glorientur inquit imperiales ex hoc argue-
re, regnum Franciæ fuiſſe ſubiectum imperio, quia loqui-
tur, dicit ipſe, de quadam francia quę eſt in Alemania, de
qua in. c. j. de ſpõ. vbi hoc non probatur, dicam ergo loqui
de Francia, quę eſt in Gallia, quam ſubditam fuiſſe Rom.
imperio certiſsimum eſt, vt ex Cæſare, Suetonio, & alijs
hiſtoricis clariſsimè liquet, Defecit primo Gallia à Roma-
nis ſub Nerone, vt Suet. in Nerone ſcribit, quamuis poſteà
iterum reſtituta fuerit: qualiter verò meruit Franchus Iu-
ſtinianus appellari, tradit elegans Alaciatus lib. 2. diſpun.
cap. 22. cui tamen non ſubſcribo, quia non veriſimilem, ſed
ridiculam rem narrat. & diſpoſuiſſe Iuſtinianum de parti-
bus Galliæ & Franciæ, ſub duce & præfecto eas cõſtituen-
do inuenies in l. ij. col. j. C. de off. præfect. prætor. aphr. facit
inſcriptio. l. in criminali. C. de iur. om. ind. ſcribitur. n. lex illa
65 pręfecto Galliarum ab Imperatore. Fateor ꝙ hodie † vt
ait Bal. in conſi. 217. vol. 3. & conſi. ſequenti, Rex Francho-
rum ſuper omnes reges gloriæ & libertatis obtinet coro-
nam, & nemo cõtra illius vexilla præſumit honorem, ideò
in regno ſuo æquiperatur imperatori, & ea poteſt facere
quæ alibi poteſt imperator, vt per Dec. conſi. 269. col. 3. In
eo tex. ibi Germanicus, vide quæ ſuper verbo alemanicus
66 ſcripſi. In tex. ibi Atticus † . i. quia atticos ſiue athenẽſes de-
uicit. De quo apud hiſtor. nihil, Pau. Diaco. & Hycop. hoc
prætermiſerunt & propterea facit tantum verba, de Anti-
quis ſunt Germaniæ popu. Hiſtri accolæ cum quibus Iu-
67 ſtinia. rem habuit. In tex. ibi Aphricus † Aphricam enim
ſubegit, vt præter hiſtorias traditur in. l. j. C. de off. præfect.
prętor. aphr. vbi ſe aphricanum dicit. Primus autẽ qui co-
gnominatus eſt aphricanus fuit. P. Cor. Scipio qui hoc no-
mine victæ à ſe gentis eſt noblitatus, vt Liuius in. x. de bel-
lo punico ſecundo ad fi. ſcribit. Aphricę autem deſcriptio-
68 nem inuenies per Plin. lib. v. In tex. ibi Vandalicus, † id eſt,
quia deuicit Vandalos, vt pręallegata. l. j. & ij. hinc Pau. Dia
conus lib. vltimo cap. 5. perq; ipſum Belliſarium vandalo-
rum gentem capto eorum rege Geliſmero vſq; ad interni-
tionẽ deleuit, quos auaros, perfidos, & doloſos ſcribit fuiſſe
Oroſius lib. 7. cap. 27. Eſt autem Vandalia regio Colloniæ
ſeptemtrionalis, & de iſtis plura ſcribit Volater. lib. 7. ſub. c.
de rebus Vandalorum. Declarata ſunt Iuſtiniani agnomina
ex fęliciter geſtis acquiſita. In aliquibus antiquis codicibus
69 alia quædam continentur, prout Alanicus † à deuictis Ala-
nis qui Europæ ſunt populi ab Alino fluuio dicti, qui vltra
Danubium iu Europa fertur, de quibus plura Volate. præ-
70 alle. Habent & aliqui datium à deuictis datijs † qui vt Iu-
ſtinus ſcribit ſoboles ſunt getharum, & populi ferociſsimi
Traciæ. Plin. lib. 4. cap. 51. & ſeq. Ouidius. Nulla Getis toto
gens eſt truculentior orbe, hinc ſcribit Spar. in caracalo quũ
germanici, partici arabici, & Alemanici, quas gentes de-
uicerat, nomen aſcriberet, Aelius pertinax filius pertinacis
dicitur ioco dixiſſe, adde ſi placet etiam Geticus maximus,
quod Getam occiderat fratrem, refert tamen idem. Spar.
in Geta hoc dictum altius in pectus caracali deſcendiſſe, vt
poſtea nece Pertinacis eſt approbatum. Proſequendo ver-
71 ba rub. ibi pius † ab Anto. pio ſunt pij cognominati ſucceſ-
ſores. §. facimus autem in auctẽ. vt liberti de cętero. colla.
vj ſecundum Accurſium, Cynus & Alberic. à pietate ani-
mi pium dictum arbitrantur. l. imperialis. C. de nup. ſed non
eſt dãnandus Accurſ. propter textum, dict. §. facimus, alle-
gatũ ab eo, vbi eius probatur opinio. §. Primus autem qui
dictus eſt pius, fuit Quintus Merellus Numidici filius,
ſic nuncupatus, eò quòd patrem lachrimis & precibus ab
exilio reuocanit, teſtis eſt Plin. de viris illuſtriſ. cap. 63. fuit
etiam pij cognomẽtum Tyberio Cæſari à Senatu delatũ,
auctor Sueton. pietatis verò exẽpla infinita toto orbe ex-
72 titere, † ſed Romæ vnũ, cui comparari cuncta nõ poſſunt,
humilis in plebe, & ideò ignobilis puerpera, ſupplitij cauſa
carcere incluſam matrẽ, quũ impetraſſet aditum, à ianitore
ſemper excuſſa ne quid deferret cibi, deprehẽſa eſt vberi-
bus ſuis alens eam. quo matri ſalus filiæ pietate donata eſt,
73 ambæq; perpetuis alimentis. In eo. tex. ibi fœlix † ob animi
virtutẽ hoc intelligit Accur. nec eſt multũ huic diſsimilis,
alia ſequẽs expoſitio Accur. dum ait, vel quia erat rerũ mun
di cognitor, quod procedit ſecundũ opin. ſtoicorũ, qui dice
bant ſapientẽ in rota & tormentis conſtitutũ beatum eſſe,
quorũ dogma deludit Auguſtinus. 19. de ciuitate dei, quum
ſit in illis quidam ſuperbiæ ſtupor. Melius eſt dicere iudici-
bus Bald. & Parp. ꝙ fœlicitas non conſiſtit in habitu virtu-
tis, ſed in operatione, & non in vna operatione, ſed opor-
tet aſsiduè operari, quia vna operatio non facit virtuoſum,
ſicuti nec vna hirundo ver, nec vna pulchra dies ęſtatem,
ſecũdum Phil. ethic. primo conſtituentem fœlicitatem in
operatione,

operatione virtutis,indigebit tamen corporis prosperitate.
Et vere ex triplici bonorum genere constat. ex bonis ani-
mi, ex bonis corporis, & ex bonis fortunæ, hæc bona cu-
mulata faciunt absolutã fęlicitatem.Lu.Sylla,vt scribit Pli.
lib. vij primus cognomen fœlicis sibi assumpsit. Secundæ
expositioni gl.quod fęlix fuerit propter diuitias,astipulatur
horatiana illa sententia. Omnia diuitijs parent,quas qui cõ
struxerit, ille clarus erit, fortis,iustus, sapiens etiam rex, &
quicquid volet. faciunt, que congerit Lau.val.in suis elegã.
c.295.sed quia diuitiæ nõ faciũt quenq̃ fęlicem, ideo Alb.
hic reprebendit hanc expositiouem, quod latè explicat Be
roaldus in quoddã opusculo de fęlicitate, descendendo tan
dem in sententiã glo.primo loco relatã.In eo.tex.ibi incli-
74 tus † idest valde gloriosus.Io.an.in.c.primo de reliqui.& ve
nera.sancto.lib.vj.vel valde clarus propter eius fęliciter ge
75 sta de quibus supra. In eo.tex.ibi victor † in expellendo ho
stes exponit Accur.melius dixisset in vincendo,& imperio
76 eos subigendo. In tex.ibi triumphator † proprie triumpha
tor est qui triumphat. sed aliquando prout hic qui trium-
phauit dicitur triumphalis secundum Lau. Val. in elegan-
77 tijs.c.265.In eod,tex.ibi semper Augustns † eius enim de-
bet esse propositi vt augeat,licet semper non faciat,secun-
dum Accur.duo similia adducentem, & sequuntur Doct.
nec refragatur verbum,semper,in text. positum quod con
tinuatoinem & perpetuitatem, exigere videtur, nam,ve-
rificatur dato etiam aliquali interuallo,& principali inten-
tione sic faciendi,ad quod propositũ multa congerit Fely.
in procem. rex pacificus col.ij. nec etiam repugnat, quod
78 arg. ab etymologia vocabuli semper teneat negatiue † iux
ta nota.in l.ij. §. appellata infra si certum petatur, non fit
de meo tuum,ergo non est mutuum,nec sufficiret propo-
positum sed requiritur quod fiat, & vbi nõ fit, non est mu
tuũ,pari modo Augustus ab augẽdo,ergo oportet ita fieri
nec sufficit propositum, responde huic pulchro argumen
to vt per Abb.in c.j.col.pen.de iudi.& Aret.instit.de testã.
79 in principio col. ij. Capta hinc occasione quærit Bar.† nun
quid donatio olim facta per Constantinum Syluestro pa-
pæ valeat, expositis vtrinque argumentis pro ecclesia con
cludit,& sequuntur communiter Canonistæ,schola legista
rum oppositum firmat,sed hodie fatuum esse dicunt dispu
tare, quum ecclesia præscriptione sit munita, iurentque
imperatores omnes donationem illam non reuocare, sed
potius confirmant,clemen.vnica de iureiuran.& c.ego Lu
douicus.63.distin.&.c.Constantinus.96.distin.vbi est tex.
de ista donatione, cuius verba formalia refert Albericus in
l.prima in §. in initio. ff. de off. præfect. vrbis. Examinat
hanc quæstionem latius hic Bal.& Alb. qui in fine dicit se
andiuisse à fide dignis, haberi in scriptis auctenticis, quod
tempore donationis audita de cœlo vox fuit, hodie vene-
num aspidnm seminatum est in ecclesia dei.

De hac questione videas etiam Are. proœ. institu. col.
iij. Alex.in l.filio quem pater col.fi.ff.de lib. & posth. & in
consi.24.col.fi.vol.v.Card.Alex.in d.c. Constantinus. vbi
respondit argumentis & rationibus Lauren.Val.qui impe
rij defendendo partes tenuit donationem illam non vale-
re,de quo etiam per Barb.in c. licet causam col. 6. de pro-
bat. vbi refert se latissimè hunc articulum examinasse, in
rub.ff.de verb. obliga.& viuis demonstrasse rationibus do
nationem non tenuisse, imo poetam quendam dixisse re-
fert à vero alienum esse, quod facta fuerit donatio illa per
Constantinum Sylnestro Pontifici, eo quod stilus verbo
rum assertæ donationis in. d. ca. Constantinus, relatæ, ab
elegantia tunc vigentis stili deuiet, & quendam magnum
sacerdotem sibi dixisse testatur,vos laici decepti fuistis,sed
ex quo deus tolerat tolerate & vos.Hãc rẽ prosequitur etiã
Geor.merula,Alex.autiquitatis vicecomitum lib.j.vbi ait
inter cætera. Algisius quum de patre Desiderio, & regno
actum videret,ad Constantinum imperatorem in græciã
abijt. Carolus rebus compositis Romam petijt, pontificẽ
adoraturus, à quo amplexus ad aras deducitur,peractaque
re diuina,non solum quæ longobardorum Reges & dein-
de Pipinus pater Grego. tertio concesserat, ea affirmauit
sed illum ampliori imperij iure donauit,ex eo põtifex mul
tarum vrbium dominus, & quia anteà religionis maiesta-
te res tenebat,mox imperio & potentia metuendus fuit,
& si quidam historiatum ignari & temporum nescij, igno
rato rerum gestarum ordine, à Constantino Syluestro Põ
tifici datum referãt.Sed maiorem vtilitatem posse ex hac
80 gl.colligi, testis est Parpa.vtrum posit hodie † Imperator,
Papa,vel alius princeps locum aliquem donare,aut vende-
re, prout castrum,ciuitatem, vel principatus partem, & an
de re tali infeudare, vtrumúe disponere non reseruando
proprietatem, & an hoc facere posit inuitis illius loci ho-
minibus,de quibus omnibus late tractari iuenies per Paul.
de cast.in consi.74.col.vj.& sequenti in antiquis. Roman.
consi.26.ad finem.Barb.consi.xj.folio primo volumi. secũ
do.Sozi.consi.4.volum.3.Alexan.in l.filio quem pater col.
fin.ff.de liber.& posthu.& consi. 24.volu. 5. Abba.& alios
in c.intellecto de iureiuran.Felin.in.c.ad audientiã de præ-
scrip.in c.quæ in ecclesiarum, charta prima de constitu. in
c.dilecti col.prima de maiorita.& obedien. Iaso. in repeti.
§.diui.l.filius famil.in j.lect.in 4.col.ff.de lega.j.late Aquẽ.
in specu.feud.sub rub.qui feu.dare pos.& Moder.Bono. in
l.j.in.§.cum quidam in.ij.col.ff.de quæstionibus que om-
nia sunt signanda ad ornamentum illius celebris glo. l.inui
81 tus.ff. de fideicom.liber. Secunda declaratio gl.quod † di-
ctus sit Augustus ab Octauio Augusto nepote Cæsaris, ap
probatur à scribentibus, aliquid etiam supra tactum fuit,
de quo Augusto latè tradũt Suet.in eo, Orosius libro sex-
to, & Florus ad finem operis vbi inter cætera ait. ad hæc,
tot facta ingentia Octauius dictator perpetuus & pater,pa
triæ appellatus est,tractatum etiam in senatu,an quia con-
didisset imperium Romulus vocaretur,sed sanctius & re-
uerentius uisum est Augusti nomen,ut. s.iam tum dum co
lit terras ipso nomine & titulo consecraretur. Multas ta-
men & ipse passus est angustias,ut auctor est Plin. libro se-
ptimo,cap. 45. Silentio tamen inuolendum non arbitra-
82 mur † quod apud Lau. Val. li.supra ducentesimo elegan
tiarum capite scriptum comperimus, non erubescunt in-
quit Christiani appellare Imperatorem Cæsarem Augu-
stum à damnatis tyrannorum nominibus,qui non modo
oppresserunt rempub. sed sub eorum gladio rex verus cœ
li,& terræ,occisus est. Sed vltra quod à Christo & ab ec-
clesia approbatum est Imperium & nomina prędicta, vt
traditur in ca.nouit de iudi.non est prohibitum paganorũ
nomina assumere. ideò nil mirum si Christiani Imperato
res prædecessorum suorum in imperio,tã gloriosa nomi-
na & tanti dignitati congrua sibi vendicarunt. facit quod
scribit Signor. consi.129. col.ij. præterea nec sub Iulio Cę
sare,nec sub Augusto,sed sub Tyberio passus est Christus,
vt non tam ex Orosio & paganorum historijs, quam ex sa
cri euangelij lectione cognoscitur. Interpretatur etiã Au-
83 gustus † idest sacer ab auium gestu,id est qui ab auibus desi
gnatus est,vel ab auium augustu à quo aues pastę id ratum
fecerunt,vt per Tranquil.in augusto,& Ennium in illo car
mine. Augusto augurio postquam inclyta condita Roma
est. Sunt alij multi titu.Imperiali conuenientes culmini,vt
per Paulum Cast. in rubri.primæ consti.C.Ias.in l.penulti.
ad fin.infra de his quibus vt indignis, & Paul.de citadinis
in epistola ad Maxim.Imperatorem,ante faciem sui tracta
tus de iurepat.impressa. Sequuntur nunc nomina doctorũ
quibus hæc epistola mittitur in codice meo. Theophilo,
& Dorotheo,in antiquis codicibus alij etiam nominantur
co celeberrimo monachorum quorundam,summiq; magi
stratus diligẽtia & religione seruatur,tum quotiens profer-
tur,quod ipsum non sine graui causa fieri solet, accensis fu-
nalibus,itaenim mos est, monachi illi quos dixi,summusq;
magistratus capite operto venerabundi circunsistunt.nullæ
in eo libro interpunctiones, nulla scribendi cõpendia, gran
des vbiq; literæ & compares, græcũ in fronte epigramma,
græcæ præfationes,auctorum librorumq; index, prorsusq;
vbiq; argumenta plurima, quæ breuitati inseruiens omitto
quibus esse eum librum Iustiniani ætate descriptũ non du-
bitemus, in primisq; voluminis ipsius veneranda facies, &
quæ sanctam illã vetustatem procul ostentet,hoc ergo mi-
hi inspicere per ocium licuit, rimariq; omnia & olfacere,&
cum vulgatis exemplaribus cõparare, tribuit, enim hoc mi
hi sapientissimus ille I.aur. medices,forte arbitratus vt ope
ra nostra vtilitas inde magna eliceretur. Deprehendi igitur
multa in nouis codicibus vitia,multa in interpretibus,quo-
niam videlicet inerudito nati seculo,, cũ latinitatis ipsius im
periti fuerunt, tum græcam linguam pœnitus ignorauerũt;
multæ vero sunt ibi leges grçcis editç verbis,quas aut omi-
serunt iuniores, aut in latinũ sermonem pessimè conuerte-
runt. Intelligent tunc iuuenes quid sit litera Pisana,ꝙ anteà
75 forsitan ignorabant. † A politiano tamen inuenient discre-
pare Alc. disp.lib.iij.c.12.& in.§.cato.in apostilla literæ su-
76 per ver. Paul.respondet. In eod.tex.ibi necnon † Alb.affir-
matiue legendum putat, quia duæ negationes affirmant.l.
duobus negatiuis.ff.de verb. signi. sed quod de tribus ponit
Valla in eleg.c.128. quare autem magis duç negationes af-
firment,quàm due affirmationes negent,ponit Signo.con-
sil.34.Limita prçdictum not.vt per Fel.in proœ.decr.char-
ta.j.ad fin.ij.col.cum seq. & Corl.in repe.cap. grandi. col.ij.
77 de sup.negli.prçla.lib.6. In eo.tex.ibi,constitutionum,† cur
dicatur constitutio,declarat Fely.in rub.de const.vbi etiam
per alios scrib.In eo.tex.ibi,quis amplius quàm vos cogno-
78 scit, † colligit Bal.ꝙ sapiens in arte melius præsumitur cau-
sam scire quã alij,per eundem tex.not. Bald.in.iij.colum.ꝙ
doct.non potest prçtendere iuris errorem.sicq; à beneficio
79 restit.in inte.excluditur, † alleg.glo.l.professio.C. mu. patri
lib.x.Albe.citat vulgatũ illum.§.seruius autem sulpitius.l.ij.
infra de ori.iur.sequitur Alex.in.l.ciuitas. col.pe. infra si cer.
pet.Barb.cons.27.col.vij.vol.j.& Parpa.hic limitans,quan-
do per facti errorem deciperetur,quia facta etiam pruden-
tissimos fallunt.l.ij.ff. de iuris & fact. igno. relinquit tamen
cogitandum,sed hoc aperte satis vult Alex.loco prçal. in il-
lis verbis restitutionem denegari circa ea quæ pertinent ad
professionem suam,& ita Bald.expressè in rubr.de sum.tri.
Feli.tamen in rubr. de magist. colu.j. intelligit in eo qui est
acuti ingenij. Ego autem indistinctè arbitror doctori mi-
nori non esse denegandam in inte. restit. quia licet turpe sit
doctori ignorare ius in quo versatur, tamẽ propter hoc in-
debitè damnum pati non debet, ita tenet Paul. de Castr. in
l.j.ad fi.C.qui & aduer.quos,sequitur Dec.in.l.iuris ignoran
tia in fin.C.qui admit. quod nõ crederem procedere in ad-
uocato defensionem alicuius causæ suscipiente,cui nõ con-
cederetur in integ.restitu.aduersus lesionem causatam prç-
textu ignorantiç, aut iuris erroris,quum enim ratione offi-
cij peritiam profiteatur,culpa illi ascribitur, merito non re-
stituitur.arg.l.imperitia.ff.de reg.iur. & l.fin.ff. de va. & ex-
traord.cog.faciunt quæ scribit Dec.l.consilij col.j.ff.de reg.
iu. Ex istomet tex.colligunt Bart.Alb. Bald.& alij creden-
80 dum esse perito in arte sua, † ob quod plures not. deciduu-
tur quæstiones, de qua materia vide etiam Bologninum in
consi.v. col.vj. Fel.& Deci. in c.proposuisti, de proba. Si-
81 gno.cons.156.colum.pen.vbi eleganter declarat tex. † l.se-
mel in fi.C.de re mil.lib.12.dum vult nõ credi iudicio me-
dicorum & sic peritorum, nisi ex actis appareat, ꝙ præces-
serit diligens iudicis inquisitio, vt hic per Alex. in apostillis
reputãtem not.dicta. Signo:quòd inquisitio talis debet esse
super personis & attestationibus ipsorum, non autem super

vulnere,quia in hoc debet peritis credere,mihi autem pro-
bat contrarium ille tex. & ideò talis inquisitio fieri debet su
per his in quibus sit depositio, & inquiri debet de causa eo-
82 rum quæ testis deponit. Tangit postmodũ hic Bart.† nun-
quid peritis in arte credatur sine iuramento, quã materiam
latè explicant Cano.in.d.c.proposuisti,verum quia Bar. hic
obscurè & intrincatè procedit,ideò eius dicta duntaxat de-
clarabimus. Concludit primò ꝙ debent deponentes de pe
ritia artis suæ iurare solũ de credulitate,nõ de veritate, quia
falli possent,& sic periurium incurrere,quod à l.reprobatur
& transeunt doc.in.d.c.proposuisti vbi Fely. col.iij. versi.iij.
conclusio. & Dec. in princ. vlti.colum.& hic Bald. colu.iij.
Limitant prçfati nisi deponerent de eo in quo vera cadit &
haberi potest notitia,quia etiam veritatis iuramẽtum, tunc
exigitur vt per eos. Dicunt etiam Bald. & Fely.præal.quòd
83 † assumptus ad consulendum modo aliquo non iurat. Se-
84 cundò concludit Bald. ꝙ promotores † deponentes de pe-
ritia & sufficientia scholaris doctorandi,quem gradum pau
cissimos rectè attingere teste Cyno dicit,de credulitate tã-
tum iurant.& sequuntur cõmuniter doct.& post Abb.pul-
chrè ponit Barb.in d.c.proposuisti colum.xiiij.cum seq.Ias.
repe.l.admonendi in xxj.charta.col.ij.versi.ex istis infertur
ff.de iureiu.& ita seruatur hic Tau. & Papiæ. in quibusdam
85 alijs studijs non. vt per Dec.in d.c.proposuisti.col.fi. † Do-
ctores autem collegij nõ promouentes,qui vt iudices à vi-
cecancellario in examine rigoroso assumunt,non iurãt, sed
tantum dant voces suas per breuia,vt nos nuper facimus in
collegio nostro. Et vocem suam in approbatione dant etiã
86 compromotores in almo collegio nostro, † quamuis Deci.
in d.c.proposuisti colum.v.post Abb.dicat in practica con-
trarium seruari, & iuris id esse probet, ea præcipuè ratione,
quia doctorãdi debent prçsentari & à septem doct. appro-
bari, ideò nõ videtur quòd vnus in tali actu duplici officio
fungi possit; vt ibi per eum. & eundem in c. ex literis colu.
pen.versi.sed considerandum eo.tit. Sed respon. posse istos
esse actus diuersos & compatibiles, nam in præsentatione
non dant voces sed iurant de sufficientia, postea dant voces
vt cæteri collegiati in examine rigoroso, & sic cessat ratio
Dec.& Abb. In hoc tamen venerando collegio Taurinen.
compromotores non dant per omnia voces vt cæteri col-
legij doctores,quorum quisq; tam in iure cano.quàm ciuili
vocem dat, & breuia duo, sed compromotores breue vnũ
duntaxat,compromotores iuris ciui.in iure ciui. & compro
motores iuris canonici in iure cano. idq; faciunt virtute sta
tutorum collegij. Dicunt etiam Mod. pap.in tract.de con-
sue.super c.fi.ad fi.x. col. ꝙ consuetudo doctorum promo-
uentium,qui pro doctis. & indoctis indifferẽter iurant, eos
87 excusat † pœna periurij quo ad mundum, non à pœna ge-
hennali,vt per Rom. in sing.suis sing.xix.incip. an consue-
tudo. Et doctoratus in famosa vniuersitate, maiorem ha-
bet scientiç prçsumptionem,ꝗ si in vili vniuersitate sit do-
88 ctoratus,†ita Ann. in rub.de torneamẽtis.Et doctoratus in
loco qui communi opinione studij credebatur habere priui
89 legium,si non habet & ille sciàt † error non prodest. Fel. in
90 c.ad probandum col.fi. de re iud. semelq; approbatus † po-
steà reprobari potest si indoctus reperiatur, & insufficiens
l.vt gradatim in.§.reprobari.ff.de mun.& hon. notãt Abb.
& Fel.in c.j.ad fi.de magist. Latius Fel. in.c.ex literis col.iij.
91 de consti. An autẽ tunc † qui approbauerunt teneantur re-
stituere salarium habitum, videtur ꝙ non per dictũ Card.
in cle.ij.in.vj.q.de magistr.vbi vult tale salarium deberi do-
ctoribus pro labore veniendi, sicq; illud habere debent, si-
ue scholaris approbetur, siue reprobetur. & sequitur Firm.
in suo reper.in verbo doctor,numero mihi.xix.Sed ad op-
positum est dictum Car. Alex. in.c. quibusdam circa princ.
37.dist. vbi vult fortius ꝙ si semel approbatus reprobetur,
sit ei restituendum salarium per illos qui ipsum receperunt,
& approbauerunt, sicq; rationabilius dicendum videtur, ꝙ
salariũ pro licentia debeatur. Crederem tamen aliquid pos-
se retineri pro labore examinis priuati,& veniendi ad publi
cum,arg.dictorum per Bald.in.c.quum P.de fide instru.per

Magn. Purporat. splendidiss. Iurisconsultum vniuersitatis,
vestræ.in.l.ij.colum.penul.C.de eden. Aliud etiam notabis,
92 † quod doctor sufficiens, si inutilem se præbet scholaribus,
reprobari debet, & remoueri.l.ij.C.de profe.& med.quam
fin. ad hoc facit Barb. in proce. clem.in.j.lect. colum.v. Et
93 semel doctoratu † priuatus, amplius doctorari nequit Paul.
de Cast.in.l.ij.colu.j.C.de lib.& eorú lib. Ias.in.l.Barbarius.
colum.penul.infra de offi.prætor, Barb.in c.fi. colum.iij.de
postu.præl.vbi limitat in restituto à principe. Tu limita pro
94 dicta procedere quando propter delictum fuit priuatio, sed
si ignorantia fuit in causa posset postmodú doctior factus
ad doctoratum recipi. Fely.in.d.cap.ex literis colu.iij. Deci
in.c.vt nostrum de appellationibus, & in cap. cum venerabilis.
colum.fin.de exceptioni. alia quædam in materia doctoratus
dicam infra in.§.hæc autem tria. Concludit tertiò
95 Bart. quod quando in loco plures periti non reperiuntur, † dicto
vnius stari potest.in.§.quod autem in vers.& vt neq;
in auct. de non alienan. addo alium not.tex.in.l.j.§.fin.ff.de
96 verbo.oblig. † quem incognitum esse his quibus iacet puluis
super libro, asserit Bald.in.l.directas.C.de testa.manu.&
Fely.in c.veniens.colum.fi.de testi.faciunt no.per Deci.in
c. proposuisti. colum.iij. de proba. Vltimo concludit Bart.
97 dando cautelam, † quòd si adhibeatur vnus tantú in calculo
ferendæ sententiæ.potest aduersarius opponere quòd plures
adhibendi erant, nec quicquam probare tenetur, imò ille
qui vnum tantum adhibuit debebit probare, quòd vnus
tantum erat in loco, sequitur hic Alexan. & in consi.3 5.col.
fin.volu.j.Parp.dubitat per text.c.cum Ioan.de fi. instru.&
doct. Bart.in.l. si in rem. in princ.ff.de rei ven. quia pluralitas,
non præsumitur .posteà concordando opin. distinguit,
aut sumus in loco insigni, & tunc dicenti plures adhibendos
fuisse, probandi non incumbit onus, quòd plures in loco essent,
quum id præsumatur, sufficit sola oppositio; ita procedat
quod Bart.& Alex. hic dicunt. aut sumus in loco paruo,
& tunc non sufficit oppositio, sed vltra requiritur probatio,
quòd plures in loco essent, ratio est in promptu, quia ille
qui vnum adhibuit habet præsumptionem pro se, quòd plures
ibi non essent, hanc distinct. in simili ponit Bar. in.l.bonorum.
ff. de bon. pos. Saly. & Rimi.l. iuris, ignorantia.C.
qui admit. In eo. text.ibi, oportuerat mandare. contra, quia
actus, principis sunt voluntarij, non necessarij.§.ad hæc in
auctent.de appell. & intra quæ temp. Alb.timore dicti contrarij
exponit. oportuerat, id est vtile erat . vt habetur in simili,
98 in.l.j.infra de proc.vel aliter dic, † quòd duplex est necessitas,
vt per glo. not. in.l.&. in totum.ff. de impen. in rebus
dotal. fac. & in.l.gallus.in princ. vbi per omnes scrib.ff.
de libe. & posthu.vna præcisa quæ non cadit in principe, altera
causatiua, vt sequatur aliquod bonum ,quæ benè cadit
in principe, vt hic. In eod.text.ibi, & post omnium consu-
99 mationem, † Alberi. exponit, id est perfectionem.latius de
huiuscemodi vocabuli significatione, differit in suo dictionario,
in verbo consumma. Legitur hæc litera tribus modis.
primo per glo. quòd hæc constitutio, facta fuerit post pri-
100 mam, & secundam compilationem.C.& auct. † Cyn. Alber.
& alij reprobant, quia tempore istius cóstitutionis, erat
Iustinianus in.iij.consolatu, vt in calce istius epistolę probatur,
at tempore secúdæ compilationis erat quartum consul.
vt.C.de iusti.C.compo.§.is igitur. ex quo necessario infertur
hanc constitutionem præcessisse, secundam codicis editionem.
Secundò legitur, vt intelligatur, quòd fuerit facta
post compilationem primi codicis, & ante secundá editionem,
& tunc iudice Cyno exponendum est, & omnia quæ
oportuerat nos mandare, & post omnium cósumationem,
id est post primi codicis compilationem, & post compilationem
fforum, & institutionum sunt explicita, &c. Tertia
lectura, vt intelligamus quòd Iust.primò opus confici mandauit,
secundò mandatú approbauit. vt.C.de iusti.C.compo.
vel confir. & de vet. iur. enuc.l.j. &.ij.ita Cyn. Iacú. de
Arec. & Bald. hic colum.j. sicque est sensus, quòd de mandato
Imperatoris præcedente, & post omnium consummationem
cófirmatione, subsequente per orationes suas om-

nia explicita sunt . & totum corpus, iuris purgatum est. In
101 eod.tex.ibi tam græca lingua quàm romanorum, † Accur.
id refert, ad scientiæ originem. quia omnis ars orignaliter à
græcis habetur, nam compilatio primò latinè facta fuit, vt
euidenter probatur in.l.ij.colum. penul.in.§. hoc autem.C.
de vet. iur. enuc. ad idem est glo.in.l.ij.super verbo, constitui.
in fin.infra de ori.iur.sequitur Cyn.allegans.l.j.ff. de excus.
tuto. corroborat hic Alber. per regulam.l. cum filius in
102 §. hæres.ff. de lega.j. † vbi dicitur, non est omnino falsum,
quod primordio veritatis iuuatur, facit quod scribit Fely.in
rubr.de constit. colum. fin.ex cuius dictis collige rationem
103 quare cópositio facta fuerit in lingua latina, † quia est communior,
& constitutio indifferenter omnes cócernens nationes
in cómuniori lingua fieri debet, vt ibi per eum, contra
quem est glo.not.in.§.nos igitur in verbo voce, in auct.
de non alie.colla.ij.probans linguam græcá esse magis communem;
vt ibi expressè text. dicit. secundum verò Alberi.
hic licet habito respectu ad vniuersalem cópositionem leges
fuerint latinæ compósitæ, aliqua tamé græca verba infecta
fuere in cópilatione.fforum, facit quod referendo Politianum
super verbo, pandectarum dixi . Ex quibus infero
posse hunc text. planè legi, quòd prædicta fuerint explicata
tam græcè quàm latinè, quum non tantú latinè, sed & græcè
multa fuerint disposita, quibus etiam consequens est obseruari
debere, quę plerunq; in iure scripta gręcè inueniun-
104 tur, † testis Alberi. hic. colum.iiij. Ad declarationem verò
præall.§.hoc auté aliqua scribit Alc.lib.2.dispunctio.ca.24.
Iuris ergo ciuilis origo, ex gręcis fluxit, vt dicit tex.in.§.penul.
in institu. de iure naturali. & leges per legatos Rom. ex
græcia allatæ, græcæ fuerunt , & græca lingua compositæ.
Liuius in.3.ab vrbe cõdita, iam inquit redierant legati cum
legibus atticis, &c. posteà decem viri cóstituti à Rom. fuere,
qui rem ad Rom. consuetudines accommodantes in latinum
sermonem translatas , ac compositas publicauerunt,
& proposuerunt, secundum Isido. relatum in.c.2.distin.vij.
decreti, Liuium loco præall. Fenestellam de Rom.magistr.
& Diodo.lib.10. idque patet ex.l.ij. in.§.pen.C. de vet.iur.
enuc.ex.l.ij.in.§.posteà ne diutius, infra de orig.iur.&.§.pe.
insti. de iure naturali. quamuis in fronte pandectarum fuerit
appositum græcum epigramma , & multæ leges græcæ
editæ fuerint , & perperam sæpè in latinú sermonem translatæ;
vt per Ange. Politianum in suis epistolis , & retuli in
principio istius procemij, attestáturq; sæpè alij scriben. Authenticorum
verò plures cóstitutiones, græca voce tanquá
communiori conscriptæ fuerunt, vt dicit tex.in auct. de nó
alienan.colla.ij.in.§. nos igitur ibi non paterna voce hanc.l.
conscripsimus, sed hac communi, & græca. Aduertendum
est etiam pro declaratione text. quod illa verba, per orationes
nostras, non designant vniuersas leges, prout Accur. &
docto. intellexisse videntur, sed exponenda sunt, i.per leges
nostras mandantes, & cófirmantes prædicta, post omnium
consumationé, vt in tertio intellectu præcedentis apostillæ
dictum fuit : & est mentis Alb.hic colum.iij. dum ait se intelligere
per illa verba, de.l.j.&.ij.C.de vet.iur.enucl. In eo.
tex.ibi, quas & æternas fieri optamus, expone, id est sempiternas,
vt per glo.l. eum debere infra de seruitu. vrba. prædio.
Ex quo collegit hic Alberi.colum.viij. legem non tolli
per desuetudinem, aliàs non essent leges æternæ, vt hic dicitur
de quo Alexand. consi.116.colum. penul.volum.ij. vbi
105 ponit, † quòd licet lex non tollatur per nó vsum, tamen benè
tollitur per contrarium vsum, vt ibi pulchrè per eum, &
per Moderniorem Papiensem, in tract. de consue. in rubr,
in.ix.colu.& latius videbimus in sequenti.§.post Bart. in.v.
nota. In eod. text. ibi professores, id est doctores, eo quòd
106 scientiam se scire, & posse publicè tradere profitentur, † de
quo Bald. in aucten. habita, colum. secund.C. ne filius pro
patre. adaptatur tamen id, vocabulum etiam ad scholares,
text.est in rubr. & in.l.prima.C.qui ætate. vel profes. se excusent,
libro decimo . In eod. text. ibi, necessarium an pro
vtili exponi possit . vt facit Bart. dicam in principio.leg. secunda,
infra titulo secundo. In tex.ibi, diuinam orationem,

107 † nota hanc constitutionem diuinam appellari, & pariter
omnes leges dicuntur diuinitus per ora principum promul-
gatæ, & ligant in foro conscientiæ. cap. fin. decima sexta
quæstione tertia. notatur in l. fin. C. de præscrip. long. tem-
po. Iaso. in repetitio. l. nemo potest, in secunda lect. colum.
18. versiculo quarto moueor. ff. de lega. primo Fely. in cap.
primo colum. 14. versic. limitatur quinto. vbi Dec. colum.
septima versiculo successiue Abbas, quærit de constitutio.
Barba. consil. j. colum. iij. & penul. volum. j. Dec. in rubr. de
constitu. colum. j. in. j. lectione. Fel. in c. in amnoi. ad fin. pri-
mæ colum. de testi. vbi de iustis intelligit. In tex. ibi quam
cæteri antecessores probat, secundũ Bal. illud vulgare quod
vni dico omnibus dico. Ad ti. illius principij ibi, inclytam
viam eruditi legitime possint ambulare, in sequen. §. coniun-
git præpositionem per, dum ait, per quos ambulandum est,
108 † differunt autem ambulare, & incedere, nam incedere est
molliter, & grauiter ire, ambulare est, ire gradatim, vt ita com
posito nec modo, Valla in eleg. c. 478. Postremò opponitur
quòd malè sit hæc constitutio Iustiniani in ff. posita, quum
totus hic liber iureconsultorum sit. Accur. supra in rubr. in
verbo antecessoribus soluit, quòd facta fuit hæc constitutio
post compilationem digestorum ad designãdum ordinem
legendi libros, de quibus hic loquitur, vide secundum Bal.
109 hic colum. iij. † constitutio nostra nõ est de ff. sed præter ff.
vel secundum Cynum auctoritate Iustiniani facta fuit flo-
rum compilatio. sicque sua meritò dici potest, quia omnia
nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur. l. ij. §. quę
omnia. C. de vete. iur. enucl. Capio glo. primam super ver-
bo omnem sanctionem, quam diuido in tres partes: In pri-
110 ma declarat quot modis dicatur sanctio; † In secunda de-
clarat text. in versiculo nostræ reipu. Et sumpta occasione
disputat nunquid omnia sint principis, ratione iurisdictio-
nis, an vero etiam ratione proprietatis. In tertia de signifi-
catu verbi reipu. se remittit. secunda est ibi, & quòd hic di-
cit. tertia ibi, item nota articulos. Glo. satis declarauimus,
apostillando literam. Circa secundam partem glo. ibi, fauo-
re militiæ, melius declara, vt per Bart. supra in secunda col.
quia gl. in aliquibus decipitur, & dum allegat librum regum
est libro primo. cap. 8. Ad l. j. C. de ven. rerum fis. dicit hic
111 colum. vj. Albe. † concurrere vltra communionem, fauo-
rem fisci, alia glo. malè diceret, vt per eum, de quo recurre
ad Fely. in c. quæ in ecclesiarum de constitu. colum. 13. ver-
siculo primo enim limitat. & colum. 18. versicu. vj. decla-
ratio. Glo. super verbo, purgatam, ad contrarietates refero,
sed quomodo istud procedit quum tot sint in iure cõtraria,
responde videri sic prima facie, sed re vera non sunt, omni-
bus bene intellectis. & iudice Bald. hic, sunt ista contraria
112 multum vtilia, † quia ex resolutione cõtrariorum plena re-
sultat materiæ cognitio, & hinc sumpta, occasione tractat
bellissimè Bald. colum. iiij. de modo soluendi contraria, &
argumenta, quæ tribus modis solui dicit per aliter, & aliter,
per aliud & aliud, per simpliciter, & secundum quid, vt per
eum, cuius dicta magnificat, & extollit Seuer. in tracta. de
modo studen. colum. 14. versi. 10. consulo. faciunt quæ pul-
chrè ponit Albe. supra in præfa. colum. j. Subaudit secundò
glo. purgatam esse sanctionem similibus, nec obst. quòd re-
113 periantur plerunq; similia, & leges penitus similes, † vt in l.
veteribus, infra de pact. & l. labeo. infra de cõtrahenda em-
ptio. melius in l. legem. C. de pact. quæ formaliter ponitur
in l. j. C. de pact. conuen. & in l. ex conuentione. C. de pact.
quæ etiã ponitur. in l. j. C. sine censu vel reliqui. & in l. si quis,
in conscribendo. C. de pactis. & de episcopis, & clericis &
in c. significantibus. de lib. obla. & de appellationi. Bald. &
Albe. hic soluunt tollerari istud diuersis respectibus propter
diuersitatem titulorum, faciunt enim ipsæ leges de materia
ipsorum titulo. idem dicit Fely. in proœ. rex pacificus cir-
ca finem in versiculo. vfallit. Ad quod ego homuncio alle-
go in terminis text. singularem de hoc in l. secunda, in viij.
colum. versicul. quia omnium. C. de vete. iur. enucl. In eo-
dem autem titulo dicunt, præfati doctores similia non in-
114 ueniri quia superfluitatis esset vitium, quod intelligo † nisi
saltem ponerent, diuersitatem in facto, ita pondero velle
Abb. & Ioan. de Anna. in capitulo fina. de homicid. Quæ
autem dicantur similia latè traditur in capitulo translato. de
constitutio. Subaudit tertio glo. sanctionem esse purgatam
inutilibus, & superfluis. §. quibus in prima constitu. C. quod
adeò verum est, vt etiam syllaba vna superfluere in iure nõ
115 debeat, † glo. l. j. in principio infra quod metus causa. Bart.
in l. transigere, in prima oppositione. C. de transactioni. Et
omne verbum quamuis minimũ in omni dispositione de-
bet stare cũ ministerio operandi, si fieri potest, vt plene per
Barbat. in consi. 44. colum. iiij. volumine. ij. & consi. 20. co-
lum. iiij. volumine. iij. Iaso. in l. si conuenerit. colum. 6. infra
de iurisdictione omnium iudicum Fely. in ca. j. de rescri. in
cap. solitæ. colum. iij. de maiorita. & obed. in cap. j. col. iiij.
de constitu. in capitulo quam sit ad finem de iudæ. Quan-
doq; tamen in l. vel dispositione verborũ ponitur inculca-
116 tio, † iuxta glo. in l. certi conditio. in principio infra si certũ
petatur aliquando verba ponuntur, & exagerantur ad abun-
dantem cautelam, vt per Alexa. in l. Gallus. in §. quidam in
princ. ff. de liber. & posthu. Argumentumq; hoc de super-
117 fluitate adeò debile est, † vt quasi puerile plerisq; videatur,
quum multis modis, excusetur superfluitas, vt per Perusinũ
in c. Cum Christo de summa trini. lib. vj. Fely. in proœ. rex pacifi-
cus colum. fin. & cap. eam te. colum. 12. in fine de rescrip. in
c. solitæ. colum. iij. de maior. & obed. pulchrè Deci. in con-
sil. 222. colum. fin. & in l. ij. §. fin. colum. 6. ff. si certum peta-
tur, Abba. & Ioan. de Anna. in c. fi. de homic. Abba. in cap.
aduersus. in primo nota. de hæret. Riminal. in rub. infra de
iurisdictio. omnium iudicum. colum. ij. Moderniores Bo-
118 nonien. in repetitio. rubr. C. de probatio. col. vj. † ex quo-
rum dictis multum posset exornari text. præalle. §. quibus.
119 Glo. in verbo cõpositam. ponit differentiam † inter com-
ponere, & promulgare de quo pulchrè Aret. in proœ. insti-
tio. in. §. quorum. super glo. promulgaris. Glo. in verbo. flo-
rum diuiditur in duas partes. in prima vim vocabuli decla-
rat, in secunda quæ est ibi, & not. ponit vnum nota. & quia
prima est expedita ex his, quę in tex. diximus. colligo ex se-
120 cunda, † nõ attendi ordinem literę quãdo constat de cer-
ta dispositione, licet ergo hic in ordine literę, primò institu-
tiones præmittantur. secundo liber digestorum. tertio lib.
C. tamen ex quo patet ex proœ. insti. & l. ij. C. de veter. iur.
enucleando, non sic processum fuisse, nõ attenditur hic or-
do, secundum glo. & Alb. ponentem in. iij. colum. de ordine
attendendo, & pulchrè etiam Bal. colum. iij. dicens ad pro-
positum hic non præposterari ordinem, quia diuerso respe-
ctu loquitur, scilicet respectu docendi non respectu compi-
lationis, de qua materia etiã per scribentes in l. ij. in. §. pilus.
de vulgari. & Fely. in c. inter monasterium. colum. iiij. de re
iudicata. De ordine compilationis horum librorũ videnda
sunt quæ circa figurationẽ casus scripsimus. Glo. finalis quia
aliæ sunt expeditæ, exponit antecessores, id est successores,
& approbatur per Alber. supra in verbo antecessoribus co-
lum. iij. vbi latè de vi vocabuli scripsi. Finis principij.

Ex. §. itaque.

De Papiniano vide quæ dicuntur nume. 131.
Scholares primo anno studij quidnam discere deberent. 135.
Legalis scientia an sit ars, 137.
De concordia dictorum testium. 140.
*Leges quomodo, & qualiter per desuetudinem, tollan-
tur.* 142.
Nihil faciendum præpostere. 144.
Non esse discipulum supra magistrum. 148.
Legalis scientia architectonica nuncupatur. 151.
*Verba ad personam relata secundum qualitatem illius intel
ligi debent.* 154.
Quibus titulis honorificè nuncupentur doctores. 156.
Doctores debent scholares docere omnia quæ sciunt. 157.
Testimonium posse sine iuramento fieri. 158.

Sequitur

Sequitur.§.Itaque.

Nouum docendi modū Iustinianus hic summatim tan-
git, vtilitatem ostendens, & antiquam docendi formam re
121 fert. Vt nihil antiquitatis ignoretur. Diuido † hunc.§.duas
occupantem col. vsq; ad versi. nos verò tantam penuriam,
in nouem partes gratia clarioris intelligentiæ, in prima po-
nit, quid hodie scholaribus debeant magistri legere. In se-
cunda dicit velle ordinem legendi manifestare, verum an-
tea se commemoraturum antiquum tradendi modū, vt no
uæ compositionis vtilitas appareat, & antiquitatis nihil re-
linquatur incognitum. In tertia ponit quid olim à voce ma
gistra acciperent discipuli. In quarta à generalibus ad parti-
cularia descendens, tradit quid in primo anno acciperent.
In quinta quid in secundo. In sexta quid in tertio. In septi-
ma quid in quarto. In octaua inferēdo scribit, quòd ex im-
mensa legum multitudine pars minima recitabatur. In no-
na, & vltima concludit fuisse prædicta antiquæ eruditionis
monumenta. secunda pars est ibi, sed ordines. tertia ibi, an-
tea quidem. quarta ibi, & in primo quidē anno. quinta ibi,
in secundo autem anno. sexta ibi, in tertio. septima ibi, his
igitur. octaua ibi, & si quis. vltima ibi, & hęc. Casus ex men
te Cyni sic ordinari potest. dixerat imperator rectam do-
cendi viam se traditurū, voti igitur reus, se liberare volens,
Expediens proculdubio esse dicit, primò institutiones lege
re, quæ totius scientiæ iuris prima continent vestigia, inde
sufficere ex libris quinquaginta. florum, sex & viginti legi.
hinc subijcit tempestiuum esse, ordinem legēdi manifesta-
re. sed antea se commemoraturum antiquam docēdi nor-
mam, vt appareat nouellæ cōpositionis vtilitas, & nihil an-
tiquitatis ignoretur. Dicit igitur ꝙ ex tanta legum multitu
dine quæ in duo millia librorū, & tricies centena millia ver
suum extendebatur, sex tātum libri, & confusè legebantur,
in quibus erant libri duo institu. & libri quatuor singulares,
primus de rei vxoriæ actione, secundus de tutelis, tertius de
testa. quartus de legatis, quos non legebant per consequen-
tiam, sed per partes multis omissis, erat hic antiquus inutilis
& pernitiosus legendi modus. quo remoto Iustinianus aliū
122 in.§. sequenti tradit. In tex. ibi itaq; † continuatiuè & illa-
tiuè secundum Alber. legi potest, quia dixerat, quod modū
legendi traderet hic incipiens ait, legendas primum institu-
tiones, &c. de significatu dictionis itaq; latè scripsit Alber.
in dictionario. in versic. itaque. In tex. ibi, vendicare locum
123 † vendico idem est, vt sic dicam quod approprio, ac meum
esse dico, vindico, vlciscor, & aliquando ab iniuria iactu-
134 raq; defendo, Valla in eleg. In tex. ibi, prima vestigia, † idest
principia secundum Bald. vel exponas, i. primas impressio-
nes, vestigium enim est pedis impressio, i. signū à pede reli-
ctum. Virgil. Et gradiens ima vertit vestigia cauda. & in
proœ. insti. variato loquendi modo prima legum cunabula
125 dixit. In tex. ibi tempestiuum, † id est tempus debitum, si-
cuti intempestiuum. i. ante tempus. l. ille à quo.§. intempe-
stiuum. ff. ad Trebellianū, & l. si hominem in prin. ff. de po-
si. veteres enim tēpestiua, opportunā, matura, suo tempore
acta dixere, opportunum igitur, & cōgruenti loco est, dicit
Iusti. manifestare, &c. nam Augustus in sermonibus, & epi
stolis suis admonere solitus traditur, vt ad rem agendam si-
mul adhiberetur, & industriæ celeritas, & diligentiæ tardi-
tas, ex quibus duobus contrarijs fit maturitas, & opportuni
tas, auctor est Gel. c. 11. lib. 10. In tex. ibi vestra sit pruden-
126 tia. † Affranius poeta antiquus eam opinatus est vsus, & me
morię filiam, hinc scriptum reliquit. vsus me genuit, mater
peperit, memoria, sophyam vocant me graij vos sapien-
tiam, vt latè per Gel. ca. 8. lib. 13. In tex. ibi, omnibus deuijs
127 † à recta via deorsum, & remotū, deuium dicitur. ideò Ho
ratius scortū deuium dixit, & Proper. Letor ꝙ sine me de-
uia rura colis. In tex. ibi, passim, & quasi per satyram colle-
128 ctum, † Accur. passim, id est indistinctè intelligit. Albe. per
passus, & saltus exponit, hoc est quod sequitur, & quasi per
satyram, quasi dicat, libros ipsos cōtinuando materias non
legebant, & melius quadrat. Valla elegantiarum cap. 439.
reprehendit ponentes passim, indistinctè, & vbiq; pro eo-
dem, sed passim quasi passu distante, & sparsim, quod ex se-
quentibus declaratur dum in tex. subijcitur, & quasi per sa-
tyram. i. per saltū, sicuti faciunt satyrici qui modo hūc mo-
do illum tangentes, de vitio in vitium arguentes labuntur.
129 In eod. tex. ibi & ista, s. pars nuncupationem πρῶτα † id est
primam meruit. πρῶτον enim primū significare latinè, ne-
mo est qui nesciat, & clarè exponit tex. infra in versi. in re-
liqua verò, & vicissitudo de qua facit mox imperator men
130 tionem † alternatio est, Cicero nihil est aptius ad delecta-
tionem lectoris, quàm temporū varietas fortuneq; vicissi-
131 tudines, &c. In tex. ibi ad subtilissimum Papinianum, † in
sequen.§. pulcherrimus, & maximus appellatur in l. cum vi
rum. C. de fideic. prudentissimus. in l. cum acutissimi eo. tit.
acutissimus in l. cum Papin. C. de senten. & interlo. om. iud.
summi ingenij vir in l. j. in.§. sed neque. C. de vet. iur. enuc.
splendidissimus, itaq; fuit semper, & vbiq; à Iustiniano, &
iurecōsultus honorificentissimè citatus, & nuncupatus. Se-
uero imperatori amicissimus fuit, & vt alij volūt affinis per
secundam vxorem, ad hoc pręcipuè vtrunque eius filium à
Seuero commendatum, ipsumq; cum Seuero sub Sceuola
professum aiunt, auctor Spart. in Antonino, vbi iuris asyl-
lum, & doctrinę legalis thesaurū eum prædicat, vitam cum
morte commutauit ætatis suæ Anno. 38. vt ex eius constat
Epitaphio, per Soz. in relato in repet. l. cum auus. col. j. ff. de
condi. & demon. De nece tanti viri, alij alia referunt, quan
doquidem ab Antonino qui anteà Bastianus dicebatur, qui
dam occisum dicūt, eo ꝙ parricidiū excusare noluisset, vt in
Seuero Spartianus tradit, alij Bastianū occiso fratre Geta,
Papiniano mandasse, vt & in senatu per se, & apud populū
facinus dilueret; illū autem respondisse non tam facile par-
ricidium excusari posse, quàm fieri, ideoq; in cōspectu Ba-
stiani eius iussu à militibus, fuisse Papinianum occisum, &
tractum cadauer per plateam, sine aliqua humanitatis reue
rentia, Indeq; filium Papin. qui ante triduum quæstor opu-
lentum munus ediderat interemptum, vtcunq; sit constat
Papin. quasi fautorem Getæ occisum. testis Spartia. in An-
tonino. hocq; cōtingit circiter annos salutiferi partus. 214
quo tempore dictus Bastianus imperij colluuies Caracalus
cognaminatus regnauit, vt ex Eusebio Cæsarensi, & alijs
historicis colligitur. auditores habuit Iureconsultos splen-
diss. vt Lamp. in Alexan. refert & supra in rubr. retulimus.
hæc sunt quæ puto tradi posse de nostro Papini. viro nun-
132 quam satis laudato. In tex. ibi, pauliana responsa, † hic Pau-
lus Patauinus Iuriscon. peritiss. fuit, cuius cons. Alexan. Se-
uerus remp. felicissimè rexit, discipulusq; fuit prædicti Pa-
pini. & eius non semel est mentio apud Lamp. loco præall.
133 In tex. ibi, monumēta, id est documenta, † differunt autem
monumenta, & munimenta, vt per Vallam elegantiarum
134 capi. 256. Nota nunc primò ex princ. illius.§. † oportere
scholares in primo anno studij institutiones discere. Bar. ne
cesse pro vtili accepit, & est equidem vtile nō omnino ne-
cesse, habui ego peritissimum socium, qui illotis vt ita dixe
rim pedibus ad ordinarias prorupit lectiones, omissis insti-
135 tu. & præstat idem tex. † argu. secundum Bald. quod sicut
natura incipit ab elementis, ita ars grammatica à literis, nec
cognoscūtur principiata nisi cognitis principijs. l. j. ff. si cer.
peta. nos à primis legum cunabulis, quæ sunt principia ar-
tis. facit.§. minorem instit. de adop. principia enim in vno-
quoque genere, testè Philosopho. poste. primo, sunt illa, quę
quum sint vera, nō contingit demonstrare in illa scientia in
qua sunt principia, sed ea necesse est accipere, alia verò quæ
sunt ex principijs demonstrare. Secundò not. Bald. ex hoc
136 text. † ꝙ imperator imitatur artem oratoriam, recitat enim
vetera vt noua appareant pulchriora, & sic opposita iuxta se
posita clarius elucescunt. est regula Philoso. in suprimi libri
Elenc. dum ait appositis iuxta se cōtrarijs, & maiora, & ma
gna videntur. & peiora & meliora. in secundo verò de cęlo
ait, quod opposita sensibiliora sunt iuxta se posita. & vt au-
ctor est hic Cynus, hoc bene sciunt istæ dominæ, quæ ancil
las deformes capiunt, vt ipsę pulchriores videantur. Tertio

137 not. ibi, artis, ꝙ legalis scientia dicitur ars, † de arte plura hic
& in suo dictionario in verbo ars, scribit Alber. & vult in
statutis appellatione artis non venire hanc scientiã, propter
communem vsum loquendi repugnantem, secundũ quem
debent intelligi & interpretari statuta, vt latissimè per Fel.
in proœ. decreta. in prima charta. Aquens. etiã in. l. j. in prin.
in gl. ars. ÿ. tit. j. damnata glo. ibi dicit quod non dicitur arti-
ficium, neque legum professores artifices dicuntur, per tex.
not. in cap. relatum el. ij. ibi, artificio aut doctrina de testa-
men. Ego inuenio gl. illã, pulchrè approbari per Barb. in. d.
ca. relatum ad fin. iiij. col. respondendo ad tex. illum, pro qua
glo. allego tex. in. l. societatem pro socio, vbi propriè tex. ap
pellat artificium scientiam intellectualem. fateor tamen ꝙ
propter communem vsum loquẽdi aliud esset, vt proximè
138 retuli Alb. dicere. Dicitur autem ars, † quodlibet exercitiũ
exigens doctrinam, auctor S. Tho. ij. q. 96. arti. j. vbi dicit,
ꝙ ars est virtus intellectualis, & ita dici potest ars ab arctan
do, eo ꝙ artis regulis, & pręceptis nos arctet, vt dicunt Phi-
los. Quid autem proprie veniat appell. artis in statutis. po-
nit Cor. consi. 318. colum. ij. vol. j. Et vide gl. in. l. j. ÿ. de iu-
sti. & iu. Quartò not. ꝙ olim maxima erat legum multitu-
139 do, † quę extendebatur in duo millia librorũ, & tricies cen-
tena millia versuum. Sed aduer. quia tex. in. l. ij. sed quũ om-
nia. C. de vet. iu. enuc. allegatus hic ab Accur. in duobus re-
pugnare videtur. primo enim dicit, ꝙ illa extensio erat pe-
ne in duo millia librorum, i. quasi, quũ sit diminutionis no-
ta. secundò dicit plusquam tricies centena millia versuũ, re-
spon. secundum Alb. per regulam. l. cum furti. ÿ. de in lit. iur.
quia quod pluris est, vtiq; tanti est. & illud pene est philoso-
phicum temperamentum, vt etiam. ÿ. in. §. discipuli. cum gl.
sicq; nulla est contradictio. Inducit prædicta Alb. ad quæ-
140 stionem testium, † quorũ vnus deponit Titium possedisse
annis decem, alius decem & plus, vel quasi decẽ quod erunt
concordes, vt mox prędictos cõcordauimus tex. sunt enim
concordandi si cõmodè fieri potest, vt per eum. de qua ma
teria traditur per Alexan. in. l. & si post tres. ÿ. si quis cau. in. l.
ex facto in. §. item quæro. ff. de vulg. & pupil. in consil. 543.
vol. ij. & consi. 20. & 43. vol. iiij. consi. 93. colum. ij. 99. colu.
pen. 149. colum. ij. semper in. v. vol. plenè Rom. consi. 390.
Sozi. consi. 92. vol. iiij. amplè Fely. in cap. cum tu, de testib.
omnes in. l. ij. §. fi. ÿ. si cer. pet. quomodo autem stent illa ver
141 ba, tricies centena millia versuum, † Parp. hic sequitur Ac-
cur. in. §. sed cum omnia. prælle. exponentem versuum, i.
legum seu paragraphorum. sed leuis est declaratio, recurras
ad Seuerinum in trac. de modo studen. colum. 16. cum seq.
& colu. vlti. vbi eleganter hunc tex. declarat numerando le-
ges, & lineas librorum huius nouellæ compositionis. Con-
uenit cum prædictis ꝙ in secundo de oratore scribit Cicer.
heri ait nobis, Crassus hoc pollicitus est, se ius ciuile quod
nunc diffusum, & dissipatum est, incerta genera coacturũ,
& ad artem redacturum, quod haudquaquã ei difficile erit,
qui & quod disci potuit de iure didicit, & quod his qui eum
docuerunt defuit, ipse affert, vt quę sint in iure vel acutè de-
scribere, vel ornatè illustrare possit. si vis scire quid dispone
ret lex portia, cinthia, oppia, gabinia, annaria, scatinia, & plu
res aliæ de quibus Cicero, & Liuius sæpè mentionẽ faciunt
vide Philelphum in epistola ad Federicũ Corneliũ. Quintò
not. quòd olim ex maxima multitudine librorum antiqui-
tus staintium, paucos admodum magistri legebãt. alij in vsu
142 non erant. ex quo sequitur, † tolli legem per desuetudinem,
quæ contrarium vsum implicitum habet. nec mirum, quo-
niam si leges, consensu vtentium approbantur, mirari non
debet, si contrario consensu non vtentium reprobentur, vt
in. l. de quibus infra de legibus, aliàs secus. vt latè per Iason.
in d. l. de quibus in. vj. not. Fel. in cap. j. colum. 3. cum seq. de
treuga. & pace. vbi in. v. colum. declarat verba Bar. hic dum
ait deuiando seu diuertẽdo à recto intellectu, de quo etiam
per Moder. Papi. in tract. consuet. super rub. in. ix. col. adde
tex. institu. de iniu. in. §. sed pœna quidem ibi, in desuetudi-
nem abijt. & dum subijcit, quod frequentata est alia diuer-
sa pœna in iudicijs, sic bene probatur, quòd ad tollendam
legem vltra desuetudinem contrarius, seu diuersus requiri-
tur vsus. Faciunt quę scripsimus, supra in principio super il-
lis verbis æternas, fieri optamus. Sextò no. in versic. & pri-
143 mo quidem anno, † quid olim discipulis primi anni legere-
tur, quia legebantur sibi tunc existentes libri per saltum, &
fortè vt discipuli plurium cognitionem haberent, id facie-
bant, & olim & hodie leges in scholis, legi debere institutũ
fuit, quia vt ait Petrarcha in prima epistola lib. 14. senilium
epistolarum. senescunt prope iam Romanæ leges, & nisi in
scholis assiduè legerentur, proculdubio iam senuissent. Se-
ptimò subsequenter not. processum qui antiquitus anno se-
cundo fiebat, arguitq; imperator hic antiquitatem de præ-
posteratione, quia tradebat anno secundo primam partem
legum, quod in primo anno facere debebat. Ex quo notant
144 Bald. & Albe. † præposterè nihil faciendum, id est ordine
turbato, tangitq; Alberi. an ordinis pręposteratio viciet, de
quo per omnes in. l. præposteri. C. de testa. facit tex. notabi-
lis in cap. si quis præpostera, quinquagesima distin. Octauò
not. in versi. in tertio, processum tertij anni, reprehendit pa-
riter Iustinianus antiquitatem, eo ꝙ ex multis, & amplissi-
mis pauca, & breuissima discipulis traderet, ita ꝙ scientes,
& nõ plenè instructi ab eis recederent, ex quo patet nõ esse
145 ita inseruiendum breuitati. † vt quod vtile, & sanũ est omit
tatur, hinc Speculator ait in titu. de aduo. in. §. consequenter
colum. j. ꝙ breuitas debet esse talis, vt de contingentibus, &
necessarijs nihil omittatur, ne ex nimio compendio, ad ma
gnum deueniatur dispendium. allegat hunc tex. faciunt scri
pta in glo. purgatum. & ÿ. in. ij. nota. §. illud autem. & Fely.
in proœ. decreta. colum. j. Dec. in. l. j. in prin. de reg. iur. om-
nes Mod. in. l. j. per illum tex. ÿ. si cer. pe. cum alijs quæ scri-
bit Paris puteus in tract. sindicatus fol. vj. colum. iiij. sub tit.
de ex. aduo. & dixi supra in epistola dedicatiua operis. c. 162
146 Nonò nota ibi sitientes, † recedendum non esse cum siti à
loco vbi potus maximè abundat. Decimò in versiculo, his
147 igitur, † quòd in quarto anno discipuli discebant per se pau-
liana quædã responsa, quæ in scholis per se recitabant, erat-
que hic studij, & antiquæ prudentiæ finis. hunc quarti anni
processum Iusti. reprehendit, quia hæc responsa accipiebãt
imperfectè, & sine bona consequentia. Paulus autem lati-
nè medicus græcè quietus interpretatur. Vndecimò not.
148 ibi, amplius discipulorum peritia, † nõ esse bonum docto-
rem qui plusquam discipulus nescit. ex quo no. Bal. non es-
se discipulum supra magistrum, facit text. in ca. relatum. 37.
distinc. & in cle. j. de magist. vbi Car. no. & Fely. in c. pasto.
colu. fi. de iud. multi tamen discipuli magistris suis doctio-
res effecti sunt, nanq; quòd Maro, & Cicero, longe doctio-
res doctoribus suis fuerint, nemo vnquã addubitauit, quàm
illorũ doctrina, & nomina in vulgus ignota sint, aut per di-
scipulos cognita. & fuit sanè hoc necessariũ, vt discipuli me-
liores magistris existerent, alioquin ingenuę disciplinæ om
nes iam decoxissent. & est veteri in adagio multi discipuli,
meliores præceptoribus. & eleganter ponit Cice. in lib. de
cla. ora. de Seruio Sulpitio qui Gallum Aquilium, & Lucil-
lum Balbum præceptores suos longo post se reliquit inter-
149 uallo. Vltimò not. ibi, perlegere festinabatis, † quòd lege-
re adaptatur etiam studentibus, veniuntque in dispositione
faciente mentionem de studente secundũ Parp. hic tamen
præsens text. oppositum potius probat, refertur enim ver-
bum perlegere ad magistros, & doctores, qui volebant ali-
quid vltra perlegere, vt scirent plusquã discipuli, iste est ve-
rus sensus tex. nostri. De veritate articuli an studentes com
prehendantur, in dispositione faciente de legentibus men-
tionem, scribit, Fely. in cap. primo, colum. ij. de magistr.
latius in proœ. decre. colu. ij. & vj. Pro declaratione glosæ
primæ ibi breues, & vtiles, vide quæ diximus, in principio
cõstitutionis in glosa purgatam, & supra in octauo not. Pro
declaratione autem secundæ glos. exponentis studijs, id est
150 studentibus, & sic continens pro contento, † addas glos. j.
l. solet, infra de offici. procon. & lega. & glos. l. diuus, infra
de fer. menti tamen imperatoris expositio hæc non con-
uenit, ideò glo. ij. & melius pro loco studij capit, faciunt quę
scribit

scribit Fely. in proœ. decre. colum.ij. restringit inde glos.
tex.ad loca idonea, faciunt latè aggregata per Ias.in.l. quod
cunque.ff.de verbo.oblig.per omnes.l.penul.C. qui admit-
151 ti,† ꝙ verba quantumcunq; vniuersalia,restringũtur ad ha-
bilia.Glo.super verbo, cuiuscunq;, est facta timore huiusce
contrarij, dicitur in tex.ꝙ in institutionibus, traduntur ve-
stigia cuiuscunq; sciẽtiæ,falsum videtur,quia iuris sciẽtia tan
tum ibi continetur,glo.propterea exponit.i.totius, scientiæ
iuris,sicq; vniuersalis pro integrali stat. Non est tamẽ omit-
tendum ad propositum istorum verborum,cuiusq; scientię
152 tradentes vestigia, ꝙ legalis scientia, † dicitur architecto-
nica,i.de omnibus alijs disponens, & cui omnes aliæ ancil-
lantur. secundũ Bar. in prima figura tyberiadis,allegantem
Arist. Ethicorum primo, vbi in.j.c.ait, videmus honoratis-
simas facultates ciuili sciẽtię subesse, vt rem militarẽ, echo-
nomicam,rethoricam cunq; scientijs reliquis in.16.ca.ex-
pressè ait,ciuilem scientiam honorabiliorem,& præstãtio-
rem esse quàm medicinam, & de arte architectonica, plura
scribit Budeus.in.l.vlt.infra si messor fal. mo. dix. Et Alex.
in consi.177.colum.iij.lib.vj.cum alijs,qui adducentur in.l.
vnica.in.§.j.infra si quis ius dicen.non obt. Glo. super ver-
153 bo, perpetui, exponens,i.generalis, † id facit sentiens nihil
esse perpetuũ sub sole.l.eum debere.j.de ser.vrb. pręd.adde
Alexandrum in princ.l.ij.ff.sol.matr.Bar.in rub.C.de nouo
codice fa.col.fi.Cor.consi.59.vol.ij.Deci.alleg. multa con-
silia de significatione huius verbi perpetui, in.l.edita. col.fi.
C.de eden.Glo. in verbo passim malè exponit, vt diximus
apostillando literam in verbo,passim. Glo. super verbo, in
secundo,intelligit ꝙ prima pars hic relata,quæ descenden-
tibus,secundo tradebatur anno,illa esset quæ hodie est,pri-
ma pars legum, sed quis dixit Accur. primã partem quam
nunc habemus fuisse etiam tũc primam, intelligo igitur de
prima parte secũdum tempora illa, verba enim ad aliquem
relata terminum, secundum illius qualitatem, & conditio-
154 nem intelliguntur.† l.plenum in.§.equitij.ff.de vsu,& hab.
cum accumulatis per Fely.in ca.causamq; col.x.de res.hinc
dixit Ang.in cons.284.col.fi.incipit exorta, ꝙ verba quan-
tumcunque generalia in omni dispositione restringuntur,&
regulantur ad causam, & secundũ causam de qua cogitant,
ꝙ agunt disponẽtes,per tex.§.Lucius.l.emptor.j. de pactis,
& per doct.diffusè in.l.j.C.de sacro.eccl. sed ista verba,pri-
ma pars,ad illum antiquum legendi modũ referuntur,ergo
de prima parte tunc existẽte, debẽt intelligi, vt qualitas ad-
iecta verbo,secundũ tempus verbi, intelligatur. Gl.in ver-
bo, vacuæ, intelligit quod hic dicatur vacua notio, scientia
quam à magistris accipiebant discipuli,eo ꝙ tunc vacabant
155 in scholis, † ridicula est expositio, quamuis enim vacare sit
studio operam dare,cautum tamen non est, ꝙ scientia dica-
tur vacua, imò vacuũ inane dicitur, ideò aliter declaro va-
cuæ notionis,i.magnæ scientiæ, vacuum enim quandoque
magnũ dicitur. Vir.saltibus,in vacuis errant.i.magnis. Item
ibi vacua atria ditis,i.magna. Estq; huius literæ sensus, ꝙ si
computaret quis ea quæ olim per magistros, ex tãta legum
multitudine recitabãtur, vix inueniet sexaginta millia ver-
suum,eos,vacuæ notionis,perlegere,idest magnæ scientiæ,
propter tantam legũ multitudinem, ni fallor, huius subob-
scuri tex. hæc vera est interpretatio. Gl.sequens ex tex.col-
156 ligit doctores magistros appellari,† Alb.hic, & latius super
gl.rub.in verbo antecessoribus alios addit titulos,ꝙ vocan-
tur,antecessores, præceptores, domini, magistri, professo-
res,sacerdotes, & patres,de quibus etiã per Fely. in.c.j. col.
fi.de magist.ponentem,cur legistæ domini,& artistę magi-
stri communiter nuncupentur,& latius per Bologninum in
repet.auct.habita.C.ne fi.pro patre.Glo. super verbo,peri-
tia, colligens doctorem aliqua habere debere, vltra ea quæ
scholaribus tradit, si intellexit doctorem scire debere,plus-
quam scholaris,bene sensit per ea quæ dixi supra in vndeci-
157 mo not. † sin autem intellexit, ꝙ doctor non debet dicere
omnia quæ scit scholaribus,prout verba sonare videtur,ma
lè dicit, quia omnia illicò transfundere,si posset deberet, &
in hoc gaudere discere, vt doceat, testis Seneca ad Lucil. in
sexta epistola.facit gl.§.sequentis,in verbo,erogatis,& quæ
ibi dicentur,ideò tex. in c.si rector.43. dist. vult doctorem
debere esse discretum ne aut tacenda proferat,aut proferen
da taceat. Glo.in verbo, testimonio,exponens,i.assertione,
158 sentit testimonium propriè esse cum iuramẽto,† quod hic
non conuenit, potest tamen etiam testimoniũ dici licet nõ
sit præstitum iuramentum.l.solum.C.de testi. cum gl. & in
illo euangelio,& qui vidit testimonium perhibuit.

Ex.§.nos verò.

Penuria quomodo differat ab inopia nu.159.
Scientia legalis thesaurus dicitur, nec permittit quempiam in paupertate viuere, moriq; nu.161.& 167.
Erogare quid importet. 65.
De versibus illis, dat Galienus opes.nu.166.

Ordinem,& hodiernũ docendi modum tradit Iustinia-
nus,vt hic per Bar.& est longior hic.§.quam ille.§.calima-
chus. Subdiuidi autem potest,in septem particulas,seu ver-
siculos,quos secutus Albe. ad clariorem declarationem, di-
stinctè legam. Aperit in prima parte imperator eius,inten-
tionem,causam inductiuam pręmittens.In quinq; sequen-
tibus,ponit nouos legendi modos in singulis annis.In.7.fru
ctum,& vtilitatem inde resultantes. secũda est ibi, discipuli
vero: tertia ibi, in secundo. quarta ibi, tertij. quinta ibi, sed
quia.sexta ibi,quibus si bene.vltima ibi,discipuli. In tex.ibi,
159 penuriam legum,† omnẽ inopiam significat,dicta eo quod
pene vrat,& dicit glo.notabilis in c.vnico in verbo,penuria
de statu regularium in sexto. ꝙ penuria habet in se egesta-
tem,indigẽtiam, & defectũ necessariorum, ideò vnus cum
centũ florenis,commodè viuere non posset, viueret tamen
absque penuria, quod est vtile ad quæstionem ibi tactam,
quam glo.vt singularem sequuntur Abbas,& Imo.in c.j.de
instit.sed eam reprobat bonis fundamentis Deci.in ca.per-
uenit el.ij.col.j.de appel. & in ca. cum Martinus Ferrarien-
sis col.j.de constit.vbi de verbo, penuria,quædam alia alle-
gat,de quo etiam per Albe.in suo dictionario in verbo,pe-
nuria.Et pro Decio est etiã gl.j.in.c.quoniam,vt ait de vita,
& honestate clericorũ,inducendo,vt facit Dec.dicta Abb.
in d.c.cum Martinus. Aduertas modo ad declarationẽ tex.
prima expositio gl.licet per Alber. & alios approbetur,non
quadrat, quia copia bene facit fastidium,sed non inopia, vt
glo.dicit,imò quòd copia,& inopia sunt opposita. Secunda
expositio glo.quòd illa legum multitudo, paucam contine-
ret vtilitatem,nõ procedit,vt ex libris fforum patet, in qui-
bus sunt leges,quæ tunc erant antiquis in libris,sequar ergo
declarationem Iac.de Arrena; & Albe.quòd ideò dicit pe-
160 nuriam, quia licet multi essent libri antiquitus, † perpauca
tamen legebantur,& in vsu erant, vt superiora demostrant,
ideò rectè penuriam legum se inuenisse dicit, argumenta
hęc sunt ad multitudinem testium refrenandam,de quo la-
161 tè Fely.in c.cum causa de testi. In tex.ibi thesauros. † nota
legalem sciẽtiam, thesaurum appellari, ideò non inueniunt
eam nisi scrutantes, teste Bal. hinc decantatur Hesiodi car-
men. Virtutem posuere dei sudore parãdam. Arduus est
ad eam longusq; per ardua collis, Asper & est primum, sed
vbi alta cacumina tanges, Fit facilis quæ dura prius fuit in-
clyta virtus. Facit etiam tex. j.proximè ibi,ditissimi effi-
ciantur iunctis no.per gl. & Albe. Et quos thesauros Græ-
co vocabulo dicimus, prisci latini flauissas dixere. Gell.be-
ne vim verbi enucleat lib.2.cap.10.An autem verus sensus
istius literæ sit,ꝙ hęc scientia ditet adipiscentẽ,dicetur in gl.
Diuiditur glo.j. in duas partes, in prima exponit dupliciter
text.in verbo penuriam,in secunda colligit ex tex.notabile,
& est ibi, & sic, quæ probat reprobari paupertatem, & no-
162 cere,† de quo per Alex.consi.52.col.fi.in vol.4.Barb. in ca.
quæ in ecclesiarum.col.iiij.de const. aliquando tamen pro-
dest dicit glo.per.l.illicitas.§. fin.j.de offi. præsi. de quo tex.
vide Fely. in cap. qualiter,& quando el.j. colum.20. versic.
6.fallit de accusationibus. & Aquen. in.l. si quis id quod, in

quarto nota de iur. om. iud. latius de fauoribus, & priuilegijs
paupertatis scribit Fely. in cap. ex ratione col. j. de appel. in
ca. si qui. col. fin. de testi. & Dec. in cap. 1. col. 27. de prob. sed
à tali prodesse liberet nos deus. Ad glo. in verbo thesauros
ibi sub terra. probatur iudice Alberi. per tex. in l. nunquam
in. §. j. ff. de acqui. re. dn. & pro eo quod glo. in fi. dicit, est alia
elegantior glo. in rub. sequ. titu. super verbo enucleati, mens
tamen tex. quicquid glo. dicat, est appellare thesauros, quia
verè scientia thesaurus est, & res inextimabilis. Glo. in ver-
bo, erogatis in tres particulas diuiditur prout tripliciter fieri
erogationem declarat. Ex prima declaratione colligitur, ꝙ
163 scientia docentis non minuitur, sed augetur, † & est dignis-
sima erogatio secundum Odofredum, Albericus citat illos
versus, Condita decrescit vulgata scientia crescit. Crescit,
& augetur minuitur si retinetur, facit glo. l. primæ. C. de ex-
cusa. Artifi. lib. 10. dum ait. Discere si quæras doceas, sic ip-
se doceris, Nam studio tali tibi proficis atq; sodali. & dice-
bat Seneca ad Lucil. epistola. 6. in hoc gaudeo discere, vt do
ceam: propterea Bart. legendo, & docendo optimus factus
est, Bald. in l. j. colu. 16. C. qui accusa. hinc etiam pulchrè ait
hic Bald. ꝙ erogans intellectualia nil perdit, sicut sol dat lu-
164 cem, & non perdit lucem, † & ꝙ spiritualia non perduntur
per communicationem alijs facta. Circa secundam expo-
sitionem glo. dicit Bald. quòd corporalem possessionem nõ
possum alteri dare quin perdam eam, quum plures in solidũ
possidere nõ possint. l. si vt certo in. §. si duobus, vehiculum
infra commo. tertia expositio damnatur hic ab Alberi. qui
respon. ad tex. glo. Postremò secundum Parp. destrui potest
hæc glo. quia imperator hic non intellexit erogatis, i. distri-
butis, sed repositis per textum cum glo. in l. j. §. j. ff. de leg. 3.
quia isti thesauri, qui latebant in multitudine; fuere conditi
in corpore iuris per compilatores, illũ tex. allegat etiam Al-
be. in dictionario in verbo erogo. Sed repugnat huic intel-
lectui tex. noster ibi, quodammodo erogatis, ponderata na
tura verbi improprietatem significantis, non veritatem, l. j.
cum gl. j. de rerum diuisione, ex quo patet literam nostram
non pati talem expositionem, quia verè fuerunt repositi.
165 Tenenda est, igitur expositio glo. erogare, † enim est manu
distribuere, & dare. Hierony. ad Iulianũ, quum multis ero-
gaueris censum tuum, & quidã tua gaudeãt liberalitate, ta-
men multo plures sunt, quibus nihil dedisti, sed quia scien-
tia est inuisibilis, nec manu traditur, ideò imperator vsus est
illa improprietatis nota, quibus quodãmodo erogatis. Glo.
super verbo, ditissimi, probat ꝙ in text. dicitur per vulgare
166 illud dictũ. Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana. † Par-
pa. damnat expositionem glossæ, quia non habuit impera-
tor intentionem ad diuitias, sed ad fęlicitatẽ, allegat tamen
postmodum pro glo. §. fin. in auctẽn. de hæred. & falcid. vbi
lex non permittit aliquem in paupertate viuere, neq; in an-
xietate mori, quem etiam pro glo. allegauit Albe. in pręced.
§. facit quod attestatur Bal. quẽ Ias. & alij referunt in rub. ff.
de vulg. & pupil. substitu. iactat se Bal. in illa materia substi-
tutionũ, vltra quindecim millia ducatorum se lucratum, pro
cedunt hæc in excellẽti, & famigerato iureconsulto, alij vix
167 possunt victũ quærere. † Vnde Practicus Papiensis in for-
ma libellorum contra plures reos debendi ad finem, atten-
de inquit tu iurista, qui de sola arte scientiæ vis viuere, quid
moneat moralis ille Philoso. exemplo antiquorum roma-
norum, quũ doctus erat inquit prudentissimus quisq; ma-
xime negotiosus erat, & nemo ingeniũ sine corpore exer-
cebat. Itaq; mihi, ait, crede ne attendas ad nudam scientiã
si laicus es, quia viues in miseria, & paupertate, sed velis ne-
gotiari, & mercari tam per te quàm per alios, & confirma-
re vitam tuam cum gestis prudẽtum antiquorum, quod ta-
men facere nõ debent, patrimonio ditiores. l. nobiliores. C.
de commer. & mercato. Non omitto tamen alium esse sen
sum præallegati. §. fi. in auct. de hære. & falc. quàm in com-
muni allegetur, & intelligatur si glo. ibi ponderentur. Et sa-
piens quispiam interpretatus est, mẽtem imperatoris ibi, vt
significare velit, ꝙ his legibus docemur corrigere immen-
sam libidinem, vitareq;, & immoderatum diuitiarum fer-
uorem arcere, temporaliumq; rerum vsum solum necessi-
sitate moderari, & sic ditissimi erimus. Postremò aduerte,
nam verus sensus nostræ literæ est, quòd erogatis istis the-
sauris scientiæ, nunc aperte efficientur discipuli legum ora-
tores ditissimi, id est amplissimi, & optimi iureconsulti, ac
iustitiæ cultores, vt Iustinianus. ad finem totius. §. declarat,
& ad finem procemij institutionum.

Ex versic. Discipuli verò.

De Triboniano. Dipundij expositione. Et primo argumento Bald. pueri contra Bar. nu. 169. 175. & 173.

De primogenito, primogenita, & pulchris nominibus imponendis. 174. 176. 180.

Not. in instrumentis apponere debet nomina & cognomina contrahentium. 182.

Scientia quę hominẽ fulgere facit uigilãtibus scribitur. 188.

De natura verbi forte. Et de quæstore. 190. cum sequen.

Sequitur versic. Discipuli verò.

In tex. ibi, elimatas, i. extractas, & politas. Item ibi sta-
168 gnum à stando dicitur aqua stans, † Virg. tamen in eo car-
mine. Emissamq; hyemen sensit neptunus, & imis Stagna
refusa vadis. pro parte maris profundissima posuit, quòd ea
minimè moueatur, sed semper stet. Est etiam stagnum me
tallum, vt per Pli. lib. 30. Item ibi, corriuatas, i. deductas, lo-
quitur metaphoricè vt in gl. dicemus. Item ibi, per Tribo-
169 nianum virum magnificum, † quamuis à Iustiniano vbiq;
laudetur, & extollatur, Suidas tamen græcus historicus, gra
uiter eum taxat. Tribonianus ait natione Gręcus cum om
nis religionis cõtemptor erat, tum verò in primis à christia
na fide abhorrens, assentator, & fraudulentus, vt qui Iusti-
niano principi persuaserit, mortem eum non oppetiturũ es-
se, atq; eum in cœlum cum carne assumptũ iri, quæstor Iu-
stiniani fuit, tanta vi ingenij præditus, vt doctrina præstan-
tissimus euaserit, ac nulli æuo suo secundus. Cæterum aua-
ritiæ eo vsq; indulgens, vt lucro ius venale semper haben-
dum duxerit: nam & leges quotidie fermè sordida mundi
natione antiqua re ferreque identidem instituerat, vt cuiq;
commodum esset, hic quum diu post honorem adeptũ su-
peruixisset, morbo tandem interijt, nihil prorsus molestiæ
à quoquam vnquam passus, erat. n. sermone blãdus, & aliàs
suauis, auaritiæ quoq; morbum doctrinæ præstantia facile
obumbrare poterat, de quo etiam per Budeũ in l. vltima. j.
de edil. edic. & Alciatum lib. 4. dispu. ca. 7. In text. ibi, prota,
170 † de vi, & significatione vocabuli dictũ fuit in pręceden. §.
de prothocolo, prothomartire, & prothoplasmo tractat gl.
in auct. de tabellio. in. §. pe. in verbo prothocolum. de pro-
thonotarijs Papę Are. in l. laudabile. C. de adu. diuer. iudi. In
171 tex. ibi, dupondios, appellari † dupondios refert Pli. lib. 23.
ca. 12. dupondijs detractis. Est autem dupondium, vt Var-
ro ait, duarum librarum pondus, ridiculoso ergo cognomi-
ne dupondij, in primo anno, vt dicit tex. appellabãtur. i. duo
pondo pendentes, & leues. No. primo ꝙ scholares in primo
anno studij institutiones audire debent, dixi aliquid in. §.
172 præcedenti, † & consilium datũ discipulis, primi anni à Se-
ue. in tract. de modo studendi. colu. xij. est, ꝙ taceant, & di-
scant potius scire quàm apparere, sed natura vim suã exer-
cente qui sciunt tacere nõ possunt, vnde referunt aliqui in. l.
manifestè. ff. de iureiu. Fulgo. in primo anno suo studij. l. il-
173 lam priuatè repetijsse. Et Bal. cum adhuc puer esset, † neq;
adhuc capitium imposuisset capiti, argumẽtatus est contra
Bar. de casu vnius legis, Bar. verò stupefactus ingeniũ pue-
ri laudauit, & in crastinũ se responsurũ dixit, vt refert Paul.
de Cast. in l. si instituta in. §. fi. j. de inofficioso testa. qui tex.
allegabatur per Bald. Secundò notat ibi Bal. quia quod pri-
174 mum est, † ꝙ ante se primũ sit nihil aliud habet, primus est
enim quem nemo sequitur. c. Ioseph. cum gl. de verb. sign.
175 Et inducitur hic tex. per Bald. ad aliquas no. quęstiones, † si
ingrediẽti primo castrum datur præmium, vel ad brauium

primo

primo peruenienti, seu datur succeßio primogenito, & duo simul ingrediantur, vel ad brauium perueniant, seu duo gemelli nascuntur, quis prædictorum, vt primus obtinebit, de quibus vltra Albe. hic latè inuenies per Fely. in ca. capitulum sanctæ crucis. col. xvij. cum seq. in versi. de duobus extra de rescr. pulchrè Soz. in. l. si fuerit. ff. de rebus dub. De
176 primogenitura, † Albe. hic plura ponit, & Ancha. cõsi. 80. dicta facti narratio. Paul. de Cast. consi. 161. in causa præsenti in antiquis. Alex. cons. 44. vol. 5. Præpos. mediolanen. in. c. vnico de feu. Mar. Ias. in. l. is potest, col. v. cum seq. ff. de acquir. bered. Moder. Portugal. in. l. Imperium in vlt. charta repeti. j. de iur. om. iud. & Mod. Papien. in tract. consue. super. c. fin. in. ix. questione vbi latè tangunt, vulgatam illam
177 quæstionem. † An filius primogeniti excludat patruũ, vltra ea quæ de primogenitura & ipsius materia scripsit hic & in l. fi. C. de pact. in. 3. prin. questione Bar. & quæ dicuntur ibidem per alios Mod. vide Oldra. in consi. 94. & 224. Bald. in auct. hoc amplius col. iij. C. de fidei. in. l. si viua in. 3. no. C. de bo. mat. & in. l. ex hoc iure in. 6. not. j. de iust. & iu. Alexan. consi. 4. li. 4. & 87. lib. 6. Præpos. Mediol. in. c. 1. in. §. præterea ad fi. quibus mo. feu. amit. Soz. consi. 47. vol. 3. Iaso. in l. ij. col. xliiij. cum seq. nu. 145. C. de iure emphy. & in consi. 192. & 215. lib. 2. & consi. 107. lib. 4. vbi late tractat, An Imperator facere posit ꝙ solus primogenitus in castris ab antiquo cõceßis succedat. Item vide Cur. Iuniorem in consi. 21. col. fi. vbi ponit qualiter primogenitus alijs de alimentis prouidere teneatur. Deci. in. l. pactum quod dotali colum. vj. C. de colla. disputantem an & quando iuri primogenituræ renunciari posit, In qua materia cõsului aliàs in causa Comitis maximi. Comitatus ex forma primæ inuestituræ ad primogenitos primogenitorum defertur, & semper transire debet. Presupponebatur in rerũ natura fuisse. Mag. D. Iacobum de Valpergia Sabaudiæ Cancellarium qui de Comitatu Maximi per Principẽ inuestitus fuerat, ea. l. quòd primogenitus filius ipsius D. Iacobi succederet. Et ipsius primogeniti primogenitus & sic succeßiuè vsq; in infinitum, ita quod comitatus semper trãseat in primogenitos primogenitorum masculos legitimos & naturales ab ipso dño Iacobo descendentes. Deficiente autẽ prole masculina ex ipso recipiente, proueniat comitatus ad antiquiorem fratrem ipsius dñi Iacobi, & ad eius masculos primogenitos. Dominus Iacobus genuit Ludouicum, & Amedeum. Ludouicus alterum Iacobum qui procreauit Thomam & Ioan. Franc. vltimum comitem ex linea Ludouici. Præfatus Amedeus Ioan. Ludo. & Carolum reliquit. Ex Ioan. Ludo. procreatus est Amedeus Iunior, inter dictos Carolum & Amedeũ iuniorem, quæstio vertitur quisnam eorum ad comitatum admitti debeat. Pro dño Carolo plura possunt adduci. Comiti nouißimè defuncto proximior est vno gradu Amedeum eius nepotem præcedens, ergo est præferendus, quia vbi de successione feudi est controuersia, præfertur ille qui proximior est vltimo admisso, licet deferatur ex prouisione primi, cui cõceßio facta fuit, c. 1. de natura succes. feu. tradit Anch. in consi. 82. dicta facti narratio, ad fi. & Sozi. cõsi. 86. col. fi. lib. 3. & in. l. si cognatis col. fi. ff. de rebus dubijs.

Secundò quia est primogenitus, quum Amedeo sit antiquior, ergo præferendus est, vt per Bart. in auct. post fratres C. de suis & legi. Bald. in. l. quum antiquioribus col. iiij. C. de iur. deli. pulchre Anch. in consi. preall. 82. colum. fi. & Alex. in. l. is potest. colum. ij. vbi Iaso. 8. ff. de acqui. here. Et ibi disputant illam questionem Regis Roberti, An filius primogeniti patruum à regno excludat, stante cõsuetudine quòd primogenitus succedat in regno, & relatis opinionibus distinguunt cõcludentes, ꝙ quando patruus natus est ante filium primogeniti, tunc illũ excludat, Carolus natus est ante Amedeum eius nepotem, ergo, &c. qualitas enim primogenituræ attenditur & cõsideratur tempore delatæ succeßionis, vt per Soz. in. d. l. si cognatis, colum. ij. & consequenter nunc, quo tempore sine dubio Carolus est antiquior.

Tertiò quia filius patris personam representat succedendo in duobus casibus tantũ, quando videlicet agitur de succeßione aui, & patrui carnalis. §. reliquum in auct. en. de here. que ab intesta. Dec. in cõsi. 1. & 70. & 217. Brunus asten. in cons. 70. Hic non tractat de succesione aui, vel patrui, sed transuersalis, vbi representatio minimè vendicat sibi locũ. Ergo Amedeus tanquam remotior per Carolum excludetur. Quartò Amedeus nõ est filius primogeniti recipientis feudum, quum ad exclusionem aliorum ille dicatur primogenitus, qui fuit filius Comitis, & à Comite procreatus l. Senatoris filium cum ibi no. ff. de Senat. tradit Bal. in. l. imperialis in. §. his illud. C. de nup. latius Mod. Ripa in cõmento. c. inter cæteras de rescrip. Et quidam doctor Parisiensis in tract. de primogenitura quæstione. 25. fol. 44. versi. Sexto hanc partem lib. 1. vbi dicit ꝙ ad hoc vt transeat de patre in filium, seu de filio in nepotem, oportet spem illam firmam esse, & irreuocabilem cum potentia ad actum reducibili, aliàs secus. Sed primogenitura Ioan. Ludouici spem talem non habebat, quum alij complures, ex Iacobo primogenito eũ præcederent, & consequenter quum sibi nunquã fuerit aperta via ad comitatum, ex quo nec pater, nec auus, eiusdẽ Amedei in comitatu successerũt, ipse nullo modo ad illum venire, videtur posse, virtute prædictæ inuestituræ.

Postremò quia Amedeo dici potest inuestitura nõ loquitur de te, quia es de descendẽtibus secũdogeniti illius primi recipiẽtis feudum, & tenor inuestituræ loquitur, de primogenitis, primogenitorum descendẽtium à primogenito illius primi recipientis, ergo non potes eo tenore inuestituræ te vocatũ dicere, defertur itaq; mihi succeßio, quia proximior sum & antiquior.

Præmißis non obstantibus cõtraria pars verior videtur, vt comitatus Amedeo debeatur, feudum enim potius defertur ex pacto quàm ex succeßione. Bal. in consi. 127. lib. 2. & tenor concesionis attendendus est, ac inspiciendus cap. 1. in fi. de duo. fra. à cap. inuest. cum multis adductis per Dec. in consi. 208. colum. j. & Abb. consi. 85. facit tex. c. porro de priuil. & l. placet vbi repetentes not. C. de sac. san. eccle. Ex verbis inuestituræ manifestè liquet, nepotem hũc vocatũ fuisse patruoq; probatum, ergo, &c. nam ad ipsum comitatum vocantur primogeniti primogenitorum, in infinitum. Et sic nõ tantum primogeniti, vt fuit Io. Ludouicus Amedei pater, sed etiam filij eius, prout est Amedeus, quo casu nepos ex primogenito patruum excludit, vt consuluit Paul. de Cast. in consi. ibi incip. in præsentia. Abba. in consi. 85. Alex. consi. 4. colum. fi. lib. 4. Sozi. in. l. si cognatis, colum. ij. de rebus dub. & Dec. in consi. 397. colum. fi. quia tunc filius subintrat, locũ patris. Et sicuti pater suus excludebat secundogenitum, ita nepos ipse locum patris sui, tenẽs illum excludit. Et hoc casu quando sunt vocati etiam filij primogenitorum secundũ præfatos docto. cessat dubium illud quod scriben. torquet vtrum filius primogeniti excludat patruũ, à regno, vel comitatu. Etsi verior magisq; communis videatur esse conclusio doctorum pro nepote contra patruum quando defertur primogenito, vt patet ex præallegatis & adductis per Ias. in d. l. is potest colum. vj. cum seq. Abb. in præal. consi. 85. Barb. cõsi. 10. vol. 2. Soz. consi. 252. vol. 2. & consi. 47. colum. pen. vol. 3. vbi dicit cõsulendo secutum semper fuisse istam opinionem. Deci. tamen nuper in consi. 443. sequitur contrariam opi. pro patruo, tanquam veriorem, sed vt dixi sumus extra illam dubitationem, ideò Amedeus Carolum patruũ excludet. Non ob. in oppo. adducta ad primum motiuum cum secũdo respon. quòd licet Carolus sit proximior, & natu grandior, non tamen habet qualitates per inuestituram requisitas, quum nõ sit primogenitus primogeniti, contingitque id ob pactum & prouisionem primi recipientis, pro primogenitis primogenitorum, vbi semper habitus fuit respectus ad primogenituram primogenituræ, non ad proximiorem coniunctionem nec ad ætatem, vt concesionis, & inuestituræ ostendit tenor, vt clarè infra probabitur. Ad tertium motiuum quòd filius non assumit locum patris succedendo, nisi in duobus casibus supra positis, Respon. procedere in succeßione ab intest. sed Amedeus, venit ad comitatũ ex dispositione in-

ter viuos legeq; conuentionis, de qua in inuestitura quæ in fauorem primogenitorum ex primogenitis cantat. Et sic mirum non est, si successio ista non regulatur secundũ naturã successionis ab intest. vt per Pau. de Cast. in d. cõsi. ibi. col. xj. ad fi. cũ seq. & Abb. consi. 85. col. ij. Ad quartũ respon. ꝙ imò Amedeus est primogenitus primogeniti, s. Io. Ludouici qui erat primogenitus Amedei senioris, & ex descendentibus ab ipso D. Ia. Cancellario, & statim ꝙ fuit Io. Lud. natus sibi, & liberis suis ius primogenituræ vendicauit, vt per Pau. de Cast. & Abba. in cõsi. præal. Nec refragatur ꝙ Io. Ludouicus non esset conceptus patre existẽte Comite, quum pater ipsius, Amedeus. s. excluderetur, à comitatu per fratrẽ & fratis filios, qui eum præcedebant. Et sic dici non possit Amedeus iunior primogenitus primogeniti comitis maximi, nec ad comitatum venire, quum nunquàm fuerit aperta sibi via, fateor nanq; eum primogenitũ primogeniti Comitis maximi dici nõ posse, sed talem qualitatem ab inuestitura minimè exigi dicimus, sed simpliciter vocari primogenitos primogenitorum descendentiũ à primo recipiente: quo casu nõ refertur ꝙ filius non sit natus, aut conceptus ex patre Comite, Bald. in l. imperialis in §. his illud. C. de nup. & Præpos. in titu. de feu. Mar. col. ij. vnde satis est in præsentiarũ quũ tractatur de successione dicti Comitatus, ꝙ Amedeus reperiatur primogenitus primogeniti ex descendentibus à præfato Cancellario, vt ex forma inuestituræ ad comitatũ vocetur: sibi. n. conueniunt verba & mens cõcessionis, ergo & dispositio. l. quod consti. ff. de milit. testã. l. iiij. §. toties cum ibi not. per Bar. & doct. ff. de dam. infec. Nec reperitur alius primogenitus primogeniti, præter eũ qui ad Comitatum ipsum possit venire, nam Io. Lud. qui fuit primogenitus Amedei senioris, exclusum fecit Carolum iuniorem, qui etiam nũc remanet exclusus, ex quo Ioan. Ludouicus reliquit hunc Amedeum primogenitum ad exclusionem secundi geniti, sed ẽt filios primogeniti, vt est hic Amedeus, cui est apta via ad Comitatũ ex dispositione principis & prouidentia prædecessorum comitatũ recipientium pro primogenitis primogenitorum in infinitum: quãuis pater in comitatu nõ successerit vtpote mortuus antequã successio Comitatus deferretur, vt per Pau. de Cast. Abb. & alios in consi. præalle. ad illud propositũ ꝙ nepos excludit patruũ qñ vocati sunt primogeniti primogenitorũ, venitq; ex persona propria, non ex persona patris à quo non capit feudũ, sed à principe postquàm est nominatus in inuestitura, vt per Dec. in consi. 389. col. j.

Ad vltimũ motiuum dicas, ꝙ imò ex tenore inuestituræ vocantur primogeniti primogenitorũ ex descendentibus ab ipso D. Iacobo primo recipiente, etiam ex secundo genito ipsius D. Iacobi, vt est Amedeus, per illa verba ita ꝙ comitatus transeat semper in primogenitos primogenitorum ab ipso domino Iacobo descendẽtes: quæ verba ampliatiua adiecta fuere, vt de dictis verbis, Ita ꝙ, tradit in simile Soz. cõsi. 141. col. fi. lib. 1. & generalia sunt ad oẽs descendẽtes ex ipso domino Iacobo, & sic apta comprehendere descendẽtes ex linea primogeniti, & ex linea secundogeniti, quia omnes dicuntur à D. Iacobo descendere, & non referuntur duntaxat, vt pars vult, ad lineã primogeniti. Cui satis prouisum erat in primo capite vsq; in diem tremendi iudicij, si tantum durasset linea primogeniti, sed ad lineam secundogeniti referuntur, illamq; includunt. Cui prouidere voluit in illis verbis quæ aliàs superfluerent, contra iura vulgaria. Corroborabis ponderando illa verba descend. ab ipso D. Iac. nõ. n. dicit primogenito sed ab ipso D. Iac. vt omnes eius descendentes tam primæ quàm secundæ lineæ comprehendat. Et ꝙ hoc sit verum probant etiam apertissimè verba sequentia, ibi, deficiente autem prole masculina ex ipso domino Iacobo dictus comitatus perueniat ad antiquiorẽ fratrem ipsius D. Iacobi & eius masculos primogenitos, à cõtrario sensu, quod arg. est fortissimum existente prole masculina ex domino Iacobo minimè vult trãsuersales ad Comitatum venire, sed prolem masculinam ab eo descendentem, secundũ ordinem primogenituræ vt ex præcedentibus & sequentibus declaratur, vel saltem ex illis verbis, deficiente autẽ prole masculina, datur intelligi vocatam, & inclusam fuisse lineã secundogeniti, in illis verbis, ita ꝙ comitatus semper transeat in primogenitos primogenitorum ab ipso D. Iac. descendentes, apparet. n. recipientem expresse vocasse omnes ex se descenden. inde transuersales. quibus prouidere voluit extincta sua tota descendentia, & non aliter ætatis proximitatisúe nulla ratione habita, sed habita solũ consideratione ad primogeniturã primogenituræ. Patet quia filio secundogenito prætulit omnes descendentes ex primogenito, & proprio fratri filios fratris antiquioris, sicq; in primis oĩbus suis descendẽtibus prouidere voluit, postmodum transuersalibus, semper secundum ordinem primogenituræ. In casu nostro, superest proles masculina ex ipso domino Iacobo descendens, Amedeus. s. primogenitus primogeniti ex descendentibus primi recipientis, ergo venit ex inuestitura vocatus. Quia tamen agebatur de patruo ad nepotem, Et possessio quæ in omni causa nõ paruum tribuit commodum, penes patruum erat, post lõgas disputationes rem amicabiliter composuerunt. Et comitatus remansit apud patruum, cui tamen nepos breui postmodum interuallo succassit. Rursus plurimum alias insudaui in conceptione formulæ vnius primogenituræ de nouo creandæ, visum fuit nõ esse infructuosum si hoc in loco illam adscribi iuberem, ideò eius tenor talis erat. Carolus Sabaudiæ Dux, vniuersis tenore præsentium manifestũ facimus, quòd quum à patre Mag. & dilectæ Benedictæ Spinolæ Sauonen. nobis fuerit expositum supplicantem ipsam vti tutricem, & tutorio nomine Alphonsi eius & Franc. Spinolæ olim sui mariti filij anno præsenti, emptionis tit. acquisiuisse pro dicto Alphonso eiusq; heredibus & successoribus saluo semper iure primogenituræ castrum, locum & territorium Farigliani, cum mero mixtoque imperio, & omnimoda iurisdictione, quod de feudo & directo dominio nostro mouetur, secundum formã antiquarum inuestiturarũ, per nos nostrosq; prædecessores antecessoribus infra nominati venditoris factarũ, vna cũ omnibus bonis feudalibus in dictis loco & territorio Farigliani, videlicet ab illustri Ioã. Maria de Salutijs D. Cardeti seu à procuratore eius ad ita faciendum specialiter constituto, & propterea nobis humiliter supplicari fecerũt Alphonsus & Benedicta tutrix, & tutorio nomine ipsius Alphonsi, ac pro cõseruatione huiuscemodi feudi, & dignitatis domus, ius primogenituræ ipsi Alphonso & suis quibus supra infraque concedere, in eoque ac omnibus alijs in posterum fortè per eosdem acquirẽdis, ac ex iure primogenituræ ordinẽ succedendi dare, & constituere vellemus. Nos itaq; præmissis attentis supplicationibus, & precibus, ipsis nõ denegãtes assensum, pro conseruatione dignitatis, ac nobilitatis domus, & familiæ ipsius Alphonsi, alijsque legitimis causis, & certis bonis moti respectibus, ex nostraque certa scientia, & animo deliberato, nostraque & imperiali qua fungimur auctoritate ordinamus, sancimus, & statuimus vt in prædicto feudo loci, & territorij Farigliani, & vniuersis pertinẽtijs suis, ac aliis quibuscunque iuxta supra narrata deinceps acquirendis, succedat post mortem ipsius Alphonsi eiusdẽ primogenitus masculus, qui de iure ad feudorum successionem habilis reputabitur, Et inde eiusdẽ primogeniti primogenitus, masculus legitimè natus, Et eo deficiente sine liberis masculis, illius secundo genitus, & sic successiuè in infinitum, Et deficiente tota linea primogenituræ succedat succedereque debeat, secundo genitus masculus legitimus, ac de legitimo matrimonio natus, & eiusdẽ secũdo geniti primogenitus masculus, & sic de singulis deinceps & in infinitum, in omnibus obseruetur. Ita quod successio semper deuoluatur in primogenitũ & liberos masculos ipsius primogeniti primogenitos. Et extincta tota linea primogenituræ transeat, & transitum faciat in liberos

ros masculos legitimos ac de legitimo matrimonio pro-
creatos, & liberorũ liberos scdę geniturę. Et ipsa tota de-
ficiente in liberos masculos ternię geniturę. Et sic successi
uè in infinitũ. Ita q semper habeat rõ primogenituræ vt
supra considaratę, non inspecta, neq; attenta tpis prętoga
tiua & antiquitate, sed dicti gradus primogenituræ præro
gatiua. In quorum oĩum defectũ ex speciali gratia, & cer-
ta scientia nostra, Ducalique & Imperiali qua fungimur
auctoritate decernimus, largimur, & cõcedimus, vt ipsius
Alphonsi & descedentium suorum filia primogenita, &
eiusdẽ primogenitus masculus legitimè natus sicque de-
inceps ordine prenarrato succedat. Quibus omnibus de-
ficientibus succedat, succedereque debeat, soror ipsius Al
phonsi, & eiusdem primogenitus masculus. Et sic dein-
ceps ordine successiuo. In feudis verò etiam ad fœminas
transitorijs succedat, succedereque debeat in defectum
masculorum filia primogenita eiusdemque primogenitę
primogenitus, & ipsis deficientibus soror primogenita
ipsius Alphonsi etiam semel & pluries exclusa, & pariter
eiusdem sororis primogenitæ primogenitus, sicque dein
ceps ordine successiuo vsque in in finitum, lege primoge-
nituræ semper salua. Et ita vt masculi fœminis præferan
tur vt que illi primogeniti tam masculi quam fœminæ in
huiuscemodi feudis semper succedant, & illis non extan
tibus seu inhabilibus successio in proximiores post eos,
ordine prænarrato transferatur, ea tamen lege & con-
ditione, vt idem Alphonsus & eius primogenitus in di-
cto feudo & alijs in futurum acquirendis, alijs suis fi-
lijs & fratribus in reliquis eorum bonis allodialibus con-
decenter prouideant, vel ex fructibus, & bonis eorundẽ
feudorum in defectum allodialium alimenta, victum, &
& vestitum in domo ipsorum ministrent. Similiter fi-
liabus & sororibus, si quas ipsos habere contigerit easque
nuptui tradere, vel matrimonio coniungere teneantur,
sub condecente dote, prout earum gradus conditioq; re-
quirit. Quibus ita præstitis decernimus ipsos omnes, &
singulos prædictos & ab eis venientes tacitos & conten-
tos esse. Eisdem super cæteris quæ hæreditatem huius-
modi feudorum concernunt, perpetuum silentium impo
nentes, quæ quidẽ omnia & singula suprascripta facimus,
ordinamus, statuimus, & in perpetuum valitura decerni-
mus, quibuscunque in contrarium facientibus non obstã
tibus: volentes insuper ac declarantes ex causa dicta no-
stra certa scientia, & de plenitudine potestatis superius re
latę omnes inuestituras idem Alphonso, & successoribus
suis per nos & successores nostros faciendas cum iure pri
mogeniturę prenarrato, intelligi debere tenoribus dispo
sitionibusque illarum semper saluis, supplentes omnes
defectus tam iuris, quam facti, si qui in pręmissis interue-
nissent. Nemini igitur liceat hanc nostram decreti, ordi-
nationis, voluntatis, declarationis, priuilegij, gratiæ pagi-
nam infringere, aut quouis temerario ausu ei obuiam ire,
siquis autem id attentare præsumpserit, indignitatem no
stram & centum marcharum argenti pœnam toties quo
ties contrafactum fuerit se nouerit irremisibiliter incur-
risse: quarum dimidiam fisco nostro, reliquam partẽ pas-
si vsibus & cõmodo decernimus applican. quæ tam libe-
raliter, & de gratia speciali egimus, quam contemplatio-
ne Reueren. Cardinalis Perusini sanctæ Ecclesiæ Roma.
Camerarij & ipsius Alphonsi patrui. Tertio no. ibi decer
178 nimus, † quod est noui iuris designatiuum. l. fi. C. qui ad-
mitti. notant. Dec. & alij in c. decernimus in fi. de iud. &
in c. pastoralis in. 1. nota. de excep. Mod. bonon. in rep. l. si
constãte col. xxviij. ff. de sol. matri. & clarius probatur hic
de nouo enim ordo iste per Iustinianum introducitur.
Quartò not. ibi, Iustinianos nouos nuncupari iuncto fin.
179 versiculi. ibi cognomine mutato fulgere, † quod nuncu-
patione pulchra fulgemus vnde in suo nomine gloriatur
Accursi. in. l. facta. in. §. si in dãda. ff. ad trebel. Ab vxoreq;
180 sua † didicisse testatur. Ioan. An. vt refert. Ab. in ca. cum
secũdum col. ij. de præb. pulchra nomina imponenda es-
se filijs, etiam si magno prætio essent emenda, ponit etiã
Fely. in proœ. Grego. col. vij. Ex. turpi. enim & malo no
mine seu cognomine, sinistra oritur suspitio, ita quod quã
do duo torquendi sunt, incipi debet ab illo qui turpe no-
men aut cognomen habet, vt per Brunum in tract. de in
di. & tor. col. 38. Mod. Bono. in l. j. in princ. in pẽ. col. ff. de
quęstionibus. & Dec. in c. 1. in ij. lect. col. pen. de iud. Ex
181 eo. text. cum glo. colligitur argui posse, † ab etymolo-
gia in nominibus & cognominibus, vt hic per Albe. oẽs
in. l. ij. in. §. appellata. ÿ. si cer. peta. latè Fely. in proœ. Gre
go. col. vij. cum seq. & Deci. in. c. 1. in ij. lec. fol. vlt. de iud.
182 Inducit etiam hunc tex. Bar. ad quæstionem, † quod nota
rius in instrumento debet, nõ solum nomẽ contrahentiũ
vetus & nouum ponere, imò & cognomen, per l. lucius
titius testamento. ff. de fideic. lib. sed secundum Parpa. fa
cit hæc litera contra Bar. vult enim antiquum nomen ta-
ceri, & lex lucius. nõ facit in materia secundum eum, quia
loquitur de nomine nouo addito antiquo, hic text. lo-
quitur de antiquo mutato, & quod ibi non erat cognomẽ
vt dicit Bart. sed erant nomina propria. Vult ergo ipse q
in nomine addito vtrunque sit exprimendum. d. l. lucius.
sed in mutato sufficit vnum exprimere, vt hic, intelligen-
do tamen quod notarius nõ teneatur in qualibet parte in
strumenti vtrunque repetere, sed sufficiat id in principio
fieri, licet posteà tantum cognomẽ exprimat, vt per Bart.
183 in consi. 179. inci. Martinus. Tu autem † dicas. l. lucius. mi
nimè id probare, quum ponat facti contingentiam, quod
ille testator vsus est modo illo dicendi, vt clarè ibi patet,
quo casu ex verbis narratiuis facti in. l. positis arguere nõ
licet. gl. vulgata vbi omnes ponunt in. l. vnica. C. quando
non peten. par. Sed contra prædicta videtur text. cũ Bart.
148 in l. si in rem. in. §. fi. ff. de rei vend. † vbi exprimens nomẽ
hominis in libello, satis dicitur exprimere hominem cer
tum, pro solu. & totius materiæ intelligentia vide pul-
chre Are. Ale. & Ias. in. l. j. ff. de liber. & posthu. Dec. cõ
sil. 13. col. fi. Alex. in l. hac consultissima colũ. j. vbi Ias. fi.
C. qui testamen. face. pos. Albe. ad fi. rub. supra eodẽ. Com
185 munis scribentium sententia in dictis locis est, † quod re-
quiratur expressio nominis proprij cum duabus demon
strationibus. vt Petrus Martini de Perusio per l. forma. ff.
de censibus. & in d. l. hac consultissima. nisi aliquod singu
lare nomen esset vt Gallopressus, nam tunc sola nominis
expressio sufficeret, glo. d. l. hac cõsultissima restringe seu
sublimita, nisi expressio nominis & cognominis à statuto
requireretur, vt per prædictos in allegata. l. prima. videtur
tamen quod etiam sola tũc hominis expressio sufficeret,
dummodo de corpore constet secundum Alber. ad finẽ
rub. s. eod. facit quod proximè de Gallopresso diximus.
An autem licita sit mutatio nominis, de quo hic quærit
Bart. plenè ponit Fely. in proœ. Grego. col. viij. & Sozi.
consi. 62. col. iij. vol. 1. Quinto not. ibi, scientiæ capescen-
186 dę aspirent, † scientiam aspiranti & laboranti scribi, hinc
Iusti. in rub. proœ. institu. cupidæ legum iuuentuti scribit,
faciunt quæ in prin. istius. §. ad verbum thesauros scripsi.
187 Sextò no. Bal. ex fi. præsentis vers. † quòd acquirens scien
tiam acquirit & nomen. Ecclesiastici. c. 11. sapientia hu-
militatis exaltabit caput illius. & c. 37. sapiẽs in populo hæ
reditabit honorem, & nomen illius viuet in æternum. Vl
188 timò no. ibi, fulgere, † quod scientia facit hominem fulge
re, comprobatur per dicta supra proximè & per Aquen.
in. l. j. in prin. infra de iusti. & iur. & text. in aucten. habita.
C. ne filius pro patre. Gl. in verbo, penè, tripliciter expo-
189 nit, † de quo vocabulo latè tradit Albe. in suo dictiona. se
cundum primam expositionem, philosophicum est tem
peramentum, quod secundum aliquos declara. quia philo
sophi adeò temperati erant in loquela, vt etiã veritatem
dubitatiuè assererent, per verbũ fortè aut penè. & similia.
Idem quoque faciunt imperator & iureconsul. l. j. §. j. ÿ. tit.
1. facit illud vulgare. Per verbum forte respondent sæpè
190 periti. † glo. in l. si duo. infra de arbi. secundũ alias duas ex-
positiones diminutionem sed modicam importat, vt per
Albe.

Alb. præalle. Parpa. sequitur primam expositionem propter. §.pen. in verbo quas in proœ. institu. vbi deficit dictio penè & similes, vt igitur hæc iura concordentur, tenet verbum forte temperate stare, veritatem exprimendo non diminutionem. Ergo vltimam sequor, dicit enim penè, quia aliqua à compositoribus addita fuere, vt licet inspicere in. §. sed nostra. & alibi sæpè institu. de success. liber. & ita post Iac. de Are. tenet Albe. ad finē istius versi. nec obst. §. pen. præalle. quia satis dici possunt extractæ de corpore veteri, quamuis noui aliquid ibi contineatur, habito respectu ad maiorem partem, ad idque quod principale est per nota. in. l. si quis nec causam. infra si cert. peta. Glo. in verbo stagnum ad continentiā refert, sed Parpa. vult imperatorem habuisse respectum ad claritatem, quod institutiones sunt reditæ claræ sicut aquæ in liquido stagno, satisque hic probatur in verbo liquidū & in verbo turbidis. Ad glo.
191 in verbo exquæstorem, † declarātem qui sit exquæstor. & qui exconsul. adde Ioā. de pla. in. l. ij. col. ij. C. vt digni. ordo ser. lib. 12. vbi ex magistrum extra magisterium positum, quantum ad administrationē exponit, de quibus etiam per Alciatum lib. 4. dispu. cap. 3. ex cuius dictis patet teneri posse secundam & tertiam expositionem glo. facit alia glo. in rub. ff. de dote prælegata. tex. no. in. l. qui habebat. ff. de manu testa. per quem dicit Alex. in. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de
191 legl. † quod absque vitio potest nomini addi vel detrahi vna syllaba, est etiam alius text. not. in. c. ex parte vbi amplè Fel. & Abba. de fide instr. pulchè Fel. in. c. ad audentiam de rescri. & Car. in. c. memoria col. ij. vbi limitat dist. 19. In glo. Iu-
193 stinianos ibi, vt nomina sint consequentia rebus, † de hoc per doc. in loco per glo. allega. & amplè Fely. in proœ. greg. col. pen. & fin. & in. c. ius prima distin. decre.

Ex versiculo in secundo.

Modus legendi anno secundo studij. nu. 194.
Breui tempore multa disci nequeunt. 188. cum sequen.
Libri singulares de quibus fit mentio in iure nostro qui dicantur esse. Et plura.
De singularitate testium. 200. cum seq.

194 Modus legendi in secundo anno hic ponitur, † hodie tamen non seruatur, pro intelligentia tex. expedit videre diuisionem librorum & partium factam ab imperatore in. l. ij. col. ij. & sequenti. C. de vete. iu. enuc. Mandat hic Imperator legi scholaribus secundi anni, secundā partem de iudiciis continentem libros septem, vel tertiam de rebus credi. continentem libros octo, vsque ad tit. de acti. emp. vel secundum vicissitudinem temporū, i. secundum quod magis doctoribus, & scholaribus placuerit, quod vtilius visum fuerit, & hoc sine intermissione aliqua, sed per consequentiam, quum omnia ibi sint vtilia, & cum illa parte quam secūdo anno legi contingет, mādat etiam legi quatuor libros singulares quos legendos excerpisse dicit ex omni compositione quatuordecim librorum. s. quartæ & quintæ partis secundum diuisionem factam ab ipso Iustinia. in. d. l. ij. Et quamuis sint in illis duabus partibus septem & decem libri, tamen de quatuordecim solum facit mentionem, quia tres precedentes in secundo legebantur anno cum secūda parte de iudi. vel tertia de reb. cred. Declarat postmodum qui sint dicti libri singu-
195 lares, † sunt. n. quatuor qui in primordijs & principijs infra scriptarum compositionum siti sunt. Ex tracta. de doti. tripartiti voluminis. i. voluminis per nos in tres partes diuisi, liber vnus qui est vigesimus tertius huius voluminis de spō. videlicet. Est enim liber primus tripartiti tractatus de dotibus. qui est in libros tres diuisus, incipiunt à titu. de sponsa. extendunt se vsque ad tit. vbi incipit digestorum lib. 26. ad quod est tex. in. d. l. ij. colu. iij. versi. post hos. C. de veter. iur. enuc. Item ex duobus libris de titu. & cura liber vnus, & sic vigesimus sextus erit vbi incipit titu. de tute. & protenditur vsque ad titu. de excusa. & tempo. earū, ad quod est etiam tex. in. d. l. ij. colu. iij. versi. de tutelis & curationibus. Ex gemino volumine de test. i. de test. & de testa. milit. liber vnus qui erit. 28. vbi incip. tit. de test. Ex septem libris de legatis cum seq. liber vnus qui erit. 36. incipit ibi tit. de lega. j. ad quod est tex. in. d. l. ij. colu. iij. versi. quintus autem exoritur. alij. to. libri reseruantur legendi tēpore congruo. i. in quarto anno vt infra in versi. sed quia. solitum tempus. n. sufficiebat ad legendū omnes istos libros in secundo anno, hæc declaratio & si modicæ sit nūc vtilitatis planam tamen intelligentiam huic difficili tex. accommodat. Not. primo quod existētia in secunda, & tertia parte istorum librorum noua
196 sunt pulchritudine decorata † declarando vt hic per glo. in verbo noua in secunda expositione, quæ plusquam prima placet, facit text. l. j. colu. iij. ibi qui non insubtiliter factum
197 emendat laudabilior est eo qui primus inuenit. † C. de vet. iur. enu. & pulchrè scribit Valla in prologo sexti lib. elegan-
198 tiarū. Secundo no. Bal. ex fi. istius vers. † nō sufficere paruū tempus ad res magnas & arduas expediēdas, ex quo postea Bald. in. 3. colu. aliqua decidit de quibus plenè Fel. in proœ. decre. & Dec. in prin. sermo. post suum consi. 151. eleganter glo. in. c. cum ex literis super verbo instructus de in inte. rest. dum ait, quod modico tempore multa quis discere nō po-
189 test, quia nemo repente fit summus, † quāuis ingenium vt vult illa gl. suppleat tēpus in bene studentibus. Glo. in verb. singulares declarat qui dicantur libri singulares, & quare, Odof. approbat. Alb. improbat, quia ratione glo. attenta libri cōtenti sub illis duabus partibus singulares dici possent, quia non continentur sub alijs partibus. s. quarta cum tribus sequentibus. secundum alios dicuntur singulares, quia non leguntur continuatè sicut alij, nec est vitiosus hic saltus, quū
200 non sit inutilis, † vt olim, sed vtilis secudum glo. hic in fine, iure tamen non probatur hæc expositio, imò eo respectu considerato debuisset text. dicere singulos hoc est vnumquemque; de per se & ab alijs separatum secūdum grammaticorum dogmata. Melior est igitur expositio Ia. de aere. ab Alb. vltimo loco relata, quod ideò dicuntur libri singulares illi qui non continentur sub secunda, & tertia parte, quia contenti sub secunda parte de iudi. de eadem materia sunt, generalis est. n. iudiciorū materia, & ita etiam libri tertiæ partis de rebus quia rei nomen generale est. l. j. infra si cer. pet. non sic de libris aliarū partium, nam liber de edil. edic. nihil cōmune habet cum libro de pigno. sub cuius parte est. imò distincta & penitus separata est materia, & sic de alijs, ideò dicuntur libri singulares, id est, nō tractantes eandem ma-
201 teriam, † quemadmodum etiam testes singulares dicūtur, quando nō vniuntur eorum testimonia, nec sunt contestes
202 c. licet causam de proba. De qua singularitate testiū † quoplex sit, & quā noceat, tradunt Areti. consi. 122. col. fi. Barb. tu consi. 57. col. vij. vol. j. Alex. cōsi. 100. col. pe. & fi. vol. 1. & vol. 4. consi. 2. & cōsi. 43. col. fin. & volu. v. cōsi. 146. col. iiij. clvj. colū. iij. Cor. consi. 2. colū. fin. vol. j. Iaso. in repet. lege. admonēdi colum. lxxxvij. cum seq. de iureiurando, & Fely. latissimè in cap. licet ex quadā intribus vlt. col. de testibus.

De versic. tertij.

Vicinos non esse abhorrendos. nume. 204.
Materias non esse sparsim tradendas. 205.
Memoria hominis ex renouatione nominis cōseruatur, & similitudo nominis inducit affectionem. 207.
Emulari verbi natura. 209.
De pignoratitia & hypo. late. a 10. cum seq.
De tex. l j. & ij. C. si aduer. credit. 215.
Famuli & ministri gaudent priuil. dominorum. 217.
Catonis auctoritas citatur etiā à summo Pōtifice vide. 218.

Sequitur versic. tertij.

Hic ponit Iustinianus modum & processum tertij anni. & quomodo vocentur scolares tertij anni. In tex. ibi singularum dispo. singulariū reponas, loquitur. n. de libris singularibus de quibus in præcedenti versi. diximus. Item ibi, formulam,

103 formulam † diminutiuũ est formæ. hic pro legibus & constitutionibus capitur. Cice. lib. 3. offic. nundum Aquilius protulerat de dolo malo formulas, aliter accipitur in titu. C. de form. ad quem accumulat aliqua Mod. alten. in tra. formæ sub rubr. qualis debeat esse forma. Item ibi eorum. l. librorum. Item ibi, quæ in vlt. parte prioris edicti, dictio quę exponenda venit nec potest hic stare secũdum rectam rationem latini sermonis. Item ibi, maneat iuri, dicat viri subtilissimi, &c. Notat primo Bal. ibi nõ abhorreat eorum vi-
104 cinitatem, † φ non debemus abhorrere vicinum & cõsortem, imò vt ait Florianus in. l. imperatores per illum tex. infra de serui. vrb. præd. vicini debent esse vt fratres sibi inuicem gratificantes, sed vt ait Luc. omnisque potestas impatiens consortis erit. facit. l. si. infra de re. diui. cũ pulchrè scriptis per Cice. circa illius. l. materiam in. 3. officiorum. Secun
105 dò no. ibi eas in anteriorem locum transtulimus, † φ materiæ connexæ non sunt sparsim tradendæ, sed successiuè & cõiunctim. facit. l. ij. ǰ. de sta. hom. & tex. no. in. l. ij. col. iij. ibi distãtia cõgregare & in cõsinio ponere. C. de vet. iur. enucl. Tertiò no. tanto honore decoratum fuisse Papinianum, vt in tertio anno discipuli Papinianistæ vocentur, diximus,
106 plura de hoc in. §. itaque, & in hoc tertio anno, † vt author est Seve. in tract. de modo studendi. colum. 13. debent scholares incipere arguere, & disputare, quia multæ vtilitatis est disputatio, vt ibi per eum & Ias. in. l. cum quid. in. 6. not. ff. de lib. & post. facit. l. muneruum in. §. mista. ff. de mun. & ho.
107 Vltimò nota. ibi, vt eiusdem reminiscentia † ex renouatio ne nominis alicuius conseruari eius memoriam, ideò impo nunt filijs communiter parentes progenitorum nomina ad renouationem. l. & cõseruationem memoriæ antiquorum,
108 probat etiam hic text. φ similitudo nominis † indecit affe-ctionem, est clarior tex. in. l. cum filius in. §. pater. ff. de legat. ij. aliquãdo est causa odij. hic legimus apud Trãquil. in Nerone. C. cassium Longinum iurisconsultum eo φ C. cassij percussoris Cæsaris nomen & stẽma haberet iussum à Nerone mori, & Colatinus Tarquinius Consul, nominis Tarquinij odio, abdicare se magistratu atq; exulare iussus est, vt per Liuium libr. 1. & 4. vrbis cõdi. Glo. super verbo æmu-
109 la, † sequitur primam expositionem quam Bar. dicit veriorem, sed melior est secunda per hunc text. dicentem φ ex quo est æmula. i. imitatrix non abhorret vicinitatem, facit sequentia illa verba, ambabus pene idem studium est, si pro inuida & cõtraria caperetur non esset idem studium, restitue tamen Bart. dicentem inimicor, dicat immittor. Malè etiam pro secunda expositione inducit glo. illud apostoli ad Corint. Epistola secũda. æmulor. n. vos dei æmulatione, intelligitur. n. de dilectione, nã multos habet significatus, vt in carmine illo Emulor inflatur, amat inuidet, & imitatur, ponitur per glo. ca. simus. 43. dist. Aemulor ab amo descendit secũdum Apul. amare inuidere significat per antiphrasim, quando verò pro imitari stat, propriè summitur, quia qui aliquem imitatur & sequitur amore id facit. Cice. pro Marcello Aemulo & imitatore studiorum meorum, differunt tamen æmulatio, & imitatio, simplex est imitatio & liuorem non admittit, habet autem æmulatio imitandi studium, sed cum malitiæ operatione, licet & sine vitio possit esse. Nec æmulatio est cum inęqualibus, hinc apud Liuium Fabius ait, quæ mihi æmulatio cum eo esse potest, qui ne filio quidẽ meo æqualis sit? De æmulatione quæ erat inter Xenophontem & Platonem inuenies apud Gell. liber. 14. ca. 3. Dicimusq; æmulor illi & illũ vt à probatis scriptũ leges. Glo. in verbo easdem diuiditur in duas partes, ponit in pri-
110 ma in quibus conueniat hypothecaria & pignoratitia, † in secunda quæ est ibi, differentia tamen in quibus differat, ad hanc glo. cum dictis Bar. semper recurritur secundum Pau. de Cast. & alios in rub. ǰ. de pig. act. Bar. arbitratur nõ reperiri meliorem in corpore iuris. Ias. & alij in. §. actionum. instit. de act. solennem eam dicunt, & quamuis Bar. de cõuenientijs & differẽtijs quęrat, respondendo differentias tantum ponit, de cõuenientijs nihil declarat, itaq; primò glossa dicit istis ambabus actionibus idem penè studium esse, quia ambæ tractãt circa res obligatas, diuersimodè tamen, quia hypothecaria competit creditori, & directa pignoratitia debitori ad æmulationem & inuidiam. & sic glo. suum sequitur intellectum, ego supra alium secutus sum, alia differentia secundum glo. est, quia sicut hypo. datur vt sit saluum creditori debitum, ita pignoratitia contraria datur vt sit saluum creditori, quod in re obligata impendit, iuribus in gl. adductis, competit etiam pignoratitia ad plura alia. l. tutor. §. contrarium. & l. cum debitore cum glo. ff. de pign. act. conueniunt, & in alio, quia vtrunq; remedium est petitoriũ non possessorium. Alex. consi. 78. vo. 3. & Cor. cõsi. 190. col. ij. vol. j. Formas autem libellorum tam in pignoratitia directa quàm contraria pulchrè & latè ponit Ioan. an. in spec. de pign. super rub. & in. §. j. & Ang. insti. de act. in. §. actionum. colu. 29. 31. vbi & per Io. de platea. Circa secundam partem glo. Bar. latius reassumendo materiam dicit, φ hyp. & pignoratitia directa tripliciter differunt natiuitate, vtilitate, & vita. In primò ex dictis Bar. collige nasci hypothecariam ex solo, & nudo consensu sine traditione, vt per eum, quod etiam procedit in pignoratitia contraria, Bar. hic in fi. per. l. j. ff. de pign. act. idem tradit Bar. in. l. si tibi decẽ, in §. de pignore, infra de pac. sequitur simpliciter hic Alex. in apostil. ad Bart. intelligitur tamen conclusio Bart. secundum Parp. φ nascatur cum auxilio prætoris, & sic vestitur à lege, ita Bart. hic sensisse refert, imò istud expressè colligit Bart. ex præal. §. de pign. & dicit Brunus consi. 1. col. ij. & ibidem Campez. consi. sequenti col. j. ad fi. φ hypo. tribuit ius seu facultatẽ possessionis apprehendẽdæ, retinendæ, & petẽdę. potes etiam contra hanc primam cõclusionem opponere, & soluere, vt pulchrè per Portium in. §. fin. insti. qui. mo. re contrahi obl.

Notandũ est pariter φ in hypo. licet traditio vt ait Bart. non requiratur, ea tamen verè, vel fictè per cõstitutum in-
111 teruenientem, mirabilis † resultat effectus, vt possit intentari per creditorem contra quencunq; principali debitore non excusso, alias semper per prius requiritur excussio principalis, & agi contra eum actione personali ex cõtractu, puta mutui antequam agatur hypo. auct. n. hoc si debitor. C. de pign. tradunt Cor. consi. 228. vol. ij. & consi. 267. vol. 3. Ale. & Aquen. in. l. exitus. ff. de acquirẽ. poss. Guido Papæ. q. 432. Pract. Pap. in forma libelli excep. in actione hypo. in gl. exceptionem. vbi accumulat casus non requirentes excussionem quando hypothecaria actione agitur. Collige secũdo ex dictis Bar. nasci pignoratitiam actionem rei interuentu, ratione hic signata, per eum quem restituas ibi, ab solutio competit, vt dicas absolutè competit, id est, siue interueniat traditio siue nõ, diuersificat itaq; traditio pignoratitiã directã ab hypotheca, & pariter pignus ab hypotheca. l. si rem in. §. propriè. ff. de pigno. actio. quamuis ista aliquãdo confundatur, vt per Albe. in dictionario in verbo pignus & in verbo pignoratitia. Hanc conclusionem limitat hic in apostil. Alex. in casu. l. inquilino. vbi Bar. & Pau. Cast. notant. ff. de dam. infec. quod intelligitur quãdo sine vitio posteà res ad manus peruenisset creditoris, vt ibi per Pau. faciũt dicta Bar. in. l. rogasti. §. deposui. ǰ. si cer. pet. vel debitore ratũ habente per tex. l. si tibi absenti. C. si cert. peta. de quo etiã per Bal. in rubr. C. de pign. actio. Limitatur secũdo ista conclusio secundum Parp. non procedere in pignoratitia contraria, allegat Bar. hic in fi. l. ed est inepta limi. quum sit conclusio de pignoratitia directa, ergo limi. inepta in pignoratitia contraria, debet. n. exceptio esse de regula. l. in his vbi Pau. Cast. not. ff. de legib. plenè Dec. in. l. j. infra de iureiurã. Subdit Parp. conclusionem Bart. cum limi. falsam esse, quamuis ab hominibus approbetur, quum verum non sit φ traditione vt dicit Bart. nascatur pignoratitia, nec nascitur à princ. qñ traditur, sed solum qñ debitor pecuniã soluit, vel offert. l. si rem in. §. omnis vbi Bart. not. ǰ. de pignora. act. de quo tex. facit festum Cõmen. in consi. 19. nascitur ergo solutione, vel oblatione, non autẽ traditione, & consequenter corruit ratio Bart. dicentis pignoratitiam ideò requirere traditionem, quia datur ad repetendum, nec repeti quid potest nisi

nisi prius tradatur.l.si cum, in verb.recipere.j.de pig.actio.
quia presupponit Bart. q traditio sit illa quæ causat repeti-
295 à remotis. Scias † q̃ Diomedes græcus, & Glaucus Troianus, quum in pugna obuij facti eſſent, & manus conſerturi viderentur inuicem, vt ſit ſciſcitantes, alter alterius genus & patriam, amicitiam, hoſpitiumq́; auitū agnouerunt, & iunctis dextris amicitiam confirmarunt, quo facto Diomedes aſtutus cōmutemus inquit arma inuicem, vt omnes agnoſcant amicitiam, auitam inter nos fuiſſe renouatā. & Glaucus, in tantā amentiam (Ioue mentem eripiente,) prolapſus eſt, vt arma aurea quæ centum bobus erant æſtimata, æreis armis nouemq́; bobus extimatis continuò commutaret, vt in ſexto iliados Homerus ſcribit. & Plinius. ca. j. lib. 33. hæc eſt permutatio de qua hic mentio habetur, optimeq́; conuenit, id ſimile. vult enim dicere imperator quòd hodie inuēta eſt talis permutatio in legibus, qualem cū Glauco Diomedes fecit, qui arma habuit, aurea centum bouum, pro armis æreis nouē bouum. Ita habemus nunc leges aureas, & perutiles pro legibus quæ erant æreæ, & modici fructus, propter magnam confuſionem, hic eſt verus, literæ ſenſus, hiſtoriam hanc latè proſequitur Budeus in. l. j. ff. de cōtrahen. emp. Eraſmus in prouerbijs, Alcia. lib. 2. prætermiſſorum. Fort. garg. in. l. iuriſgen. in princ. colum. 14. cum ſequ. ff. de pact. & ante eos Ang. politianus in prima centuria miſcellaneorum. c. 93. dicens in libris impreſsis deeſſe quędā verba, quę ſunt in pandectis florentinis, poſt illa verba diſsimilia permutantes hæc videlicet, criſea calcion ecatumui eneavion, i. aurea ęreis centenaria nouenarijs, de quo videndum eſt etiam id, quod ſcribit Ang. politia. in ſua epiſtola. 30. Vir quidā latinè gręceq́; doctus ſic latinum hunc locū reddidit.

Iupiter hic ſtupidum ſpoliauit pectore Glaucum
Qui cum Tytide mutarit protinos arma, &
Aurea donarit ſibi reddenti ærea, centum
Bòbus emenda daret demens pro vilibus, atque
Quæ vix eſſe nouem dicas redimenda iuuencis.

Quoties ergo permutationem vehementer inæqualem ſignificàre volumus. Diomedis, & Glauci permutationem eſſe dicimus, facit illud Martialis. Tam ſtupidus nunquā nec tu puto Glauce fuiſti. Calcea donanti criſea qui dederas.

296 Quarto no. ibi data † quod epiſtola miſsiua datam continere debet. Albe. non eſſe id de neceſsitate dicit per. l. publia. in. §. lucius infra depoſiti. de quo articulo an videlicet, tempus ſit de ſubſtantia cōſtitutionis, vel epiſtolæ, ponit gl. vbi per ſcribentes in data ſexti lib. Bart. in extrauag. qui ſint rebel. ad fin. ſuper verbo data, pulchrè Barbat. in procemio clemen. fol. 12. colum. iij. cum ſequenti. & in rubr. ſupra circa finem diximus.

Et quia de data epiſtolæ, & orationis hic fit mentio, non erit, vt reor inutile nec inſructuoſum aliqua dicere, & declarare, ad datam literarum pertinentia, prout etiam fecit glo. Sed non perfectè in data ſexti libri, præcipuè de Calendis, nonis, & idibus, modoque ac ordine ſcribendi, & de ratione de quibus, prius pulchrè ſcripſerat gloſſator iuris ciuilis, in. l. cum biſſextus. ff. de verbo. ſignifi.

Notandum in primis quod verbum data, refert epiſtolā, vel orationem præſentem, & hoc modo loquitur etiā ſummus Pontifex ad finem ſexti libri, ibi data Romæ, &c. & etiam ſæpe Cicero in epiſtolis ſuis in quibus aliquando etiā dicit ſcribitq́; datum, &c. & refertur tunc ad epiſtolium, vel ſcriptum, & calendæ cum. c. exili. & vnico. l. ſcribitur, nec illorum admittenda eſt conſuetudo, vel ratio qui per K. gręcam literam dictionem illam, vel aliam quamuis ſcribendā cōtendunt, vt tradit Tortelius, in ſua ortographia in verbo calendæ. Sunt autem Calendę primus dies, cuiuſlibet menſis, & quemadmodum curioſiſsimus in loquendo, & recon ditiſsimæ ſcientię Macrobius (vt ait Lauren. Valla in. c. 15. ſuarum elegantiarum) Saturnalium lib. 1. tradit. Et ſequuntur omnes alij poſteriores, præcipuè infra allegandi. Dictæ ſunt Calēdæ à Calo quod eſt, voco quia minor Pōtifex Romæ ſolebat noua luna conſpecta plebem vocare, vt audiret quot dies à Calendis ad nonas ſupereſſent, Et hoc ideò quoniam nonarum die, oportebat populares qui in agris eſſent, in vrbem confluere accepturos cauſas feriarum à Rege ſacrorū ſanciturosque, quid eſſet eo menſe faciendum, vnde quidam hinc nonas, dictas exiſtimant, quaſi nouę obſeruationis inioum, vel q̃ ab eo die ſemper ad idus, nouem dies putabātur incluſo, ſcilicet & computato ipſarum nonarum, die. Idus verò fœminini generis, & pluraliter tantum, diuiſio dici poteſt. ideò propriè exiſtimantur, dies qui menſem diuidunt, nam menſes, & præcipue nonas diuidunt à Calendis. Iduare ſiquidem hetruſca lingua diuidere eſt, vnde vidua quaſi valde Idua, id eſt valde diuiſa à viro, vel vt interpretatur iuriſconſultus in. l. malum. ff. de verb. ſign. ſine iduitate, id eſt dualitate, vt etiam per Baptiſtā pium Bononien. in ſuis annot. ca. 5 a. Aliqui putarunt dici. idus, eo q̃ illo die plena luna videatur, à videndo, quaſi vidus mox litera v. detracta, vt per Macrobium loco præalle. Torteliū in ſua ortographia in verbo Calendæ, Perotum in Cornucopiæ fol. 777. cum ſequen. Calepinum in verbo Calendæ, & in verbo idus, Et Alciatum poſt glo. in. d. l. quum biſſextus. ff. de verbo. ſign. in quibus locis, ſcribentes ſupra relati quæ dicta ſunt de Calendis nonis, & idibus approbant, quibus etiam aſſentitur, Antonius Mancinellus, in libello de modo ſcribendi orandique titu. 8.

Et qui voluere eleganter loqui, & nō cum vulgo, vt Cic. Plin. & alij docti viri in deſignatione temporis, datę vel receptæ Epiſtolæ ſeu alterius actus, non apponebant ſimpliciter diem menſis, puta primum ſecundum vel tertium, & ſic de alijs, ſed dies Calendarum, nonarum, vel iduum diſtinguendo prędicta, quemadmodum etiam faciunt nouiſsimi qui ornatè, & eleganter ſcribere loquiq́; volunt.

Poſtquam vidimus, in primo die cuiuſlibet menſis conſtitui Calendas, & ita nuncupari, videamus quibus diebus, conſtituantur nonæ, & idus, & cui prædictorum terminorum attribuantur dies, qui inter vnum, & aliud ex adiacentibus prædictis, intercedunt.

Scire in primis oportet quot diebus cōſtituatur, quilibet menſis ſiue quot dies habeat, quilibet menſis, quod his verſibus; demonſtratur.

Iunius Aprilis ſeptemq́; nouemq́; tricenos.
Plus vnum. reliqui. ſed habet ſebrus octo vicenos
Cui ſi biſſextus fuerit ſuperadditur vnus.

Hos verſus, referunt gloſſatores iuris ciuilis, & canonici in locis præal. in. l. cum biſſextus: & in Data ſexti libri, & Mancinellus duos adiungens loco præall. Quidam lingua materna dicunt. trenta, di ha Nouembre, April, Zugno, & Settembre. di vint'otto gli nè vn, tutti gli altri n'ha trenta vn.

Dies modo nonarum, & iduum, non ſimiliter & indifferenter in omnibus menſibus conſtituuntur, ſed diuerſimode. nam in Martio Maio Iulio, & Octobri ſeptima luce ac die nonarum conſtituitur dies. In alijs autem menſis quinta, Ianuario Februario Aprili Iunio Auguſto Septēbri Nouembri, & Decembri vnde verſus.

Sex nonas, Maius October Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui, tenet idus, quilibet octo.

prout tradunt gloſſatores iuris Ciuilis, & canonici in locis præall. omnes itaque hi dies qui inter Calendas & nonas intercedunt. nonarum cognominatione, cēſentur ipſo nonarum die incluſo, & cōnumerato. vt infra apertius declarabitur. At nonis exactis. proximos octo dies in quolibet menſe iduum, ſimiliter cognominatione ſignificabimus, ſed pari ratione tum ordinis, tum etiam annumerationis. reliquos verò eius menſis quotquot ſuperfuerunt, dies Calendarū appellatione notabimus, quæ futuri aut proximi ſunt menſis.

Maius igitur October Iulius, & Martius, ſex habēt quæ incipiunt ſecundo die menſis, & finiunt ſeptimo pariter habent octo idus, quæ incipiunt octauo die menſis, & complentur. 15. omnes alij, dies qui ſequuntur Calendis, futuri menſis

mensis attribuuntur, & Calendarũ appellatione notãtur, vt exemplis statim clarius ostendetur. Alij octo menses supra proximè relati, post Calendas in principio cuiuslibet mensis existentes quatuor nonas habent quę incipiunt secundo die cuiuslibet mensis, & finiuntur in quinto eiusdem mensis die. Habent pariter octo idus, quę incipiunt die sexto eiusq; mensis, & terminantur complenturq; die. 13. mensis, cæteri qui sequũtur dies, post tertiumdecimũ attribuuntur Calẽdis proximi mensis, & Calendarũ ipsius, proximi mensis appellatione designantur, vt per exempla statim patebit. Si itaq; primo die mensis alicui scribas, literasq; des appones datam Vercellis puta Calen. Marti, Iulij. Et sic de alijs.

Sed pro genitiuis mẽsium siue loquamur de calendis, siue de nonis, siue de idibus rectius possessiua nomina finxerimus secũdum Augustinum Datum Senensem, in suo vltimo præcepto, vt Calendis Martij sicque de nonis & idibus, Calendas, vel nonas aut idus martias dixerimus, & ita Apriles, Maias, Iunias, Iulias, aut quintiles Augustas, aut Sextiles Septembres, & Ianuarias & Februarias.

Cicero tamen quem infra referam, & alij eloquẽtes etiã genitiuis vsi fuere, dum Cicero Lentulo scribens ait ad. 12. Calendas Februarij, & ad Terentiam lib. 14. Epistolarum. pridie Calen. Decemb. & lib. 15. ad eandem tertio scribit Idus sextilis, & alibi sępè, cui sententię adstipulatur Perotus in Cornucopiæ fol. 777. cum sequenti, vbi scribit non posse de Aprili dici nisi in genitiuo Aprilis, non aũt Aprilias sed possumus dicere Apriles, vt retuli supra Aug. Datũ scribere.

Diem verò datæ aut receptę epistolę siue sit dies Calendarum, siue nonarum, aut iduũ in ablatiuo ponimus, prout declarãt glossatores iuris ciuilis, & canonici supra citati. Augustinus Datus, Valla, Mancinellus, & alij, vt datum Vercellis Calendis Iulij, nonis aut idibus, &c. Latinę etiam scribemus intra Calendas sicuti Calendis, secũdum Mancinellum præalleg. titu. 8. & sequenti, & minus rectè, neq; id dixisset, si Gellij in noctibus atticis. c. 13. lib. 12. memor fuisset. Quum enim in ablatiuo casu Calendis, puta Ianuarijs scribimus, tempusque datæ epistolæ insinuamus, idem ipsum Calendarum nonarum aut iduum pręcisè ponimus, & exprimimus. Sed quũ intra Calendas dicimus omne tempus quod Calendarũ die includitur intra Calendas, esse rectè sentimus, ita quòd in quolibet dierũ qui Calendis, proximi futuri mensis attribuuntur, verificari potest, vt ibi latè per Gellium. Ita quod dies datę epistolæ incertus esset quo ad dies prædictos.

Sed nunquid ad Calẽdas, in eodem sensu rectè dici possit, vt videlicet diem ipsum Calendarum pręcisè notet, non habeo auctoritatem grauis auctoris, ad hoc ideò ego abstinerem præcipuè, quia propositio ad, rei non precisum Calendarum diem puta significat, sed proximitatem, & de incerto dicitur secundum Lauren. Vallam, & sequitur Calepinus in suo dictionario in verbo ad, quorũ consideratio confunditur per. l. ad diem cum ibi not. ff. de verbo. obli. Et per id quod considerato. sensu de Aug. Cæsare Suetonius scribit, qui quum aliquos nunquam soluturos significare vellet, ad Calendas græcas, soluturos aiebat, id est nunquam quia græci carent Calendis, ex quo apparet quòd si gręcis Calendæ adessent, sermo iste ad Calendas diem ipsum Calendarum significaret, licet etiã ante Calendas tales debitor possit persoluere, si vellet renunciando fauori suo.

Melior igitur ratio pro opinione prędicta adduci potest, quia ad Calendas significat tractum in futurum. Data verò epistolæ refert signatq; tempus præsens, & instantaneum, & ideò Augustus Cæsar, vt in eius vita Suet. tradit, ad epistolas omnes horarum quoq; momenta nec diei modo sed etiã noctis quibus datæ significarentur addebat, Primo igitur die mensis Maij puta scribentes literas, dicemus Calendis Maijs, elapso die ipso Calendarum, quia vt dixi sex dies immediatè sequentes nonis attribuuntur, Die. 2. Maij scribendum est sexto nonas maias, siue postridie Calẽdas maias, tertio die quinto nonas Maij, vel maias, quarto die dicemus, quarto nonas Maij, quinto die tertio nonas Maij, sexto die pridie nonas maias, septimo die nonis Maijs. Finitis verò nonis reliquos, octo dies similiter iduum cognominatione notabimus, nã die. 8. Maij dicemus octauo idus maias, siue postridie idus maias. Nono die septimo idus, decimo, die sexto idus. 11. die quinto idus. 12. die quarto idus. 13. die. 3. idus. 14. die pridie idus maias. 15. die idibus Maijs. Et eadem ratione in alijs mensibus, qui ante nonas sex dies habent cõputatis nonis, prout est October, Iulius, & Martius, vt supra visum fuit, idẽ dicemus, in reliquis verò octo, mensibus habentibus, nonas in quinto die, vt in superioribus ostensum est, post diem Calendarũ mensis Ianuarij puta, die. 2. scribendum erit. iiij. nonas Ianuarias, tertio die. iij. nonas Ian. quarto die pridie nonas Ian. 5. die nonis Ianua. Expletis nonis die. 5. mensis prædicti, sequenti die immediatè, & sic die sexto ex quo, vt dixi omnes menses habent ante idus octo dies ipsis idibus connumeratis, scribendum erit octauo idus Ianuarias, inde. 7. posteà sexto. de hinc quinto, & quarto postmodũ. iij. die verò. 12. dicendũ erit pridie idus Ian. die. 13. idibus Ianuarijs, sequẽtes dies attribuemus Calendis futuri mensis, vt præscripsi, & infra latius dicetur.

Si enim sit mensis de quo scribimus, ex illis quatuor quibus idus sunt in. 15. die. vt Martij Maij Octobris, & Iulij, quia omnes dies qui sequunt Calendis, proximi futuri mensis attribuũtur, scribendũ erit decimo sexto Calendas Apriles, vel Aprilis. Die vero. 17. dicemus sextodecimo Calen. April. die. 18. quintodecimo Calend. April. die. 19. quartodecimo Calend. April. die. 20. tertiodecimo Calend. April. die. 21. duodecimo Calend. Apri. die. 22. vndecimo Calen. April. die. 23. decimo Calen. Apr. die. 24. nono Calen. Apr. die. 25. octauo Calend. April. die. 26. septimo Calen. April. die. 27. sexto Calen. Apri. die. 28. quinto Calen. Apr. die. 29. quarto Calen. April. die. 30. tertio Calen. Apri. die. 31. & vltimo dicendum est pridie Calend. April. vel apriles. In alijs mensibus quibus idus sunt in die. 15. eadẽ seruãda est ratio.

Sed in illis octo mensibus in quibus sunt idus. 13. die addendi sunt duo dies, & augendus numerus, dierum præcedentium cal. exempli gratia, post expletas idus Ian. die immediatè sequẽti qui est. 14. dicemus decimonono calen. Febr. siue postridie idus Ian. die verò. 15. decimooctauo calend. Feb. die. 16. decimoseptimo calen. Feb. die. 17. decimosexto calen. Febr. die. 18. decimoquinto calen. Feb. die. 19. decimoquarto calen. Feb. die. 20. tertiodecimo calen. Feb. die 21. duodecimo calen. Febr. die. 22. vndecimo calen. Feb. die 23. decimo calend. Febr. die. 24. nono calend. Febr. die. 25. octauo calen. Febr. die. 26. septimo calen. Feb. die. 27. sexto calen. Febr. die. 28. quinto calen. Febr. die. 29. quarto calen. Feb. die. 30. tertio calen. Feb. die. 31. & vltimo pridie calen. Februarias. Et in cæteris mensibus, tenentibus idus in. 13. die, eadem ratio seruanda erit, excepto Februario quia quũ habeat. 28. dies tantum, expletis idibus, & sic die. 14. oportebit dicere sextodecimo calend. Martias, & successiuè diminuendo, secundum ordinem præscriptum, nisi eo anno currat bissextus, quia tunc superadditur vnus dies Febr. & die. 14. Febr. tunc dicendum esset, & scribendum decimoseptimo calen. Martias, & secundum prædictum ordinem procedere, & prosequi.

His sic expositis, & per exempla demõstratis notandum est quòd licet, vt dictum est, diem actus gesti scriptæ Epistolæ, vel alterius factæ dispositionis, cadentem in calendis nonis aut idibus in ablatiuo casu ponamus, vt calendis, nonis, aut idibus Ianuarijs. & veluti ex prædictis, exemplis liquet, idem est in alijs diebus, qui sunt intra calendas & nonas, inter nonas & idus, ac inter idus, & calendas proximi futuri mensis, vt tertio nonas, vel idus, seu calendas Augusti, dies enim in ablatiuo cõstituitur. vt ibi tertio, scilicet die, nonas verò idus, & calendas in accusatiuo, Et inter numerandum præpostero vtimur ordine, & diem ipsum nonarũ iduum, vel calendarũ, vt ex prædictis exemplis apparet includimus, & connumeramus, vt si secũdo die Ianuarij scribam, dicendum erit quarto nonas Ian. sic de idibus, & calendis sequentibus, resoluiturq; hoc modo, id est quarto die

ante nonas, vel præcedentē nonas computatis extremis, vt per glossatores nostros in locis præalleg. & Perotū in Cornucopiæ infra allegato, & Calepinū in verbo postridie. Et si dicatur prędicta inuicem repugnare, quia si quarto nonas puta Ian. exponitur, id est quarto die ante nonas excluduntur nonæ, sicque computari non debent in dinumeratione dierum, Respondeo ꝙ dictio ante, quamuis de proprio significatu exponi debeat ante actum inchoatum, quia tamē adijcitur tempori, & ante nonas, intelligitur de tempore finito, vt tradunt Bart. Alex. Ias. & alij in l.ij.in.§.fin.ff.si cer. pet. Et sic ante nonas finitas, s. ideò nimirum si dies ipsa nonarum includitur, pro quo facit illud ꝙ scribit Sueto. in vita Iulij Cæsaris sub capite de prodigijs, præcedentibus mortē eius. Dum refert ꝙ Spurina aruspex immolantē admonuit, vt caueret periculum ꝙ nō vltra Martias idus proferretur; quē diem cedis suæ irridens Cæsar, & vt falsum arguebat, ꝙ sine vlla sua noxia idus Martię adessent. q̈q̈ is venisse quidē eas diceret, sed nō pręterisse. ita quod non absonū est, intelligere interpretariq; nonas, vel idus elapsas, s. & præteritas sicq; in.ij. die puta mēsis Ian. rectè dici quarto nonas Ianu. i. quarto die ante nonas Ian. elapsas: elapsas, s. & præteritas,

Et etiam not. ꝙ dies qui pręcedunt nonas idus, & calendas, nō sunt nonæ idus aut calendæ, sed dies nonarū iduum & calendarum, attribuuntur, ergo nonis, idibus, & calen. & cognominatione nonarū, iduum, vel calen. dies illi scribuntur, & notantur, nō sunt tamen nonę, idus, aut calendæ, quę cōstituuntur tantummodo primo die mensis, si de calendis loquamur in quinto vel septimo, si de nonis in.13. vel.15. si de idibus secūdum diuersitatem mensium iuxta pręscripta, & istud etiā clarè probatur, ex eo quod diximus quarto nonas resolui, i. quarto die ante nonas vel pręcedenti nonas, & sic de alijs. Si sunt ante nonas siue pręcedant nonas, ergo nō sunt nonæ. Qui igitur cōposuit illos versus sex nonas, &c. & scribentes illos referētes in locis pręallega. errasse videntur. Quia nonæ non sunt sex vel quatuor. nec idus octo, vt visum est. Sed bene in sexto die, vel quarto post calendas sunt nonę, & idus post nonas in octauo, sed oportet sensum potius quam verba inspicere declarationemque, & intelligentiam ex sensu capere.

Primo ergo die mensis, puta Ian. dicemus calendis Ian. Et quemadmodum non dicimus nudius primus, ita nec primo calen. primo nonas, primo idus, sed calendis, nonis, idibus, secundū Lau. Vallam in suis elegantijs. c.70. & in promptu est ratio licet Valla non dicat, quia quum talis sermo, vt in superioribus dictum est exponatur, i. die præcedenti calendas, vel die ante calen. esset repugnantia in subiecto scriptum actumúe fuisse calendis, & ante calendas, ideò necessario sequitur secundum strictam, & rectā loquendi rationem dicendum scribendumq; in casu ablatiuo calen. nonis vel idibus non aliter nec alio modo. Postmodū die immediatè præcedenti calendas, sicq; vltimo die pręcedētis mensis dicemus, vt supra relatum est pridie calen. Ian. puta pridie nonas, & pridie idus. hinc M. Cicero Appio scribens. pridie inquit nonas iunias quum essemus Brundusij rex. & ad atticum etiam pridie compitalia memento rex. & resoluitur, vt dictum est die præcedenti nonas, siue die ante nonas, quo etiam modo postridie calendas aut nonas, vel idus dicitur, i. die post calendas, vel nonas aut idus. Liuius etiam postridie idus, rebus diuinis supersederi iussum scribit. & similiter Gell. lib.5. ca.17. Augustinum Senen. in libello isagogico in pen. præcepto. Pridie inquit calendas, pridie nonas, pridie idus dicitur, & significat quod vetustissimi dicebāt die pristini pro aduerbio quod significat die pristino, & sic pro vetusto more die crastini, & die quinti, ac die quinto, similiter pro aduerbio verū, quia nos priscā, & horridiorem vetustatem fugere, & vitare debemus, pridie dicimus.

Sed Aulus Gell. in noctibus atticis. cap.24. lib.10. latè super hoc euagando tandem die inquit pristini, eodem modo dicebatur quod significat die pristino, i. priore, quod vulgo inquit pridie dicitur conuerso compositionis ordine, quasi pristino die, & cōsequenter vult pridie vocabulum vulgare esse quod ex præscriptis confunditur. Cice. enim, Liuius, & alij doctissimi viri eo vocabulo, vt latino vsi fuere. pridie igitur, & postridie cōposita sunt, & diuersa. vt enim ait Festus antiqui pri loco pre dixerunt. pridie itaq; ex pre & die siue vno die ante significat. Postridie verò postero die, vt etiam per Calepinū in suo vocabulario in verbo postridie, item pridie, & postridie simillimam obtinent significationem ei cuius sunt heri & cras. Est enim pridie quasi heri, nō tamen præsentis diei, & postridie cras, nō præsentis diei sed cuiusdam alterius aut præteriti aut futuri. præteriti sic, pridie quàm intrarem mare serena lux fulsit. futuri sic, pridie quàm intres patriam sacrificium facito, id est die præcedenti quo mare intrasti, aut patriā intrabis. item postridie quàm pater mortem obiuit epulum feci, & postridie quàm vxorem duxero, nauigandum mihi est, vt latius per Laur. Vallam in elegantijs suis. cap.70. Hinc M. Cice. Lentulo, ad duodecimum calendas Februarij dum in senatu pulcherrimè staremus, quòd iam illam sententiā Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, id est præcedenti die eius diei hoc est duodecimi, & Cæsar lib. ij. postridie eius diei Cæsar pręsidio castris quòd satis esse visum est reliquit, i. sequente siue postero die eius diei qui præcessit.

Et licet accusatiuo, vt in exemplis prædictis est pridie & postridie iungantur, tamen etiam cum genitiuo iungi possunt, vt pridie postridie calendarum nonarū, vel iduum secundum Laur. Vallam & Calepi. præallegatos, exemplaq; Cic. & Cæsaris proximè relata satis ostendunt. Exemplificat etiā valla sic. Pridie illius diei, & postridie illius diei quo hæc feci aut faciam, vel etiam sine quàm & sine die secundum Vallam sic. Venit ad me Chremes postridie clamitās. supple illius diei quo hæc gesta sunt. Et quū intraui vrbem audiui hominem pridie recessisse. Dicimus etiam secundū eundem Vallam, quum has literas dabam, erat pridie calen. Augusti. vel postridie nonas, Et hodie est pridie ludorum circensium. Cras est postridie nundinarum. refertur, enim tale tempus nō ad hodiernum crastinumq; diem, sed ad alium quendam, veluti ad eum quo hæ literæ legentur; ideoq; errauit inquit qui sic scripsit.

Quum Romæ domum loquendi gratia adissem, orauit me dicens postridie ad me redeas, dicendum erat cras, aut sic postridie, vt redirem orauit. Rursus nō rectè sic dixisset, cras, vt redirem orauit, sed postridie secūdum Vallam, sed istud vltimum est nimis scrupulosum.

Atque vt non dicimus nudius secundus, ita nec secundo calendas, secundo nonas, secūdo idus, sed pridie calendas, nonas & idus secundum Vallam loco præallegato, sed vt mihi videtur quantum ad rationem recti latinique sermonis dici posset. ij. calendas. ij. nonas, & secūdo idus, id est secūdo die ante elapsas calēdas nonas, & idus cōputatis extremis, prout dicimus tertio calen. tertio nonas vel.3. idus, id est tertio die ante calen. nonas aut idus elapsas propter identitatem rationis, veruntamen quia sic dictum apud graues auctores non reperitur id nō dicimus. Et vltra ratio assignari potest, quia habemus alterum vocabulum, & quidem magis proprium elegans quod est pridie, Qua ratione dixit Valla loco præalleg. non dicimus nudius secundus, quia habemus aliud vocabulum magis proprium quod est heri. Sciendum est etiā quòd illud quòd in calendis nonis, & idibus in ablatiuo casu iungimus, vt quarto calēdas quarto nonas vel quarto idus in accusatiuum transferre possumus, & ad præponere, sed id significat tempus ferè diuturnius vt: 10. calēdas Februarias dedisti ad me literas, ego vero ad octauum idus Ianuarias ad te scripseram, secūdum Augustinum Senensem loco præallega. & comprobari potest auctoritate Cice. in pluribus locis, quemadmodum enim proximè retuli Lentulo scribens inquit. Ad duodecimum calendas Februarij, dum in Senatu staremus, &c. id est die duodecimo ante calendas Februarias, & lib. 3. Epistolarum ad Appium pulchrum, Trallis inquit veni ad decimumtertium, calēdas sextilis. ibi pręsto mihi fuit, &c. & iterum ad eundem. Ad.11. cal. Iunij Brundusium quū venissem. Et in.4. lib. Seruio Sulpitio scribens,

scribens, ad tertium ait calen. maias, quum essem in Cumano accepi literas tuas, & in. 7. Epistolarum ad Marium scribit ad duodecimum calen. iunias in Cumanum veni. Et si omnia prædicta bene ponderabis, inuenies talem sermonẽ in accusatiuo cum præpositione ad significare tempus diuturnum datæ vel acceptæ epistolæ seu actus gesti, non autem tempus præsens, quando epistola scribitur, daturque. Istud enim semper per bonos, & graues auctores in ablatiuo casu positum fuit, vt præscripsi, patetq; in omnibus Ciceronis, Plinij, & aliorum epistolis circa tempus datæ.

Alij ad tertiũ calendas, & tertio calendas differre dicunt, quòd tertio calend. semper de certo die dicatur, ad tertium etiam de incerto, hoc est de eo qui est, circiter tertiũ calen. ita de similibus, & si aliquando ponatur ad tertium calend. pro ipso die tertio calen. vt dicam, ab hoc die vsq; ad tertiũ calen. nonas, vel idus tres dies inter sunt, immò in omnibus exemplis Ciceronianis supra relatis ad tertium, de die certo semper dicitur, nec de incerto auctenticum, aut probabile profertur exemplum. Et quamuis prædicta magis ad literas humaniores, quàm ad legalem disciplinam pertinere videantur, nihilominus, vt ex data. ij. constit. C. & multorum titu. libri auctenticorum, ac sexti decretalium cõstat, etiam ad nos spectare, & pertinere videntur, & Ioan. Andre. qui fons iuris canonici nuncupatur, ista tractare in loco præal-
297 leg. non erubuit. Vltimo † no. ibi Iusti. ter consule, Iustinostrum ter consulatui præfoisse tempore præsentis constitutionis. faciunt quæ scripsi supra in principio constitutionis, in figuratione casus ex quibus probatur illud proœ. factum fuisse ante secundam compilationem. C. Ad aliud aduerten
298 dum est dum text. dicit ter consule † habent quidam tertio consule, & minus rectè si Gell. credimus qui. cap. 1. lib. 10. sic habet, familiari meo cuidam literas Athenis Romã misi, in his scriptum erat me illi iam tertiũ scripsisse. Is ad me rescripsit, petijtq; vt rationem, dicerem cur tertium, & non tertio scripsissem. Item an tertium consul an tertio consul dicendum esset, ad hæc ego scripsi nihil aliud quàm verba, Mar. Varronis hominis doctissimi qui lib. 5. disciplinarum dicit, aliud est quarto prætorem fieri, & quartum, quarto locum ad significat, & tres ante factos. quartum tempus significat, & ter antefactum, sequitur Lau. Val. in eleg. c. 160. Sed quòd latinè & tertio consul dici possit, probat Plin. de viris illustr. c. 15. & 69. vbi vsum legimus tali forma dicendi. & Plut. in vita Marcel. dum ait eum quinto cõsulem designatum. & Cice. in oratione. in L. pisonem fol. 1. dum ait. quis enim. C. illi Mario fortissimo viro, & consuli & sexto consuli ex quibus patet rectè vtrunq; dici posse. Consultis-
299 simè propterea quondã egit Cicero, † nam quum Pompe. ædem victoriæ dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri essent, nomenq; eius, & honores inscriberet, quæsitum fuit vtrum consul tertio an tertium inscribendũ esset, eam rem exquisitissimè Pompeius, retulit ad doctissimos ciuitatis, quumque dissentirent, & pars tertio, alij tertium inscribendum contenderent, rogauit Cice. vt quod & rectius videretur inscribi iuberet, tunc Cic. nolens quempiam damnare persuasit Pompeio, vt neque tertio neq; tertium inscriberetur. sed ad secundum vsq; T. scriberentur literæ. tert. vt verbo non præscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret, testis Gell. Et credo Ci-
300 ceronem id fecisse quia, † vtrunq; latinè dici potest. Taurini. 1524. feriarum vacationumque tempore.

Ex rubr. de orig. iur.

De continuatione, & subordinatione titulorum. nu. 1.
De triplici lege: æterna, naturali, & positiua. 2.
Seruorum status quo iure sit annihilatus. 4.
Elegans Breui gallorũ ducis aduersus Romanos dictum. 5.
Omnis lex ad communem hominum salutem ordinari debet. 6.
De potestate iurisconsultorum in interpretandis, emendandis & corrigendis legibus. 8.
De more ferendarum legum. 9.
De trinundino. 12.
Omnes bonæ leges ex malis moribus sunt procreatæ. 16.
De natura præpositionis. 19.
Appellatione iuris ciuilis quid veniat. 20.
Desine iuris ciuilis & canonici. 26.
Volens scire principiata, debet prius scire & cognoscere principia. 30.
Origo rei inspicienda, & consideranda. ibidem laté.

Sequitur Rubrica.

IN RVBR. ff. DE ORI. IVR. CIVI. ac omnium magistratuum, & successione prudentum.



QVAERERE solent in primis, doct. de continuatione tituli, cum rubricę continuandæ sint. l. ij. ff. de stat. homi. † ibi
1 proximos atq; coniunctos applicantes titulos, vt res patitur dicemus, quamuis pleriq; forte non inepte de subordinatione titulorum, non de continuatione legem prædictam loqui intelligant, vt per Ang. Aret. in rubri. proœ. insti. col. fin. Et vt terminorũ vim & potestatem intelligas, cõtinuatio est partiũ inter se non intermissa coniunctio. Senec. lib. 2. naturalium quæstionum, vel secũdum Gemin. ad fi. cap. 1. de consecr. Eccle. vel alta. in vi. est duorum coniunctorum inter se corporum tactus. Et sic continuatio aliud non est quàm actus successiuus, ad cõsumationem, & perfectionem eiusdem materię tendens. l. cõtinuus in prin. infra de verb. oblig. Vnde à titulo tractante distinctam, & diuersam materiam à præcedenti non potest fieri materiæ continuatio, sed bene materiæ ad materiam, tituliq; ad titu. subordinatio, quæ semper facienda est, quũ processus scientiarum sit opus rationis, cuius proprium est ordinare, vnde in omni opere rationis ordo aliquis inuenitur, secundum quem proceditur ab vno in aliud, vt vult S. Tho. super de cœlo & mundo, quam materiam (Deo dante) melius excutiam in rub. infra de reg. iur. Continua præsentem rub. sic, dictum est in tit. præcedenti de iusti. & iure, verum quia vnde ius illud, quod ciuile nuncupatur ortũ fuerit dubitari poterat, ideò rubricatum hic fuit de origi. iur. ciui. quia origine cognita, consequens erat magistratuum ori. & titu. cognoscere, quum parum sit ius in ciuitate esse, nisi sint qui illud reddere possint. l. ij. in. §. post originem infra eodem, ideò subiungitur, ac omnium magistratuum. Scientiam autem iuris ciuilis plurimi & maximi viri professi sunt. d. l. ij. in. §. iuris ciuilis scientiam, qui prætereundi non fuere. ideò
2 subijcitur, & de successio. prudentum. Præmitte † totum hunc titu. sing. esse, teste Alber. de Rosa. ad quem titu. sæpè ad plura in iure cognoscenda, recurrimus. secundum Fort. gar. in. l. gallus. in prin. colu. 19. infra de liber. & posth. & tituli facies vtilitatem per se fert ita, vt commendatione non egeat. iuxta vulgatum text. l. j. ff. de in integr. restit. Secundò pręmitte secundum Zas. triplicem inueniri legem, æternam, naturalem, & positiuam, vt hic per eum latius quã par sit vagantem, quum ad rem nostram hæc parũ sint accommodata, & contra cuius distinctionem posset instari ex dictis Budei in. l. ij. circa fin. ff. de legi. dum loquitur de. l. æterna, quam theologos naturæ. l. vocare dicit. & ex dictis Scoti in. 4. dist. 17. & Angelicæ in verbo lex, & Archiepiscopus. florẽt. in prima parte summę vbi tractat de. l. naturali, Mosayca, diuina, euangelica, canonica, ciuili, & consuetudine. Nota tamen Zasij dicta dũ loquitur de iure naturali, & gentium, seu de lege naturæ, quæ & gentiũ est, reprobando doctrinam Barto. in. l. si id quod infra de condi. inde. volentis
3 † duplex esse ius gentium, primeuũ & secundariũ. nam ius gentium dicit, vnũ esse quod à iure naturali hominum non

separatur, productio tamen fit qualitate diuersa. secundum
ꝙ mores, & vsus hominum processu vitæ variarũt.id quod
significat iurisconsultus in.l.j. cum quatuor sequentibus su-
pra titu.j.quia si ius gentium eo dissecari debuit, quia mores
& vsus variarunt, iam non duplex sed centuplex ius consti-
tuendum erat. Item quia lex consuetudinis est quasi lex na-
turæ, vt per Bald.in.l.executoré.C.de exec.rei.iu.& sicut ex
variatis moribus consuetudo nõ scinditur. ita nec lex natu-
ræ quæ est gentium debebit. Hæc non est opin.noua, eam
antiquitus tenuit Archi.in.c.omnes.prima dist.& tanquam
veriorem sequitur Aret.in.l.j.in prin.in.ix. col.ff.de acquir.
possess.verum Sozi.ibi col.vij.& Ias.in.d.l.si id quod defen-
dunt Bart.quem communiter sequũtur doc.& respon.d.l.j.
& alijs motiuis Aret. vt per eos. Non obst.ꝙ attenta opin.
Bar.iam non duplex sed centuplex ius constituendum erat,
quia respon. ꝙ totum illud ius gentium quod post inclinatã
naturam ob malitiam hominum, & temporũ successit, non
fundatur in illa pura rõne naturali, sed ex constitutione gen
tium, vt declarat Barto.in d.l.si id. ꝙ dicitur secundarium, i.
alteratum secundum varietaté temporum, vt per Sozi.loco
præall.& sic istud secundum est vnum ius gentium variatũ,
& alteratum secundum varietatem temporum, non igitur
centuplex. Item nihil repugnat quod de consuetudine obij
citur, quia ex moribus tota inducitur, & alteratur, prout &
ius gentium secundarium, & nõ scinditur, vt ius gentium à
Bar.quia non cadit illa consideratio in ea de naturali pura ra
4 tione, quę cõstituit ius gentium primæuum. † Porro elegan
tem putamus Zasij declarationem contra Bartolum, & se-
quaces, volentes statum seruorum de iure gentium secun-
dario annihilatum. validis enim auctoritatibus conuellitur.
nam Iob ca.31.colliges, seruos contra dominos iudicio sta-
re potuisse, ergo & obligari poterant: deniq; serui dominis
ab intestato succedebant, si non extitissent filij gene.ca.15.
Item in exercitum milites scribebantur, vt homines liberi,
eodem lib.c.13.quod iure ciuili nõ erat receptum.l.ab om-
ni.infra de re milit.& per Plin.in epistolis, sed & bona eorũ
propria possidere licuit, ex quibus ipsi sibi acquirebant, eo-
dem lib. cap.47.& 2.Regum cap.9. & 16. & Philo.4. polit.
tradit seruos si paulo essent opulẽtiores ad munera ciuilia ad
ministratiua eligi. Item & ancillis admittebatur coniungi
nuptijs filiorum domini. Exodi cap.12.quibus consequens
est seruos eo saluo quod sub Domini manum subdebantur.
de iuregentium nõ ita esse annihilatos, vt posteà de iure ci-
uili fuere, & ad ipsum sensit iurisconsultus, in.d.l. si id quod
vbi seruus suum etiam Dominũ naturaliter, id est iuregen-
tium obligauerat, & licet Dominatio iuregentium esse dica
tur. Ex hoc tamen non bene infertur Serui statum annihi-
latum esse, quũ manus Dominica annihilationem serui nõ
impellat. Itaq; ius Ciuile censuit seruum haberi pro nihilo,
non ius gentium, vt est tex.in.l.quod attinet.ff. de reg.iur.&
hanc opi.prosequitur etiam Fort.garg.in.l.manumissiones.
in tribus vlti.col.supra de iusti. & iur. Et inuenio hanc fuisse
sententiam glo. pen.in.l. ex hoc iure. eod. titu. sed non est à
communi recenden.ꝙ id sit de iure gentium secundario, vt
per omnes in.d.l.si id, & in.d.l.quod attinet.& Aquetis.in.d.
l.ex hoc iure col.13. Et not. ꝙ etiam hodie baptizatus ser-
uus, liber non efficitur, nisi ad libertatem producatur, vt in
rub.& nigro, ne Christia.mancip.cũ not.per Deci.in c.con-
5 suluit el.iij.de appel. Libet obiter referre, † barbari hominis
Breni, qui Senonum regulus fuit dictum de iure naturali. Is
interrogãtibus Romanorum legatis qua nam ratione Clu-
sium Hetruriæ vrbem obsidione premeret, iure inquit na-
turali hoc facio, quo is qui minus fortis sit potentiori cede-
re iubetur, nam eo etiam pecudes, & bruta animalia vti de-
prehendimus, quum Tauros Leones Aquillas Cæteraque
animãtia iccirco dominari videmus, quoniam alios viribus
præcellant, quod & vos Romani secuti estis, quum fidena-
tes, ardeates, veios, volscos, nõ alia subegistis ratione, quàm
quòd illis præstantiores virium virtute habebamini, quæ ta
men legibus nostris consentanea nõ sunt, vt per elegantem
Alciatum lib.2. paradoxorum.ca. vlti. hinc etiam Liuius in
quinto ab vrbe cõdita. Romanis quærentibus quid in He-
truria rei gallis esset, quod nam id ius esset, agrũ à possesso-
ribus petere, aut arma minari? responderunt ferociter, se in
armis ius ferre, & omnia fortium virorum esse. Item præ-
6 mitte, quòd quum omnis lex† debeat ordinari ad commu-
nem hominum salutem, in tãtum obtinet vim, & rationem
legis, in quãtum ad dictum finem tendit, vbi verò hoc de-
ficit virtutem obligandi non habet, ita S. Thom. in prima
secundæ distinc.96.artic.6.contingit tamen multotiens se-
cũdum eum, ꝙ aliquid obseruari communi saluti est vtile,
vt in pluribus, in aliquibus tamen nociuum, quia tamen le-
gislator nõ potest omnes singulares casus intueri, proponit
l.secũdum ea quæ in pluribus accidunt, ferens, intentionem
suam ad communem vtilitatem. vnde pulchrè subdit, ꝙ si
emergat casus in quo obseruatio talis legis sit damnosa, non
est obseruanda, sicut si in ciuitate obsessa statuat lex, ꝙ por-
tę ciuitatis maneant clausę, hoc vtile est communi saluti, vt
in pluribus, si tamen contingat quòd hostes insequantur ali-
quos ciues per quos ciuitas cõseruatur, damnosum esset ci-
uitati nisi eis portæ aperirentur, & ideò contra verba legis,
tali casu aperiri deberent, vt cõseruetur communis vtilitas,
quam legislator intendit. quòd si obseruantia legis secundũ
verba non habet subditũ periculum, cui oportet statim oc-
curri, nõ pertinet ad quemlibet, vt interpretetur quid sit vti
le ciuitati, & quid inutile, sed hoc pertinet ad solum princi-
pem, qui propter huiusmodi casus habet auctoritatem di-
spensandi, si verò sit subitum periculum nõ patiens tantam
moram, vt ad superioré recurri possit, necessitas habet an-
7 nexam dispensationem, quum legi non subijciatur, † facit
l.j.infra de offic. consu.l.si quis filio.in.§.ij autem. ver. nisi
forte latro.ff.de iniu.rup.&.l.j.vbi glo.& doct.latè ponunt,
super verbo non aliter infra de officio eius. Prę mittendum
8 est etiam, † ad intelligentiam totius materiæ, quòd iuriscon
sulti nec legem condere, nec vetera abrogare, iusúe corrige
re poterant, sed solum interpretari, etiam post beneficium
respondendi à Cęsaribus datum, vt eleganter declarat Ma-
rius salomonius consistorialis aduocatus (licet vulgo aliter
putetur) in sua Paradoxa enarratione in.§.responsa pruden
tum char.j.insti.de iure naturali. ei tamen nõ assentior dum
ibi vult auctoritatem illam iurisconsultorum, vt non liceret
ab eorum responsis recedere militare, dũtaxat quando om
nes simul ita sentiebant, secus in singulis, ideò improbabi-
mus infra in.l.ij.in.§.fi.in versi.fi. Hodie omnium iuriscõ.
quos in corpore iuris scriptos vides opinio, necessaria est &
Imperialis.l.j.C.de vete.iur.enuc. De more ferendarum lę
9 gum olim † Cicero pro flacco. o morem (inquit) præcla-
rum disciplinamq; quam à maioribus accepimus, si qui-
dem teneremus, sed nescio quo nam modo de manibus
iam elabitur, nullam.n.illi nostri sapientissimi & sanctissi-
mi viri, vim concionis esse voluerunt quæ sciscerer plebs,
aut quæ populus iuberet: summota cõcione, distributis par
tibus, tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classi-
bus, ætatibus, auditis auctoribus, re per multos dies promul
gata & cognita, iuberi vetariq; voluerunt. Erant autem le-
10 ges quædam curiatæ † à curiatis comitijs dictæ, id est tri-
butim coactis, quædam centuriatæ à centuriatis comitijs,
id est centuriatum ex censu & ætate distributis, de quibus
multa Cice. in.l.agraria contra Rullum.& in lib. 3. de legi-
11 bus.& Aul.Gel.in noc.atti.lib.xv.cap. 27. † centurietæ au-
tem leges vt infra in.l.ij.Budeus refert maioris auctoritatis
erant, quasi plenis iustisq; comitijs perlatæ, ideòq; gloria-
tur Cicero centuriata se lege ab exilio reuocatũ esse, de quo
latè in eius oratione quam de redditu suo inscripsit. Non ali
ter itaq; Romę leges ex instituto priscorum quàm trinun-
12 dino die promulgabãtur, vt refert Macrobius, † id est tribus
nundinis, quibus omnis plebs ex agris ad mercatum in vr-
bem confluebat, eratq; licitum per id tempus intercedere,
ac tollere si parum probaretur, siue quid vinj esset, vbi verò
trinundino lata erat, & in tabulis æneis incisa, amplius re-
scindi infirmarique non licebat. trinundinum ergo, vt in-
terpretatur Priscianus dicitur quasi trinarum nundinarum,
† dę

13 † de prædictis videas etiam Liuiũ in tertio ab vrb. cond. &
Cice. in prima philippica. facit lex humanum. C. de legibus.
14 Item Alex. nullam constitutioné sacrasse, † sine. 20. iurispe-
ritissimis testatur Lampr. Obseruationem prędictam Ro-
mani ex Solonis legibus didicerũt, nam Demosthenes ille
famigeratus orator in quadam oratione relata per Budeũ.
15 in. l. j. de iust. & iure. Solonem commemorat, † inter alia cũ
legibus suis hoc quoq; instituisse, quum lex aliqua rogatio-
ne ad populum ferretur, vt à legislatore primũ recitaretur:
deinde, vt in loco maximè celebri conspicuoq; proscribe-
retur ad concionem, vsq; inde scribæ, vt daretur palam prò
concione legenda, vt si quid cuiquã non placeret, id in me-
dium proferret. Et si ea per totum quoq; populo placuisset,
ita demum nomothetis daretur postremũ exploranda, qui
vti eam probassent improbassentue, ita proferretur antiqua
retur ue, hi autem nomothetæ ex iudicum numero delege-
bantur, vt eam operã populo iurati ipsi nauarent. Illud etiã
16 scies, † omnes bonas leges ex malis moribus procreatas,
nisi etenim vitia agminatim erupissent, nisi mores mali ve-
lut herba irrigua (vt inquit Plato,) vberrimè succreuissent,
profecto leges superuacaneæ fuissent, quę ad coercẽdas cu-
piditates, vitiaq; ex mortalibus tollẽda latæ sunt. & quem-
admodũ morbos, ante extitisse necesse est, quàm remedia
eorum atq; medicamenta, ita prius nequitia nata est, & sce-
lus exortum, quàm cõditæ leges, quæ obuiam irent nequi-
tiæ sceleriq; flagitiorum, hinc dixit Inno. in cap. pastoralis
17 de offic. or. † ꝙ homo posset adeò ratione regi, ꝙ non subij-
ceretur legi. i. exercitio legis, facit tex. in proœ. decre. Rex
pacificus. & ibi colum. j. Fely. post Abba. no. accedat etiam
prædictis glo. in c. principium in versicu. superbiæ. de pœni.
18 distin. ij. dicens, † ꝙ ius cepit à ruina Angelorũ. & omnipo-
tens Deus, vt dicũt Theo. (ex omnibus malis quę sub cęlo
fiunt, siue à natura, siuè ab hominibus, siue à demonibus)
multa bona elicit, vtpote iustitiam, & pulchritudinem vni-
19 uersi. In princ. tex. rub. præpositio de † stat. demonstratiuè,
ostendit enim quid iurisconsultus tractare velit, etsi multos
alios habeat significatus, vt per Alber. in dictionario super
verbo de, Bald. in. l. ex hoc iure colum. vj. in septima opposi.
supra titu. proxi. Franciscum Pauinum rotæ auditorem in
tract. de offic. & po. cap. sede vac. in præludijs. per duas col.
Barb. in rub. de proba. colu. antepen. Benedictum capram
in consi. 22. colum. pen. & fi. Cor. consi. 53. colu. ij. in. j. vol.
pulchrè Ioan. And. in regula nullus, ex consi. col. fi. in mer-
cu. & Abb. in c. cum olim colu. ij. de arb. & Dec. infra si cer-
pet. in. ij. lec. rub. vbi hanc præpositionem causam materia-
lem, maxime significare dicit, in proposito igitur hic impor-
tat materiam titu. nostri esse de origi. iuris. In eod. text. ibi
origine iuris ciuilis, de iure ciuili Romæ intelligitur, de quo
tractat in. l. ij. per totam sicque in nobiliori, & potentiori si-
20 gnificatu, † vt etiam in. §. sed quotiens. instit. de iure natu-
ra. gen. & ciuil. quod facit ad quæstiones ibi per Fab. & Are.
21 tactas, & per Dec. in consi. 685. † appellatione tamen iuris
ciuilis comprehenditur tantum lex secularis, & non consti-
tutio Ecclesiastica. c. 1. 3. distin. vbi Car. infert ad duas quæ-
stiones, facit glo. no. instit. de iure naturali in verbo ius ciui-
le. Appellatione verò iuris simpliciter, comprehenditur ius
humanum, positiuum, ciuile, canonicum, & municipale. gl.
est nota. in proœ. clemen. super verbo iuris. de qua facit fe-
stum. Iacobinus noster in tract. suo de operis col. ix. in ver-
22 sic. adiuuando sententiam Panor. † Et de ista legum origi-
ne materialiter traditur in cap. 1. prima distin. & in. c. fin. §.
fin. vj. distin. & per Arist. ij. polit. Item de origine. l. diuinæ,
naturalis, mosaicæ, propheticæ, & canonicæ ponit Azo. in
repe. super proœ. decre. aliquid. Fot. gar. in tract. de vltimo
fine iuris ciuilis, & Cano. colum. iiij. & sequen. vbi inquit ꝙ
23 † respectu causæ formalis, vel materialis, i. rationis quæ de-
bet esse in qualibet lege, omnes leges pendent à lege natu-
ræ. Veteres, legum originem & inuenta in Iouem, Appol-
linem, & Mineruam contulerunt, nec sine misterio, vt insi-
gnis Platonicus Marsilius Ficinus explicat, apud nos quoq;
Christianos dubium nõ est Deum opt. max. legem Moysi
dedisse, à quo tanta iuris scripti seges, proseritur. quicquid
enim posteri legum scriptores, in monumentis reliquere, id
totum tanquam simiæ, vt Ficinus ait, à Mose pro Eusebij
sententia mutuati sunt. Item Adam ne arbore vetita vesce-
retur ab omnipotenti Deo legem accepit, qua violata, iuris
24 seruato ordine exclusi pœnam sustinuit. † Rectè igitur in-
uentionem quandam, & donum Dei legem esse, dicitur. in
l. ij. infra de legibus, cuius legis declarationem elegãter vi-
deas tam ibi per Budeum quàm per Alciatum lib. 4. dispun
ctio. cap. 14. Quæ quum ita sint atq; Deo opifice, Deo pa-
rente hoc opus, hanc prolem in lucem prodijsse cõstet, con
25 sequens est, quòd tantę illius fœturæ † cuius tam excelsa est
origo, nõ alius quàm excelsus, quanq; admirabilis effectus,
& finis relucear, quod quum re ipsa euidenter pateat, breui-
bus tamen demonstrare, non fuerit absurdum. Qua enim
alia re quàm legibus humanæ vitę conuentus conseruatur?
ijs. n. iustus, & honestus labor honoribus, præmijs, vel splen
dore decoratur, vitia autem hominũ atque fraudes damnis,
vinculis, ignominijs, verberibus, exilijs, vel morte mulctan
tur. Et docemur non infinitis concertationumq; plenis di-
sputationibus, sed auctoritate nutuq; legũ domitas habere
libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alie-
nis mentes, oculos, manusque abstinere. Fremant omnes
licet dicam quod sentio, inquit L. Cras. magnus ille orator
apud Ciceroné in dialogis de oratore, bibliothecas me her
cule oẽs philosophorũ. vnus. 12. tabu. libellus mihi videtur,
si quis legũ fontes, & capita viderit, & auctoritatis põdere,
& vbertatis vtilitate superare. Deniq; sublatis legibus om-
nia regna mundi (teste Cassiodoro) pessundarentur. Et pro
platonicorũ assertione, ipsa vitæ humanæ cõpago dissolue-
retur. facit tex. in ca. factæ sunt autem leges. 4. distinc. & in
proœ. rex pacificus cũ vtrobiq; notatis. Hactenus de origi
ne, & effectu iuris ciuilis, & legũ, nunc de fine dicendũ est.
26 † cõmuniter scribentes dicunt finem iuris canonici esse di-
rigere hominem in Deum: finem iuris ciuilis, dirigere ho-
minem in bonum publicum. ita post Butr. Abb. in cap. fin.
colum. iiij. de consuet. & in proœ. greg. in. j. lectu. circa fi. &
est glo. nota. in c. cum contingat de iureiuran. hoc est quod
Cic. 2. de legi. eleganter attigit, vbi ad Ciuium salutem, ciui-
tatumq; incolumitatem, hominumq; vitã beatam, & quie-
tam leges esse adinuentas testatur, quapropter sapientiæ le-
galis finem, quæ ita ad humani generis conseruationem, &
concordiam tendit, vt etiam supra probatum est, eo esse no
biliorem; nemo sanus inficiabitur, ꝙ homine nihil sub cœ-
lo sit nobilius, cui consequens erit, etiam hac nostra scientia
nihil esse prętantius, quando nobilissimo ipsa fine decore-
tur, quod & tradunt Pau. de Cast. & Aquens. in. l. j. in princ.
supra titu. proxi. per illum tex. & latius ibi in. vij. not. prose-
quitur Fort. gar. vbi etiam tradit per illũ tex. finem esse fœ-
licitatem humanam, quia fœlicitas quæ in rebus humanis,
considerari policitè potest, est sola virtus ad quam tendit ci
uilis sapientia, vt per Arist. Ethic. primo. quod pariter latius
prosequitur in suo tract. de vlti. fine iuris cano. & ciuilis, te-
nens eundem esse finem vtriusq; iuris fœlicitatem, s. quod
satis procedit intelligendo de causa finali, quæ debet moue-
re volentes proficere in scientia, vt per Abb. in proœ. greg.
in prima lec. in vlti. col. sed finis qui mouit legumlatores ali
27 ter cõsiderari debet, & est is quem prescripsimus. † Ex qui-
bus infertur, ꝙ quum finis iuris cano. sit consulere saluti ani
marum, quicquid auctoritate iuris cano. disponitur tutum
est etiam in conscientia. c. vt animarum de consti. in. vj. vbi
Mod. Bono. aliquas determinant quæstiones, quod tamen
semper verum non est, vt per summam Ang. in verbo lex.
in. §. quarto. Et etiã regulariter in foro conscientiæ sunt ser
28 uandæ leges, & tutũ est quod ab eis disponitur, † vt per Ia-
sonem post alios. in. l. nemo potest in secunda lectura char-
ta penul. ff. de lega. primo, nisi inducant etiam aliqualiter ad
peccatum, vt in pluribus casibus, positis per summam Ang.
loco præall. Item vt ponit S. Thom. ij. secundæ. q. 69. arti-
cu. 2. Iac. de S. Georg. in feud. super verbo, & promiserunt
eidem Domino colum. iij. multa secundum leges humanas

relinquuntur impunita; quæ secundum diuinum iudicium
sunt peccata, vt per eos. Nunquid autem ius, vel iuris origo
29 † fuerit ante Iustitiam vel ne. ponunt Bart. & doct. in.l.j.in
princ.ff.titu.1. Ferè igitur in princ. libri, & totius compila-
30 tionis florum, cepit iurisconsul. tractare, † de orig. iur. quia
volens scire principiata debet prius, scire principia, & origi
nem rei, quæ cõsideranda est, & attendi debet.l.j.ff.tit.pro-
xi.l.in venditionibus, ad finem cum glo. in verbo, initio in-
fra de contrah.empt.l.clam possidere in prin.ibi origo nan-
ciscendæ possessionis, exquirenda est. infra de acquir. poss.
vbi per Ias. col.ij.& Specula.in titu. de iuramen.calum.§.ij.
versic.sed quæritur. qualis enim est origo talia præsumun-
tur esse quæ sequuntur.l.quisquis.C.ad.l.Iul. maiesta.c.vene
rabilem de elect.& cap.denique.4.distin. Hanc dicit Philo.
in.1.de Gene.& Cor. quod natura est ex similibus similia pro-
creans. Et nota est consequentia Bar.dicentis est lex Aphri
cani ergo difficilis, quæ consequentia nullibi meliusquã in.l.
frater à fratre comprobata, fuit reste Iaso.ibi. Hinc disponit
text.nota.in.l.quòd si nolit in.§. qui mancipia. infra de edil.
edic. quòd vendens seruum debet dicere nationem, & ori-
ginem; quia plerunq; natio serui nos prouocat, aut deterret,
per quem text. Bart.in tracta. de guel. & gibel. dicit quod quis
præsumitur esse talis qualis, est patria sua, & origini similis.
Et per illum textum dicunt Barb. & Fely.in ca.quanto.co-
lum.j.de iud.quòd qualitas effectus, demonstrat qualitatem
causæ producentis. Hinc dixit Barto. in.l.imperium in.1.q.
meri imperij, infra de iurisd.omnium iudi. quòd imperium
merum dicitur, quia liberũ. & licet quo ad magistratus infe
riores necessitas. subsit. tamẽ ob principalem sui originem
merum, id est liberum dicitur, de quo ibi latius scripsimus.
Hinc etiam dici solet à primordio tituli posterior formatur
euentus.l.vnica, ad finem.C. de impon. lucr.discr. lib.10.de
quo pulchrè Ancha. consi.4. statuto cauetur. & consi. 165.
quæstio talis.& consi. sequen. Hinc est quod ex persona succe-
dentium status, contractus, seu tituli nõ mutatur.l.ij. in.§.j.
ff. de verbo. oblig. omnia enim ad id referuntur, vnde vim
capiunt, & originem.l.in ratione.§.si filio.ff.ad.l. fal. & cau-
sa prima semper intuenda est, & causa secunda semper ope
ratur, quantũ sibi à prima influitur, & non vltra.l.peto. in.§.
prædium.ff. de leg. ij.l. si quis domum, infra loca. Vt enim
aiũt philosophi prima causa, magis influit in causatũ quàm
secunda causa, ideò secundæ causæ tanquã subalternæ plus-
quam primæ causæ cõcedi non oportet.l.publius. in.§.j.ff.
de conditio. & demon. in princ. enim & origine fit funda-
mentum, in quo rei status. totus recluditur.l.qui id quòd in
princ.ff. de dona. Sicut Adam totam naturã prostrauit, quia
virtualiter, & in sœminaria origine totam inclusit. Hinc pa
riter est quòd vitium volens tollere, illius vitij originem, &
radicem debet tollere.l.ij.C.de peti.bono. subla.lib.10. vbi
Ioan. de Plat. quæstionem tractat, de medico promittente
quem ab ægritudine liberare, vt liberasse non dicatur, nisi
ægritudinis origine, & radice sublata. Dicimus etiam quòd
ius dicens illi à quo alterius iurisdictio originẽ habet.& de-
pendentiam, illum alterum ad iudicandum potest compel-
lere, & etiam remouere Bald.in.l.j.colum. fin.C.quomodo,
& quando iudex. & Sozin.consi.99.colum.fin.in.3.volu.&
similiter dicimus, quòd quando instrumẽtum productum
differt à prothocolo notarij, ad ipsum prothocolum recur-
rendum esse, tanquam ad originem rei.l. sempronius infra
de lega.secundo.l.si librarius, de reg.iur.cum vtrobiq; nota.
Hinc emergit, quod quando obligatio habet originem contra
personam maioris, non consideramus personam minoris,
heredis.l.j.&.ij.C.si.aduers.ven.pig.notant Bart. & scrib.in
l.filiusfam.in.§.in hac.ff.de verb.oblig.faciunt, quę pulchrè
scripsimus in.l.ij.q.16.C. de pac. inter empt. & vend. Hinc
etiam quòd sicuti iuris ignorãtia non excusat à lucro ita nec
in trahentibus originem à lucro, licet damnum inferant, vt
hæreditas, & econtra. quod.n.ab onerosa causa originẽ ha-
bet, lucrum non censetur sed onus.dato quòd lucrum ferat,
vt dos.Ias.in.l.iij.in prin.C.de iur.& fac.igno.& Dec. in.l.in
eo quod velis.ff.de regul. iur. Et sicuti tempore quadrago-
simali interdicitur ieiunantibus caro, ita à carne originem
trahentia, vt oua & lacticinia cap.denique.4. distinct. Hinc
etiam est quod si ob venditoris inimicitiam, ante vẽditionem
originem habentem, emptor de facto à re empta expulsus
fuerit ex natura contractus, licet dictum non fuerit, tenetur
venditor. Pau.de Cast.post Bald. in.l.fin. ad fin.C.de actio.
empt. Ias.in.l. stipulatio ista ad finem prin.ff. de verb. oblig.
scribit etiam Fely.in cap.pastor.colum.fin.in princ. de iudi.
magis stari principali quàm exemplis, & magistro quàm di
scipulis, & prothocolo quàm extractis, & sic magis origini,
& fonti principaliori quàm riuulis, & habentibus inde ori-
ginem, de quo pulchrè idem Fely. in cap. cum.P.ad finem.
de fide instrum. Et quemadmodum scripsit Bald. in proce.
ffforum. in nigro colum.4.& sequen.nulla ars nullumq; ho-
minis ingenium, verum esse originale in carentibus origi-
ne in ducere potest. & si similitudinem posuit, dicitur eodẽ
modo in prin.l.vnicæ.C.de lati.liber.tol. satis absurdum es-
se origine rei sublata, eius imaginem relinqui, vt etiam per
Sozi.in consi.123.colum.ij.in.j. volu. Hinc est etiam quòd
licet rupto testamento ex causa præteritionis, vel exhereda
tionis, conseruentur legata per auctẽn. ex causa.C. de liber.
præter. testatore tamen filium in potestate manentem pre-
tereunte, qui posteà testamentum approbauit, si hęres adire
recusat, conseruatio legatorum cessat, quia legatis subuenit
illa auctent. quando testamẽtum rumpitur ex causa præte-
ritionis. at proxima, & immediata causa per quam legata,
in proposito non debentur, & quæ attendenda est repudia-
tio fuit, ideò succedit regula.l.si nemo.ff.de test.tutel. vt per
Alexand.in.d.auctẽn. ex causa colu. pen. vbi Corn. col.26.
Hinc etiam dixit glo.in.l.ij.infra de pos.hære.pet. quod actio-
nes quas iure hereditario intentat bonorum possessor, vt ex
empto, & similes, ciuiles potius quàm prætoriæ dicuntur.
quum sit spectanda origo,i. ius ciuile à quo inductæ fuerũt,
non prætorium quod eas veluti palmites, & propagines ad
alias quasdam personas deriuauit, & traxit. Et bonorũ poss.
quæ ex legibus, per prætorem datur, ciuilis non prætoria di
citur, quamuis per prætorem detur, quia actus ascribitur pri
mæ causæ principali, & originali, vt per Dec.in rub.qui ad-
mitti. colum.vj.adducentem text.nota.in.l.item eorum in
§.si decuriones.ff. quod cuiusq; vniuersita. nomine. Faciunt
quæ pulchrè tradit idem Deci.in c.clerici.colum.iij. de iud.
& in consi.151.col.ij.& 186.in.j. dubio. Hinc etiam scrip-
sit Igneus in sua dispu. an Rex Fran.recognoscat imperato
rem col.ix. quòd ex eo quia Romani ab initio per vim oc-
cuparunt alienas sedes, imperiũ mundi vitiosam habet ori-
ginem, & nihil est quod violento possit opitulari, ideò negat
imperatorem iustè esse mundi dominũ, superioritatemque
in Regem Francię potissimum habere.quod an veritate sit
subnixum non determino in Rege Francorũ propter præ-
scriptionem, & ea quæ solent scribi in.l.cunctos populos.er
rore tamen labitur Igneus vitiosum afferens imperium pro
pter originem violentam, quum fuerit postmodum à Chri
sto approbatum. & quod iustè pop. Rom. orbis acquisierit im
perium, latè tradũt Petrus de monte, & Dantes in suis mo-
narchijs, concludentes fuisse necessariam monarchiam, &
principatum vnum. Hinc est quod duo habens domicilia, vnũ
ratione originis, alterũ ratione incolatus, si pariter eodemq;
tempore ad honores, & munera ab vtraq; ciuitate vocetur,
originis domiciliũ præualebit, cuius causa fortior est.l.liber
tus.in.§.præscriptio.ff.ad municipa.gl.& Ioan.de Pla.in.l.j.
C.de mu.& origin.lib.10. rationem stringentem ibi signat
Bart. quam elegantem reputat, & nota. Ias.in.l.si arrogator
col. 18. infra de adop. Et originem propriam nemo muta-
re relinquereue potest.l. origine.&.l.fin.C. de mu. & origi.
lib.10. vbi notatur de rusticis recedentibus à loco originis,
& alio se transferentibus, vt euitent onera, & munera, quod id
facere non possunt. Hinc etiam dicimus, quãdo collecta ha
buit originem me existente in communitate, siue tunc con
tractum sit debitum, quod recedere nõ valeo quin ad collectæ
impositionem tenear Bar. per illum tex.in.l. incola vbi etiã
Alex.ff.ad mu.& Soz.consi.144.col.fin. faciunt quæ scribit
Barth.

Barth.vero.in tract.vrb.ser.in tut.de puteo.& Ioan.de anna.in cap.1.circa finem ne præla.vices suas. Hinc dicebatur alias ꝙ transeunte ad secũda vota muliere à marito relicta vsufructuaria, donec castè & vidualiter viueret, ipsam teneri ad onus collectarum postea impositarum, ex causa tamen habente originem de præterito, & sic propter onera seu debita iam contracta, licet bonis ad alium iam translatis imponatur, per prædicta & ea quæ pulchrè scripsit Aret.in consi.105.incip. in causa magnifici & Sozin.consi.243.col.fi.& si possessor soluere compelleretur, ab ipsa muliere olim fructuaria recuperaret vt ibi per eos. Item licet incolæ ad onera & collectas pro debitis duntaxat contractis post incolatum teneantur, originarijs tamen imponitur collecta nulla habita ratione tẽporis propter originem Bald.in consi.145.ad euidentiam in primo volum. Dicebat etiam post antiquos Fulgo. tutoris dationem, etiam hodie indelegabilem esse, licet pupilli substantia infra quingentos sit solidos, quia non potest solus magistratus sine antistite tutorem dare.§.penul.institu.de atil.tut.& quia ab origine non cõpetit iure magistratus, adeò ꝙ potuerit cuilibet delegari. verùm Alexa.in.l.j.infra de offi.eius.in glos.mandari possunt.ver.nec obst.reprobat Fulg.respondens motiuo de origine facto. Hinc etiã dicimus haberi rationẽ vitij quod sumpsit originem tempore venditionis, non autem quod contingit tempore emptionis.l.si apud, vbi Bald.not.C.de edil.actio. Quasdam alias decisiones videbis per Ale.& Ias. in.l.si quis posthumos. in princ.ff.de lib.& posth. Ro.consi.323.colu.fi.Alexan.in.l.is potest col.iij.ff.de acquir.hæredi.& in consi.103.ad finem lib.5.& Dec.cõsi.185.col.ij.193.&.468.col.iiij. vbi ponit attẽdi debere tenorem primæ inuestituræ, quæ in præiudicium tertij nõ potest mutari, quia attenditur prima radix, vt etiam tradit Cur.Iunior in consi.108.col.iiij.Item duas alias not. quęstiones ponit Sozi.in.l.si quis arbitratu colu.x.& sequen.ff.de verb.obl.vide etiam te.in.l.non putauit in.§.primo, versi.sed si de cõtracta. &.l.j.in princip.C.de lat.lib.tol.&.l.fi.C.de edic.diui.in princ.&.l.Cæsar.in fin.ff.de pub.Capram in consi.136.col.fi.Cor.in consi.226.col.fin.lib.3.Ange.cõsi.110.Sozin.consi.25.lib.2.Ias.in.l.stipul.non diuiduntur ad fi.8.opp.Bart.ff.de verb.obl. Bar.in.l.item veniunt.in.§.quum prędiximus.ff.de pe.hære. Dum distinguit inter causam originalem & accidentalem. Dec.in rub.C.de eden.colu.ij.Alb. de rosa.in suo dictionario in verbo argu. à veritate principij.Iaso.in consi.114.vbi ponit ꝙ originem & formã principij cuncta quæ descendunt seruare debent.text.in titu.qui feu.dare possunt in.§.hoc autem not. vbi sicuti filia non succedit in feud. ita nec filij masculi ab ea descendentes. De quo vide ibi Præpos.mediol.& Cur.in tract.feud.in.3.parte prin.col.j.Item vide Dec.in aucten. si quis in aliquo. colu.j.C.de eden. De causa potesta. attendenda.Matthæ.de Afflic.in decis.regni.368.Bald.in prima constitu.ff.vet.in fi.principij, dum dicit ꝙ nulla ars, nullũ hominis ingeniũ poterit facere aliquem Ciuem originalẽ si caret origine, sed bene poterit inducere similitudinem & fictionem.Bal.in.l.etiam in fi.C.de exec.rei iudi.vbi in collectis scribit inspici debere originẽ & causam vnde descendunt. Hinc etiam est ꝙ in feudis quæ trahunt originem à fœmina, possunt succedere fœminę vt per Mod.de ripa.post alios ibi alleg.lib.1.resp.cap.1.Et filius ex quoq; capite veniat ad bono.pos.de iure prætorio sibi delatam, semper habet annum.l.j.§.sed viden.infra de succes.edic.&.l.pen.infra quis ordo in bon.pos.ser. & hoc est propter originalem causam & naturam, quæ est in filijs qui ad prædictam successionem vt sui semper veniunt.l.de bonis §.huic autem infra de car.edic.tradunt cõmuniter scriben.in.l.j.in gl.fi.C.qui admitt.facit etiam alia no.decisio Decij in consi.53.Et si familia officialis volens delinquentem capere in territorio commissi delicti, fugientem insecuta fuerit ingrediendo alienum territorium, indeq; illum extraxerit, venit relaxandus tanquam indebite captus, propter finem in quo est diuersa ratio quàm in princi.vt per Alexan.Ias.in.l.plerique colu.ij.infra de in ius voca.post Bal.& Rom. & per Ias.in.l.fi.colum.1.de iur.omnium iudicum, & an.& quando attendenda sit causa origenalis aut accidentalis, notabilem distinctionem ponit Albe.de rosa.in.l.Imperium.infra de iurisdic. om. iudi.quam refert & sequitur ibi Cur.in.x.colum. Limita prædicta de origine attendenda, non procedere in origine causali, vt si in ciuitate aliqua sit quis natus ex parentibus qui non cõstituere ibi domicilium, sed transeuntes erant, vel ad tempus ibi moram trahebant, non dicitur tunc ibi natus illius ciuitatis ciuis, secundum Bart.in l.filios.C.de mun.& origi.libro decimo.sequuntur Abb.& Barb.magnifacientes istud dictum in capitulo Rodulphus de rescrip.sed Felyn.ibi col.x.post Paulum de Cast. Imo.& Card.contrarium firmat, eo quia ratione originis ibi acceptæ ciuis originarius loci illius dicitur, attestantes sic alias in facto practicatum fuisse. Sed Lan.Deci.& Iaco.de S.Georgio in.l.hęres absens.in.§.si quis tutelã infra de iudi.sequuntur Abbatem, quia ex quo parentibus transeundi ad locum alium animus adest, finguntur non esse in loco illo.l.quæsitum in fine.ff.de leg.iij.& dicto.§.si quis tutelã, quam partem communem Lan.attestatur.referens Aug.armi. idem dicentem & tenentem in.l.huiusmodi in.§.legatum.ff.de lega.primo, idem si illi credimus, sentit Alex.ibi dum ait in puncto iuris inclinare in affirmatiuam partem, quasi sentiat ꝙ aliter obseruaretur in prædicta, eandem sententiam sequi comperio Ioan. de plat.in.d.l.filios. Barba.in cap.accedens el.2.col.viij.vt lit.non contestat.& Philip.franc.in ca.1.in.§.nec etiam col.ij.de foro competen.in.vj.

Opinio Alexan.& Fely. vt mihi videor videre verior videtur, quia vt dicitur in.l.ciues.C.de incol. libro.10. origo facit ciuem, negare autem nõ possumus quin iste sit in loco illo ortus, licet mater alio transire proposuisset, origo ergo ibi accepta illius loci natum ciuem facit, nisi dicas ex quo fingitur ibi non esse mater, vt Abba.& præfati probãt, ideò filius ortus ibi non censetur, Sed tunc sic instatur, ergo talis filius in loco aliquo originem non habebit propriam, quod absurdum est, veruntamen responderi potest ex dictis Fel.in.d.cap.Rodulphus col.x.versic.tamen fallit.consilio itaq; remanet, originem causalem non inspici, nec facere originarium ciuem, casualiter in aliquo loco natum, & ita in terminis consuluit Iason in.l.iij.in consi.77.Limitatur secundo prędicta conclusio de origine attẽdenda vt pulchre per Bart.in.l.iij.in.§.idem scribit infra de pecul. vbi inducit ad plures quæstiones. Et tertio limi.vt eleganter per Ioan.an.in regula qui prior de re.iur. in mercu. Itẽ limita in casibus in quibus attendimus potius mediũ aut finem, quàm principium, vel originem, de quibus dicetur in.l.j.infra eodem. Item limita quando accidens naturę & origini contradicit. Ias.& Dec.in lege si eadem infra de offic.assessor.& dicam infra in.l.ij.in versic.postea ne diutius in.7.not. & in glo.ex accidenti & not. Rim. etiam in.l.Imperium in quæstione Bart.qua re dicatur merum. Glo.rub.diuiditur in duas partes in prima declarat quomodo intelligantur illa verba iuris ciuilis, in secunda vbi rubri.partes expediantur, secunda est ibi, & hæc prima pars, videtur glo.malè loqui, dum vult hic ius ciuile largè poni pro omni iure ciuili prætorio & naturali, quum ius ciuile & naturale specie distinguantur.institu.de iure naturali gen.& ciui.nec in legibus sequẽtibus de iure naturali mentio fit, & quamuis fieret, nõ sequeretur conclusio glos. quum nigrum plerunque sit rub. generalius vt traditur.in.l.j.infra si certum peta.

Ex lege prima de orig. iuris.

Quid sit interpretatio.& de pluribus speciebus interpretationum, nume.4.cum sequen.
Vrbis appellatione quid veniat.6.
De commentarijs vide in num.9.
Perfectum quid dicatur.17.
Vulnerans aliquem letaliter non potest de homicidio inquiri ante mortem dicti vulnerati.21.

Principium

Principium potissima pars rei, & an potius attendi debeat quàm medium & finis. 23. & 30. cum sequen.
Emolumentum quarti denarij compositionum quæ pro delictis cum principibus fiunt, an pertineat præsenti vel præterito tempore perpetrati delicti existenti. 30.
De præfationibus & proœmijs, & quando cœptum pro perfecto habeatur. 36 & .40.
Principium rei omittentes vel non intelligentes, materiam & rem ipsam intelligere non possunt. 44.

1 
QVEMADMODVM, † legis Epigramma testimoniũ præstat, fuit hæc
lex Caij elegantissimi iurisco. inuentum, quem Cic. de claris orato. maxime omnium nobilium literis græcis
studuisse dicit, & reliquis rebus ornatum elegantéq; fuisse, quod ex re ipsa
suaderi potest, lex.n.est cócinna, philosophica & greco ornata adagio. Vel fortasse melius dicas:
Caium Iubentium discipulũ Q. Mutij, de quo in. §. Mutij:
auditores. l. sequentis hic referri, aut forte melius fuisse hũc
Caium Cassium Lũginum, ex filia Tuberonis natum, quæ
fuit neptis serui Sulpitij. qui tantæ auctoritatis in populo
fuit, vt Tyb. Cęsari in suspitioně venerit, obidéq; de Ciuitate ab eo expulsus in Sardiniam donec per Vespasianum reuocatus fuit, vt narratur circa finem. l. sequẽtis. scribitur per
C. & profertur per. g. teste Seruio grammatico, dictioq; est
trium syllabarum. Martialis. Et maius quam ter Caius esse
tuus. Intentio legislatoris est antiquum ius interpretari, corrigere, declarare, & abbreuiare, ideò necessarium dicit inchoare ab initijs Vrbis Romanę, quomodo vsque ad hanc
compositionem processerit in conditione iurium, id esse
necessarium tribus rationibus probãs. Ad hoc solet allegari
2 hæc nota. lex, quę proœmium est ad sequentem. † Exordia
& præfationes multũ ad oblectationem & audiẽtium vtilitatem cõferunt. Diuiditur in tres partes principales, in prima iurisconsultus facturus legum vetustarũ interpretationem, quid prius facere proposuerit exponit. in secunda tacitę obiectioni occurrit. in tertia sui propositi rationem assignat. secunda est ibi, non quia. tertia ibi, sed ꝙ. Iterum tertia pars principalis in quatuor subdiuiditur particulas. in prima rationem vt dictum est sui propositi assignat, in secunda corroborãdo aliam rationem iungit. In tertia per locum
à simili & à maiori probat intentũ. in quarta & vltima comprobat per locum ab effectu. Secunda particula tertiæ partis principalis est ibi, & certe, tertia ibi, deinde, quarta ibi,
namq; nisi. In tex. ibi, vetustarum legum, id est, antiquarum
3 seu veterum, † sed eo verbo vt elegantiori vsus est, sicuti Liuius in principio primæ decadis ibi, & vetusti iure hospitij
idem in præfatione, qui scribendi arte rudem vetustatem
superaturos credunt. In eodem tex. ibi, interpretationem,
4 † quo vocabulo obscura verbi seu sensus expositio propriè
comprehenditur secũdum glosam & Albe. compositio interpretis fit ex inter & prçs, quod in vsu non est, cum qui in
re aliqua agenda medios est significat. tales.n. eorũ animos
quibus dati sunt sciscitantur vt illis inuicem exponunt, ideò
factum est vt interpręs pro eo accipiatur qui obscura exponit, & ideò dicit Bal. in. l. iij. C. de liber. præter. interpretem
eum dici qui verba exponit ad verum intellectum, præponderata ratione, potiusquã cortice verborum, ideò dictum
fuit, ꝙ interpretatio propriè est obscura verbi seu sensus
5 expositio. Ex quo, † vtiliter hic in prima colu. infert Alber.
ꝙ data aliquibus sapientibus de populo per consilium ciuitatis aut principem potestate interpretandi statuta, solũ declarare, non autem emendare poterunt, nisi etiam emendandi foret concessa potestas. l. sequen. in. §. deinde exactis,
propterea cõsideranda essent verba potestatis datæ. veruntamen hic interpretatio largius ponitur pro correctione,
arctatione, & prorogatione, vt hic per glo. ij. quam elegantem prædicauit Barba. in. c. primo colu. pen. de po. præl. sed
habet consociam in. leg. prima. §. qui operas. ff. ad tertul. vbi
plura iura pro comprobatione citantur. sequitur Dec. in. c.
cum venissent colu. j. de iudi. Aquen. in. l. Gallus in. §. ꝙ si is
culum. j. ff. de liber. & posth. Has quatuor species interpretationis eleganter attingit Bart. in repetitio. l. omnes populi
in. vj. q. principali supra titu. prox. de qua materia plenè videas Bart. in. l. ab executore. ff. de appella. recip. Ioan. Andr.
in regula pro possessore de regul. iur. in mercuria. Bal. in. l. iij.
C. de liber. præter. Fely. in. c. super quæstionum in princ. de
offi. delegat. Dec. in cap. cum venissent. colu. j. de iudi. & latius in. cap. 1. de postu. prælato. In eo. text. ibi, vrbis initijs,
6 † vrbs mœnia ipsa significat. Virgil. Vrbs antiqua fuit tyrij
tenuere coloni. dicta est ab vruo aratri curuatura quòd antiqui religionis causa die auspicato iunctis bobus interiore aratro circum agebant sulcum intra quem vrbem ædificarent. Vergil. Apta dies legitur qua mœnia signet ara-
7 tro. † ciuitas verò habitatores & ciues significat. l. ciuitas, infra si cer. pet. hinc populus qui ciuitatem omnẽ cõplectitur.
Confunduntur tamen prędicta, & alterum pro altero sępè
accipi videas obuia sunt omnibus id genus exempla, & ita
hic accipitur vrbs pro ciuitate, continens pro contento, vt
& alibi glo. in. l. solent infra de offic. procons. & legat. declarat. n. infra iureconsultus principia ciuitatis, id est, quo modo à princ. habitatores se habuerint circa iura & magistra-
8 tus. In tex. ab. repetendum existimaui, † id est, inchoandum
duxi. Cic. de oratore. repetam & nõ ab incunabulis nostræ
veteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. quæ sit autem huiusce verbi significatio in iure. traditur in rub. solu. matr. & si cer. pet. Existimare est ex æstimatione statuere & decernere, ideo existimaui, id est, statui, &
decreui, æstimare autẽ est appreciare & taxare de qua differentia per Laur. Val. in suis elegantijs. c. 318. In tex. ibi cõ-
9 mentarios, † dicuntur à cómimiscor quod est recolo. in mentemq; reduco. & omnes commentarij sunt libri nõ econtra. vbi. n. res sunt latè diffuseq; explicatę, & nõ breuius quã
poterant tractari, libri tantum sunt. non cõmentarij, vnde
commentarij Cæsaris in quibus ad exequẽdam historiam
alijs videtur materiam subiecisse, vt per Val. c. 202. elegan.
vbi latinè dici posse docet commẽtarius, & cõmentarium,
commentarij, & cómentaria. In eo. tex. ibi illotis vt ita dixerim manibus protinus materiã interpretationis tractare,
10 † hoc in loco illotis manibus significat abruptè præponere,
rem ipsam protinus aggredi imparatis adhuc audientium
animis vt per Budeum hic. locum hunc declarauerat Baptista pius in annota. 178. dicens græcorum esse adagium illo-
11 tis pedibus ne ingrediaris, † ideò quod hic dixit Caius illotis, manibus rarius inuenitur, illud crebrius illotis, pedibus,
differẽtia tamẽ est, quia quum illotis pedibus, dicimus, verbum pedibus conueniens est apponendum, vt illotis pedibus ne ingrediaris, quum verò illotis manibus dicimus, verbum manibus conueniens est apponendum, vt verborum
significatio cum re conueniat. ideò iuriscõsultus hic quum
mutet adagium græcum, verbum manibus cõueniens apposuit, dum ait materiam interpretationis tractare. In fine.
12 l. dum ait, † & quum ibi venerimus eius euidentiorem pręstant intellectum. ratio recti & latini sermonis exigit aduerbium significans ad locũ, vt non semel inuenies apud Cicerelatum ab Au. Gel. cap. 7. lib. 1. Ideò locum illum sic restituas. & quum eo venerimus. &c. hoc modo loquitur Cęsar
ad finem primi libri de bello gallico in oratione ad Ariouistum dum ait, vbi eo ventum est. sic. Liu. in. ij. ab vrb. condi.
ibi addito intra vestem ferro proficiscitur, & quum eo venit in consertissima turba. facit tex. l. sequẽtis in. §. post originem, in versiculo, & quum placuisset. ibi, eo remp. perduxerunt. & tex. in. l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. testamen. apperian. dum dicitur, eo mittant. Notandum est pri-
13 mò ex isto tex. † rem exponentem antiquam, rectè facere
ab initijs & origine exordiri, inchoare, incipere rationes in
tex. videas per iureconsultum positas, cõferunt quæ in quinto dicentur not. sic Liuius scripturus res gestas pop. Ro. facturus inquit me operæpretiũ sim si à primordio vrbis res
pop. Rom. præscripserim, nec satis scio, nec si sciam dicere
ausim,

ausim, inde id se facturum cōcludit, quod & diuinè admo-
dum executus fuit, principijs.n.cognitis multò facilius ex-
trema intelliguntur, ideò paulo longius exordium causa rei
14 demonstrandæ petendum est, † vt pro Aulo cluentio vult
15 Cice. Secundo no.ibi vrbis initijs, † sub vocabulo vrbis Ro
mam venire per excellentiam, facit quod de appel.iuris ci-
uilis diximus supra in rub.si tamen de vrbe sacra mētio fie-
ret hierusalem significaretur.glo.& Bal.in l.ij.C.de nau.fe-
16 no. Tertio nota.ibi verbosos, † iureconsultum abhorrere
verbositatem, ad idem tex.not.in l.ampliorem.§.in refuta-
torijs.C.de appel.& in.l.gallus.§.quidam rectè. cum not.ff.
de lib.& posth.& gl.l.ex ea infra de postuland. quam singu.
facit Roma.in sing.fol.45.colu.iiij.ꝙ aduocati verbosi pri-
uari possunt officio aduocationis, facit text.l.j.ꝟ. si cert.pet.
ibi pauca de significatione vocabuli referre.& in.l.ij.col.ix.
versi.sed & si aliquid.C.de vet.iur.enu.ibi multo melius est
pauca idoneè effundere, quàm multis inutilibus homines
prægrauari.quàm importunum vitium sit futilis loquacitas
pulchrè ponit Gel.in.c.15.libri primi.Plin.2.in epistolis ele
ganter ait, frequēs mihi disputatio est cum quodā docto &
perito cui nihil æquè in agendis vt breuitas placet. quā cu-
stodiendam esse confiteor, si causa permittat, alioqui præ-
uaricatio est trāsire dicenda, præuaricatio est cursim & bre-
uiter attingere quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda,
nam plerisque longiori tractu vis quædam, & pondus ac-
cedit, atq; corpori vt ferri, sic oratio animo nō ictu magis,
quàm mora imprimitur. De quo latius per ipsum Plin.epi-
stolarum libr.1.epistola incip.frequens, &c. Quartò not.id
17 perfectum dici, † quod ex omnibus suis partibus constat,
quasi dicat illud est perfectum quod habet principium, me
dium, & finem, & sic quando est totum, & assumit omnes
partes, & sic cui nihil addi potest perfectum dicitur.l.nihil
vbi Bald. not.C.de manu. vindic. idem Bald.in.l.præcibus
in prin. versi.2.quæro.C.de impub. & alijs substi.dicit illud
esse perfectum quod non recipit nouam Formam. Lactan.
lib.1. de fasa religione ait, id solidū existimandū est cui nihil
decedere, id perfectum cui nihil possit accedere. Aristot.2.
de Cœ.& Mun.perfectū ait est cuius nihil est possibile ex-
tra accipere quæ ipsius sunt.&.5.metha.ponens quotuplex
sit perfectum inter reliqua ait. dicitur secundo modo per-
fectum secundum virtutē quod bene se habet, non habens
excedentiam secundum suum genus, vt perfectus medi-
cus, perfectus fistulator quando secundum speciem propriæ
virtutis in nullo deficiunt.

Nihil est tamen difficilius quàm reperire quod sit omni
ex parte in suo genere perfectum, teste Cic.in lib.de amici-
tia & Io.An.in.c.maiores.§.sed ad hoc de baptismo.& Bal.
in.l.neq; leges ad fi.ꝟ.de legi.quærens, cur non possit legis-
18 lator omnia declarare, † respondet eleganter hoc cōtingere
ex parte rei, quia res sunt infinitæ & variæ ex parte nostra,
natura omnis legislator est homo, & in natura mortali nihil
est perfectum, nec sensus, nec intellectus, vnde propter no-
stram imbecillitatem non possumus cuncta rimari.

Quum igitur ex principio & fine perfectum constet, in-
19 fertur secundum Bald.post Cic.† ꝙ si statutū dicat potestas
condemnet homicidam in centū, saluo ꝙ habeat arbitrium
in homicidijs suo tempore perpetratis. & tempore.L.po-
testatis Titius fuerit mortaliter vulneratus.tempore.D.suc
cessoribus obijt, non potest homicida condennari arbitrio.
D. quia neutro tempore, homicidiū perpetratum est. nam
vno tempore principium accepit, alio finem, sed condem-
nabitur solum in centum, sequitur hāc decisionem tāquam
elegantem Alexā.in.l.danni infecti.in.§.sabini.in apost.ad
Bart.infra de dam.insec. Sed videtur dicendū homicidium
perpetratum tempore. L.potestatis quo mortale vulnus il-
20 latum fuit, † mors.n.trahitur ad diem vulneris, & tunc cen-
setur vulneratus mortuus.l.quod ait lex cum glo.approbata
super vebo scribit.ꝟ. ad.l.acqul.not.Bar.in.d.§.sabini. vers.
quæro quid si de vno mense. Tenenda est nihilominus de-
cisio Bal. ꝙ isto casu homicida non possit cōdennari arbi-
trio.D.successoris ex quo suo tempore perpetratum nō est
homicidium, sed tempore.L.prædecessoris perpetratum vt
21 diximns censetur. Sed nunquid.L.potestas, † potuisset con-
tra Titium vulnerantem procedere, & illū suo arbitrio pu-
nire, si certum erat ex eo vulnere moriturum vulneratum,
quæ supra dicta sunt de homicidio fictè perpetrato tempo
re vulneris letaliter illati innuunt ꝙ sic. Et tamen contrariū
determinat Bart.in.d.§.sabini.colu.ij.pro quo facit, quia ꝙ
homicidium dicatur tunc perpetratum istud est fictè, & in
statutis fictus casus non attenditur.l.iij.§.hæc verba infra
de nego.gest.ergo, &c. Item secundū cōmunem vsum lo-
quendi non dicitur tunc factum homicidium à quo com-
22 muni loquendi vsu recipiunt statuta interpretationem, † vt
ad saturitatem ponit Fel.in procœ.decre.char.j.faciunt quæ
scribit Ias.in.l. more Romano in vlt. not.ꝟ.de fer. Quintò
23 no. † ꝙ principium cuiuscunq; rei dicitur pars potētissima
ideò secundum glo.dici.solet Dimidiū facti qui bene cœ-
pit habet.concurrit Philoso.polit.5.volens principium dici
dimidium totius, & etiam in.1. Ethico. plusquā dimidium
totius videri inquit principium, & per ipsum multa fieri ma
nifesta eorum quæ sequūtur, & ignoratis principijs reliqua
24 ignorari necesse est, † & è contra cognitis principijs multo
facilius extrema intelliguntur. testis Cice.in oratione pro
Aulo cluentio vbi ait propterea esse causa rei demostrandæ
exordium paulo longius petendum.hic.dixit Bal.in.l.vnica
in.§.j.C. de cadu.tollen.ꝙ maior est defectus fundamenti
25 quàm medij vel finis, † nam principium & fundamentum
dicitur de esse principiati & superinde ædificati, sicuti pars
dicitur de esse totius, vt hac.l.sequitur Soz.consi.99.colu.x.
in.3.vol. Hinc dicimus ꝙ errans in fundamento non con-
sentit, secus si erraт in his quæ veniunt in consequētia, præ-
habito fundamento.l.regula in.§.qui ignorauit.ꝟ.de iuris &
fact.ignoran.ita Alex.post.Bald.in.l.si per errorem.ꝟ.de iu-
risd.om.iud.hinc etiam dicimus ꝙ finis trahitur ad princi-
pium.c.ab exordio.35.distin.& l.si quis in prin.testamenti
infra de legat.3. pariter dicimus initiū spectari cap. dudum
el.j.cum ibi not.de elec.tex.no.in.l.clam possidere in princ.
vbi Ias.notat colu.ij.ff.de acquiren. poss. Dixit etiam Ioan.
And.in regula in obscuris col.fi.de reg.iur.mercur.ꝙ prin-
cipiū est nobilius suo fine, quod patet, quia principium po-
test esse sine fine, non è conuerso vt ad sensum patet. & vt
inquit Philoso. Rheto.i.sine principio impossibile est ali-
26 quid fieri aut esse. Ex quibus, † instruitur cupida legum iu-
uentus, vt principijs & terminorum intelligentiæ operam
det.hinc dixit Bal. per illum tex.in.l.j.s.tit.proxi.ꝙ qui vult
scire principiata debet prius scire principia, quæ sunt tanquā
portæ per quas ingrediendum est, & in quibus nemo debet
errare, quia paruus error in principio fit maximus in fine, de
quo pulchrè Barba.in cap.1.colu.iiij.vt lit.non contest.hinc
& Hieronymus in epist.ait post Hierony.primam causam
victoriæ, esse causam pro qua dicturus es diligenter discere.
27 Infertur, † pariter ex præmissis secundum Bal. ꝙ qui facit
bonum princ.facit etiam bonum finem, & qui male prin-
cipiat male finit, ideò potestates terrarum in principio offi
cij debent bene regere, & doct. in principio studij vtiliter,
subtiliter, & fideliter legere.nos dicimus nō male finire ma
lè inchoātem, sed ꝙ difficile est vt bono peragantur exitu,
quæ malo sunt inchoata principio.c.principatus.& ca.cum
Paulus prima quæstione prima, quamuis & à communiter
accidētibus arguēdo possit procedere, quod dixit Bal. Hinc
dicitur in cap.multi de pœni.distin.prima.multi bene inci-
piunt qui in malo viam finiunt. Sed contra prædicta instari
non in eleganter, nec impertinenter potest, ꝙ immo prin-
28 cipio finis sit potentior, † ex quo actus integritas habetur, &
perfectio ac esse rei sine quo ipsum principium nihil facit.l.
si is qui quadringēta.in.§.sed & si opus.ff.ad.l.fal. secūdum
Ioan.An.in regula in obscuris col.fin.de reg.iur.in mercur.
accedat no.decisio Bar.in quæstione incip. statuto ciuitatis.
vbi cōcludit ꝙ stāte statuto ꝙ quicunq; hominem interfe
cerit in ciuitate, vel territorio capite puniatur & amissione
bonorum. Item ꝙ quicunq; ordinauerit, vel tractauerit in
ciuitate vel territorio ꝙ aliquis interficiatur, si maleficium
fuerit

fuerit ſubſecutum,eadem pena puniatur,concludit quòd ſi
aliquis hominem interficere in ciuitate tractauerit, quem
proprijs manibus inde extra territorium interſecerit,pęna
prædicta non puniatur. quia ordinatio cauſa potentior non
eſt.ſed finis potius attendi debet, corroboro quia finis cor-
rigit principium.l.ſtichus imò pamphilus.ÿ.de manu.teſta.
& dicit Alex.in.l.j.col.ij.ÿ.ſi cer.pe.ꝙ quádo finis principio
contradicit ſtamus fini tanquam magis deliberato. Et licet
principium ſit laudabile quia medium & finem expectat
vt hic.finis.tamẽ laudabilior,quia exitus acta probat.l.exi-
tus vbi not.ff.de acqui.poſſ.nec qui inceperit ſed qui vſque
in finem perſeuerauerit ſaluus erit Mat.10.cap.Item vt re-
ctum curſum dirigamus finem proponere oportet. veluti
nautę,qui antequam nauem ſoluant atque expeditam velis
& vento committant,conſtituunt portum ad quem ſit na-
uigandũ,deinde ad curſum neceſſaria, & conuenientia pa-
rant. cogitato.n.fine determinantur principia quæ tendant
ad ipſum. Et hoc eſt ꝙ philoſophi dicũt in omnibus agen-
dis finem eſſe principium. exordimur.n.à fine qui princi-
piorum dicitur exordium,hinc eſt ꝙ finis ſecũdum. Iſido-
rũ plus honoris habet,ad quod faciunt quæ mod. portugal.
ſcribunt in repe.l.imperium colu.iij.ÿ.de iuriſ.om. iud.Pro
29 reſolutione præmiſſorum dicere potes,† ꝙ reſpectu mate-
rię & proceſſus ac cõſiderata parte principium dicitur pars
potentiſsima, ſed conſiderato toto finis dicitur potentior
quia comprehẽdit principium & medium.l.pe. C.ad ſylla.
Item in his quæ certam habent formam finis dicitur po-
tentior, quum nihil cenſeatur actum antequam actus for-
mam habeat, ita intelligitur.§.ſed & ſi opus &.l.iubemus.
in.§. ſed & ſiquis.ff.ad exhiben. & pariter in his quæ ſunt
ſcientiæ noſtræ, nihil dicitur actum quum aliquid ſupereſt
agendum:ne ſcientia remaneat incerta ſecundum Cyn. &
alios in.d.l.pen.quam pro contraria hic citauit glo. cui mo-
do prædicto ibi reſpon.doc. Nunquid autẽ ſpectari debeat
30 initium,medium,vel finis,materia eſt brocardica,† nec cer-
ta dari poteſt doctrina vel regula,ſed ſecundum ſubiectam
materiam,procedendum eſt ſecundum Abb.in.ca.dudum
el.j.colu.iiij.de.elec.ideò recurras ad Pet.de Anch.in conſi.
428.101.230.Alber.hic tres determinantem quæſtiones.
Abb.loco præal. Alex.conſi.24.colu.v.cum ſeq.in.2.vol.&
in conſi.75.colu.fi.in.3.vol.Barb.in.c.literis colu.ij.& fi.de
reſcr.& conſi.26.in.1.vol.Fel.in.ca.quoniam frequenter in.
§.porro in prin.vltimæ col.extra vt lit.non.conſt.& in.cap.
examinata col.iiij.de iudi.Sozi.conſi.70.col.fi.in.4.vol.Iaſ.
in.l.clam poſſidere in prin.in.ij.colu.ÿ.de acqui.poſſ.& in.l.
more cum.l.ſeq.in vlt.not.infra de iur.om.iud. Dec.in.d.c.
ecclesia col.20.& ſeq.& in.l.cum quid colu.iiij.ÿ.ſi cer. pet.
Cur.in trac.ſeu.in.3.parte colu.j.L.ã.Dec.in.l.hæres abſens
in.§.apud labeonem.ÿ.de iud.Are.in.c.quia.v.col.fi.de iud.
Ioan.An.in regula.qui prior in mercur.& Fulg.in conſ.51.
52.&.71.& Alb.de roſa.in tract.ſtatu.in.4.parte quæſtio-
ne.78.& in dictionario in verbo argument. à veritate prin
cipij vbi ponit not.doctrinam.quando attendi debeat prin
cipium, vel finis. Et ex dictis, relatiſque per Soz.in conſi.
præal.70.colu.fi.& Dec.654.colligitur deciſio no.quæſtio-
nis. De emolumento quarti danarij compoſitionum quæ
cum principibus fiunt pro gratia & remiſsione quę conce-
ditur ob delictum perpetratum.an tale commodũ, & emo
lumentum pertineat officialibus exiſtẽtibus tempore per-
petrati delicti, aut exiſtenti tempore factæ compoſitionis.
quum.n.primo officiali ſit ius quæſitum tale emolumẽtum
illi debitum eſt,vt etiam per Bal.in.l.ſi.circa fi.ÿ. de iur.om.
iud.Dec.in auct.ſi quis in aliquo in.3. not.C.de eden. & in
conſi.492. aliud tamen ſentit Imol.in.l.diuortio in.§.ſi vir
in fundo circa fin.ÿ.ſolu.mat.In qua materia quarti denarij
aliam not. deciſionem ponit Iac.de S.Geor.in tract.ſeu.in
31 verbo de Caſtro colu.ij.Eſt autem principium,†(ſecũdum
Bal.hic) in rebus in tempore inſtans,in factis motus,quum
inchoantur.l.ſi pecuniam.ÿ.de condit. ob cauſam,medium
punctus ęqualiter diſtans à principio & fine. Vel dicas prin
cipium capere tertiam partem operis vel tẽporis, medium

aliam tertiam partem. finem aliam tertiam. ſicuti dies qui
eſt mane, meridies & ſerum, & ſic æqua fit diuiſio, ſed in
iudicijs ad probationes vſq; principium eſt ibi mediũ finis
in ſententia.hoc totum dicitur iudicium, finis ergo dicitur
proportionabiliter ad principium, & prout finis eſt poſtre-
ma perfectio rei.l.j.ff.de regu.iur.ſequitur hanc theoricam
Aquen. in.l.vnica in princ. in.j.colu.ÿ.ſi quis ius dicen. non
obtẽ.aliter declarat Bart.in.l.ij.ff.de furt.& pulchram deci-
ſionem ad hoc ponit Pet. de Ancha. conſi.99. egregie, &
capiunt præfati ſcribentes principium non pro tertia partẽ
32 ſed ſtrictè magis.Principium autem vniuerſorum,† eſt ſan
cta trinitas vnus Deus præter quod nullum aliud inueniri
poteſt,Spe.in tit. de ſum.tri.in prin.nam vt in proę. ſomnij
33 Sciponis Macrobius ſcribit: principij nulla eſt origo, † nam
ex principio oriuntur omnia, ipſum autem nulla alia ex re
naſci poteſt,nec.n.id eſſet principiũ quod gigneretur aliun-
34 de. Sexto not.ibi nephas, † arduum factum exponendum
non eſſe niſi pręmiſſo aliquali procemio,in quo lex pręſens
(Bald.iudice) aduocãtes in foro & orãtes in vulgo inſtruit.
quod & ſeruarunt Cic.in orationibus,& Liuius in prin.cu-
35 iuſlibet decadis.Septimo not.illotis manibus,† ad menſam
non eſſe accedendum ſecundum Bald. facit quod Mat.15.
cap.ſcribitur, diſcipuli tui tranſgrediũtur traditiones ſenio-
rum,non.n.lauant manus ſuas quum panem manducant,ſu
bijcitur ibi Saluatoris reſpon.non lotis manibus manduca-
re non coinquinat hominem. noluit tamen per hoc dicere
illotis manibus eſſe comedendũ,ſed ꝙ hoc facere animam
36 nõ coinquinat. Vltimò not.ibi hæ præfationes,† procemia
bona eſſe & vtilia.imò cauſam finalem diſpoſitionis pro-
bant,tex.melior de iure in.l.fi.vbi Bart.ff.de hæred.inſtituẽ.
infinita accumulat, Barb.conſi.10.colu.pen.in.1.volu.& in
proœ.clem.col.iij. ad hoc quod præfatio in.l.ſtatuto, con-
tractu,vel ſententia cauſam potiſsimam & finalem ſemper
denotet,& ex præfatione intẽtio ambigua declaratur.Ang.
in conſi.90.cum lis col.ij.ideo dixit Fel.in.c.cum contingit.
col.j.de fide inſtr.ſemper eſſe aduertendum ad ipſum proę.
ex quo plurimum arguitur intentio diſpoſitionis. quã con-
cluſio,limita quãdo caſus in ſtatuto deciſio.nõ poſſent con-
trahi ſub ratione procemiali.hic.n.proœ. cauſam impulſiuã
denotaret vt poſt Bal.hic tradit Iaſ.in conſi.1.col.v.& pen.
37 lib.1.Ex quibus ad no.quæſtionem inferri poteſt,† ingreſ-
ſurus quiſpiam religionem donatione inter viuos bona ſua
in quendã contulit proœ.inſtrumenti ſic ſonante P.ingreſ-
ſurus religionem ordinis minorum puta volens de ſuis for-
tunis diſponere, purè & irreuocabiliter ea tali donauit. Po-
ne ꝙ non ingrediatur,vel ꝙ exeat nõ facta profeſsione, an
donatio habebit firmitatem per prędicta,conclude ꝙ non,
quando quidem vt proœ.indicat,ex quo finalis cauſa colli-
gitur eo prætextu facta ſit, quia religionem ingredi inten-
debat, ceſſante igitur cauſa finali ceſſabit diſpõ.Et Iaſo. in
conſi.103.alias.104.col.ij.lib.2.& Cur.iun.conſi.141. colu.
iij.& ita conſuluit Sozi. in conſi.183.eleganter ſunt omnia
diſcuſſa.in.2.volu.& Deci.conſi.86.col.iiij. Reſtringe pre-
dicta de proœ. dante intelligentiam diſpoſitioni non pro-
cedere, quando proœmium per diſpoſitionem, reſtringi-
tur vt in pulchro caſu cõſuluit Barb. in cõſi.16.col.iij.verſi.
nec obſt.quum dicitur in.j.vol.nam quando diſpõ.eſt clara
& ſpecifica, non recipit intellectum neq; reſtrictionẽ à ra-
tione in proœ.adducta Soz.eleganter in conſi.24.in.4.vol.
Gl. ſuper verbo neceſſario exponens.i. vtiliter approbatur
38 per doc.† faciũt multa quæ adducit Aquen.in.l.j. in prin.in
.iij.col.ſ.tit.primo, ꝙ ſecundum ſubiectã materiam verba
neceſsitatem ſonantia, vtilitatem quandoq; poteſtatem ſi-
gnificant,Philo.5.metha.docens neceſſarium exponitur tri
pliciter ait ſecundo modo dicitur neceſſarium ſine quo bo-
num non contingit eſſe aut fieri, vt infirmum bibere me-
dicinam vt non laboret,ſed quo ad text.noſtrum For.Gar.
in.l.j.colu.v.ſ.tit.j.& in.l.gallus in princ. colu.19.ÿ.de lib.&
poſth.hanc expoſitionem improbat à proprietate verbi nõ
recedens,quod neceſsitatem importat & demonſtratur ex
mente iuriſconſulti hic & in prin.l. ſequẽti in verbo neceſ-
ſarium

39 sarium,talis.n.repetitio, † eam esse mentem repetentis de-
clarat, quam verba exponunt gl.in cle.de iur.pa. Item quia
Caius hic originem pro parte & prin. iuris reputat in versi.
sed ꝙ in omnibus si est principium & potissima pars totius
ad cognitionem eius rei, necesse est principiũ cognoscere,
quia totum cognosci non potest, si partes maximè potissi-
mę non cognoscantur.leg.de tota.ꝭ.de rei vend. Rectè igi-
tur interpretari volens de origine dicat necesse est.perfectũ
enim non esset cuius pars maxima principium deesset.facit
glo.sequens super verb.euiden. Glo.in verb.constaret pri-
mo alle.concor.secundo dupliciter opponit, & non soluit.
secunda ibi, arg.contra primum contrariũ.§.perfecisse de-
40 clara melius quàm faciat Alb.sic,† perfecisse is videtur ædi
ficiũ qui ita consumauit vt in vsu esse possit,licet desint ali-
qua,vt ibi dicit Accu.ergo perfectum dicitur etiam ꝙ non
constet ex omnibus suis partibus, contra tex.nostrũ respon
de ꝙ verbum videtur fictionem importans.l.iij.in.§.deie-
cisse videtur.ꝭ.de vi, & vi ar. tollit difficultatẽ quasi innuat
tex.non dici absolutè & simpliciter perfectum ædificium
quũ aliquid deest, sed haberi pro perfecto quando sic con-
sumatum est vt in vsu esse possit.Similiter solui potest con-
trarium.l.in vsucapione.in gl.alleg.vbi vsucapio pro perfe-
cta habetur,licet aliquid de vltimo die desit,quia ibi etiam
non dicitur ꝙ perfecta sit, sed ꝙ habetur ac repletur quod
deest. Bar.ibi rationem assignat de qua materia an ceptum
41 pro perfecto habeatur & completo,† ample tradit. Barba.
in.ca.iurauit colu.14.cum seq.de prob.in clem.literas char.
pen.de rescrip.& consi.vlt.in.2.dubio in.4.volu.Glo. super
verbo deinde,opponit contra rationem tex. quia exemplis
iudicandũ non est.l.nemo.C.de senten.& interlo.omnium
42 iudicium,† responde secundum Bald.ibi ꝙ immo exempla
bona & fructum ferentia sequenda sunt vtque hic ait Alb.
bonis exemplis vtendum est.vt in.l.j.§.casum infra de po-
stul. & de manu. vin.l.an manumittere. hinc Liu.in præfa-
tione primę decadis,hoc illud est pręcipuè in cognitione re
rum salubre acfrugiferum,omnis te exempli documenta in
illustri posita monumẽto intueri,vnde tibi tueq; reip. quod
im mitere capias,inde fœdũ inceptu,fędũ exitu quod vites.
Vel quantũ ad illã.l.dic ꝙ loquitur in sententijs definitiuis,
in quibus non est vtendum exemplis sed legibus, secus in
moralibus obseruantijs,vt.C.de emen.propin.l.j.l.more.ꝭ.
43 de iuris.om.iud.&.l.pen.ad fi.ꝭ.tit.j.† quando.s.rectè ince-
dunt,& legibus non aduersantur,alias secus.c.diuturni in fi.
12.dist.& tex.no.in auc.vt nulli iudi.in.§.j Glo. in verbo
44 euidentiorem notanter vult, † omittendo principium ali-
cuius casus non posse postmodum perfectè casum intelligi.
faciunt quæ in.5.no.diximus & in gl.necessario.quod scho-
laribus sit documentum vt principijs lectionum intersint
alias materias male intelligent.

Ex principio legis.ij.

De Pompo.& principijs vrbis quadam.nume.1.& .2.
De verbo processus & manu regia plura.5.& seq.
Populus nouus non habet.l.nec consuetudinem.11.
De curia & .l.curiata.17.& .23.cum sequen.
Posteà internallum donat.22.
Quid sit Ciuitas.24.
Regiæ leges quę fuerint.28.
De repræsalijs.Demarato corinthio & prætextato historia,
nume.29.cum seq.
Ordo laudabilis.35.

1 
OMPONIVS, vt † vocabuli Ety-
mologia innuit, omnium iurisconsul-
torum Pompa.elegantissimæ singu.&
diuinæ huiusce secundæ legis, vt epi-
gramma testificatur auctor fuisse de-
prehenditur. Arbitratus quandoque
lum hunc fuisse M. Pomponium At-
ticum Romanum ciuem pręclarum, qui multis perturba-
tionibus Romæ ingruentibus cynanis.s.atq; sylannis ido-
neum tempus ratus studijs obsequendi suis Athenas se con
tulit. vbi literis græcis & bonis moribus inuigilans, doctri-
na præstantissimus euasit. Et non solum Attici cognomen
ab Athenis deportauit,sed humanitatem & prudentiam vt
in Catone maiore ad eum scribit Cic.in quam opinionem
trahebant me verba quædam Cor.nepotis in vita Pompo.
dum ait moris etiam maiorũ summus imitator fuit, antiqui-
tatisq; amator,quam adeò diligenter habuit cognitam, vt
eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus or
nauit. Nunc à prædicta opin.recedimus, nam hic Pompo.
Iureconsultus longe posterior fuit.Floruit.n.sub Alexã.Se-
uero.21.Imperatore ab Augusto, discipulus splendidissi.
Papiniani.& Alexan.Imperatoris familiaris & socius,testis
Lampr.in Alex.Seuero ad finem, Ex quo constat Pompo.
atticum lõgo temporis interuallo nostrũ pręcessisse,quum
Syllæ tẽporibus fuerit, longã satis vixit vitam noster Pom.
Nam ipse ait in.l.apud iul.ff.de fideic. liber.Ego discẽdi cu-
piditate, quam solam viuendi rationem optimam, in.8.&
70.Annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ quam
dixisse fertur Iulianus, & si alterũ pedem in sepulchro ha-
berem, adhuc quidẽ addiscere vellem. Et licet christianus
nõ fuerit.vixit tamen circiter annũ salutiferi partus.228.vt
ex Eusebio Cęsariensi & alijs historicis colligimus.Ex Fe-
nestella tñ vt quondam dixit elegãs Zasius tota ferè huius
tex.series desumpta est,vt scripta indicant, quippe Fenestel
la Cæsaris Tyberij principatu longe ante Pomp.vita fun-
ctus est.vt scribit Plin.lib.33. veruntamen quod vulgo cir-
cunfertur,nõ arbitrantur docti Fenestellę opus esse.Pro in-
2 telligentia.l.& materiæ & si vulgata sit historia,scias,† quod
capta Troia Aeneas domo profugus ducẽtibus fatis in agrũ
laurentem venit, vbi accepta Lauinia Latini Regis filia in
vxorem, Turno & Mezentio ethruscorum rege superatis,
rebus & regno latini potitus est, reliquitq; Ascaniũ filium
qui Albam longam ędificauit. Post Ascanium & alios mul
tos reges ab eo descendẽtes regnauit Proca Albanorũ rex,
qui duos habuit filios Amulium & Numitorem quibus re
gnum annuis vicibus habẽdum reliquit, vt alternis Impe-
rarent,at Amulius fratri regnum non dedit,sed eum expu-
lit, eius stirpem virilem interemit,& filiæ Rheæ siluiæ per
speciem honoris quum eam vestalem legisset perpetua vir
ginitate spem patruo ademit, quæ à Marte compressa Ro
mulum & Remum edidit.Amulius sacerdotem victam in
custodiam dat,pueros in pręfluentem tyberim mitti iubet
quos aqua in sicco forte quadam diuinitus reliquit,ad vagi-
tum lupa accurrit,eosq; buberibus suis aluit,mox Faustulus
pastor regij pecoris eos inuenit, educandosq; Accæ Lau-
rentiæ coniugi suæ dedit,ita geniti atq; educati,quum pri-
mũ adoleuit ætas,Amuliũ obtrũcant & auo suo Numitori
regnum restituunt, ipsi adunatis pastoribus vrbem condi-
derunt, quam Romulus augurio victor, quod duodecim,
Remus sex vultures viderat Romam à nomine ipsius con
ditoris appellauit.Et Remus in illa altercatione,vel quia po
stea muros transcenderat. vt infra de rerum diuisione in.l.
si.dicitur,occisus fertur. Hanc historiam latius describit Li
uius in primo vrbis cõditæ.latissimè Sabellicus lib.2.ęnea-
dis secundę.Incidit vrbis conditio in annum tertium septi-
mæ olympiadis,vt Dionysius scribit, Eusebius Cęsarensis
idem tempus obseruat,ꝙ si rectè ab his tempora colligun-
tur,fuit annus ille quo Roma condita est quatermillesimus
à mundi origine quadrigentesimus atq; vndequinquagesi-
mus. Ab Ilij excidio vt Dionysius scribit tricentesimus ac
vndetrigesimus,ante CHRISTI aduentũ septingentesi-
mus quinquagesimus secũdus in quam sententiã concurrit
Sabellicus prææalle. Alijs etiam nominibus eam vrbẽ nun-
cupatam fuisse tradit Politianus epistola secunda, complu-
resq; eius laudabiles titulos, referente Accursio videbis in
auct.vt etiã Ecclesia Rom.in princ. Secutus glo.Accursij,
3 † diuido hanclegem in tres partes principales quas particu-
latim, membratimq; ad clariorem elucidationem legam.
Declarat hic in lumine ipso Põp. quomodo ab initio Ro-
ma gu-

ma gubernari cęperit,& quo iure popu.Ro.vſq; ad regum
exactionem vſus fuerit. Nota in primis eſſe neceſſarium,
ardua tractare volentem ab origine ordiri. concordat lex.
ſuperior vbi dictum fuit.Et non tantú originem ſed etiam,
proceſſum iureconſultus demonſtraturum ſe promittit.Et
4 ſi reipub.Rom.proceſſum cognoſcere caripenderes, † vl-
tra ſcripta Liuij in primo ab vrbe cōdita.videas Florú qua-
tuor tempora elegáter in epithomis diſtinguentem.Et in-
5 cidenter quia de proceſſu fit mentio,ſcias,† proceſſum fun-
datum ſuper actu nullo,totum nullum eſſe.Soz.conſi.99.in
ſecúdadifficultate in.3.vol.nec fructificat,nex ex eo ſentē-
tia vlla valida ſequi poteſt. Are.in.c.examinata ad finē pri-
mæ col.de iudi.quomodo proceſſus productus probet Ale.
ponit conſi.108. ad finem primæ col.& in prin.3.ibi & ta-
6 lis proceſſus.5.volu. † An autem per citationem inchoatus
dicatur tradit Alexan. in rub.C.de in ius voc. & an de ipſo
proceſſu dicatur eſſe ſententia Barba.& alij in cap.pruden-
tiam de offi.del. Deci.pulchra in ca.quoniam contra in.1 t.
7 not.de proba.Secundò not.ab initio ciuitatis, † pop.Rom.
ſine certo iure,ſine certa.l.agere inſtituiſſe, omniaq; manu
regia gubernari, & ſic ab initio non habuit legem, ſed re-
gem,cuius manu,id eſt,arbitrio & poteſtate omnia guber-
nabantur,id enim manus hic ſignificat,quáuis & alijs mul-
tis modis capiatur, Bal. & Aquen.ad complures inferentes
quæſtiones in.l.manumiſsiones tit. præcedenti.Zaſius Bar.
inquit ſignificare videri in.l.frater à fratre.ĵ. de cond.inde.
ſine iudicio auferri manu regia potuiſſe,ſi quid deberetur,ꝙ
minimè ipſe admittit, quia ab initio ciuitatis vt Dionyſius
lib.2.docet,ius litigantibus dictum fuit,licet non ea ſolem-
nitate.nó ex ſcripto vti poſt.ll.duodecim tabularum ſerua-
batur, populus Romanus quos patres elegerat iuſsit vt ſa-
cra curarent,& ius dicerent, non tamen negat cōtrouerſias
à principio ſæpenumero regijs iuſsibus fuiſſe direptas, ſed
citra violentiam. regi enim æqua iubenti facilè parebatur,
attamen Ser. Tul.Rex ſanciuit publica tantummodo regis
arbitrio, priuata verò iudicia ſententijs expediri, vt lib.3.
Dionyſius docet.manus itaque regia pro ea poteſtate regis
accipitur,qua celſitudo principis cōſpicitur, quę etiam ho-
die in principibus pollet, nam & princeps ſola facti verita-
te inſpecta ſine ordine iudiciario,ſeu quocúq; litigioſo pro-
ceſſu ſemoto, parte tamen citata cognoſcit. Et nihil plus
olim potuit manus regia. nec contrarium voluit Bar. ſi be-
ne ponderetur in.d.l.frater à fratre.colu.iiij.quem in deter-
minatione illa de poteſtate patris & domini in filiú & ſer-
uum ſequitur Dec. in.l.j.col.iiij.& in.l.Imperium colu.v.ĵ.
8 de iuriſd.om.iud.De hac manu regia, † per quam olim Iu-
ſtitia adminiſtrabatur, & omnia executioni mandabantur,
antequam eſſent proditæ actiones & inſtituta iudiciorum
ſolemnia,latè ponút Soz.& alij Mod.in rub.ff.de verb.obl.
& For.Gar.in repetitione.c.1.char.16.verſi.quo ad ſecun-
dum de pac.vbi aduerſus Soz.conatur defendere, ꝙ ex nu-
do pacto olim manu regia adminiſtrabatur Iuſtitia, & pa-
riter hodie,ſed nimium torquetur, & ea communis eſt ſcri
bentium ſententia,vt per Sozi.in dicta rub.col.ij.quá opin.
ipſe pariter defendit & probat in.l.legem colu.iij.C.de pac.
9 vbi, † ex nudo pacto hodie officiú iudicis competere aſſe-
rit,vt olim manus regia competebat. Et pariter poſſe adiri
principem pro obſeruantia nudi pacti,cui ſententiæ ſubſcri-
bit Iaſ.in.l.iuriſg.in.§.ſed cum nulla.ff.de pact.& Lacel.ga-
liaula no.reputans in dicta rub.de verb.obl.col.42.cum ſeq.
in verſic.14.concluſio,plerumq; tamen ſe dubitaſſe ait, &
inde diſtinguit,ꝙ ſi promiſsio eſſet facta ex abrupto & in-
conſideratè, princeps poteſtate abſoluta contra legum di-
ſpoſitionē pro obſeruantia nudæ conuentionis vti non de-
beret, alias ſecus, & ita procedat communis concluſio do-
ctorum & ſequuntur quidam moder.in.l.legem.C.de pact.
dicá latius in.l.ſecunda.C.de pact.inter emp.& vend.in.79.
10 quæſtione.†.Habes itaq; quid importet clauſula procedas
manu regia, cui illa alia æquipollet, procedas de iure & de
facto,vt pulchrè per Natá in repe.cle.ſæpe.de verbo.ſigni.
in.§.j.colu.19.verſi. & ſi dicatur procedas de iure & de fa-
cto & col.23.verſi.& ſi dicatur procedas manu regia. Ap-
11 paret etiam ex hoc tex.ſecúdum Bald. † populum de nouo
creatum non habere legem nec conſuetudinem, quæ lon-
gam requirit obſeruantiá.l.de quibus.ĵ.de legi.niſi eſſet ac-
ceſſorius & membrum alterius populi legem vel conſuetu-
dinem habētis,vt eſt Caſtrum ſub ciuitate, nam lex capitis
ad membra prorogatur.quæ propriam legem non habent,
& idem de conſuetudine Fel.in cap.Rodulphus.col.iiij.&.
ix.de reſcriptis. Cor. conſi.151.in.3.volu.vbi etiam tractat
quid ſi tale Caſtrum ſtatutum habet contrarium ſtatuto ci-
uitatis dominantis,de quo etiam Soz.conſi.81.in.j.volu.&
80.in.4.vol. vbi inuenies etiam ꝙ deficientibus ſtatutis lo-
ci ſubiecti potiuſquam ius commune ſtatuta ciuitatis atten
duntur. An autem & quando populus regem ſibi poſsit eli
gere,ponunt Bal.Ange.& Moderni in.l.ex hoc iure. titulo
præce.Sed hic ſtatim & à fronte difficultates quædá inſur-
gunt.In primis ſuperfluitas videtur in illis verbis ſine certa
lege,ſine certo iure,quú alterú ſatis fuiſſet exprimere, Lau-
ren. Valla in elegantijs.c.229. leges eſſe dicit alicuius prin-
12 cipis vel liberi populi.Iura magis genaralia eſſe, † ſi quidem
& ius naturale gentiú & ciuile eſt. inſti.de iure naturali gen
tium & ciuili.quæ declaratio nec ſoluit nodum, nec ad ter-
minos noſtros procedit.Etenim fuitne pop.Rom.ab initio
ſine iure naturali & gentium,quod apud omnes gentes pe-
req; cuſtoditur.l.omnes populi titulo præcedēti. fatuum eſt
hercule hoc dicere. Poſſes ſolutionem colligere ex cap.ius
generale cum ſeq.prima diſtin.cum ibi not.per Car.Ale.ius
enim generale eſt lex,iuris pars & ſpecies, quæ propriè di-
citur,quando eſt ſcripta à legendo.vt ibi per Car.in cap.lex
eſt.Erat ergo popu.Rom.ab initio ſine lege ſcripta, & ſine
iure non ſcripto, quod moribus cōſtat,poſſet etiá dici exag
gerationem eſſe verború & tex.exornare,vt eſt apud Iuue
nalem. Veniet de plebe togata, Qui iuris nodos & legum
enigmata ſoluat. ſubtilior & elegátior eſt tamē pręcedens
ſolutio.Secunda difficultas,Romulus ab initio leges curia-
tas tulit,vt hic ſtatim dicitur,ergo falſum eſt ꝙ eſſet ſine le-
ge.facúdus Zaſius ad id reſpexiſſe Pomp.dicit,quod ab ini-
tio vel frequentius vſu euenerat.licet enim leges curiatę de
quibus mox dicetur à regibus ferrētur,modicę tamē erant,
& maximè ad ſacra pertinentes,nulla erant iudiciorum cer
ta ligitimaúe,nec in priuatis ciuiú actis,certa lege res gere-
batur, hoc eſt quod ſine lege dicit,facit gl.ſuper verbo filio
in lege moribus infra de vulg. & ita etiam eſſe accipiēdum
quod Dionyſius ſcribit,Romanis ante leges duodecim ta-
13 bularum nullas certas leges ſed conſuetudines fuiſſe. † non
ſimpliciter videlicet ſed per frequentiam. Tu ſanius intel-
ligendo tex.reſponde,eum minimè diſsidere ſi rectè pōde
retur,leges.n.curiatas Romulus tulit,aucta poſtmodum ad
aliquem modum ciuitate, ita apertè cátant verba Pompo-
nij,ſicq; non ab initio conditæ vrbis, vt difficultatem ex-
citando minus rectè intellexit Zaſius.Tertia difficultas vi-
detur, fieri non potuiſſe ꝙ populo Romano à regibus gu-
bernato, poſtea Romulus ſuperuenerit in trigintaq; curias,
vt hic ſubdit tex. diuiſerit, quum Romulus fuerit conditor
vrbis.Reſpondet elegans Zaſius iuriſconſultú non Romu-
lo ſed ſuperioribus aſcripſiſſe vrbis conditionē,multa enim
vt ait Halicar. lib.1. dubitatio de conſtitutionis vrbis tem-
14 pore,eiuſq; conditoribus fuit,† quibuſdam volentibus ſo-
cios Aneę eam ędificaſſe,alijs mulierem troianam incen-
ſis nauibus auctorē fuiſſe,nōnullis putantibus à filio Aneę
Romo Romam conditam, & quindecim ætatibus poſt à
Romulo eſſe inſtauratam. itaq; ſi Pomponius alteram ex
his ſententijs ſecutus fuiſſet,res eſſet plana ꝙ Romulus in-
ſtauraſſe non cōdidiſſe vrbem diceretur. Sed quià obſt.lex
fin. infra de rerum diuiſione. & ea frequentior eſt fama &
opinio ꝙ Romulo auctore condita ſit vt ſupra in princ.l.
dictú eſt.Ideò aliter ipſe Zaſius ſoluit ꝙ verba illa ſequentia
poſteà aucta. &c.nō à proxima ſed ad ſuperiora referri de-
bēt vt ſit ſenſus, quú pop.Ro.ab initio incerta lege viueret,
Romulú poſteà triginta curias deſcripſiſſe, nec eſt talis rela
tio inconueniens iuxta not. in.l.ſi idem in.§.fi.ĵ. de iur.om.
iud.

15 iud.Sed hercule, † quærit Zasius nodum in sirpo.non.n.di-
cit tex.ꝙ pop.Rom.à regibus gubernato superuenerit Ro
mulus vt ipse oppositionem format, sed ꝙ aucta ciuitate
quum ab initio manu regia omnia gubernarentur, Romu-
lus descripsit curias, legesq; tulit curiatas, & sic intelligendo
tex.planè procedit & sine difficultate vlla. Quartam exci-
tat Zasius difficultatem, sibijpsi videtur tex.dissidere, nam
si populus Ro.ab initio sub manu regia gubernabatur, nec
sui erat arbitrij, quomodo hoc vel illud viuēdi genus insti-
tuere vel eligere poterat?qui enim sub manu alterius est, is
potius necessitate præmitur quã ei instituendæ vitæ facul-
tas pateat. Respondet ꝙ Romulus, † vt auctor est Diony.
lib.2.condita iam vrbe popu.Ro. tres proposuisse scribitur
formas.regiam.s.item paucorum, & porro popularē domi-
nationem, eisq; optionem reliquisse quam ex eis eligerent.
paratum.n.vel imperare, vel esse sub Imperio, qui guber-
nationem regiã elegerunt, vt quam dicerent sibi optimam
videri quàm eit libertas & in alijs pararetur Imperiũ iurisc.
itaq; non ociose sed signatè verbo instituendi.i.eligēdi vsus
est, ꝙ autē dixit eos iure incerto viuere instituisse, accuratè
refertur ad id quod statim infertur, omnia.n.manu à regi-
bus gubernata, satis incerta sunt quæ gubernantis arbitrio
explicātur. Sed est hercule præsens difficultas exquisita ni-
mium, nã verba illa agere instituit, exponūtur vt per Accu.
viuere incipit, permittēdo omnia arbitrio Romuli guber-
nari, sic itaq; minimè dissidere tex. Tertiò not. ꝙ ad modũ
aliquem aucta posteà ciuitate, Romulũ diuisisse populum
17 in triginta partes. † quas curias.apellauit, eo ꝙ reipublicē cu
ram per sententias earum partium expediebat. quibus teste
Liu.in primo ab vrbe condita. nomina dedere virgines ra-
ptæ iussu Romuli, numerus tamē raptarum maior triginta
17 fuit, † vt Liuius scribit, Dionysius sexcentas octaginta tres
raptas prodidit. Valerius antias quingētas & vigintiseptem
adeò parũ inter se conueniunt historici. Contigit raptus ille
virginum quarto mense ab eo quo vrbs condi cepta est, vt
Fabius scribit, sed Dionysi.teste & quod verò similius est,
non mense, sed anno conditæ vrbis quarto, sabinas specta-
culo raptas memorię proditum est. formulam præscriptam
Romulum instituisse diuisa omni multitudine trifariam.te-
stis est Diony. singulisq; partibus, singulos duces præfecisse
18 † tribusq; eas appellasse ab ipsa forte partione. Diuisit rursus
ipsas tribus in denas æquales partes, vocauitque eas curias
quibus singulos duces præfecit, subsecuta est & alia curia-
rum diuisio in decurias, vnde dicti decuriones qui illis præ-
fuerunt, vt latè per Sabellicum lib.2.æneadis secundæ. Di-
20 cta est igitur vt tex.inquit curia à curo, † eo ꝙ reipublicæ cu
rã expediat. vnde Cardinales curiales dici possunt eo quod
eorũ cura & consi.respublica expeditur vt per tex.nostrum
dixit Oldradus consi.2 t t.ad propositũ in.iij.col.nos etiam
curiam pontificis, & curias Principum hodie dicimus. Ca-
pitur etiam pro loco vbi reipublicæ negocia expediũtur, &
multis alijs modis vt per Pręposítum & alios in titu.de cap.
qui curia vendi.& in ca.t.&.2.distinctio.lib.t. curiales ali-
ter dictos ineptè & ridiculè ponit, de quo etiam per Aret.
consi.15.& Guidonem Pap.q.45 t.vbi infert ad nota.quę-
stionem. Sũpta occasione à prædictis curijs & decurijs ele-
gans Zasius, & si impertinenia iocunda tamen quædam de
21 clientibus effundit, † & Romulus (inquit) vt est apud Hali-
car.lib.secundo vr.conditæ, prouisurus ne iniuria locupletũ
in humiles vel vicissim egenorum inuidia in potentes di-
scordiam pareret, plebeis permisit, quem sibi ex patricijs
patronum eligerent, hi clientes dicebantur eratque ciuilis
illa coniũctio nihil aliud quam susceptum pro pauperibus,
humilibusq; patrocinium; habuisse hos legitima instituta
quibus vltro & citro pręstabãt, hi officia, illi benificia, nam
patroni pro cliētibus ea facere quę patres pro filijs, pecunia
rum contractuumq; rationes explicabãt, causas pro iniustè
oppressis sumpsere, omnēq; eis quietē publicè & priuatim
exhibuere, quod hodie Cardinales pro cōmendatis vel mo
nasterijs, vel ecclesijs facere tenētur. E diuerso cliētes patro
nis egētibus ad dotem filiarũ contribuere, captos vel ipsos
vel ipsorum liberos ab hostibus redimere. nexos à credito-
ribus, vel ære mulctatos liberare, eis adesse debebant, nec
phas erat vel accusare inuicem, vel testimoniũ aduersus fer
re, nec porro cum inimicis annumerari. Erantq; huiusmo-
di coniunctiones haud absimiles sanguinis necessitudini
vsq; adeò vt clientes in officiorum ordine affinibus præfe-
rentur. magna eos laudis ornabat accessio, vt Gell.libr.5.
docet qui clientes haberent quam plurimos, qui mos & ip-
sam Italiè peruagabatur. Nam Appius clandius à quo Ap-
piorum familiia procedit à Sabinis Romam cum quinque
millibus cliētum migrasse traditur. vt est testis Valerius, ab
his patronorum clientumque institutis, operas obsequia &
officia libertorum quorum iure crebra fit mentio, radicem
sumpsisse non est dubium. ad hanc veterem patronorum in
clientes humanitatem respexisse videtur iureconsultus in
l.iiij.in prin.j.de his qui deiece.vel.effude.cum pręcedenti-
bus vbi clientes libertis & hospitibus connumerat, licet gl.
& doc.ad hoc non aduertant. Nec porro Imperator ociosè
in.l.rem non nouam in.§.patroni.C.de iudi.clientes eos no
minat, quorum patrocinium aduocati summerent, hoc ho-
nesto vocabulo significare volēs, qua humanitate, qua fide,
qua obseruantia clientibus aduocati obligarentur, vtpote
ꝙ eorum negocia ex vetustis moribus affiniũ causis vt di-
ximus sint prælata. hinc pulchrè Gel.lib.20.c.1. Hinc clien
tem in fidem acceptum, cariorē haberi quam propinquos.
tuendumq; esse contra cognatos pop.Rom.censuit. neque
peius vllum facinus extimatũ est, quàm si probaretur clien
tē dirisui habitũ fuisse. facit tex.not.in.§.fi. in tit. hic finitur
lex.Frid. vbi vasallus tenetur dominũ iuuare, & defendere
contra omnes, etiam ascendentes & descendētes ipsius, va-
salli, qui clientulus dicitur in feu. de alienatio.feu. his conse-
quens est veram esse sentētiam doctorum qui ibi tenuere
vasallos de iure Ro.emersisse, licet ex vetustatis ignorantia
ea assertio nō probatur, veritas tamē pro ea est, vt ex pręedi-
ctis colligitur. Tractu tñ tēporis quod omnia variat, clien-
tellarum nomen & virtus mutata sunt, fatendumq; cōsue-
tudine & moribus multa etiam in vasallis secũdum Zasium
nouata & antiquata curiarum iura videas. etiam Alber. in
dictionario super verbo clientulus vbi iura de his mentio-
nem facientia congerit, licet antiquam vim clientellæ igno
22 rauerit, Quartò not. ꝙ dictio posteà, † interuallum denotat,
quia vt hic dicitur diuisio ista in curias per Romulũ ex inter
uallo facta fuit, id est, post quàm vrbs populosa esse cœpit.
clariorem vide tex.in seq.versi. posteà ne diutius. gl. vulga-
tam in.le.pacta conuenta in princ.ff.de contrahen.emptio.
Alex.consi.98.allias.99.ad fi.j.col.in.4.volu. pulchrè Bolo-
gni.in consi.37.col.iiij.Barba.in cap.cum M.ferrairen. col.
27.cum seq.de constitutio. Corset.in singularibus in versi.
posteà.& Ias.in.l.fructus.ff.soluto matrimo. vbi plures de-
terminat quæstiones. Et quia de ciuitate nostra.i. Romana
23 Pomp.hic in princ.meminit de iure ciuitatis Romanæ, † &
qui ciues Romani essent dicemus in versi.fin.istius primæ
partis in.j.colu. vbi inuenies magni olim fuisse ponderis &
cōmodi ciuitate Romana donari, adeo vt Claud. peregri-
nos qui ciuitatem Romanam vsurparant securi percusserit,
24 actor Suet. Est autem ciuitas, † communio seu multitudo
ciuium gratia vitæ, vt quam maximè fieri possit optimæ
Philoso.2.& 7.Polit. quæ certe vt elegans Zasius ait non ex
quorũcunq; inhabitantiũ, sed ex eorum multitudine coa-
lescit qui velut propriam ciuitatis partem referant, qui sunt
ciues secundum Philo. præallegat. serui in quilini, hospites
item, & opifices, tabernarij & alij qui munerum ciuilium
non sunt capaces, & quos Cicer.in oratione pro.L.Flacco.
fecem ciuitatis nominat, licet multi in ciuitate sint. populo-
sam quidem, non autem magnam ciuitatem faciũt, vt scri-
bit idem Philoso. facit singularis tex.in auct.en.de questore
colla.vj.in princ. ibi ciuitas nostra populosa est turbis diuer-
sorum hominum, quem tex.consueuit sæpe allega. Bald.ꝙ
habens incolatum seu domicilium in aliquo loco, licet ad-
uena sit, non dicitur forensis sed de populo, quod seruit ad
plures nota. quæstiones vt per Alexan.consi.42.colu.ij. &
consi.

Ambrosio,diximus post Bald. in rubr.proœ. supra,hinc di-
xit Aret.consi.67.colum.j. sapientis esse ordinare, concor-
dat Philosophus secũdo metaph. & vbi nõ est, ordo ibi con
fusio. gl. in auctenti.de hæredita. & falci.in.§.in ordinatum
in verbo confusum,quandoq; tamen,vt in extraordinarijs,
ordinem non seruare est ordo. capi. ad nostram.el tertio de
iureiurando. & pręcipuè quum de scandalo dubitatur ordo
iuris non est seruandus. Anch.pulchrè in consi.277.colum.
fin.ad hunc tex.quod dicitur in.l.j.in.§. omnia enim nostra.
C.de veter.iur.enucl.vbi qui non insubtiliter factum emen
dat,laudabilior est eo qui primus inuenit. De quo eleganter
Lauren. Valla in procem.6.lib.elegantiarum. Laudibus igi-
tur extollẽdus fuit Papirius,qui regias leges sparsas in vnum
composuit,de quibus legibus regijs retulimus,aliquid in su-
perioribus. declarat etiam Aretinus institu.de actionibus in
principio in.ij.colu.vt quod hic dicitur, de iure Papir. intel-
ligatur respectu causę materialis immediatæ, non autem re
spectu causæ efficientis, vt ibi per eum. Postremò induci-
tur hic text.per glo.& doctores,ad quæstiones aliquas ad il-
36 lam præcipuè, † de colono appellante fundum domini suũ,
ratione enim culturę,& ordinationis nõ errat,impropriè ta
men istud est, & non procederet in statutis secundum Bal.
de quo plenè Alex, Ias. & alij in rubr.ff.de nou. operis nun-
ciatio. vbi de hac gloss.festum celebrant.Colligit etiam hic
Alber. arg. pro adiuuandis testibus, largo modo qui dicunt
rem esse talis qui dominus non est, sed in ea ius aliquod ha-
bet,facit glo.in.cap.1.in versicu. nec valet de postu. præla.

Ex versic. exactis deinde regibus.

De exactione regum.nu. 37.
Adolescere quid.41.
Abolito titu. regis an sit abolitus vigor.l. 42.
De.l.longobarda.45.
Pop. Rom. an possit expellere regem & nouum facere.46.
Filij regis viuo patre reges appellari possunt.51.

Sequitur versic. exactis.

Hic videbis quo iure vsus sit popu. Roma.annis.20.post
exactionem regum, cui regiam libidinẽ dedisse causam ex
37 lib.1.Liuij satis apertè constat, † contingit anno vrbis.244.
ab vrbe enim condi. ad liberatam regnatum est Romę an-
nos.244. testis Liu. In text. ibi exactis, id est extra actis, &
38 expulsis. Plau. itaque omnes exegit foras. † In tex. ibi.l.tri-
bunitia, id est per tribunũ lata. tribunitium dicitur quod ad
39 tribunum spectat, † Salus. postquam.C. pop. & M. Crasso
consulibus tribunitia potestas restituta est, vt Liui. non se-
mel in.ij. ab vrbe condit. Nec intelligas de tribuno plebis,
sed de tribuno celerum vti Brutus, erat secundum Zasium
quod dubio caret,hoc nanq; tempore adhuc non erant tri-
buni plebis, qui annis.19. post creati fuerunt, vt videbis in
versic. deinde quum esset in ciuitate. Lata est igitur hęc lex
40 à tribuno celerum, in quo magistratu tum Brutus erat, † vt
in.§.seq.dicitur,qui sicuti eijciendi reges auctor fuit. ita le-
ges regias se auctore aboleri voluit, ne memoria vestigiaq;
regũ conspicerentur, ita illos odit, & libertatis acer fuit cu-
stos. vt libro.2.Liuius scribit. In text.ibi exoleuerunt, id est
41 ab vsu remotæ fuerunt, † vt per Quintilianum lib. quinto,
& Liui. sæpe eas autem potissimè leges absoleuisse creden-
dum est, quæ ad mores, ad ritus regios pertinerent. Cæte-
rum si quæ.ll. diuina respicerent aut humana durasse verisi-
mile est,secũdum expolitum Zasium.cuius contrarium ar-
bitramur verius, quum potius verisimile sit omnes leges re
gias abolitas cum regibus,ne regum,vt diximus remanerẽt
vestigia,nec per verisimile ambulãdum videtur, quum tex.
dicat omnes leges regias exoleuisse. Item ibi iterumq; cœ-
pit, sicuti enim ab initio ciuitatis, ita post exactionem regũ
populus eatenus dicitur incerto iure vsus fuisse,q̃ frequen-
tius consuetudine vteretur, faciunt quæ scripsimus supra in
principio in secunda difficultate. Item ibi quam per legem
latam,in antiquis codicibus quam lege iacta scriptum legi-
tur,& rectius. Item ibi annis.20. passus est, id est consensit
admisit approbauit,cur autẽ text. dicat prope annos.20.de-
clarabitur in.§.sequ.in versi.eisdem temporibus super ver-
bo exacto vbi glo. hallucinatam inuenies.
42 Nota primò secundum Albericum & Bald. † quòd licet
Imperator sit imperio priuatus, vti Federicus fuit, tamen
quas fecit leges firmæ remanent, nisi per successorem cas-
sentur, exoleuerunt enim leges regiæ, vt hic dicitur lata.l.
tribunitia qua non facta remansissent regiæ. In oppositum
videtur text. in capi. translato, de constitutio. vbi translato
43 sacerdotio transfertur lex sacerdotij,Bal.ibi summat, † abo-
lito titulo regis aboletur vigor, & titulus suæ legis, ideò le-
ges Longobardorum non sunt in vsu nec in causis allegan-
dæ secundum Bald. quia ea gentis, & eius regnum est aboli-
tum & sublatum,ac omnia simul corruerunt. facit tex.l.tu-
telas,infra de capitis dimin.mutato nomine transfertur di-
spositio in eo nomine fundata,vt pulchrè per Sozi.in consi.
223.colu.secunda in.1.volu. Non est tamen ab opinio. Bal.
discedendum,vt tradit Barba.in dicto cap.translato colum.
secunda & tertia,tex. enim ibi dicit translato sacerdotio ne
cesse est, vt legis translatio fiat, ergo non legis correctio,vt
est text. in cap.inquisitionis in principio ibi per Federicum
olim Romanorũ imperatorem, tunc in deuotione Roma-
næ ecclesiæ persistentem. cum allegatis ibi per Fely.colu.j.
& Barba. consil.4.colum.sexta in.1.volu. vbi ait quòd illud
dictum abolito titulo regis oboletur vigor suæ legis. & no-
44 uus rex noua lex † intelligitur si mutetur,aliàs secus. allegat
text. infra in ver.nouissimè vbi licet popu. Roma. transtu-
lerit omne regnum suum in principem, non tamen fuerunt
abolitæ nec sublatæ leges, aut plebiscita nisi quatenus Cæ-
sari placuit. Limita prædicta in legibus tyranni,quia aboli-
to eius titulo, aboletur & eius lex ipso iure.l. decernimus cũ
glo.in verbo funditus.C. de sacrosanct. eccles.vbi scriben-
45 tes,& Alberic. hic. † lex vero longobarda, non potest alle-
gari,quia non est inserta in corpore iuris. vt per Barb. in di-
cto cap. translato,colu. prima. Sed aliter circa illam legem
distinguit Alexand.in.l.pro hærede.§.fina.colum. vlti.ff. de
acquiren. hæredita. Secundò nota. Bald. valere generalem
46 cassationem legum,& statutorum.† Sed videtur popu.Ro-
ma. iuridice istos reges expellere, nõ potuisse. regem enim
& dominum suum, propter tyrannidem, & insupportabi-
lem sæuitiam populus expellere nequit. Bald. & Moder. in
l.ex hoc iure. char. prima supra titulo proximo. Responde
hoc non procedere in pop. Roma.qui liber erat, & lege sua
non ligabatur quin recedere liceret.l.si quis in princ.testa.ff.
de legat. tertio, adeò quòd post imperij translationem po-
47 tuisset olim Imperatorem priuare, † hodie secus,vt per Bar
to. in.l.fin.C.de legi. vbi text. nostrum adduxit, notant scri
bentes in.l.non ambigitur,infra de legibus. & dicam latius,
infra in vlti. colum.versicu. fin. istius primæ partis. Glo. in
verbo exactis, opponit contra text. & dupliciter soluit, vi-
detur enim malè Pompon. dicere exactis regibus numero
plurali,quum vnus tantum rex expulsus fuerit Tarquin. su-
perbus, scilicet & ita corrige glo. dicentem principaliter,vt
dicat pluraliter primam sol. gl.exponentem plurale pro sin-
48 gulari sequitur Zasius, † ad quod multa ponit Alexan. con-
sil.136.colum.prima in quinto volu. Sozi. consi.43. volu.j.
& Dec.consi.50.ad finem. Sed quia in dubio à proprietate
verborum, non est recedendum.l. non aliter.ff. de legat. 3.
& de proprietate verborum pluralitas nõ verificatur in vno
49 †.l.vbi numerus infra de testibus.l.fin. infra ad Trebel.ideò
parum placet solutio prædicta. Sequens solutio quòd cen-
seantur, plures exacti quia dictũ fuit quòd nullus, deinceps
esset,quam etiam sequitur Zasius propter auctoritatem Li-
uij in secundo ab vrb. condit. dum ait Brutum iureiurando
populum adegisse, neminem Romæ passuros regnare, re-
spondisseque, populum legatis Porsenæ, qui pro Tarqui-
50 nio restituendo ad Romanos accesserant. † hostibus, po-
tiusquàm regibus, portas patefacere, in animum indu-

xisse, sed nec ista solutio procedit, licet enim fuerit decretũ
neminem deinceps Romæ regnare, plures expulsi non di-
cuntur, quum priuatio habitũ præsupponat.l. decem cũ si-
milibus.ff. de verbo. obliga. si ergo alij admissi pro regibus
non fuerunt quomodo dici possunt expulsi. Aliter igitur di-
cas, nam cum superbo liberi eius exacti fuere, ideò Liuius
ad finem primi libri exacti inquit inde liberi regis, duo pa-
51 trem secuti sunt, qui etiam viuo patre † reges appellari pos-
sunt. glo.in.c.fin.24.quæstione prima, hac ratione dicit po-
steà Liuius libro secundo, factam fuisse posteà coniuratio-
nem de accipiendis clam regibus in vrbem.

Sequitur versiculus posteà ne diutius.

Ex versic. posteà ne diutius.l.ij. ff.de orig. iur.

Eburneum & eboreum differunt.nu.52.
De legibus per Rom. à græcis petitis historia.55.
Facta per consi. pop. valent, licet ad consi. iterum non reducantur.59.
Ciuitatum fundamenta sunt in legi.61.
Scriptura incisa in ligno, ære, vel lapide, quando dicatur pub. & probet.64.
Publicatio legis, vel statuti an sit de substantia.65.
Quæ publice proponuntur, ita clarè proponi debent, vt intelligi possint.66.
Ab iniquitate legis vel statuti potest appellari.69.
De Hermodoro ephesio in Italia exulante.72.
Naturalis causa vel accidentalis quando inspiciatur.79.

Sequitur versic. posteà ne diutius.

Tractat hic Pomp. de legibus duodecim tabul. & earum
origine de quarum excellẽtia, & laudibus videnda sunt quæ
diximus in rub. supra eodem. In text. ibi in tabulis eburneis
pręscriptas pro rostris composuerunt. in antiquis codicibus
52 est eboreis. † Eburneus ab ebure venit, ab ebore deducitur
eboreus. in soluta oratione eboreus plerunq; ponitur signi-
ficans quod est, ex ebore solido Quintil. lib. quinto, quum
in triumpho Cęsaris eborea oppida essent translata. in car-
mine ponitur eburneus. Iuuen. & eburnea sella. Ouidius
Impubesq; genas, & eburnea colla decusq;, quãuis Pomp.
infra de decem viris eburneis vtatur, immo ait quidam vo
lunt non eburneis, sed æneis tabulis impressas leges, pro ro-
53 stris positas. † id quod volunt Diony. lib. decimo Liui. ter-
tio ab vrb. condi. Plin. libro.34. dum loquitur de istis tabu-
lis æneis in quibus, constitutiones incidebantur. sed & fœ-
dera latinorũ in col. nam æneam incisa esse post rostra, Ci-
54 cero in oratione pro Cor. balbo meminit. Pro † rostris ex-
pone, id est ante rostra, signata est figura loquendi sic pro-
scenium locus ante scenam, de rostris infra dicetur. Circa
petitionem harum legum à græcis factam, & consecutio-
nem Accursius hic in inquirendis rerum antiquarum histo
rijs vere perparum exercitatus rem affert veritati, & histo-
rię minimè consentaneam de stulto disputante cum legato
55 græcorum. † qui trinitatis misterium fortuita, gesticulatio-
ne significasse dicitur, sicq; iudicatos Romanos dignos legi
bus quod verè somnium, & fabulamentũ Accursij est, quũ
constet multis ante Christianam religionem seculis, Roma
nos leges, ab Athenien. transtulisse secundum Budeum, An
gelum politianum prius, & eloquentissimum illum Cam-
panum. sed Zasius hic iocos miscuisse Accur. existimauit,
veram historiam, hic tangit text. & statim latius dicemus.
Et licet Pomp. lætus loco præallegato hanc rem, vt Pomp.
hic referat constitutos decem viros qui leges à græcis pe-
terent, qui in decem tabulis ex Athenis eas tulerunt. Alij ta
men aliter referunt, Liuius in.3. ab vrb. condi. quum de legi
56 bus inquit conueniret de latore tamen discreparent, † missi
legati Athenas Spu. Posthumius albus. P. Sulpitius Cameri-
nus. A. Manlius iussiq; inclytas leges Solonis describere. &
aliarum græciæ ciuitatum instituta moresq; noscere. Non
ergo per decẽ viros sed per tres petitæ fuere leges à græcis.

Iam redierãt subdit Liuius legati cum atticis legibus, eò
intentiùs instabant tribuni, vt tandem describendarum le-
gum initium fieret, placuit creari decem viros sine prouoca
tione, & ne quis eo anno alius magistratus esset. Vult ergo
Liuius creatos fuisse hos decem viros, vt leges illas describe
rent, & interpretarentur. Non quod eas petitum ierint, &
ibi trium legatorum, & decem virorum nomina, & cogno
mina ponit. Subijciens quum ad rumores hominũ de vno-
quoque legum capite edito satis correctę viderentur Cen-
turiales comitijs. 10. tabularum leges perlatę sunt, quę nunc
quoque, in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum
cumulo, fons omnis publici priuatiq; iuris est, vulgatur de-
inde rumor duas deesse tabulas quibus adiectis absolui pos-
sit velut corpus, omnis Romani iuris, & cum Liuio alij hi-
storici concordant. Fene. in capitulo de. 10. viris legum fe-
rendarum Gell. capitulo. 1. libro. 20. Plin. de viris illustribus
cap. 20. & Isidorus libro quinto, etymol. refertur in capi.
Moyses septima distinc. volunt præfati quòd. 10. viri crea-
ti fuerint describendis legibus, quę ex libris Solonis per tres
præscriptos legatos allatæ erant, qui vt pro legatione, tam
57 longinqua, † pręmio esset honos. ac quia peritos legum pe-
regrinarum, ad condendum noua iura vsui fore credebant,
inter decem viros, annumerati fuere teste Liuio. elegans Za
sius contrarietatem sentiens, & si prædicta non adducat, vt
iurisconsultum cum historicis cócordemus, verba per sup-
pletionem accipienda dicit. peterentur, id est petitæ, & al-
latæ scriberentur, sed non sonat in auribus meis tanquam ex-
tranea expositio, & violẽtia aperta. Tu nunc respon. quòd
relatiuum per quos ad omnes. 10. viros relationem non fa-
cit, sed ad illos qui leges petitũ iuerunt quas posteà ipsi. 10.
viri pro rostris composuerunt, vt lex subiungit. Pro qua re-
spons. facit. regula quam pulchrè colligit. Gemi. in cap. se-
cundo de electioni. in.6. & Iaso. in. l. cunctos populos in se-
cunda lectu. ad fin. secundæ col. C. de summa trinit. vbi po-
nunt quòd relatiuum solum refertur, ad ea antecedentia ad
quæ referri potest.

Pondera in primis text. optimum ad illud vulg. quòd di-
58 ctio posteà † denotat longum interuallũ. nam quòd hic di-
citur fuisse posteà factum, vt leges à græcis peterentur non
statim post vigesimum annum, ab exactione regum sicque
anno. 264. sed. 300. altero quo condita Roma fuit. vt ex Li-
uio in. 3. ab vrbe condi. patet, & Gell. capitu. 1. libro. 20. &
sic longo interuallo propter quod videtur, inferri posse de-
ceptum fuisse Pompon. letum loco præallega. anno. 309. id
contigisse dicens, nisi impressoris sit vitium. Secundò nota
tur ibi placuit ex publica auctoritate decem constitui viros,
59 argumen. secundum Albericum. & Baldum. † ad id quod
sæpè fit, quum per cósilium populi aliquid committitur sa-
pientibus, valet enim licet non reducatur iterum ad consi-
lium, quia sufficit semel fuisse commissum secũdum Iaco-
bum de arena. & Cynum, sed si veram respicies historiam
oppositum videtur dicendum, quia illi decem viri compo-
sitis, legibus populum ad concioné aduocauerunt, & quòd
bonum, faustum, felixque reipu. ipsi, liberisq; eorum esset
legere leges propositas iussere, se quantum decem hominũ
ingenijs prouideri potuerit omnibus summis infimisq; iu-
ra æquasse. plus pollere multorum ingenia, consiliaq; ver-
sarent in animis secum vnamquamq; rem agitarent, dein-
de sermonibus, atque in medium quid in quaq; re plus mi-
nusúe esset conferrent, eas leges habiturum popul. Roma.
quas consensus, omnium tulisse videri posset, ita Liuius lib.
tertio. facit tex. optimus, in procem. institu. ibi legimus, &
robur accommodauimus. Non recedo tamen à decisione
prædicta eo quia paria sunt, mandatum præcedere, vel ra-
60 tihabitionem subsequi, † lege fin. C. manda. cap. ratihabi-
tionem, de regul. iuris in sexto. satis, est itaque mandatum
commissionemúe præcessisse, non obstat quod decem vi-
ri iterum, ad consilium populi eorum factum reduxerint,
id enim

Id, enim ex voluntate, potius quàm ex necessitate fecere,
& vt populus Romanus videretur ligari legibus, quas om-
nium consensus, tulisse videri posset, quod etiam sentit
idem Liuius. Tertiò nota ibi, vt ciuitas fundaretur legibus,
61 † ciuitatum fundamenta cōsistere in legibus, hinc Cic. pro
Cluentio. mens & animus & consilium, & sententia reipu.
in legibus posita est, vtq; corpora nostra sine mente, sic re-
spubli. sine lege suis partibus, vt neruis ac sanguine, & mem
bris, vti non potest. legum ministri, magistratus, legum in-
terpretes, iudices, legum deniq; iccirco omnes serui sumus,
vt liberi esse possimus, hinc & philo. rhetor. prima, ad ciui-
tatem tuendam non minimum est, ciuem legislationis esse
sagacem, nam salus ciuitatis in legibus posita est, meliusque
est ciuitatem ab optima lege, quàm ab optimo viro guber-
nari, vnde qui legem præesse iubent, videntur iubere deum
præesse & leges, qui autem hominem iubet præesse adiun-
git, & bestiam sæuam, ita Philoso. ad finem tertij lib. polit.
62 vbi rationem dicit. † Habens verò leges cōdere ad aliarum
ciuitatum leges prospicere debet, quemadmodum hic legis
fecisse Romanos, ex inspectione enim aliarum legum, viso
reipub. statu, & diligenter singulis circunstantijs considera-
tis, deprehendi potest in quo illæ leges sint imitādę, in quo-
que ab eis recedendum. Et ad leges ferendas secundū Phi-
loso. rhetor. prima peregrinationes quibus multarum gen-
tium leges cognosci possunt perutiles sunt. Est enim pars sa
pientiæ nō minima nouisse gentes multijugas, & gentium
63 ritus, vnde Homerus, † Vlyssem virtutis præconio extollit
quòd mores hominum multorum norit, & vrbes. Quartò
64 nota. ibi pro rostris composuerunt, † quòd scriptura incisa
in ligno, ære, vel lapide, & posita in loco publico auctorita-
te superioris, dicitur esse scriptura publica, ad probādum ea
quæ in scriptura continentur, hunc tex. facit ad hoc singu-
larem Aret. in ca. cum causam colum. secunda, vbi pulchrè
Fely. 3. de probatio. idem facit Barb. in. cap. 1. colum. quin-
ta de postula. prælato. vbi dicit fieri intimationem per appo
sitionem scripturæ ad locum publicum, nec requiritur sem
per quòd promulgetur auribus, cuiusque extra casus ibi no
tatos. An autem de necessitate, & substantia sit vt lex, & sta
65 tutum publicentur, † vide Deci. post Abba. in cap. primo
colum. tertia de postula. prælato. pulchrè Alexan. consi. 39.
colum. fina. in. 3. volu. & dicemus etiam infra in glo. pro ro-
stris, adde Alexan. in consi. 181. colum. fin. lib. sextò. Quin-
tò not. ibi, vt possent apertius leges percipi. ꝙ ea quæ pu-
blicè ponuntur, vt ligent, ita clare poni debent, quòd intel-
66 ligantur, † facit text. not. in l. sed & si pupillus in. §. proscri-
bere infra de institu. vbi Pau. de Castro illum textum sem-
per dicit allegari qualiter fieri debent ista edicta quę publi-
cè ponuntur in valuis palatij, vel Ecclesiarum, quia debent
poni bassè ita quòd ab omnibus legi possint, aliàs nō ligant
quod est not. §. illū proscribere posses exornare, vt per Pau.
de Castro in consi. 333. in antiquis Sign. consil. 59. Fely. in
cap. ex parte decani colum. decimatertia. & 15. de rescrip.
Sextò not. 10. viris datum fuisse eo anno ius summum in ci
uitate, vt leges corrigerent, & si opus esset interpretarentur,
neq; ab eis licita esset prouocatio, quam historiam latè pro
67 sequitur Liuius in tertio ab vrbe condi. † ex quo cōstat ip-
sos decem viros, sub velamēto legum perficiendarum, etiā
altero anno electos, tertij porro anni magistratum proprio
ingenio vsurpasse, per illum text. dicit Car. Alexan. in cap.
moyses septima distin. quòd data alicui potestate condendi
68 legem, † non censetur data potestas, corrigendi siue inter-
pretandi, quod patet quia istis. 10. viris data prius fuit pote-
stas leges condendi, postmodum quasi prima non suffice-
ret, data fuit corrigendi & interpretandi facultas. Et si di-
catur eius est cōdere cuius est interpretari, responde verum
in condente legem iure proprio. l. cum de nouo infra de le-
gi. cap. cum venissent de iudi. secus in eo qui iure delegato,
vt isti. 10. viri faciebant, statuta enim lege functus est offi-
cio suo argu. text. in cap. in literis de offic. deleg. & in cap. si
compromissarius de electione. lib. sexto. Dicit etiam Bald.
per hunc textum appellari posse ab iniquitate legis, vel sta-
tuti nisi appellatione remota sit commissum arbitrium, vt
69 hic † de quo plenè Barto. in l. fin. ff. de appellatio. recipien.
Felyn. Deci. & alij in cap. cum omnes de constitutio. De-
ci. in cap. consuluit. el tertio colum. fin. de appellatio. Iaso. in
repe. l. quominus. in. 25. quæstio. ff. de flumin. Septimò not.
70 ex accidenti, † esse appellatas leges. 12. tabularū additis dua-
bus tabulis, & sic ex accidenti facta est appellatio, quia res
non permansit in statu suo primeuo, vel naturali. l. j. §. ad be
stias de postulatio. de quo dicetur in glo. fina. per hunc tex-
tum colligit Bald. non dici idem quando numerus, est mu-
71 tatus, † ad oppositum est not. text. in l. proponebatur infra
de iud. vbi populus nunc existens dicitur idem populus. qui
erat iam centum retroactis annis, licet adeò mutatus fuerit
vt mortui sint omnes qui tunc erant, & hic text. loquitur,
quando denominatio fit à numero, quia tunc mutato, nu-
mero mutatur necessariò numeri denominatio. primò. n.
appellabantur leges decem tabulurum, quia decem tabulis
continebantur, additis duabus tabulis à numero tabularum
necessario appellatæ sunt leges. 12. tabularum, has duas ta-
bulas. 10. viri quū iam potestas, eorum in tyrannidem verti
cepta esset adiunxerunt, ne nihil fecisse viderentur, de qua-
rum legum laudibus dictum est, supra in rub. Vltimò not.
Hermodorum ephesium in Italia exulantē auctorem, fuis-
72 se ferēdarum legum a decem viris, † Liuius qui in tertio ab
vrbe cond. vt sæpè diximus, hanc historiam latè tetigit de
Hermodoro nullum fecit verbum, locum istum declara-
bam aliàs ex dictis Plin. cap. quinto libro. 33. nunc inuenio
elegantem Zasium idem sentire, fuit, inquit Plinius, & Her
modori ephesij in comitio legum quas. 10. viri scribebant,
interpretis publicè dicata statua, fuit ergo Hermodorus au
ctor legum ferendarum, id est interpres legum transferen-
darum è græco in latinum, cui proptereà in honorem Ro-
mani dicarunt statuam in comitio, & loco vbi prædictę le-
ges scribebantur, hinc Strabo. libro. 14. cum ait, leges quas-
dam Romanis videri scripsisse. Per quæ Bald. infra in ver-
73 sicu. denique ex his dicit, † bannitos seu exules, & extorres,
vt latinè magis loquar, ab vna patria propter eorum virtu-
tem, honorandos esse vbi exulant, vt in Hermodoro con-
tigit. nec esse infames vbi exulant, elegans Zasius malè hoc
colligi arbitratur, quum banniti iustè excludantur, Hermo
dorus iniustè eualuerit. hunc enim Hermodorum princi-
pem ephesiorum fuisse Cice. 2. tusculanarum quæstionum
scribit, cuius integram vitam quia ephesij vitijs, corruptis-
simi ferre non poterant, in exilium egisse traduntur, dicen-
tes neminem apud se virum frugi viuere passuros. Quapro
74 pter Heraclitus, vt est apud Cice. loco prædicto, † vniuer-
sos, ait esse morte mulctandos ephesios, quòd quum ciui-
tate expellerent Hermodorum virum bonū ita locuti sunt.
Nemo de nobis vnus excellat, sed si quis extiterit alio loco,
& apud alios sit, facit quod dicebat Apollonius ad Ionios li
75 bro quarto Philostrati, † bonos viros quocunque terrarum
peragerent præclaros videri, esseque Ioui similes. & Socra.
in apologia Plato. viro bono nihil mali accidere posse, neq;
viuenti, neque defuncto, neque res illius à dijs negligi, ad-
de neque semen si credimus Salomoni, dicenti, nunquam
vidisse semen iusti quęrens panem super terram, & dictum
Bald. ita temperando intelligit Felyn. in cap. quum contin-
gat colum. j. de fo. compe. quando exulat quis absque eius
delicto. sed idem Bald. pulchrè in l. cum quædam puella in
princi. in. 2. colum. infra de iuris. omnium iudi. dicit, quòd
76 † bannitus ex delicto à ciuitate Perusij puta qui Florentiam
habitatum concessit, ibi pro delicto illo conueniri non po-
terit, quia maleficium consideratur non solum respectu par
tium, sed respectu reipub. ideò non potest accusari vbi non
offendit, id probari asserens argum. de ephesio nostro exu-
lante, ratio sua bene venit, argumentum de ephesio malè.
quia, vt diximus ob delictum non exulauit. De materia vi-
de Iaso. in l. fina. ff. de iur. omn. iu. Moder. asten. in tract. de
constitu. sta. & decr. libro tertio, in verbo bannitus colum.
tertia Glos. in verb. constitui primò recitat fabulam quam
in tex. reprobauimus, postmodum in fin. colligit argumen.

de origine legum habita à græcis ficuti,& quælibet alia ars.
An grę̨cè vel latinè primum compositę fuerint diximus in
proœ.istius vol. in princ. nigri super illud verbum tam grę-
ca lingua quam Rom. Glo. in verb.pro rostris duas ponit
declarationes ad tex.nostrum. sed vt rem veram historięq;
77 consentaneam asseramus, † exponas pro rostris,i.in sugge-
sto,& alto loco in foro extructo, quod templum rostra ap-
pellatum est.lib.8.Liuius ait naues anciatium partim in na-
ualia Romæ subductę,partim incensę rostrisq; earum sug-
gestum in foro extructum adornari placuit,rostraq; id tem
plum appellatum. Plin. cap.5. lib.34. inquit meuium suo in
consulatu rostra deuictis antiatibus, fixisse anno. 416. Sed
quomodo pro rostris ille leges.12.tab.positę fuerũt per.10.
viros qui illas composuerunt anno tricentesimo altero quo
Roma cõdita est,vt supra dictũ est, & rostra sint dicta post
deuictos Anciates quod anno.416.ab vrb.cond. teste Plin.
contigisse certum est. & sic anno. 15. supra centesimũ post
compositas leges.12.tab. Dici potest hæc verba pro rostris
cõposuerunt, fuisse Pompo. qui vt supra diximus sub Alex.
seuero floruit quo tempore iam diu rostra erant, dicit ergo
Pompo.leges.12.tabu.pro rostris fuisse positas,i.in loco illo
alto, & in foro eminenti qui nunc rostra appellatur, & pro
rostris huiusmodi Augustus quũ vita esset functus à Druso
Tyb.filio laudatus fuit.vt Tranquil.scribit pro rostris pate-
re,vt vulgo dicitur,est palam & apertũ omnibus esse.Colli-
78 git etiam Bald.argum.ex prædictis,† satis esse ad publican-
dum legem, ꝙ sit posita in rostris,i. ante oculos hominum,
vt omnes legere possint,& sic,licet nõ appareat statuta suis
se bannita, vel reformationes consilij, ligant tamen ex quo
sunt in archiuio publico,& cõmuniter habetur copia, hunc
textum quotidie ab aduocatis, ad hoc allegari dicens, quod
not.quia doct.in cap. cognoscentes de constit. ponentes de
ista publicatione de hoc tex.seu dicto Bald.non meminere.
Glo. super verbo ex accidenti colligit primò vnũ nota. al-
legans concordantes,secundò dupliciter opponit,& nõ sol-
uit.§.pauonum non contrariatur.ibi enim inspicitur natura
accidentalis pauonum,ꝙ sint domestici, non originalis na-
tura ꝙ sint feri,vt ibi not. Aret. Secundum contrarium d.l.
fi.C.de his qui ven. æta.impet.non loquitur de naturalibus,
& accidentalibus, sed de his quæ sunt secundũ ius cõmune,
vel ex priuilegio.vt per Alex.consi.2.col.j.in.1.vol.& Dec.
consi.258.col.iij.Sed voluit hic glo. arguere attendi ibi po-
79 tius naturale quàm accidentale, † quia vbi fit mentio de le-
gitima ætate,intelligitur de ætate naturali.25.annorum, nõ
autem de ætate dispensata per rescriptũ principis, & sic per
accidens,Alex. loco præal.col.vij.versic.non obstat lex fin.
& Deci. etiam supra allega. istud ideò esse dicunt,quia licet
princeps possit dispensare minorem, non tamen potest fa-
cere eum verè maiorem.25.annis,ideò vbi fit mentio æta-
tis legitimæ,de maiori.25.annis, verè & non fictè intelligi-
tur, vt verba propriè & secũdum ius commune intelligan-
80 tur.Circa materiam contrarij,† an & quando causa natura-
lis vel accidentalis attendatur ponit Bart.in.§. bestias hic in
glo.alleg.& in.l.qui habet.ff.de tutel.Bald. in.l.quum quædã
puella in princip.in.2.col.infra de iurisd.omnium iudi.Sozi.
in rubr.solu.mat.colum.4.Aret.in.d.§. pauonum. Alex.in.l.
si quis posthumos.col.j.ff.de liber. & posthu. vbi etiam Ias.
idem Ias.in.l.si eadem vbi etiam alij infra de offic.asses.vbi
dicit, quòd hic inspicitur accidens, quia naturali contradi-
cebat. istud est quod Bal. dicere retuli in not. quòd res non
permansit in statu suo,quia fuit mutatus, numerus tabularũ
de decem in duodecim.

Ex versic. his legibus latis.

Medicorum & causidicorum pluralitatem vitandam num. 81. & sequen.
Interpretatio & fori disputatio necessaria. 84.
Quædam sine specifico nomine relinquuntur. 89.
Iurisdictio doctorum in scholares an sit ordinaria, vel delegata. 90.
Actio an sit iuris ciuilis inuentum, & proponenda in libello. 92. cum seq.
De Pontifi. max. 97.
Præmium ex delicto an quis consequatur. num. 98. & 120.
De scriba vide nume. 105.
Cornicum oculos configere quid sit. 110.
Fasti & nephasti dies qui essent. 112.
Possessio an sit vna vel plures. 114.
Vtilia publicè communicanda in nu. 118.

Sequitur versic. his. ll. latis.

Declaratur in ver. præsenti, quid secutum fuerit latis le-
gibus.12. tabu. circa iura vsque ad plebis discessionem, hæ
81 leges.12.tab.modicę erant,† eas enim.12.tab.libello Cras-
sus & Cecilius quos supra retulimus docuere, sed vt ait ele-
gans Zasius sicuti flumina magna vides paruis de fontibus
orta, Ita ex modicissima origine tam magna succreuit im-
mensitas, vt Tertul. squalentem legum syluam principali-
bus rescriptis tanquam securibus truncãdam tradiderit, cui
non subscribo quantum ad leges attinet, quo ad commen-
taria doctorum assentio. & dicebat Strabo lib.6.eos quibus
plurimæ leges adessent, viuendi ritu deprauatos esse, sicut
quibus plures superant medici eis permultas,adesse ægritu-
82 dines, † paria & Sozi.vt Plat.scribit iussisse dicitur, vetuit.n.
ne iudices,& medici in ciuitate multiplicarentur, & sanè,vt
inquit Zasius,argu. nobis respub. Rom. præstabit quæ ini-
tio modicis legibus steterat, post verò legum gliscente co-
pia defecit. In tex.ibi,vt naturaliter euenire solet suo quen-
que sensu abundare Apostolus dicebat. & apud Persium
velle suum cuiq; est,nec voto viuitur vno. quòd licet in om
83 nibus, naturaliter eueniat, † tamen in legibus. 12. tabu. sua
etiam conditio exigebat. nec dum, enim manus extrema,
eis imposita erat, quum. 10. viri magistratu abire iuberen-
84 tur, vt interpretatio in re parũ absoluta desideraretur. † Et
per istum text. volentem interpretationem naturaliter ne-
cessariam esse, infertur nulla constitutione posse eam prohi
beri, quia si est necessaria eius contraria est impossibilis, &
ius ciuile naturalia iura tollere nequit,ita per hunc tex. dixit
Bart. in rep.l.omnes populi. colum.pen.titu. pręcedenti vbi
latè de hac materia, faciunt quæ diximus in.l. prima super
ver. interpretatione supra eo.
85 Nota primò disputationem fori necessariam fuisse † pro
declaratione legum, quæ disputatio causa veritatis haben-
dæ fieri solet.l.cum quidam. vbi Ias. in.vj.no.ff. de liber. &
posthu. hinc dicitur in.l.munerum.in.§.mixta.ff. de mu. &
ho. Herenius modestinus notando & disputãdo bene, & ra
tione optima decreuit. inest, enim inuestigare veritatẽ vo-
lentibus præopere bene dubitare secũdum Philoso.3. Me-
taphy.subdentem quòd quęrens veritatem sine dubitatio-
ne primo similis est, quo oportet ire ignorãtibus neq; quan
do quæsitum inuenit, aut non cognoscit. & pulchra quæ-
dam de vtilitate disputationis dixit Leonar.Aret.vt per Se-
ue.in tract.de modo stu. colum.14. versic. quinto verò an-
no. Nec ociosè dicitur hic prudentum auctoritatem exigi,
86 † ista enim interpretatio non tam desiderabat prudentes, li
cet id maximè quàm eorum auctoritatem, ex quo nimirũ,
significatur legum interpretandarũ,ius non esse etiam pru-
dentibus si desit auctoritas quod in decidendo locum habe
bit. grammaticas, enim eruditorum hominum interpreta-
tiones recipimus,vt inquit Zasius,& commendamus. Cæ-
87 terum quia Valla & Budeus,† latratu horridum,& inhone-
stum sonante, in iureconsultos quos, vt deos veneratur or-
bis impegisse visi sunt, vltra crepidam censuram porregisse
iudicantur. Faciunt ad id quod de prudentũ auctoritate di-
ximus quæ infra ad fi.l.in ver.fin. scribemus dum de vtrins-
que iuris designandis viris tractabimus. Et no. hic forũ iu-
diciale suum loci natura,disputationibus exponi pascua hu-
88 berrima aduocatorum,† quibus cum clientũ iactura, vt in-
quit Zasius pinguescunt de perfidis, & suillio prisco simili-
bus intelligas. hi enim fora venenant, iudices ludificantur,
quietem

quietem turbant rerum plublicarum,collegia,statum,ordi-
nem, instituta euertere contendunt, dijs exosi & homini-
bus,boni verò & fideles nunquam satis laudabuntur,vt in-
fra latius dicetur. Secundò no.eam fori disputationem quę
sine scripto venit propria parte aliqua nō appellari.sed com
muni nomine ius ciuile. & quamuis sine scripto tex.venisse
dicat, non tamen consuetudo erat, vt clarè hic aperitur, sed
sine scripto, venisse dicas ab initio; posteà verò memoriæ
causa compositam fuisse eam fori disputationem, sicuti di-
cimus de testamēto nuncupatiuo, ꝙ licet in scripturam re-
digatur,tamen sine scripto dicitur venisse,facit tex. cum gl.
l.qui testamento in.§.fin.ff. de testamen. Et verba illa pro-
pria parte intellige sicuti ius papir. flauianum, lex curiata,&
similia. ita hec fori disputatio proprium, & speciale nomen
nō habebat,sed sub simplici vocabulo iuris ciuilis relinque-
batur,& sic aliud ius ciuile, quod iuris partes continet, aliud
quod solam fori disputationem respicit. & expungēda sunt
tanquā superflua iudice Zasio illa sequentia verba datis pro
prijs nominibus, cæteris partibus quod satis præcedētia in-
nuunt. Et per hunc text. colligit Zasius quædam sub incer-
89 to,& indeterminato nomine relinqui. † hoc enim ius ciuile
de quo hic Pompo.loquitur,nec lex,nec edictum,nec con-
stitutio,nec plebiscitum dicebatur, nec responsis prudētum
annumerabatur, vt quidam putauerunt, sed simpliciter, &
sine specifico nomine ius ciuile dicitur, subest tamen ei iuri
ciuili quod est genus ad iuris partes,de quo in.§. scriptū. in-
stit.de iur. nat.&c. Sic aliàs aliqua vltima voluntas sine cer-
to nomine inuenitur glo.in.l.licet.C.de pact.sic seruitus in-
nominata.l.vt pomum.cum glo.infra de ser.tit. generali,sic
& anomalus hæres,vt per Accur. instit.de eo cui liber. cau-
90 sa.Ex quibus dicit Zasius,†quòd doctor qui scholaribus iu-
dex datur per auctent. habita.C. ne fil. pro pat. est innomi-
natus,id est Relinquitur sub cōmuni vocabulo iudicis,nam
nec arbiter est quia non electus,nec delegatus,quia propriā
habet iurisdictionem, nec ordinarius quia iure magistratus
quem nullum habet hæc iudicandi potestas non venit,ideò
concludit eum innominatū esse,nec posse delegare. Sed la-
bitur errore quum iurisdictio talis ordinaria sit, & delegabi
91 lis, † vt per scribentes in.l.j. super verbū delegatam infra de
offic.eius. Alexan.in.l.solet colum.fin.infra de iur.om.iudi.
Bart.in.l.ambitiosa in fin.ff.de decre.ab ordi.faciend.vbi si-
ne dubio dicit eam ordinariam & delegabilem,faciunt quę
scribit Cur. in tract. feud.8.q.vltimæ partis. Itèm posito ꝙ
92 esset delegata quum sit à lege delegabilis est. † Alexan. in.l.
more.colum.iij.infra de iuris.om.iud.& in.l.j.ff.de dam.in-
fec. & in proposito est glo. in.l.& si prætor.ff. de offic. eius.
& in præall. auct.habita. Tertiò not.actiones esse formam
93 de iure ciuili, † non ergo inuentę,sed compositæ de iure ci-
uili, quod est contra Bart. in.l.frater à fratre infra de condi.
inde. & alibi qui opinatur per hunc tex.de iure ciuili inuen-
tas secūdum Zas. si quidem de iure gentium,iudicia vigue-
re, vt supra ostēsum est,ita & actiones esse oportuit,sed quia
ante leges.12.tabu. legitima agendi series non fuerat vtpo-
te,quòd pro cuiusq; arbitrio ageretur, iniectum est frenum
actionesq; ante informes compositæ,ordineq; positę sunt,
ne populus prout vellet institueret. & ita Bald. hic declarat
subijciens,ꝙ licet actio sit ius eius tamen propositum est fa
ctum,vnde libellus est facti, & in facto cōsistit, ideò in re-
ctò agendo requiritur ius, & factum.l.eo tempore in princ.
94 infra de pecu. De articulo tacto circa actiones, † late ponit
Aret.instit.de actio. in prin.in.iij.colum.Bald. & Moder.in
l.ex hoc iure in gl.obligationes tit.præce.vbi Aquen.col.iij.
pulchram ponit distinctionem. Hodie tamen quum subla-
tæ sint formulæ,& solemnitates actionū per titu.C.de for-
mu. sufficit factum aptè proponere ex quo actio resultet.c.
dilecti. cum not.de iudic. & erat hercle valde periculosum,
ex vno errato tota causa cadere,vt per Quintil.lib.7.& Cic.
in oratione pro Cecinna. Quartò not. ibi, omnium tamen
harum. quòd volens olim agere,necesse habebat recurrere
pro impetratione actionis, ad collegium pontificum, per-
95 inde est secundum Bald. ac si diceret text. † apud antianos,
& consiliarios prædicta residebant, vtq; hodie Domini si-
gnant supplicationes per fiat, ita isti dicit Bal. concedebant
actiones,& ante agi non poterat,nec porro ociosè iuriscon
sultus.ll.interpretationem multo tempore apud solos fuisse
pontifices dicit,vtpote, quia ad neminem verius, nisi ad eū
qui diuinis præceptis, diuinæque venerationi insistat, iuris
scientia pertineat, quæ Deum auctorem habere dicitur, vt
in rub.supra eo. vidisti. quæ actionum impetratio hodie,vt
supra tactum fuit sublata est, intellige illa verba omnium ta
men harum. 12.tabu.& disputationis fori, & sic scientia in-
terpretandi prędictas.12.tab.& fori disputationis. Ex qui-
bus, scilicet pōtificibus, quicquid aliter malè exponēdo sen
tiat Zas. quis,i. aliquis constituebatur quoquo anno vt præ-
esset priuatis,scilicet negotijs,& actionibus moderandis,ne
ipsi quos maior sacrorum cura maneret,prophanis istis im-
pedirētur, quibus vnum sufficere compertum forte habe-
96 bant. De quo pontificū collegio, † plura inuenies apud Ha-
licar. lib. 2. Fene. & Pomp. letum,& Plutar. in vita Numæ
Pomp. cui ordinem constitutionemq; pontificum attribu-
tum scribunt, appellati sunt Pontifices à ponte,& facio, eo,
ꝙ ab his pons sublitius factus ac sępè restitutus esse perhi-
bentur, aut ab eo quòd potentia sacra pefficiant. Festus ad-
dit maximum, esse dictum Pontificem quòd maximarum
rerū quę ad sacra,& religionem pertinent iudex sit. Quan-
97 tę verò dignitatis fuerit Pontifex maximus,† vel ex eo co-
gnosci potest quòd Gn. Cor. prætori mulcta indicta est. ꝙ
cum M. Aemilio lepido pontifice iniuriosè contenderat,sa
crorum enim quàm magistratuum ius potētius fuit. Liuius
lib.47. Eademq; Pont.max. dignitas ex modo creandi ap-
paret,vt per Liu.lib.5.tertię decadis. & Cice.in oratione in
legem agrariam,nulli secunda. Necnon ex eo quod de Cę-
sare petente Pontificatum maximum in eo Suet. scribit. &
ipse Cæsar in tertio de bello ciuili,dum narrat Scipionis, &
Lentuli cōtentionem de sacerdotio, quod erat apud ipsum
Cęsarem,quem enim eum iam victum crederent ipsi par-
tis Pompaianæ de sacerdotio contendentes ad grauissimas
verborum contumelias, palàm descenderunt. Quintò no.
App. Clau. eas actiones ad formam redegisse in vnumque
composuisse non ille decem vir,sed posterior fuit annis cen
tum & plus,vt dicemus in.§.fi.in vers.post hunc.Sextò no.
ibi surreptum, &c. concessionem dignitatis factā fuisse fu-
98 ri,quia dicit Bald. furtum fuit meritorium.† Et consequen-
ter ob maleficium vtile reipu. quis lucratur insigne benefi-
cium,mirabilem hunc tex.ad istud propositū reputat Barb.
in.c.intelleximus colum.iij.de iudi.facit text. not. in.c.dixit
Sara ad.fi.32.q.4.loquens de filiabus Loth, quę cū eo con-
cubuerunt causa posteritatis quærēdæ ne genus humanum
deficeret,publici muneris gratia priuatam inquit culpā prę-
texuit. Sed oppositum suaderi posse videtur, nam malum
cōmittens præmium consequi non debet sed puniri, quam
99 uis,ex malo bonum sequatur. † c.relegentes cum gl.23.q.5.
no. Abb.in.c.nouit.colum.10.ver.oppo. contra tex. de iud.
facit text.not.in.l.siue hæreditaria in fin.infra de nego.gest.
vbi ex actu ob quē venit quis plectēdus, præmij quicquam
consequi non debet,accedat dictum Pet.de Anch.in.cap.j.
char.39.de const.vbi referendo Senecam ait,ꝙ si ingressus
alicuius domum nocte surripuit scrinium in quo erant lite-
ræ proditionis ciuitatis,hoc patefacto, nō euitabit furti pę-
nam,quia habuit animum subtrahendi,& furandi,vnde for
tuna quæ fuit felix ciuitati attendi non debet,sed attenditur
eius animus.l.diuus.ff.de sicca.l.si quis seruo.C.de fur.quam
uis subdit Ancha.in contrarium facit text. noster hic relin-
quens propterea cogitandum. Inuenio quòd Fely.in.cap.j.
colum.fin.de præsumptio. soluendo dubitationem Ancha.
ait posse forte dici quòd intētio istius erat furari, vt prodes-
set reipu. tradendo posteà librum, ad quod intendebat, sed
in quæstione Senec. & Anchara animus ex toto ad malum
erat, quia ea se inuenturum non putabat, & si dicas verisi-
militer furem dicturum se id fecisse gratia inueniendi quod
reipu.profuit,& stari depositioni nostræ in his, quæ ab ani-
mo nostro dependent glo. in.cap.significasti. el primo cum

vulga.de homi.responde propter præsumptionem stantem
contra surripientem rem alienã id non procedere, vt ibi per
Fely. Defendendo igitur decisionem hic relatam à Pomp.
dicere possumus cum Felyn.præalle. clarius tamen & latius
ex ornando, ꝙ istius scribæ intẽtio erat penitus in fauorem
reip. ordinata, patet, quia nihil aliud surripuisse dicitur præ-
ter librum quem postmodum pop. tradidit, vnde excusan-
dus est à dolo, qui quod ad omnes ciues pertinebat, omni-
bus exposuit, nec.n.dissimulari, & occultari debuere quibus
100 quisque regi possit, & instrui, teste Cipriano † sic & So-
crates apud Plat. ciuilem virtutem ad omnes pertinere vo-
luit, omnesq; ad eam admittendos esse, ne si ab altero trade
re tur viri optimates tã pretiosam rem suis quodã velut hę-
reditario iure relinquerent, & quia reip. hoc valde vtile fuit
præmium, & honorem fur cõsecutus dicitur, quando qui-
101 dem fauore publico, † à regulis iuris communis recedatur,
ita Roma. multum ad hoc extollens text. nostrum in consi.
310.in casu. & ante eum Alber. hic, illam regulam recessus
à iure communi ob fauorem publicũ, valde exornat Fel. in
c.nonnulli in prin.in.23.col.cũ sequen.versi. ad euitãdos de
102 rescri. † Sed in casu Senecæ, & Ancha. principalis intentio
furis, erat ad proprium cõmodum, quia surripuit scrinium
in quo repertæ casualiter fuerunt literæ proditionis, & prin
cipale propositum inspicitur.l.si quis nec causam cũ ibi ple-
103 nè nota.infra si cert.peta. & in terminis ꝙ faciens, † casua-
liter aliquid in publicam vtilitatem præmium, non merea-
tur, aliàs sic facienti statutum, est decisio Bart. & doctorum
in.l.genero. infra de infa.vbi capiens, vel occidens bannitũ
ignorans eum talem esse non consequitur, præmium statu-
tum capienti, vel occidenti bannitum. Prætereà nõ debue-
runt præfati doct. vidisse originaliter Senecã qui sentit, to-
tum opposi. est in vltima cõtrouersia.vj.libri controuersia-
rum, vbi more declamatoris non decidit, sed adductis plu-
ribus rationibus, pro fure in eius partem inclinare videtur.
Ex prædictis patet non obstare alia in cõtrarium adducta;
quia non loquuntur in delinquentibus principaliter & tota-
liter in fauorem publicum, vt hic erat. Non obst.etiam tex.
in.l.iij.§.in bello.ff. de re milit. vbi rem prohibitam faciens
104 in bello, † manum cũ hostibus conferendo duce belli pro-
hibente, licet res bene successerit capite punitur, & sic non
consequitur præmium, licet in vtilitatem publicam fecerit;
quia illud est propter obedientiã ne alius sub spe simili obe-
dientiam rumpat, rempub. periculo exponendo, Fely. in ca.
causam colum.pen.de iud.& in cap.cum dilecta, colu. duo-
decima versic.amplia.quarto de rescrip.glo.etiam hic super
verbo tribunus. in fin. dicit hoc popu. Ro. fecisse ignoran-
tem istius scribæ factum. sequitur hic Albe.& Barb.in cap.
dilectus el primo, colu.quinta de rescrip. de quibus multum
miror, vltra enim quòd sol. est diuinatiua non est dictũ ve-
risimile, constabat enim librum nõ esse suum sed App.clau.
cuius erat scriba hic Gn. fla. & sic per traditionem rei alie-
105 næ de furto apparebat, †.l.fina.C. vnde vi. tene. ergo quod
dixi. Et pręstabit hoc nobis documentum ne scribis nimiũ
confidamus, facile enim Dominis suis scripta subtrahunt;
106 † vtque auctore Boetio ait glo.l.j. in verb.domesticis.ff.ad
sillania.nulla pestis efficacior est ad nocendum quàm fami-
liaris inimicus. Possemus moderna quædam exempla ad-
ducere, sed in his iubet Plato quiescere. Scribam verò com
107 mendat † memoria, scientia, consuetudo, celeritas scriben-
di. Cice. in oratione pro P. Sylla. adde & fidem. Erat apud
græcos honorificum scribæ munus, nemo enim vt ait Ae-
milius probus, ad id admittebatur nisi honesto loco, & fide
atque industria cognita, quum necesse sit omnium consilio
rum eum esse participem, & refert hic Zasius cõplures scri-
bas qui maximo in honore apud Reges, & Principes fue-
108 re, alio nomine cãcellarius denominat, † vt etiã hodie apud
insubres, quod nomen, vt ait Zasius latinitate donauit Fla-
uius vopiscus in carino Imperatore. Primus scriba principis
109 primicerius dicitur, † vt per Alciatum in rub. de primicer.
libr.12. de quibus aliqua, & infra in materia magistratuum
videbimus. De huiuscemodi scribæ historia, Cice. Liuius,

Plin. Gell. alij etiam multi plerunque meminere. Cice. pro
Murena. Inuentus est scriba quidam Gn. flauius qui corni-
cum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos
populis proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis, eorum
110 scientiam compilarit. † Est autem cornicum oculos confi-
gere hoc in loco plus vidisse quam prudentiores, putaban-
tur, eisque specie ademisse, quamuis non ignoremus Eras-
mum in prouerbijs, aliter exponere, sed hic non quadrat.
Idem quod Cice. ponunt Gell.cap.nono libro.6. Plinius ca.
primo libro trigesimotertio, & Liuius libro.9.ad finem vbi
111 inquit. Flau. scriba † patre Libertino humili fortuna ortus,
cæterum callidus, vir & facundus, ius ciuile repositũ in pe-
netralibus pontificum euulgauit, fastosq; circa forum in al-
bo proposuit, vt quando lege agi posset sciretur. Dum igi-
tur Appium Clau. actiones ad formã redegisse, in vnumq;
composuisse Pomp. dicit addẽdum est, & ll. 12. tabularum,
aliaq; iuris ciuilis, archana cum diebus fastis, atq; nephastis.
Sunt enim fasti dies quibus, diuina humanaque agere lice-
112 bat, † nam & in eis feriæ inerant, nephasti quos ominosos
antiquitas putabat, quidam ex nostris ęgyptios, vel reiecti-
tios nominant, de quibus Ouid. in primo fastorum, & Ma-
cro. in.j. satur. Fasti autẽ numero pluratiuo teste Festo sunt
libri quibus totius anni fit descriptio, & causæ festiuitatum
113 explicantur, † vulgus calendaria vocat. Septimò notat ibi
nec de suo quicquam adiecit, libro ratione approbationis,
114 fieri denominationem. † ad quod hunc textum citat glo.l.
licet.C.de acquirend.possess.quòd vna tantum sit possessio,
scilicet naturalis, quæ approbatione dicitur ciuilis secũdum
Azonem quem Accurs.& ibi Pau.de Cas.& alij reprobant,
tenentes duas esse possessiones specie differentes. Zasius hic
Azo. opinionem defendit, quòd scilicet naturalis, & ciuilis
115 non specie sed qualitate differant, † quia si ciuilis, in enig-
mate naturalem repræsentat gl.l.iij.§.ex contrario.ff.de ac-
qui.pos. vel si.ex retentione naturalis ciuilis, inquietatur. gl.
in.l.clam possidere. in.§. fin. illo eodem titu.non est verisi-
mile duo illa re, & specie differre. Item quum naturalis ani-
mo amitti non possit, vt retineatur ciuilis, nec è cõtrariò.d.
l.tertia.in.§. in amittenda, necessariò cõsequens esset quòd
nulla sit in eis realis, vel specifica disceptatio, nec enim alte-
ra sine altera amitti animo posset, quum ea sit separatorum
ratio, vt alterum sine altero possit, & destrui, & cõsistere.l.j.
in fin.infra de calumni. & hanc opinio. Azo. latè, & subtili-
ter defendit Sozi.in.l.prima in princ.in pen.& vlt.colum.ff.
de acqui.pos.alij ibi communem defendũt, est articulus di-
sputabilis sed hic impertinens. Item aduertendum quia for-
te glo.d.l.licet. malè allegauit hunc tex.non enim credimus
ratione approbationis dictum fuisse ius flauiatum, quum.n.
auctoritatẽ habuit hic Gn.fla. vt denominatio facta ab eius
approbatione dicatur, Arbitror potius dictum fuisse ius fla-
116 uianum, † in memoriam traditionis, libri factæ per flauiũ.
Octauo nota ibi augescẽte, aliàs vigescente. quòd vigescen
te ciuitate, qui aderant quædam genera agendi posteà com
posuerunt, vigor autem ciuitatis non ex inutilis populi, sed
ex bonorum virorum præsentia colligi potest, qui ad mune
ra obeunda, ac res gerendas sunt idonei. intelligas text. di-
117 centem quidam qui aderant prudentes Ro. † Cice. pro L.
Murena potentiores, apud quos ius ciuile recondebatur, ea
Flauij diuulgatione iratos, & simul verentes ne dierum ra-
tionibus peruulgatis sine eis, lege agi posset, verba quædam
solemnia composuisse scribit, vt omnibus rebus, ipsi inter-
essent hoc tex. significare videtur secũdum Zasium. Et pro
intelligẽtia illorum verborum quædam genera, videndum
est quod Sozi. scribit. in.l.j.in prin. colu.vlti.ff. de acquiren.
possess. Vltimò not. ibi, & composuisse, & populo dedisse,
118 † quòd vtilia cõponentes ea occultare non debent, sed alijs
communicare, vt Sext. Aelius, hic egisse scribitur de quo
Sext. Aelio quædam dicemus in.§.fi. in versi. fuit post hos.
faciunt ad no. collectum, quæ scripsimus supra in proœm.
in.§. nos verò in glo. erogatis, & supra in.vj. not. Glo. su-
per verbo feræ ad actiones refert, id est crudeles actiones,
quia olim qui cadebat, à syllaba cadebat à toto, melior est
sequens

sequens expositio, vt aduerbialiter legatur, idest quasi, quod
sequentia satis ostendunt, per quæ præcedentia declarantur
119 † l. si seruus plurium in. §. fin. ff. de leg. j. tex. enim in versi. &
ita eodem inserens ex præcedẽtibus ait, & ita eodem penè
tempore hæc tria iura nata sunt. ll. 12. tab. ius ciuile, & actio
nes, quod itaq; primum dixerat ferè posteà dixit penè. Glo.
in verbo tributus colligit ex tex. ex dolo suo quem prẽmiũ
consequi concor. duos adducens. secũdo arguit ad oppo. &
soluit. De intellectu istius tex. ex quo collectum est not. gl.
satis supra diximus. nec iura glo. bene probant. lex enim ti-
tio, vt ibi per gl. nihil facit. §. is planè, minus quia ibi seruus
qui necẽ Domini detexerat cui propterea fuit libertas, da-
120 ta nihil deliquerat. An autem ex delicto suo, † posit quis,
commodum consequi, ponit tex. l. siue hæreditaria infra de
nego. gest. Signorolus in repe. l. princeps. col. j. infra de legi.
& Barb. in. c. dilectus. el. j. colum. v. de rescrip. vbi dicunt q̃
licet propter vilitatem vitę quis aliquando commodũ con-
sequatur, illud ei non obuenit, vt præmiũ sed sequela ad vi-
litatem, & dedecus personæ, arg. l. sed si milites in. §. j. ff. de
excu. tut. in. l. j. in. §. ignominiæ infra de infam. & ideo licet
bãniti ex generali proclamate, quòd omnes in bellum, eant
non teneantur ire, illud consequuntur non in prẽmium de-
121 licti, sed ob eorum vilitatem, † quia ciuitatem intrare non
possunt, nec in publico apparere, vt post Bald. scribit Barb.
in dicto cap. dilectus. Sequitur versic. finalis.

Ex versic. fin. primæ partis legis. ij.

De causis & principis seditionum. nu. 123.
De concordia, & saluatione testium. 124.
Roma. ciues qui essent. Et Romæ in senatu facta, diceban-
tur fieri, in publico consilio totius orbis terrarum. 127.
& 137.
Gibellini & guelphi an possint habere propria statuta. 134.
Species de leui constituuntur apud legistas. 140.
Facta per consilium pop. censentur facta à pop. 145.
De senatu & senatoribus, translationeq; imperij in Cęsarem,
facta, ac centumnirali iudicio, & consilio cameræ princi-
pis, & de patritys. 148. 153. 160. 169. & 172.
De æquiparatione nostrorum magistratum ad Rom. 173.
Iudicia non esse præcipitanda. 178.
Per translationem Imperij nõ fuit reuocatus Senatus. 185.
Vrbis prærogatiuæ hodie cessarunt. 188.
Imperator hodie an habeat iurisd. à po. aut ab ecclesia, 189.
Omnis iurisdictio est in principe, & inde in magistratibus,
catenus quatenus concedit princeps. 190. cum sequen.
Abolitio titulo regis, an sit abolitus vigor suæ legis, 195.

Sequitur versic. fina.

Reliquum iuris processum Pomp. exponit in tex. ibi, vt
plebs secederet. sæpius à patribus secesisse plebem notum
122 est, † hic de secunda secessione loquitur, quæ auctore Vir-
ginio in montem Auẽtinum ob filiæ mortem facta fuit, vt
glo. sensit, & facta fuit reconciliatio per M. Horatium, &
L. Valerium ea cõditione, vt sui sibi tribuni restituerentur,
& vt consueuerat rediretur ad consules. Fenest. in. c. de de-
cem viris legum ferendarum circa fi. & Liu. in tertio ab vr.
cond. contigit ista secessio post existentiam. ll. 12. tab. in ci-
uitate, vt hic dicitur, & sic post. 300. annũ ab vr. cond. iuxta
superius dicta. sed prima secessio quę facta fuit in montem
sacrum, vt in secundo ab vr. cond. Liu. scribit. contigit an no
123 vrbis. 260. † Gel. ca. 2 t. lib. 17. Causæ, & principia seditio-
num sunt contumelia, metus, præpotentia, contemptus, in-
crementi excessus, verecundia, negligentia, pusillanimitas,
& imparitas, testis, Philo. polit. v. In text. ibi, iura sibi con-
stitueret, id est constituendi iuris facultatem acquireret, tri-
bunitios magistratus, reficiendo per quos dũ necessitas ex-
posceret plebiscita fierent, in ea enim secessione plebem si-
bi iura cõstituisse minimè legitur teste Zasio hic, vt ita text.
124 per transumptionem intelligatur, † argu. secundũ eum pro
testium dictis saluandis, si in facto principali non labantur,
etiã si circa qualitates minutulas variarint. De quo per An-
cha. in consi. 296. Alexan. consi. 6. col. fin. in. j. vol. & consi.
54. colum. ij. in. j. vol. & consi. 105. colum. fin. in. iiij. volu. &
consi. 88. colu. iij. cum sequen. in. v. vol. & consi. 149. colu. ij.
& 153. colum. iij. & 156. colum. iij. in eo. vol. Are. consi. 60.
ad fin. & consi. 71. Barb. consi. 40. colum. 14. cum sequenti-
bus in. iij. vol. & consi. 43. colum. ij. cum sequen. in eod. vol.
& consi. 11. charta prima in. 4. volu. Sozi. consi. 78. colum. j.
& iiij. in. ij. vol. & consi. 93. in eo. vol. Dec. consi. 100. col. ij.
& consi. 163. & Ias. in. l. j. colum. 10. infra de offi. eius. in istis
locis declarationes inuenies, & limitationes. In tex. ibi, eo-
dem tempore magistratus iura reddebant, prętores, intelli-
125 git secundum Zasium † quos per antonomasiam magistra
tus appellat, quòd in eis fuit in litibus iudicandis potestas. is
tamen magistratus longo post senatores, postque consules,
tempore introductus fuit, vt infra videbitur, proinde quod
hic dicitur eodem tempore ciuiliter, & sub quodam ordine
accipiendum est. Quod præstat argu. ad saluandos testes si
dicant eodem tempore rem gestam esse etiã si distantia ali-
qua reluceat non esse calumniandos, maximè vbi tempus
nõ erat de necessitate de quo in remissionibus proximè da-
126 tis inuenies. Non tamen subscribo Zasio hic dicenti, † no-
mine magistratuum prætores tãb intelligi per antomasiam,
vt dicã in. §. sequen. in vers. quòd ad magistratus in euiden-
tialibus. In tex. ibi ciues, Zasius omnes liberos intelligit qui
in imperio Roma. communione ciuilium rerum, bello, &
127 pace sunt participes, † arg. l. j. in princ. infra ad. l. fal. ergo, &
quibus facultas est, publicè iudicandi atque gerendi magi-
stratus, vt docet Philo. in. 3. polit. Bal. in. l. si non speciali. co-
lum. ij. C. de testa. & Bart. in. l. j. colu. ij. infra ad municip. non
igitur omnes ciues Romani sunt, qui Romani imperij legi
bus reguntur, locus hic expostularet, vt de iure ciuitatis Ro
manę & ciuibus Romanis aliqua aperiremus, † rem herclè
paucis à fundamẽto cognitam, excepto doctissimo Alc. in
ij. lib. dispu. c. 21. vbi latè explicat. Quantum attinet ad tex.
nostrum scias, quòd diuus Antoninus lege lata, tandem san-
xit, vt qui imperio Romano subditi forent, ciues Romani
essent, auctor iurisconsultus in leg. in vrbe. ff. de stat. hom.
129 † in orbe inquit Romano qui sunt ciues Romani, ex con-
stitutione diui Antonini effecti sunt, ita enim in pandectis
hetruscis habetur teste ipso Alciato, quamuis vulgo lectum
sit in vrbe Romana & malè, vt ibi ipse probat, intelligens
tamen ciuitatem omnibus tribuisse, vt non tamen ciuium
immunitatem concesserit, quum solum Italicum immune
fuisse etiam posteriores tradiderint, non æque prouincias,
quæ annua tributa pendebant. l. j. C. de vsucap. transfor. nec
inutilis fuit hęc cõstitutio quandoquidem omnibus tribue-
bat ius in legione Romana militandi, & in ea honores adi-
piscendi, neue posset ex delicto flagris subijci, & multa alia
de quibus per Alciatum ibi, & text. nostrum in. §. seq. ibi ne
in caput ciuis Rom. iniussu pop. animaduerterent, intelligis
quid nunc velit significare iurisconsultus sub verbo ciues. &
facit lex. Rom. communis patria est. ff. ad munici. In text.
ibi nouissimè, i. postremò quo vocabulo tanquã nimis, no-
130 uo Cic. vti noluisse certum est, testis Gell. ca. 20. lib. 10. † In
131 text. ibi iuris constituendi via, id est facultas, † vt ex præce-
dentibus colligitur sæpè pro arte, & ratione docendarũ re-
rum ponitur, vt hic per Budeum. In text. ibi, in ciuitate no-
132 stra † Romani imperij fines Zasius intelligit Cic. lib. 3. epi-
stolarum in publico orbis terrarum consilio fieri, quę Ro-
mæ in senatu fierent. & in oratione pro P. Sylla vrbem Ro
manam statum orbis terrę, arcem regum & nationum ex-
terarum, lumen gentium, domicilium imperij nominabat,
facit præal. l. Rom. Non tamen suscribo intelligentiæ Zasij
quum hic vt subiectus text. apertè demonstrat de ipsa ciui-
tate Romę iurisconsultus loquatur. In tex. ibi propriũ ius ci
uile, i. sine nomine, vt supra diximus. Item ibi senatus con-
sultum quod solum senatu constituente inducitur, sine lege
133 intelligas, id est sine rogatione, † quæ ad populũ fit pro lege

ferenda , vt Accur. sensit, natura & senatusconsultum lex
erat sed in eo non interrogabatur populus vnde hic fine.l.fa
ctum dicitur institu.de iur.natu.§.lex.est. Not. ex isto text.
134 Bal.† plebeios posse facere leges per se, & pariter magistra-
tus , & sic guelphos , posse habere sua statuta : & gibellinos
sua. Sed hic illud cōtigit, quia plebs secesserat, & erant duo
corpora , vt reintegrarentur, concessum fuit per ciuitatem,
quæ potestatem habebat, & superiorem nō recognoscebat
ius faciendi plebiscita, sed in eodem corpore aliud videtur,
de quo tamen per Bart.& alios in tract.huiusmodi maledi-
ctionis Italicæ.& in.l.omnes populi supra titu.j.Et quamuis
plebiscita cęperint post.ll.12.tab.vt hic dicitur, tribuni ple-
bis fuerunt, ante vt dicetur in seq.§.in vers. eisdem tempo-
ribus, quū plebs.in fi. Secundò not.ꝙ lata.l.hortensia plebis
135 scita, † id est statuta plebis (sciscere enim est statuere) vim
eandem, & potestatē habere cęperunt quam leges, & æque
ligare.concordat tex.instit.de iu.nat.in.§.plebis autem ap-
pellatio. & Gel.cap.27.lib.15.tribuni inquit neq; aduocant
patritios, neq; ad eos referre de re vlla possunt, ita ne leges
quidem proprie, sed plebiscita appellātur quæ tribunis ple-
bis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus ante patri
tij non tenebantur donec Q. Hortentius dictator eam le-
gem tulit, vt eo iure quod plebs statuisset, omnes quirites te
nerentur. Sed ad oppositum sunt verba Liuij in.5.ab vrb.
cond. dicentis ꝙ Lut.Val. & Q. Horatius omnium primū
quum veluti in controuerso iure esset, tenerentur ne patres
plebisciti legem centuriatis comitijs ferre, vt quod tribuni
plebis iussissent, populus teneret, qua lege tribunitijs roga-
136 tionibus acerrimū telum datū est, appellatio populi † etiam
patritios, & senatores comprehendit. §. plebis autem à po-
pulo instit.de iu.naturali. Plebiscita ergo ligabant patritios,
& senatores ante legem hortensiam contra tex.nostrū, Ni-
si dicamus.l. illam obseruatam non fuisse, verum plebiscita
pro.ll.seruari cępisse lata.l.hortensia, vt hic dicitur. Fuit au-
137 tem hæc lex hort. † lata longè post secundam secessionem
in alia secessione. Liu.lib.11. plebs autem propter æs alie-
num, & graues ac longas seditiones, ad vltimum secessit in
ianiculū, vnde à Q. Hor. dictatore deducta est, isq; in ip-
so magistratu decessit, & istud est quod vult hic significare
tex.dum ait.l.hort.lata legū, & plebiscitorū potestas eadem
138 fuit, & sic verbum mox in tex. positum, † longum respicit
interuallum, & ponitur pro posteà, nec est nouū, vt per Ias.
in.l.fructus.ff.solu.matrim. & in.l.si arrogator. colum.iij.ff.
de adoptio. omnes doc.in.l.j.in.§. qui præsens.ff. de verbo.
139 obli. † Hortensius is primus fuit qui familiam suam illustra
uit post quem extitit Q. Hortensius orator emulus Cic. &
quoad vixit secundus, teste Quintil.lib.6.de inst.orat.clarus
quidem orator sed delicatior quam virū deceat, formę non
minus q̄ eloquentiæ studiosus secundū Gel. c.5. libri primi.
Tertiò no.ibi species tantum constituendi interesset.pote-
140 stas autem eadem, † ꝙ species ex leui, & modica differen-
tia apud legistas constituitur, prout hunc tex. ad hoc signat,
& ponderat Dec.in rubr.C.qui admitti.col.viij.& in.l.vni-
ca col.v.C.de sent.quæ pro eo. Zas.hic exponit species.i.ori
ginis qualitas status cōditio.sic enim eo vocabulo latini au-
ctores vtuntur Cic. quę autem specie quadam vtilitatis, fa-
ciunt, quæ scribit Sozi. in.l.j.in princ.in vlti.col.ff.de acqui.
poss. Quartò not.ibi, quia difficile.ꝙ vbi maximus est popu
141 lus ibi difficilis est, eius cōgregatio, † dicitur difficile quod
cum labore aut multo tempore fit, testis Arist. politico.i. &
ratione prædictę difficultatis antiquitus populum cornu si-
ue buccina fuisse in concionem vocatum Dionysius tradit
quippe fieri non poterat, vt paruo tempore tanta multitudo
142 per nomenclatores vocaretur. † Et cępit difficile plebs con
uenire, quia vulgares, & plebei facile dissentiunt, iuxta Man
tuani sententiā. Scinditur incertū studia in cōtraria vulgus.
Populus verò difficilius, quia augentur numerus personarū,
143 & cōsequenter † diuersitas animorum, in populo enim in-
est plebs. §.lex est in versic.plebs autem insti.de iur.natu.ho
144 mines enim faciles sunt, ad dissentiendum, † l.quia poterat
ff. ad Treb.c. super literis. ibi intelleximus diuersos diuersa

sentire. de rescri.notant Barb. & Dec. in cap.2.col.j.de po-
stu. præla. Et propter difficultatem, quæ est in non conue-
niendo simul dicitur, ꝙ vniuersi consentire non possunt.l.j.
§.fin.cum gl.ff.de acqu.pos.& l.vnica.ff.de lib. vniuer. cum
glo. & hoc videtur intelligendum nisi esset res quæ de facili
cōcedi solet, arg.l.qui cū maior.in prin.ff.de bon.lib.& eius
quod in simili notant Alex. & alij in.l.apud iul.in.§.constat
ff.de leg.j.Dec.in.d.cap.1.dicit in contrarium facere text.in
d.l.vnica. de lib.vniuer.vbi in petendo bo. po. in qua agitur
de vtilitate vniuersitatis, & omnes verisimiliter consentire
debent, & tamen dicitur ꝙ consentire non possunt propter
difficultatem glo.ibi. & in.d.§.fin.quas sequuntur ibi com-
muniter docto.tollunt difficultatem intelligendo facilè vel
commodè propter difficultatem congregandi tantam tur-
bam, vt hic dicitur, & hac ratione semper dicitur adesse dif
ficultas, nec ea quę tradit Alexan.in.§.constat.loquuntur in
vniuersitate congreganda, sed in impetratione facienda cir
145 ca solita concedi à principe, & sic ab vna persona. † Et ob
prædictam rationem secundum Bald.facta sunt consilia ci-
uitatum, vt quod per cōsi. fit à populo factum censeatur de
quo est gl.no.in rub.C.quæ sit long.consue. quæ posset mul
tis vtilibus, dictis exornari, si campus suus hic esset, vt con-
stat ex scriptis per Fely.in c.nouit colum.viij.versi.vj. limi.
de iud.& in.cap.1.colum.vj.versic.similiter. Oldr. extra, vt
lit.non conte. Corn.in consi.224. in.4.volu. Brunū in con-
si.28.colum.fi. Ias.in.l.j.in prin.in vlt.colum. vbi Aquen.ij.
infra quod quisq; iuris. Imol.in consi.107. Ange. consi.62.
incip.nobilis, vbi dicit ꝙ consi.loci potest cōtra agnatos sta
tuere, ac etiā cognatos cōdemnare in pęna pecuniaria Cor.
in consi.201.circa fin.lib.4.& consi.148.lib.1.Bar.& Alex.
in.l.hi qui.ff.de iur.immu.& in.l.ambitiosa col.ij.ff. de decr.
ab or.fa. Alexan.consi.1.vol.4. Abb.in.c. quòd quibusdam
colum.ij.de fideius. Dec.in.l.ciuitas colu.iij.ff.si cer.pet. Ias.
consi.71.lib.3. vbi tractat de congregatione capitū domo-
rum, & in consi.101.& 140.volu.4.Cur. Iuniorem in con-
si.169.Imo.in.l.municipibus.ff.de cond.& demon.vbi con
cludit decurionum ordinem non posse statuta facere, quan-
do vltra eos essent etiam alij consiliarij, aliàs secus, quia ge-
nerale consilium populum repræsentat, vt dictum est, ideò
sine dubio posset statuta & ordinamēta facere prout de cō-
si.po.tradunt Ange. in consi.63.si prouisio, & Deci.in.l.j.in
princ.ad fi.iij. col.ff.quod quisq; iur. quicquid male senserit
& dixerit Ioan.de Pla.in.l.penult.C. de leg. Seue.in.l.omnes
pop.fol.1.ff.de iust.& iure.Cor.in consi.171.ad fi. in.iiij.vol.
loquentes contra communes concl.doc.ex prædictis patet,
& tradunt Ias.& Crotus in.l.omnes pop. charta.j. & secūda
intellige sanè, vbi talia statuta fierent in præsentia, & cū au-
ctoritate magistratus, ibidem deputati aliàs secus. Paul. de
Cast.& mod. Pap. in.d.l.j. in princ. infra quod quisque iur.
Quæ igitur dicuntur de repræsentatione populi quæ fit per
consi.ipsius pop.& loci de consilio generali intelliguntur, vt
etiam tradit Alex.consi.101.lib.1.Item qn̄ agitur de re quę
communis est pluribus, vt vniuersis, non aūt pluribus, vt sin
gulis, quia tunc quū agatur de interesse singulorū, vt singu-
lorum, tunc illorum consensus seu maioris partis, & sic con
gregatio capitum domorum requiritur, necessariaq; est. vt
per Ias.in consi.71.prealle.& exemplificari etiam id potest
in submisione fienda per populum alicui Domino & prin-
cipi quando pop.liber esset. fieri enim tunc submisio debe
ret per capita domorum, vel per habentem ab eis speciale
mandatum, ex quo enim omnes de loco, vt singulos tangit
ab omnibus, fieri approbariq; debet nemine reluctante.§.
ius iurandum in auct. de defen. ciuit. Ang. & alij in.l. suum
in.§.hodie cum.l.seq.infra de pac. Et similiter quando age-
retur de nemoribus, vel pasculis, ad quæ pro libito quilibet
de pop.accederet, & vteretur. Alexan.consi.68.lib.2.& 99.
colum.iiij.& sequ.volu.v. Deci. in. cap.3. loco, colum. iiij.
de proba. & in.c. Insuper de testi. Afflictus in decisione re-
gni. 400. Item intelliguntur prædicta, & conclu. prealleg.
glo. in rub.C. quæ sit lon. consue. in magnis ciuitatibus se-
cus ergo in villis, & consulibus oppidorum. Card. Alexan.
in ca.

in.ca.senatuscons.2.disti.Gramma.neap. in voto primo ad
si quod præcipuè procedit attenta consue.hodierna,secun-
dum quam credendarij præsertim villarum limitatam ha-
bent potestatem ad quædam ordinariè tantum occurentia.
Item nisi ageretur de obligando pop.ex delicto consilij lo-
ci,quia non censetur habuisse talem potestatem per Fely.in
locis superius allegatis.Item est arg.secundum Alb.q̃ prę-
146 sidentes, † vniuersitati possunt iurare de calumnia, de quo
per doct.in.leg.ij.in.§.quod obseruari.C.de iuramento cal.
Quasdam alias quæstio. quæ hic forsitan non impertinen-
ter annecterentur ponit Aret.in.§. senatuscon.insti. de iur.
natur.gen.& ciuili. Quæri etiã potest que necessitas curam
147 reipu.ad senatum deduxerit,vt statim dicit,† aut cur inter-
ponere se ceperint, quum ab initio apud eum ordinem ea
reipu.cura fuerit, mandatam.n.eis tutelam ciuitatis fuisse
Dionysi.lib.2.scribit,& ait Fene. adeò semper totius reipu.
summam penes senatum fuisse, vt ne reges quidẽ nec aliús
vllus magistratus in cõsulto senatu quippiã molliretur.Cre
didit Zasius curam reipu.eatenus ad senatum deductam vt
non solum sententias de rebus communibus dicere, vt an-
tiquitus,sed etiam quę eis placerent vim.l.obtinere consti-
tutum sit, & ita esse intelligendum præsentem text.& satis
verba ipsius tex.id innuunt & monstrant. Quintò nota.ibi
curam reipu.q̃ populus eo, quia difficulter congregatur,&
malè publica expediebat negotia,curam reip.ad senatũ de-
duxit,& quicquid faciebat obseruabatur, idq́; senatuscons.
est dictum.concordat text.in.§.senatuscons.institu. de iur.
148 nat.gen.& ciui.locus hic nos admonet,† vt de senatu & se-
natoribus aliqua dicamus,cũ propterea q̃ res alioquin co-
gnitu digna est, nec cuilibet obuia,tum q̃ eam opinionem
inualuisse videmus Principum nostri temporis consilia in-
star esse senatus Romani.& eorum consiliarios Roma. se-
natorum.Romulum instituisse senatum satis constat,quum
enim nouam suam ciuitatem viribus & robore iuuenum
munitam cerneret,vt eam consilij ope fulciret,centum nu-
mero elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem senato-
res appellauit, quorum posteritas per genituram propagata
patricij appellati. Exactis regibus Brutus cõsul exhaustum
bonis viris senatum intuens, primores equestris ordinis ad
scribi senatoribus fecit, illosq́; cõscriptos patres appellauit.
Ex quo tempore patrum conscriptorum appellatio locum
habere cępit, auctor Liui.in primo ab vr. cond.& Fene.in
tit.de senatorum origine. latè ibi de hac materia differens.
Cuiusdicta latius reassumpsit eruditissimus sed plus æquò
prolixius Bud.in suis annotationibus super.l.fi.infra de sena.
Triplicis fuere ordinis senatores,patricij, conscripti & pe-
darij.patricij sunt hi maximè qui centũ illis patribus à Ro-
mulo lecti geniti sunt, hi quum facti senatores erant dice-
cebãtur senatores patricij.Conscripti verò senatores hi erãt
qui regum, consulum, cesarumúe decreto in senatum le-
gebantur.De pedarijs parum firma & certa est sententia vt
patet ex Fenest.ibi.& Aulo gel.in noc.atti.ca.18.lib.3.mihi
semper magis placuit sententia quam C.Bassus in suis com
mentarijs scriptã reliquit, senatores.n.dicit in veterũ ætate
qui curulẽ magistratũ gessissent,curru solitos honoris,gra-
tia in curiam vehi,in quo curru sella esset.s.quam conside-
rent, sed eos senatores qui nondum curulem magistratum
cæperant pedibus intrauisse in curiam,propterea senatores
nondum maioribus honoribus functos pedarios nomina-
tos.nam si pedarios diceremus senatores, vt faciunt nõnulli
eos qui sententiã in senatu non verbis dicerent,sed in alie-
nam sententiam pedibus irent, iam vniuersi senatores qui
pedibus sententiam ferebant, quum senatusconsultum per
discessionem fiebat pedarij dicerentur secundũ Gel.Quã-
ta fuerit auctoritas,maiestas, & dignitas senatus, facilè co-
gnosci potest, Principes in ciuitate apppellabantur, penes
eos adeò totius reipu.summa innixa fuit, vt ne reges quidẽ,
aut alius quispiam magistratus inconsulto senatu quippiam
molliretur, adeò vt cum Tarquinius superbus pleraq; prę-
ter senatus auctoritatem decerneret, amisso regio nomine
tyrannus appellaretur. auctor Fenest.hinc ait Orosius.ca.2
lib.7.Tyberius quum suffragio magni fauoris retulit ad se-
natũ vt CHRISTVS Deus haberetur, senatus indignatio-
ne motus q̃ non sibi prius secundũ morẽ delatũ esset vt de
suspiciendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem
CHRISTI recusauit, edictoq́; constituit exterminandos
esse ex vrbe Christianos.Item Liu.de Alex.magno loquẽs
ait.victurus ne esset cõsilijs vnius iuuenis ne singulos nomi-
ne senatus ille quem qui ex regibus constare dixit vnus ve-
ram speciem Romani senatus cępit. Senatusconsulta duo-
bus modis fiebant aut per dicessionem sentẽtiam pedibus
149 ferendo si consentiretur,† aut si res dubia esset per senten-
tias singulorum exquesitas.Gel.in.3.& 14.alias historias ci
tat Budeus loco prealleg. Et quis ordo sit hodie seruandus
quando populus vult condere statutum ponit Aret.in.d.§.
senatusconsultum ad finem. locus conueniendi senatus fuit
curia hostilia,& Pompeia,postmodũ iulia, quę loca quum
profana fuissent,templa fuere per augures constituta, vt in
his senatuscon. more maiorum iusta fieri possent secũdum
150 Gel.& Fenest.De inclinatione senatus,† scribit Budeus di-
cens, à Cæsare autem dictatore oppressa repu.languere se-
natus auctoritas, ac deinde post Augustum interire cæpit,
quum vnius iam arbitrio omnia regerentur. Vnde non im-
pertinenter quæri potest nunquid sit hodie correcta dispo-
151 sitio.l.non ambigitur.ff.de le.† volens senatum posse.l.face-
re.& dispositio.l.j.in.§.de qua re.ff.de postu. de restitutione
famæ quam facere poterat senatus. & pariter.le.j.in.§.j.ff.à
quibus appell. non licet vt à sententia senatus non appelle-
tur.Bar.in.l.fi.C.de legi.concludit. correctionẽ esse factam
in.le.Imperium colu.iij.dicit oppositum.& ibi Mod. tauri.
transeunt simpliciter cum Bart.in.d.l.fi.sed in.l.j.col.vij.in-
fra de offic.eius dubitat, quia huiusmodi iura facta videtur
post Imperij translationẽ.& Imperator verisimiliter voluit
in memoriam pristinæ potestatis senatum posse prædicta.
ideò Io.fab.in.§.sed quod principi placuit.insti.de iure na-
turali.tenet non corrigi hodie.d.l.non ambigitur,nec pari-
ter corrigitur dispositio.d.§.j.de appellatione à sentẽtia se-
natus non interponenda secundum Aret. ibi.Et hoc quan-
do senatus iudicat, secus si vnus ex senatoribus secundum
Perus.in rubr.de appell. colum.iij. quod reputant ipsi mod.
not.pro sententijs quę aliquando feruntur per vnũ ex con-
152 siliarijs nostri principis,† vt tunc non habeat locum priui-
legium prefecti prætorio quod consilio concessum legitur.
Subintelligas tu nisi Princeps in rescripto id concederet, vt
quandoque facit committendo causam aliquam aliquibus
ex Dominis.ita q̃ eorum sententiæ & gesta tantã vim ha-
beant, ac si latæ & gesta essent per totum consilium.
Præterea aduerte ne æquiuoces circa prædicta & vt be-
ne intelligas Bar.in locis prealle.vbi non cõtrariatur ad in-
uicem si verum admittimus.aliud est ergo quęrere nũquid
post translationem Imperij apud senatũ esset potestas prę-
dicta faciendi, & indubitanter concludendum q̃ sic, quia
omnia illa iura loquuntur & cõdita sunt post translationem
Imperij à Vlpiano scilicet, qui floruit sub Aurelio Alexan.
Imperatore.21.ab Augusto creato anno vrbis cõditæ.964
testis Orosius cap.11.lib.7.Et Imperij translatio facta fuit
153 in Octauium secundum Imperatorem, † Orosius ibidem
cap.18.lib.6.hoc die inquit primum Augustus consalutatus
est, quod nomen cunctis antea inuiolatum & huculq; cæ-
teris inausum, Dominis tãtum orbis licitè vsurpatum api-
cem declarat Imperij,atq; ex eodem die summa rerum ac
potestatum, penes vnum cæpit esse & mansit. quod græci
monarchiam vocant.& contigit anno vrbis.726. sicq; ap-
paret ab Imperij translatione ad tẽpora Vlpiani,qui auctor
fuit dictarum dispositionum decem & nouem intercessis-
se Imperatores, & annos circiter.270.vt etiam ex alijs hi-
storijs vulgo notum est.Et pro dicta opi.est tex.legis aper-
tus in.l.vnica.C.de senatuscons.vbi Valen.& Theodo.Im-
peratores senatui scribentes dicunt se robrobare illa Impe-
ratoria lege senatusconsulta,licet per se obtineãt perpetuam
firmitatem. Ecce ibi text.apertissimum si nolumus in sole
caligare, q̃ potestas cõdendi legem erat apud senatum post
translationem

trãslationem Imperij annis decē & quadringentis, tantum
enim temporis iam concurrerat à translatione Imperij ad
tēpora dictorum Imperatorũ illius.l.vnicæ. vt ex Autropio
Pau.diac.& alijs historicis colligitur. & in istis terminis lo-
quitur Bar.in.d.l.Imperium. Aliud est petere nunquid ho-
die.i.nostris tēporibus sit correcta.d.l.non ambigitur. cum
alijs de quibus supra.Et dicēdum absq; scrupulo ꝙ sic,quia
abdicata est hodie omnis potestas à populo Romæ. & suo
senatu,ita loquitur punctualiter Bar.& sanè in.d.l.fina.C.de
154 legi.† Et cessarunt hodie veteres prærogatiuæ Fely.in.c.fi.
col.antepe.de foro compe.Præterea quum sit hodie anni-
hilatus ille senatus vt per Bald.in.d.l.non ambigitur. ineptè
videtur quęri an hodie senatus ea facere possit.Sed pulchra
155 suboritur quæstio, † nunquid in vno senatore qui est ho-
die Romæ, talis resideat auctoritas & potestas, quod vi-
detur quia iura collegij in vnum reincedunt.l.sicut in fin.ff.
quod.quisq; vniuer.nomi.cõtrarium Bal.determinat in.d.l.
156 nõ ambigitur. † quia collegium senatorum est destructum
& eius reintegratio & formæ restitutio reputatur imposi-
bilis.l.apud Iul.in fi.ff.de leg.j.Destructo ergo collegio iura
collegij sunt effecta caduca.l.pater.in.§.tusculanus.ff.de le.
iij.c.secundo cum ibi no. de nou.ope.nuncia.& opinionem
hanc tenēt Iac.de Are.& Cynus in.d.l.non ambigitur.quia
collegium non est actus in exercitio nec habitu.i.virtute &
essentia tacita, sicut ecclesia quæ desijt esse collegiata per
desuetudinem non est collegiata nec actu nec habitu, quia
forma est omnino mutata.Et noua cõsuetudo non antiqua
inspicitur.l.mella. in.§.j.ff.de ali.& cib.le.faciunt quæ dixi-
mus supra ꝙ omnis potestas abdicata est à populo Roma.
& eius senatu.& ꝙ cessarũt veteres prærogatiuę.ideò mimi
rum si non residet in vno senatore, quia etiam si essent om
nes non resideret. Magna tamē est istius senatoris potestas
vt habetur in.c.fundamenta de elec. in.6.quod officiũ ges-
157 sit Ludouicus de sabaudia, † cui assidebat Cynus vt ipse re-
fert in.l.ij.C.quæ sit lon.consue.& Frã. de curte in trac.feu.
in.t.questione.& eo dignitatis tit. honestãdus est quo nun-
158 cupantur magistratus primi gradus secundum Tau.† in.d.
le.j.colu.viij.cui tamen in vocabulo non subscribo,quia vt
infra dicam.verbum id superillustris sapit barbariem. Non
omitto ꝙ Accurs.in.l.fi.j.de sena.in.l.fin.C.de pet.hære. in
l.qui superstitis infra de inoffic.testa.& alibi sæpe senatores
159 centumuirali iudicio expendebant, † & sic ꝙ senatores à
centumuiris non distinguerētur. sequitur Ias. in.l.j.col.j.in-
fra de offi.eius.& communiter legistæ.facit illud poetę cha-
rissimi, Centum illi in prato sæpe senatus erat, quam sen-
tentiam damnant Budeus in.d.l.fin. de sena. & Zasius tam
in prin.l.in versi. deinde quia difficile.quàm in.§.primo in
versi.deinde quum esset necessarius,modestius tamē quàm
faciat Budeus loquitur.

Centumuiralia iudicia inquit Festus à centumuiris dicta
160 sunt, † nam quum essent Romæ trigintaquinq; tribus quæ
& curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad
iudicandum,qui centumuiri appellati sunt. & licet quinque
amplius quàm centum fuerint, tamē quo facilius nomina-
rentur cētumuiri sunt dicti,quod nomen posteà etiam re-
mansit licet auctus fuerit centumuirorum numerus, vt ex
Pli.in epistolis patet. Hi centumuiri nõ solum causas hære-
ditarias vt Vitellius contra Merulam falso opinabatur, sed
etiam vsurpationũ, tutelarum, agnationum, alluuionũ,ne-
xorum,mancipiorum,& id genus similia negotia dijudica-
bant, vt est auctor grauissimus Cice.in.j.de oratore quãuis
non sit negandũ iudice Zasio causas hæreditarias frequen-
tius apud eos vētilatas fuisse auctore Valerio in lib.7.& Pli.
in epistolis. Nomine igitur centumuiralis iudicij senatores
malè accepit Accur.vtpote qui à centumuirali iudicio pror
sus distinguerentur,siquidem senatus velut patres rem pub.
curabant, id quod videtur mihi significare text.noster hic,
dum expresse dicit curam reipu.ad senatum deduxit, cen-
tumuiri controuersias & crimina iudicabant, quod & ho-
die vsu euinire ait Zasius, vt rectores rerum publicarum à
iudicibus separentur.Huic centũuirali iudicio vnus ex prę-
toribus præerat, vt ex Cice. oratione pro Roscio. & alijs,
item ex Plinio in epistolis liquere potest, nisi belli cura eos
auocaret, quo casu decem viri litibus iudicãdis creabantur,
& qui prætorum partes gererent, vt tradit Fenest.sub tit.de
quibusdam minoribus magistratuũ speciebus. & sic quem
admodum prætores,vel vnus ex eis pręerant, ita ipsis pro-
pter bella absentibus hi decem viri vel ex eis vnus cētum-
uirali iudicio præsedisse existimandi sunt teste Zasio. Cæ-
terum si de crimine solenni accusatione iudicãdum fuerat,
tum pretor alios iudices numero incerto sortiebatur, & erat
apud prætorem sententiarum discussio, quod ex varijs lo-
cis in Cice.orationibus eiusq; interprete Asconio colligi-
tur,qua propter apud Pli.lib.5.epistolarum ad Valerianum
cum aduocatus corruptus iudicantium sententijs absolue-
retur, prætor in sententia permanens eum pro cõdemnato
habuit.Dicit tamen Zasius prædicto loco se inuenire apud
161 Velleium lib.2. senatum etiam iudicijs præfuisse, † donec
C.Gracchus ea ad equites trãstulerit, quod & Plut. in vita
Gracchorum tradidit, & potest allegari text.in.l.j.in.§.j.ff.
à qui.ap.non licet, vbi à sententia senatus non appellatur, &
istud maximè fortè viguit post inclinatam auctoritatem &
potestatem senatus sub Cæsaribus,quãdo iam in mandan-
dis exercitibus, in prouincijs decernendis, in legationibus
dimittendis,admittendisq;, in constituenda rep.occupatus
vltra nõ fuit. Et ad id quod de sortitione iudicum dictum
est,coniungenda sunt quæ dicemus in.§.sequē.in versi. de-
inde cum ærarium. Superest vt discutiamus in quo ordine
seu gradu magistratuum collocētur senatores, Quibus ho-
norum titulis decorētur, & tertio an habeamus nos aliquos
magistratus quos illic cõferre possimus.Collocantur com-
muni omnium scribentiũ sententia in primo gradu vt con
stat ex eorum dictis in.l.j.j.de offic.eius, aduertas diligen-
tius, potest.n.conclusio intelligi de priscis senatoribus ma-
gnanimi senatus qui ante Imperij trãslationem factam in
principem stetit,de quibus excepto præsenti loco & pręall.
162 §.senatuscõ.parum in iure nostro reperitur, † & tunc con-
clusio indubitabilis erit. hi.n.erant qui teste Leto Pompo.
Principes in ciuitate appellabantur, sine quibus reges nihil
moliebantur qui prouincias decernebat, legiones dimitte-
bant.& admittebant, & de bello vt visum fuerat decerne-
bant.iuxta illud Silij italici. Tristia magnanimi portabant
163 iussa senatus. † Immo videretur ꝙ non essent ponendi in
gradibus magistratuum arg.eius quod communiter dicunt
docto.de Principe & summo Põtefice,quos negant in pri-
mo gradu magistratum rectè poni, quia ipsi sunt super om
nes,& qui alios constituunt.Idem iudicium videtur de istis
senatoribus,exactis.n.regibus senatus supra omnes erat, &
quicquid constituebant obseruabatur vt in text. nostro di-
citur, comproba ponderando ꝙ iusconf. hic in.§.post ori-
ginem, tractaturus de origine magistratũ omnium vt in ru
brica fuerat pollicitũ de senatoribus, eo in tractatu verbum
non facit, quod non omisisset si de numero magistratuum
fuissent.facit item text.in fi.istius versic.dum dicitur aut est
magistratum edictũ aut senatuscõsultum, Ecce ꝙ ius à se-
natu inductum non dicebatur magistratuum ius, sed sena-
tusconsultum, potest tamē dicere ꝙ immo senatores erant
magistratus primi,& ideò à Fene.& Pomp. leto in tractatu
magistratum Romanorum inserũtur, nec vt à principibus
de quibus proximè magistratus constituuntur, ita à senatu
164 constituebatur, † immo populus magistratum creabat vt
per Letum Pomp.in tit.de potestate senatus, & plebis. Et
165 ꝙ senatus esset nomen magistratus, † est text.in.§.lex est
institu. de iure naturali dum dicit lex est ꝙ populus Ro.se-
natorio magistratu interrogante constituebat.

Non obstat modo ꝙ iurisconsu.in.§.post originem tra-
ctaturus de magistratibus nihil dixit de senatorib.quia omi
sit propterea ꝙ hic de eis dixerat, nec obst.text. noster ibi
magistratus edictum aut senatuscons.quia respondeo ꝙ li-
cet proprio nomine ius à senatu cõditum senatuscon.dica-
tur,sumpto vocabulo à nomine conditoris,vt de plebiscitis
dicitur,nõ tamē infertur, quin sit prout est ius à magistratu

& quidem maximo cõditum. Ex quo vide quo errore lap-
sus sit Budeus in.d.l.fin.char.ij. volens senatum esse nomen
ordinis non magistratus. Potest etiam conclusio prædicta
intelligi de senatoribus Romanis qui erant, & ab Impera-
toribus cõstituebantur, senatu iam reducto sub Imperato-
rum manum, de quibus iura nostra fere omnia loquuntur.
166 † Et istos pariter cõstituendos arbitror in primo gradu ma
gistratuum, vt faciunt communiter scribentes prælati, quia
& si horum tanta non esset potestas & auctoritas, quanta
priscorum senatorum vt prædiximus, magna tamen erat,
quum posset senatus adhuc vt dixi legem generalem con-
dere, restituere famę, & sententiam secum vltimum calcu-
lum & silentium ferentem, dicere, licentiamq; de flumine
publico aquam extrahendi prout Imperator concedere. le.
quominus. ff. de flum. Et teste Spart. in vita Adriani Impe-
167 ratoris, † Adrianus ipse senatus fastigium in tantum extulit
difficile faciens senato vt quum Arteniũ ex præfecto præ-
torij ornamentis consularibus præditum faceret senato-
rem, nihil se amplius habere quod in eum conferret osten-
deret, ex quo liquet adhuc tempore Imperatorum non po-
168 tuisse dari maiorem dignitatem, magistratumúe, † vnde
non immerito Imperator in.le.ius senatorum. C. de digni.
lib. 12. se in eo ordine cõnumerat. vt tamen scias ꝙ illo ca-
su est ibi vt senator nõ vt Princeps, vt dicimus de episcopo
in capitulo existẽte vt canon. quia sed & in loco canonica-
169 tus, vt per Dec. in.d.l.j. in.ij. col. † Item no. aliud fuisse cons.
principis, & aliud senatus qui est cõsi. patritiorum & senio-
rum populi. Tranq. in Octauio sibi constituit consilia, cum
quibus de negotijs frequẽter ad senatum referẽdis ante tra-
ctaret. Spar. etiã meminit Adrianũ Celso Iuliano & Nera-
tio iuriscõsultis vsum quos senatus probasset, & dictũ cõsi.
principis separatũ à senatu, per nonnullos consiliũ camerę
nũcupatur, quod plerunq; bene gestis per senatum plus no-
cuit ꝙ profuit. Quibus autẽ tit. sint honestandi nũcupandiq;
170 Doctor. in allo.l.j. superillustres appellant, † vocabulo hercle
parũ latino vt in.§. seq. dicetur potes igit eos illustres dicere
prout leges nostræ communiter & apertè apellãt, patet in.l.
quisquis. C. ad.l. Iul. maie. & in.l.iij. cum glos. in ver. illustres.
C. de sillentia. libe. 12. cum simi. patres conscriptos & patres
amplissimos eos appellari satis est etiam notum. Nec præ-
171 dictis refragatur, † lex fin.j. de sena. per quam Alex. in.d.l.j.
col.iiij. tenuit esse gradum superillustrium, eo ꝙ alias fuisset
satis de illustribus mentionem facere, quia dico nullum fie-
ri ibi verbum de super illustribus sed de illustribus tantum.
& est sensus ꝙ descendentes à patritijs & consularibus vsq;
ad omnes illustres, id est, & ab alijs omnibus illustribus vi-
ris senatores esse accipiendum est, & hoc modo potest illa
lex in contrarium retorqueri. Et quoniam incidit sermo il-
lius.l.fi. arbitror pulchrum esse & in proposito intellectum
iurisconsulti inuestigare, sub obscurus.n. est. tex. & carpen-
dissem ꝙ Budeus qui tantas ibi effudit annotationes aper-
uisset nobis sensum illius.l. quam præ oculis habebat. Verba
illius tex. obscuri sunt hæc. Senatores autem accipiendum
est eos esse qui à patritijs, & consulibus vsq; ad omnes illu-
stres viros descendunt, quia & hi soli in senatu dicere sen-
tentiam possunt, corrigit ibi tantummodo Bud. tex. in ver-
bo consulibus, vt dicat consularibus. i. his qui consulatum
quandoq; gesserunt, quod suadere potes quia text. in princ.
loquitur de tali viro consulari, pręcedentia autem declarant
sequentia. l. si seruus plurium in.§. fi. ff. de leg. j. immo magis
influunt quàm econtra. l. quisquis cum ibi not. per Bart. ff.
de.l.iij. Sed videtur velle ille text. tria, quæ falsa penitus, &
apertissimè vẽr. primum ꝙ nomine senatorum eos acci-
pere debeamus qui à prædictis descendunt, secundũ ꝙ ipsi
soli possent in sena. sententiam dicere tertium ꝙ descẽden-
tes à patricijs & cõsulibus seu cõsularibus senatores essent.
quæ omnia aliena sunt à veritate, nam senatorum nomine
veniebant vel maximè conscripti, qui non descenderant à
patricijs vel consularibus. Item & ipsi habebant ius dicẽdi
sententiam in senatu, vt ex Liu. & Fene. liquet, id quod re-
tulimus supra. Et sic non soli descendentes à prędictis pa-
tricijs. Item fatuum est dicere descendẽtes à prædictis esse
senatores, quanquam ipsi parentes illius ordinis essent, quia
filius senatoris non est senator, alias sequeretur anniculum
descendentem à prædictis senatorem esse, quum tamẽ re-
quiratur legitima ætas in senatoria dignitate, vt per Fenest.
Propterea dum alias legerem illam.l.j. de offi. eius. declara-
bam nouiter illum tex. aliter restituendo illum candori suo,
crẽdidi vitio impressorum & temporis lapsu deprauatum
fuisse codicem, & ꝙ non senatores sed senatorios dicere
debeat, & sic senatorios. i. ex familia senatoria eos esse ac-
cipiendum est, qui à patricijs consularibus, & omnibus il-
lustribus viris descendunt, quia & hi soli possunt in senatu
sentẽtiam dicere, de illustribus intellige, vt ad proxima fiat
relatio, quasi velit ꝙ descendentes ab alijs qui non poterant
in senatu sententiam dicere, licet haberent ius veniendi in
senatum & discendendi in sententias principum de quibus
per Gel. c. 18. lib. 3. non tamen erant senatorij. Patritios au-
tem postquam horum pariter incidit locutio tripliciter dici
172 inuenio, † qui. n. ex primoribus cẽtum patribus à Romulo
in senatum lectis geniti sunt, patritij à principio sunt nũcu-
pati, testis Cic. Liu. in. j. verb. cõd. & Fene. in tit. de sen. origi.
in quo hallucinari videtur Mod. taurin. in.d.l.j. col. x. loqui-
tur. n. Fenest. vt ego retuli non vt ipse refert, vt licet intueri
apertissimè & quicquid dicant scribentes in.d.l.j. Ego non
pono hos patricios in primo gradu magistratuũ, quia licet à
magistratibus illustribus descendant, non tamen erunt ne-
cessariò ipsi magistratus vel illustres, nec est lex tale quid di-
cens, immo absurdum relucet, ꝙ sequeretur anniculum vel
trium dierum puerum descendentem ab aliquo ex prædi-
ctis centũ patribus, illustrẽ & in magistratu maximo fuisse,
quod quàm sit absonum vides. Intellige ergo ꝙ esset quæ-
dam adiectio honoris & præeminentię quã à patribus suis
deducebant patricij, facit in arg. quod ponit gl. in.l. iubemus
C. de aduo. diu. iudi. & Fely. in rub. de maior. & obed. col. v.
de filio doctoris sine sumptu coronando laurea doctorea,
& speculari possumus in filijs illust. Ducũ Venetorum quã
patricij dicũtur. & multas habent pręeminentias in ciuitate
sua. Secundò dicuntur patricij senatores filij senatorum se-
cundum præfatos mod. loco prædicto de his intelligentes
Fenest. & d.l. fina. de senat. sed mens Fenest. alia est vt supra
dixi nec.l. fi. ita intelligi potest vt vidisti proximè caret ita-
que fundamento ista conclusio ꝙ patricij dicantur senato-
res filij senatorũ, quũ possint esse patricij vt diximus absq;
eo ꝙ sint senatores, fateor tamen ꝙ senatores filij senato-
rum patricij dici possunt, seu senatore patricij & præemi-
nentia quadã prędotati vltra alios senatores, ita ꝙ doctores
in.d.l.j. ponentes senatores in primo gradu magistratuum,
inepte postmodum exemplificant illum primum gradũ in
istis patritijs. quia si simplices senatores sunt in primo gra-
du, cui dubiũ ꝙ isti patricij qui sunt senatores & filij sena-
torum erunt etiam in primo gradu? Tertiò patricij dicun-
tur quos in patres princeps sibi elegit, de quibus in.l. fina. C.
de consul. lib. 12. & in auct. consti. quæ de digni. vtq; ex illis
iuribus constat, maxima erat dignitas. & habentibus talem
dignitatem scribuntur multæ const. auct. & merito doct. in
d.l.j. ponũt talem patriciatum in primo gradu dignitatum.
Incognitus tamen fuit hic patritiatus antiquitati & anti-
quatus tẽporibus nostris. & si vsurpato vocabulo patricios
173 appellemus suę cuiusq; ciuitatis primores ciues. Circa, † vl-
timam partem quæstionis de æquiparatione magistratuum
nostri temporis ad senatores Roman. licet per omnia simi-
litudo inueniri non possit, quia tamẽ sufficit similitudinem
esse secundum quid, ideò potest dari similitudo in supremo
parlamento Regis Francorum, & in supremo consi. excel-
lentissimi Princ. nostri secundum dictos mod. in.d.l.j. colu.
vij. & viij. post Budeum, veruntamen abusiua est compa-
ratio, & maximè si intelligeremus de illis priscis senatori-
174 bus. † simile. n. dicitur ꝙ in aliquo non habet differentiam
sed vt plurimum conuenientiã, & vbi sunt plures differen-
tiæ quàm conuenientiæ, non dicitur similitudo vt sępè di-
xit Bald. quem refert Dec. in cap. translato col. iij. de consti.

licet

licet ergo in nostris senatoribus sit similitudo, in aliquibus
tamen vt plurimum & in maioribus est dissimilitudo, vt ex
præscriptis apparet, & notum est, ergo æquiparatio non est
bona. Item erant senatores de quibus in iure nostro agitur
175 cōsiliarij domini totius orbis terrarum, † nostri autem do-
mini minimæ particulæ ipsius orbis, & quáuis habens iura
Imperialia possit in suo territorio ea quę Imperator in vni-
uerso, vt per Bal. consi. 131. in. iij. vol. Brunum consi. 19. Ias.
in. l. est receptum col. ij. ff. de iur. om. iu. & Dec. in. c. pastora-
lis. colu. ij. de appel. tamen ipsius senatores & consiliarij non
possunt in ista particula ea quæ dicti Imperatorum senato-
res in vniuerso. Hinc est etiam ꝙ licet de iure scripto à sen
tentia senatus ad principem non appelletur, vt dicit tex. l. j.
in. §. j. ff. à quibus appel. nō licet. hodie tamen appellatur seu
supplicatur & recurritur ad principē. Opinioni tamen con-
numeranti senatores Principum nostri temporis inter illu-
stres, pro qua facit tex. in. l. j. C. de prępo. lab. lib. 12. ibi quos
nostri lateris comitatus illustrat, secūdum communem in-
176 tellectum consonare videtur hodiernus vsus, † quo sena-
tores magnifici nuncupantur. idē. n. dicit magnificus quod
illustris secundum Aquens. in. d. l. j. col. iij. pro quo adde tex.
in. l. ij. C. de offic. eius qui vicem alterius iu. obt. vbi præfe-
ctus prætorio qui est illustris tit. magnificentiæ nūcupatur.
Et Dorotheus qui in tit. de emē. C. magnificus appellatur,
illustris dicitur in proœ. instit. quinimmo attentauit Aquēs.
firmare ꝙ plus importet magnificus quam illus. vt patet ar-
guendo ex ordine literæ in. le. ij. in. §. quæ omnia. C. de iure
vete. enucleā. cum alijs ab eo allegatis. facit Plinianum illud
magnificus est Iuppiter in trono suo astātibus dijs. Sed re-
spondet iuribus Aquen. quòd magnifici de quibus ibi erant
etiam illustes, ideò non bene infertur ex eo ꝙ alijs illustri-
bus præmittantur, cum sit plus esse magnificum quam illu-
177 strem, † vt per Mod. tau. in. d. l. j. col. ij. & viij. quantum ta-
men addignitatem magistratus minus est, vt etiam præfati
volunt, esse magnificum quàm esse illustrem, quia magna
faciens licet non sit in magistratu nec illustris, dicetur ma-
gnificus vt ibi per eos, quicquid tamen ipsi mod. dicant,
non est dare illustrem qui non sit magnificus propter mul-
ta iura ab Aquens. alle. quę appellant eos magnificos qui in
illustri sunt dignitate. & eo ꝙ tali dignitate quis decoratur
pręsumendus est magnificus animo & opere. Sextò not. ibi
178 seq; præmunirent, † ꝙ prætor de his in quibus erat ius red-
diturus præponebat edictū vt sciret quilibet se præmunire,
& hunc text. allegat pro no. Alex. in. l. j. colu. j. ff. si cer. pet. Et
est arg. iudicia nō esse pręcipitāda, sed spaciū se præmunien-
di indulgendū, facit lex & quia. ff. de inter. actio. & hoc bene
179 seruat vtrunq; illustrissimi nostri principis cons. † audiendo
sæpe & sæpius aduocatos, resolutionesq; dubiorū benignè
expectando, non autem præcipitat sententias. Et concor-
dat cum iuriscon. hic Fene. in tit. de prætor. dum ait tantum
in modū aucta est prætoris auctoritas, vt quod prætor ipse
dixisset ob ipsius honorē ius honorariū vocaretur. Septimò
nota. ibi nouissimè, ꝙ ipsis rebus dictantibus propter dif-
ficultatem administrandi remp. ventum est à populo ad se-
natum, posteà à senatu ad Principē qui vnus reip. cōsuleret,
180 † nimia ergo multitudo confusionē generās causa fuit creā
di Imperatorem, senatoribus. n. sæpe vt naturaliter euenit
dissentientibus vtilitas pub. impediebatur, & non ita accu-
ratè prouiucias omnes regere poterat, ideò per vnum reip.
181 consuli necesse fuit, quum melius sit regi per vnum, † quam
per plures vt hic not. Acc. & Philo. 3. polit. & 12. Metaphy.
facit. ca. in apibus. 8. q. 1. multa congerit Fely. in. cap. quæ in
Ecclesiarum. colu. pe. de const. & per hunc text. ibi reip. per
vnum consuli dicunt doc. vt tradit Præpos. mediol. in. §. fi.
de prohib. alie. feu. per Frideri. colu. fin. ꝙ licet rex in regno
quantum ad subditos suos sit tanquam corporalis quidam
Deus, non tamen est alter Imperator, quia Imperium est
vnicum per hunc text. nam si Deus vnum Angelum à po-
testate sua quod posset dici eximeret, tamen An. ille nō esset
Deus pariter Rex quamuis sit ab Imperio exemptus, non
tamen erit Imperator, attamen tales habent in regno iura
Imperij, seu in suo regno sunt vti Imperatores vt plenius
dicam. in. l. si quis maior. C. de trās. & sicut ad pauciores vi-
ros iuris cōstituendi facultas transiuit rebus vt dicit tex. di-
ctantibus. i. cursu temporum & rerum exigente, in cōtinuo
enim motu consistit mortalitas & continuo variat, vt quod
à principio bonum visum sit, euentus rerum improbet, vt
in auc. hæc constitutio innouat & summitur dictare, iudice
182 Zasio quadam translatione, sicuti. n. dictari dicuntur, † quæ
alio præeunte verba scribi cōsueuerunt, ita & quæ quis no-
bis excipientibus suggerit dictare dicitur, ita per partes eue
nit vt esset necesse per vnum reip. consuli, i. per succedaneas
mutationes. vel forte verius secundum Zasium per partes. i.
per factiones, quasi innuat factione principum reipu. rem
ad paucos redactam. Nam si Syllas & Marios tacuerimus,
in manum Iulij Cæsaris omnia esse redacta, nemo ignorat,
quo vitam functo remp. trium virorū principatu pressam
183 nouimus, deinde. C. Augusti Imperio gubernatam, † & sic
per partes, id est, propter principum factiones qui sese par-
tes fecerūt, euenerit vt ad vnum reip. status deuenerit, nam
& ducem partium veteres nominabant, qui in bellis ciuili-
bus bellum ducerent, & hodie nos quoque partes nuncu-
pamus diuisiones quæ sunt inter ciues in tota ferè Italia.
Quod autem iuriscon. scribit necesse fuisse per vnum con-
suli quasi senatus omnes prouincias regere non potuisset,
non est simpliciter accipiendum, nihil. n. senatui in prouin-
cijs regundis, vel industriæ vel temporis defuisset, si princi-
pes viri in offic. remansissent, sed iudice Zasio dissimulan-
da est ea iurisconś. conniuentia, qui veritatem historię tem-
184 perando, principem sub quo vixit offendere noluit. † res. n.
publica Romana in principes non vltrò, sed vi & bellis re-
dacta est, & quū nulla esset libertatis spes, populus Roma-
nus iam iugum seruitutis ferre assuetus. le. regia omnem po
testatem in Principes transfudit, vt quod necesse erat pati
legis regiæ titu. contegeretur. sed ad monarchiam res diui-
na ordinatione respexisse creditur, quādoquidem pop. Ro.
orbis Imperium iustis de causis acquisierit, vt post Augu. &
Thom. dicam in tract. de vita & regi. boni principis, & tra-
dit etiam post Dantem poetam, Petr. de monte in monar-
chia quam fuisse necessariam concludunt. Sed quum de hac
185 l. regia super Imperio trāsferendo in principem, † tot in lo-
cis mentio in iure fiat prout in hoc versic. fi. in. l. j. ff. de cōsti.
prin. in. §. sed quod principi inst. de iure naturali in. l. j. col. ij.
C. de vet. iur. enuclean. & in. l. vnica. ff. de offic. præfec. præ-
tor. ibi regimentis reip. ad Imperat. perpetuo transfaris Mi-
ror nunquam dici, quis fuerit princeps in quem facta fuit
translatio Imperij, vt dixi in rub. proę. ff. orum, super verbo
Imperator fuit Octa. Augu. vt probatur ex his quę scribūt
Sueto. lib. 2. in pluribus locis & Orosius lib. 6. cap. 18. & in-
uenio Andabatarum more scribendo ita etiam dicere Pau.
de Cast. in. l. non ambigitur. ff. de. ll. licet historias per quas id
186 probari potest non citet, † quam quidem concessionē Im-
perij olim potuisset popu. Ro. cassare & reuocare per con-
trariam. l. arg. l. si quis in princ. testamenti. ff. de le. iij. & sicuti
delegans ad libitum potest reuocare. l. iudicium soluitur. ff.
187 de iudi. quū fuerit concessio & vsus translatio, † radix verò
Imperij in Senatu pop. que Ro. remanserit, hodie non post
aduentum CHRISTI, quū Imperiū sit traslatum in Ger-
188 maniam, & dependeat ab ecclesia, † & in eo nullum pęni-
tus ius habeat pop. Rom & cessauerit omnes prærogatiuæ
vrbis. & est cōmunis conclusio scribentium vt per glo. Bar.
Bal. Sal. & alios in. l. fin. C. de. ll. Pau. de Cast. in. d. le. non am-
bitur Aret. in. d. §. sed quod principi col. ij. Fely. in. c. fin. col.
antep. de foro comp. in. c. cum non deceat col. iiij. de pręscr.
in. cap. primò de iu. iur. Dec. & alios in. cap. nouit de iud. vbi
189 Canon. communiter cōcludunt, † ꝙ hodie imperator non
habet iurisdictionem à popu. Ro. sed ab ecclesia à qua de-
pendet ipsum Imperium. Et ꝙ pop. Roma. olim ante eccle
siam CHRISTI posset reuocare, & in eo remansisset radix
Imperij patet etiam vltra prædicta, quia alias post transla-
tionem Imperij non potuisset legem condere vt poterat. d.
l. non ambitur & l. vnica. C. de senatuscō. facit quod scribit
Abba.

Abba.in tract.concilij Basil.in.2.dubio col.ij.quarti mem-
bri de Duce Illust.D.Venetorum,qui ex causa posset depo
ni quia fundamentum iurisd. est in corpore ciuitatis, & de
Papa similiter qui ex causa potest à concilio deponi.Et quũ
190 omnis iurisd.sit apud Principem,† penes quem dicitur esse
creandorum magistratuum ad iustitiam expediendam po-
testas.c.vnico quæ sint rega.in vsibus feu. Hinc dicimus ꝙ
191 officiales nostri temporis nullam habent iurisd. † nisi qua-
tenus eis conceditur per suę constitutionis rescripta,aut per
statuta glo.de pa.constan.super verbo criminalibus.Bald.in
auct.cassa.C.de sac.san.eccle.Alex.consi.24.col.j.in.v.volu.
Barb.consi.42.col.pen.iij.vol.Soz.consi.275.col.vij.Deci.
consi.8.col.j.& Ias.in.l.gallus.in.§.& quid si tantum chart.
192 pen.in.ij.col.ff.de lib.& posth.† Est.n.eis communicata iu-
risdic. per Principem . eo quia in omnibus locis per se non
potest illam exercere vt pulchrè declarat Alex.in.l.j.colu.j.
infra de offic.eius. communicauit eis,vt sol cæteris planetis
communicat lumen ita ꝙ à se non abdicatur,vt per Bald.in
cap.bonæ.el.j.col.iij.de poten.præla.Et ideò cócurrit cum
omni ordinario Bald.in titu.de his qui feu.dare po.in.§.j.&
Fel.in.c.j.in.ij.not.de const. bene igitur dixit Bald.in consi.
261.incip. proponitur.in.iij.vol. ꝙ de iure nemo potest ha
193 bere iurisd. †nisi ex concessione vel permissione,Impera-
torum vel pontificis intellige. Et ideò Papa & Imperator
sunt duo scaturientes fontes & inefficabiles à quibus omnis
iurisdi.in alios inferiores tanq̃ riuulos emanat,ita Bald.in.d.
c.bonæ.& in.c.1.quis dicatur dux,marchio,vel comes.Vl-
timò not.ibi itaq; in ciuitate nostra (epilogus est.n.eorum
194 quæ antè tradita sunt) optimum argu.† vt quum sermone
prolixo aliqua retulimus concludamus in fi.epilogando, &
eorum quæ narrata sunt conclusionem sub compédio po-
nendo,vt hic fecit Pompo.cuius actio nostra debet esse in-
structio.l.& hoc Tyberius Cæsar.ff.de her.inst.septem igi-
tur epilogando dicit Pomp.cóstituitur iuribus in vrbe Ro.
ant.l.12.tab.aut iure.ciuili quod sine scripto in sola pruden-
tum interpretatione consistit,aut legis actionibus, aut ple-
biscitis,aut honorario iure, aut senatusc ó.aut principalibus
constit . Prudentum interpretationem nó intelligas respon
sa pruden.de quibus in.§. responsa prudentum.instit.de iu,
natu.hęc.n.à iurisconsul.dabantur quibus potestas à Cęsarę
erat de iure respon. quæ in scriptis redigebantur vt posteà
dicit.illa autem interpretatio prudentum, mox post decem
viros multa ætate ante Cæsares sine scripto emersit, error
ergo est secundum Zas.sub alteris alteros intelligere.Et per
hunc tex.dixit Barb.in.c.fi.col.antep.de fo.cóp.& in consi.
4.col.vj.in.j.vol.ꝙ abolito tit.regis,non aboletur vigor suę
195 l. † quia licet Ro.Imperium esset in Cæsarem translatum,
non tamẽ erant abolitę.ll.pop. Ro.vt hic patet. sed hic tex.
nihil facit quia vt diximus per dictã translationem nó erat
annihilatũ Ro. Imperiũ . de veritate dicti alibi scripsimus.

Ex §. post originem.

Magistratus an fuerint ante iurisd.nu.196.
Iurisdictio an sit de iure ciuili vel gentium.197.
Parum esset iura in ciuitate esse, nisi pariter essent qui illa redderent.num.201.
Causam perdit quarens defensionis copiam parti subtrahere.num.204.
Quando liceat ius sibi dicere in defectum Iustitia.206.
Ciuitas non potest stare sine iurisperito.208.
Romani annis sexcentum medicis caruere.209.
Inuectiua contra prauos aduocatos & causidicos, & quantum extollantur boni etiam doc.legent.213.

Sequitur interpretatio in.§.post originem.

In principio istius secúdæ partis principalis vsq; ad versi.
quod ad magistratus.facta continuatione dicendorũ ad su-
periora exponit Pomp. quid facturus sit vsq; in finẽ.l. Not.
196 hic Ang.iurisdictionẽ fuisse primũ, † & iurisd.originẽ post
modum magistratus, quod scire ait expedire vt cognosca-
mus an ab offic.iurisd.differat. Vniuersalis inquit iurisdi. de
qua in.l.littora.j.ne quid in loc.pu.fuit antequã essent magi
stratus,sed postquam iurisdic. fuit ab vniuersali iurisdic. di-
stincta,tunc prius fuere magistratus. & cuilibet attributum
offi.suum , vnde dicit ꝙ offic.est facti & in facto consistit.
ex quo oritur distincta iurisd.Sed hæc distinctio est contra
text. in superioribus & natura docet,vt prius lex detur,po-
steà magistratus eligantur, vt voluit Christoforus Land.su-
per illud poetę.Iura magistratusq; legunt sanctumq; Sena-
tum. Errore etiam labi videtur Angel.dum intelligit iuris-
dictionem esse quid vniuersale,immo dicitur quid genera-
le sub se comprehendens species in quarum qualibet reprę
sentatur,vt patet ex Bald.in perusina repe.l.edita. col.ix.C.
de eden.dum vim termini vniuersalis,generalis & particu-
laris exponit,& probatur in.l.pe.ff.de offi.eius. quod sequi-
tur Taur.in.l.j.fo.19.colu.iij.versic.sed tamen in prædictis
illo tit.de offi.eius improbans Dec. ibi sentientem id quod
Ange. hic in hanc sententiam concurrunt Mod.portug.in
repe.l.Imperium.col.12.cum seq.infra.de iur.om.iud.& ita
quoq; sensit Bart.in.d.l.j.in.j.quæstione, quamuis de Ang.
hic non sit mentio in locis prædictis.Dixit quoq; Bald.in.l.
197 j.supra tit.proximo, † ꝙ licet iurisdic.magistratuum sint de
iure ciuili per tex.nostrum,tamẽ regnũ iurisd.non.& sic ipsa
iurisdictio in genere fuit introducta de iuregentium natu-
li quodam instinctu poscente vt inter homines sint princi-
pes & superiores,qui cæteris pręsint,& maleficia coerceát,
198 quod adeò naturale est,vt etiam grues & apes,† regem ha-
beant.c.in apibus.7.q.1.faciunt quæ post Bald.& alios scri-
bit Aquen.in.l.ex hoc iure.col.j.& seq.supra.tit.j. Et est iu-
risdictio magistratuum vt dixi in.l.j.j.de iur.om.iud. pote-
199 stas de iure ciuili introducta, † cum necessitate iuris dicédi
& æquitatis statuendæ , & latè ibi tractant docto.quæstio-
nem Ang.hic de differentia iurisdictionis ad officium, vbi
etiam inuenies ꝙ officium non in facto consistit, vt dixit
Ang.sed in potentia faciendi, quod maximè probat illa lex
prima prout ibi induximus. Secundò notat Zasius ibi effe-
ctus rei accipitur, rem politicam non alio vigere effectu,
200 †quam præsidentibus qui iura sequantur. hoc est quod di-
citur legis virtutem esse Imperare.l.legis virtus.j. titu.1.&
ex sequentibus iuriscon.mentem suam clarius aperit. Ter-
201 tiò not.ex eo.tex. † parũ esse si sint in ciuitate iura,nisi exi-
stant qui reddant. concordat Philoso.6.polit.qui dicit nihil
prodesse de rebus iustis iudicia & sentẽtias dare, nisi essent
qui eas executioni mandarent.& hunc tex.dicit Alb.de ros.
202 hic solere per aduocatos citari , † quando executionem vel
quid aliud à magistratibus petunt.concordat tex.in cap.vbi
periculum in.§.præterea de electio.in.6.& in.c.vnico in.§.
& quoniã de statu reg.eo.lib.& Azo. in summa.C.de exec.
rei iud.in principi. Sic in simili dicitur parum esse quẽ mitti
203 in pos.† nisi missus defenderetur. le.j.in.§.j.ff.ne vis fiat ei.
durum esset ergo & graue ciuitatem esse sine rectore,facit
tex.in auc.de man.princ.in prin.immo stare non potest iu-
dice Philoso.poli.iiij. Infert ex tex.nostro Bal.ad auferen-
tem alicui iudicem , vt dicatur effectualiter ius & iustitiam
auferre,Idem in subtrahente aduocatũ,quo carere,est ma-
204 gna parte defensionis carere,†.l.aduocati.C.de aduo.diuer.
iud.notat Ias.in.l.fi.ij.j. de fer.pulchrè magis Dec. in.l.j.C.
de rep.bo.po.Hinc est ꝙ talem aduocati subtractioné quę-
205 rens perdit causam,eo ꝙ dicatur voluisse,† parti defensio-
nis copiam auferre,tex.est not.in.l.prouidédum in fine, vbi
Aret.not.C.de postul.circa quod plura congerit Fely.in.ca.
intimauit col.fi.de testi.& in.c.cũ causam col.11. vbi Abb.
col.antepen.eo.titu.& Mod.Bonon.in rep.rub.C.de prob.
col.39.cum sequen.Colligit etiam ex hoc tex.Bald.ꝙ licet
in ciuitate nullus sit rector , nequit tamen propria quis au-
ctoritate sibi ius dicere,quod necessariò hic non euincitur,
quum non possint omnes auctoritate propria facere sibi
ius,vtpote humiliores contra potétiores, & pleriq; nollent
etiam si possent ad euitandũ scandala, ita ꝙ verè parũ esset
ius habere nisi in loco essent qui ius redderent & iustitiam
admini-

administrarent. In defectum tamen omnimodæ institiæ
206 † licitum est sibi ius dicero. Car. in clemen. vnica. de sequel.
pos. & fru. in versi. siquis autem in prima oppo. Fel. in. cap. j.
col. vj. &. vij. de iudi. Signo. consi. 75. col. vij. versic. venio ad
207 octauum. † & dicit elegāter Ino. in. c. olim. el. j. de rest. spol.
licitum esse propria auctoritate furtiuè & clam rem debi-
toris mei mihi surripere, quando mediante iustitia nequeo
consequi debitum, quod subintellige dummodo non dubi-
tetur de scandalo, vt per Alex. pulchrè in cōsi. 135. in. j. vol.
& Car. Alex. in. c. ius gentium col. ij. in. j. dist. decre. Quartò
208 not. ciuitatem stare non posse sine iurisperito, † per quē in-
dies posit ius in melius produci. faciunt quæ diximus su-
pra in prin. l. in vers. posteà nedintius, super illis verbis vt ci-
uitas fundaretur legibus. & faciunt de hoc text. festum doc.
in cap. clerici de iudi. in illa quæstione de præcedentia doct.
iuris, ad doctores artium & medicinæ. nā sine medico be-
ne potest stare ciuitas, immo vt ex Plin. colligitur melius &
sanius, scribit enim lib. 29. Romanos annis sexcentum ca-
209 rere voluisse; † quibus iterum receptis rem in deterius dari
inuenere. & dicebat Strabo lib. 6. quibus plures superessent
medici eis permultas adesse ægritudines, propterea Soc. (vt
Plato scribit) vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur.
210 Peritia autem de qua in text. nostro, † iudice Zasio, hic ex
multarum rerum inuestigatione. si quidem iurisperitus non
solum vniuersum ius ciuile (hoc. n. necesse in primis est) ve-
rum etiam philosophiam presertim moralem, artes diale-
cticas, oratoriā, & vel maximè latinæ linguæ proprietatem
perspecta habere debet & cognita, quod cum plurimis &
pristina nostra ætate viris alioquin non indoctis deſidere-
tur, viderint ipsi si forte parum ex iusto iurisperiti sint appel
211 lati. † Nos ista vel maximè conducere & ingēu esse orna-
mento iurisperitis ingenuè fatemur, sed necessario requiri,
vt Zasius exigit, non recipimus, huius rei fortissimum est
argū. q̄ Accursius & Bar. eminentissimi iurecōsulti fuere,
212 † qui tamen à bonis literis seu (vt aiūt) à literis literatis fue-
runt alieni, & nudi penitus à dictionis elegantia, nec. n. fan-
di sed iudicandi præcepta versamus, & meminisse conue-
nit Antonianę sentētiæ alibi celebratæ ab ipso Zasio, iuris-
peritos magnarum rerum prudentia magis quam dicendi
arte clarescere, nam pro sententia Plat. in lib. de. ll. ciuilis sa-
pientia & cognitio in recti & boni scientia versatur, de ho-
nesto & iusto bonoq; cōsulere, quod & ipsum voluit iuris-
consul. in. l. j. supra de Iusti. & iure. dum ait boni & ęqui no-
titiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab
illicito discernētes, & pro sententia Specula. in tit. de aduo.
debet iurisperitus esse cautus in cōsi. in patrocinio fidelis, &
in iudicio iustus, quiā de talento redditurus est rationē. In-
213 dignam hercle iurisperito rem alibi existimauit, † Zasius,
ob mercedū speculam omnia cirūuolatire fora, perstrepe-
re, vociferari, forensiq; eloquētia quā veteres caninam fa-
cūdia in nuncuparūt, mutuis sese latratibus impetere, Deos
fatigare & homines, maximè in causis iniustis, quæ tamen
iniquorum aduocatorū pascua sunt. quos Pla. accipitres pe-
214 cuniæ appellauit. † hi. n. philodici non iam detondere clien-
tes, sed deglutire, & totos vorare cupiunt, securi quem litis
euentum fortuna ferat, dum depilarint & exossarint, quos
defendēdos susceperant, eo maximè salui putandi si modi-
cos saluos relinquant. quē venādi vel potius prędandi vsum
quis non inhumanum insociabilemq; nominauerit? Et quę
paulo ante vt honesta defenderant, mox si lucrum suadeat,
versutijs suis subuertunt. Solis & iustitię oculos frustrantur,
calūniantur, tergiuersantur, cauillantur. vt lites trahant, dif-
ferant, augeāt, & vt causas pessimas facie honestatis induāt.
iuxta glo. l. quod si nolit in. §. si mancipium infra de edilitio
edicto. Cor. tacitus libro. 15. nihil publicæ mercis tempore
Clau. tam venale fuisse scribit, quam aduocatorū perfidiā.
quippe Suillius clientis sui iura nequissimus præuaricator
prodidit, à quo tamē quadringenta millia nummorum ac-
cepisset. Quapropter Plat. causidicos vrbe pepulit qui nihil
se indignum existimant vt lucrentur, vt scribit Iacob. faber
in hecatonomijs, Istam igitur nequitiæ prædā quæ ad ne-
cem alterius pro gladio fuerit, & pro tello, nemo sanus non
detestabitur, quisquis sapiet declinabit, Vulcano geniti sunt
quum quicquid tangunt adurant. Turius quātumuis clarus
orator forum tamen odisse scribitur, eius. n. potentia sicuti
est inuidiosa & tota sordida, ita limen securiatis fuerit, teste
Seneca abstinuisse foro. Cæterum de quibusdam nebulo-
215 nibus præcedentia dicta intelligas, † iustos. n. causarum pa-
tronos qui probabili fine laborantibus subueniūt, omni ho
nore dignos putamus. Laudabile enim vitæque hominum
necessarium est aduocationis officium, vt dicit Imperator
in. l. laudabile. C. de aduoca. diuersorum iudicum. Hi enim
dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis viri-
bus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata
reparant, non minus prouident humano generi, quā si pre-
lijs ac vulneribus patriā parentesq; saluarent, gloriosa voce
laborantium spem, vitam, & posteros, defendūt, testes sunt
serenissimi Cæsares in lege aduocati. C. de aduoc. diuerso-
rum iudicum. Vnde dixit Hostiensis in principio summæ
216 suæ col. iiij. q̄ recti iudices & aduocati, † vtentens legibus
prout debent, meliorem vitam faciunt, quam fratres præ-
dicatores, vel alij religiosi, quod dictum sequuntur Alberi.
& Iason in. l. j. in principio supra titulo. j. an tamen omnes
admitterēt dictam propositionem nescio, nec eam firmo,
& à prædictis non disgrego, nec disiungo bonos procura-
217 tores, † & causidicos, maximè huius vrbis quorum offi-
cium necessarium pariter est & laudabile & honestū, non
autem vilibus officijs adnumerandum, & inserendum ar-
bitramur, licet nō ignoremus quid dicant Accursius in. l. si
quis procuratorem per illum text. C. de decur. libro. 10. &
Aret. in. §. fina. post Fab. insti. de excep. Veruntamen supra
omnes constituo doctores legentes in studijs approbatis
qui non minus merentur quàm sacerdotes & prædicato-
res secundum And. de in ser. in procæ. seu. alleg. illud Daniel.
12. c. qui ad iustitiam instruunt multos, fulgebūt sicut stellæ
in regno Dei. Quintò not. ibi in melius produci arg. secun-
dum expolitum Zasium contra verbosos quorundam com
218 mentarios, † in quibus plurima inuenias per quæ tantū ab-
est vt iura in melius producantur, vt etiam periculum sit ne
purissima iuris ciuilis sanctitas plerisque in locis pernitiosè
proteratur. Volgāgius (dicit ipse) Fabritius Capito, theolo-
gus doctrinis laudatissimus, in libro hebraicarū institutio-
num magnam ingenij pestem commentariorum molem
esse putat, & alibi sæpe idem cōqueritur, q̄ sint hodie non-
nulli tenebriones qui sanctissimam iuris ciuilis scientiam,
219 quam ne ex vestibulo vnquam salutarunt, † in vulgare ag-
gressi, corruptelis prophanant, sanctissimam Philosophiæ
vestem vt est apud Boetium, dilacerantes. quod equidem
grande iudico esse piaculum nullo vnquam nec sulphure
nec teda expiandum.

Ex versic. quod ad magistratus. l. ij. ff. de orig. iur.

De magistratuum materia. 210. cum seq.
De ord. & gradibus magistr. 230.
Opinio communis ouium gregi comparatur. 241.
Illustris. & superillustris an idem signent. 244.
Rex an sit de gradibus magistratuum. 249.
A sententia regis non appel. 255.
De tribu. Celerum & pręfec. prætorio. 258. & 263.
De Bruto. nu. 267.
Vnus non est numerus sed principium. 268.

Sequitur versi. quod ad magistr.

De Rege & tribuno Celerum in hoc versi. agitur Quià
de magistratibus in præsentiarū habendus est sermo. bene
est, benę cōuenit pauca prius de significatione vocabuli re-
220 ferrè, † vt nos instruit tex. in. l. j. ff. si cert. pet. magistrare vt
inquit Festus est moderari, vnde magistri non tantum ar-
221 tium doctores, sed etiam pagorum, societatum, † collegio-
rum, equitū dicūtur: quia omnes cęteris magis possunt, vn-
de & magistratus qui Imperia potentiores quā priuati sunt.

In

In magnis autẽ rebus singuli magistratus ad singula sunt de-
putandi, quũ melius singula curentur, si in multis cura nostra
non distrahatur. teste Philo.pol.iiij.ad fina. vbi subiungit ꝙ
permittere illis magistratus qui neq; opes habent, neq; vir-
tutis existimationem, nequaquam est tutum propter iniu-
stitiam & ignorãtiam, propter quas in quibusdam iniuria-
rentur, in quibusdam errarent. Item in omni repu.magi-
stratus in quibus ius auctoritasq; reipub. consistit, his solis
qui sunt ex republ. committi debet Philo.5.polit.qui & in.
ij.ait, oportere volentem & nolentem ad magistratũ assu-
mere si eo sit dignus. concordat glos.in.l.dotem.ff.sol.mat.
Bald.in.l.ij.ff.ꝙ quisq; iuris.plenè Fel.in rub.de testi.cogen.
Pytaci mitheleneí sententia est, principatus virum indicat,
vnde est adagium. vis nosse cuiusmodi sit homo, cõmitte
Imperium, celebrat in suis adagijs magnus Erasmus homo
ad amussim & perpendiculum formatus. Et optimè putat
Cic.teste Pomp. leto in.c.de legibus magistratuum esse le-
gem loquentem sine quo ciuitas stare non potest. vt dixi-
mus in præcedenti ver. & dicitur iusti custos ab Arist.in.5.
Ethichorum. Nec omittendum videtur bimembre præce-
ptum M. Cat. vel oraculum potius ad magistratum perti-
nens, magistratum & iudicem dictitabat, nec de obtinen-
do iure orari oportere, nec de iniuria exorari, grauem quoq;
seuerum & constantem sese præbebit, hoc.n.institia cuius
se antistitem esse nouerit maximè efflagitat, & obsequio-
sus circa aras tantum (vt dicitur) esse debet: adde & illud ex
sentẽtia Platonis neminem magistratu dignum esse qui li-
benter gerit magistratum. Non putes tamen in præceden-
222 tibus me subintelligere, † peregrinæ virtuti claudendũ ad
magistratum aditum, contra præceptũ Liui.in.iiij.ab vrb.
condi. Romani.n. tantopere alienigenas fouerunt, vt pe-
regrini Romæ regnauerint, vt Claudia gens ex Sabinis
in patritios cooptata sit, vt Portij tusco, Coruncani cameri-
no, in senatum asciti sint, vt Cor. Balbus maior homo ex-
ternus, & in extremo oceano genitus, hoc est Gaditanus ad
fastigium consulatus aspirauerit, dum ergo nullum fastidi-
tur genus in quo eueniret virtus, creuit Rom. Imperium si
223 Liui.præcitato credimus. † Est tamen summopere in crea-
224 tione magistratuum considerandum, quum sit, † in magi-
stratibus collocandis vix emendabilis error. qui magistra-
tus an sit principaliter onus vel honor, ponitur per Dec.in
c.vt debitus de apel. In his magistratibus ius publicũ, & pu-
blica consistit vtilitas, etiam respectu vniuersi. vt per Soz.in
l.j.col.ix.ff.sol.mat. Præmitte etiam ꝙ non dicitur magistra
225 tus, † nisi sit quis ordinarius, non autem si sit delegatus.le.j.
in princ. & ibi nota. Pau. de Cast.infra si quis iusd. non ob-
tem. Alex.in.le.eum qui infra de iur.om.iud.& citant aliqui
tex.nostrum in ista.ij.parte.l.ad id propositum. Quis autem
226 † diceretur magistratus pop. Rom. videas per Dec.in rub.
de offi.dele.col.iij. Item præmitte ꝙ sicuti duo sunt soluere
& ad diem soluere.leg.celsus infra de arbi. Ita duo sunt esse,
227 † magistratum & esse de maioribus. Bar.in.l.j.in..ij.euidẽ-
tiali.j.de offi.eius. Nomine tamen & appellatione magistra
tus veniunt maiores qui simpliciter dicuntur magistratus
per anthonomasiam secundum præfatos Mod.ibidem fol.
29.col.ij.allegantem Zasium ita volentem supra in prin.l.in
versi.eodem tempore per illum tex.sed iustud nos non ad-
mittimus, tenẽtes appellatione magistratuum intelligi tam
228 de minoribus quàm de maioribus, † quũ omnes vtiq; ma-
gistratus sint plusq; & minus non faciant differre specie.le.
si.ff.de fun.instr. Et ideò appellatione ordinarij venit om-
nis ordinarius, non solum maior vt per Dec.pulchrè in.ca.
post cessionem col.j. de prob.limitantem quando ratio su-
biectæ materiæ aliud suaderet. Rectè itaq; iuriscõ.in versi.
eodem tempore, appellat prætores, de quibus ibi est men-
tio, magistratus. quum vtiq; sint, sed tamen & alij etiã sunt,
& veniunt sub vocabulo magistratus, quamuis sint mino-
res, etiam si per anthonomasiam magistratus capere debe-
remus, nõ de prætoribus vt Zasius ibi voluit intelligere sed
de maioribus & primis, & pro opi.mea est tex.in.l.vnica in
prin.ff.si quis ius dicen.non obten.frigidè.n.& ineptè Vlpi.
ibi exciperet duũuiros infimos magistratus à positione ma
gistratuum si de maioribus tãtum sermo intelligeretur. Ad
idem.l.j.in versic. quæ vero iure magistratus cum ibi no.ff.
229 de offi.eius cui man.est iuris. Item præmitte, † ꝙ in magi-
stratus non admittebantur nisi ciues Romani, i.subditi im-
perio, quapropter vt est apud Amianum libr.17.inuectum
est in Constantinum qui quosdam Imperio Romano non
subditos ad consulatum promouisset, sub Cæsaribus.n.crea
tio magistratuum ad curam principis non vt antea ad po-
populũ pertinebat.l.j.ff.ad.l.iul.de ambitu.& de iure feren-
di suffragij in creandis magistratibus aliqui cũ populo Ro-
mano habebant, vide Alciatum lib.2. dispũ.c.21. Inuesti-
gandum est hic non impertinenter de ordinibus & gradi-
bus magistratuum, qui iudice Bart.post.glos. sunt quinque,
superillustris, illustris, spectabilis, clarissimus & infimus, seu
simplex magistratus. & hæc est communis scribentiũ sen-
330 tẽtia, † vt per Ias.& Dec.in.d.l.j.col.j.j.de offi.eius. Cõtra-
231 riam tamen opinionem videlicet, † ꝙ non sit dare gradum
superillustrium tenuerunt multi, quos refert ibi Alex.super
glo.tribuuntur, vbi Rimi.sequitur & Aquẽ.col.iiij. Moder.
tauri.& Moder. portugal. in repetitione.l. Imperium colu.
21.& sequẽ.infra de iurisd.om.iud. & Alciatus. lib.3.dispũ.
cap.4. Mouentur primo per.§.illud. in auct.appell. & intra
quæ temp. vbi dicitur quod antiquitas ita magistratus con-
stituit vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, ex quo
euidenter licet colligi non esse quintum gradum superil-
lustrium, alias Imperatoris distinctio ibi approbata minus
bona esset. Aquen.ibi col.iij.respon.ad illum tex. ꝙ enume
rantur ibi solum magistratus qui habent exercitium Impe-
perij & iuridictionis, & sic excluduntur superillstres, qui li-
cet habeant maiorem dignitatem, non tamen habẽt exer-
citium contentiosæ iurisdictionis. Et pariter excluduntur
infimi, quasi non sint computandi cum alijs, quæ solutio in
omni parte aliena est à veritate. Legitur enim cõsequentia
glossatoris super.l.illicitas.§.qui vniuersas in verbo tribuũ-
tur infra de offi.præsi.& in.l.j.super verbo tribuuntur infra
de offi.eius, approbata ibi per Bar.& communiter doct.in
tertio euidentiali. Bar. ꝙ merum Imperium competẽs cla-
rissimis multo fortius competit illustribus & superioribus,
quum absonũ alioquin esset plus posse minores quàm ma-
232 iores magistratus, estq; intollerabilis error credere, † con-
sulem non habuisse merum Imperium, vt demonstrat vr-
gentibus legibus Alex.super.d.gl.tribuuntur.& ex historijs
233 luce clarius apparet, † adeò quod ex iusto Alex.ibi dãnet gl.
in.l.j.j.de offi.consul. volentem consules voluntariam tan-
tummodo habere iurisdictionem, prout etiam fecit Seue-
rinus in repeti.le.Imperium. in.10.quæstione.nec id tacuit
Zasius infra super versi.quũq; consules, dicens certũ esse ex
historijs consules in inuitos quoq; iura reddidisse.nec enim
ignotum est Marium fanniæ super dote. Cinnã porro alijs
ex causis ius reddidisse Plutarcho auctore, sed an solos vel
cum iudicibus res in ambiguo est, quamuis de prætore con
stet eum iudices adhibuisse vt infra dicetur. Subdit tamen
Zas.nisi fortè doctorum assertio de eo intelligatur consula-
tu qui sub Imperatorum manum redactus est.nam eo loco
non inficiamur, administratione caruisse consules, vt ex Ma
mertino discimus, qui Iuliano Imperatori congratulatus de
234 consultu, † inter alia dicit. in administrationibus laborem
adiungi honori, in consulatu honorem sine labore suscipi.
In consulatu ergo vetustiore qui popul. Roma. adhuc libe-
ro intactus viguit, procedat quæ de Imperio & cõtentiosa
iurisdictione in consulibus dicitur, in consultu recentiore,
& temporibus Imperatorũ vigente, procedat quod dicunt
docto.de voluntaria iurisdictione.& verè glo. in.d.leg.j.de
offi.cõsu.si rectè ponderetur loquitur in istis terminis, dum
ait, no. ꝙ cõsul voluntariam tantum habet iurisdictionem,
olim merum Imperium, quæ tamen consideratio confun-
ditur per.l.li cui libertas cum ibi not.per Imo.ff.de cond.&
demonst. quæ loquitur de consulatu sub Imperatoribus.
235 † & tamen vult eos habuisse cõtentiosam iurisdictionem.
E diuerticulo in viam redeundũ est, & confutanda secunda
pars

pars ſolutionis Aquen.ad prægalle.§.illud, dum ait,excludi
infimos quaſi nõ ſint computandi cum alijs.quamuis enim
236 dicantur infimi reſpectu aliorum, † tamen non negligun-
tur, ſed & ipſi honorantur,quum ſint in magiſtratu & ſic in
honore.l.honor.ff.de mune.& honore.ſecũdum tauri.in.d.
leg.j.in.vlti,gradu magiſtratuum.Melius ergo ad illum tex.
poteſt reſponderi,vt per Deci.in.d.l.j.col.j.ꝙ illa diſtinctio
eſt generalis, quæ non excludit aliam diuiſioné magis par-
ticularem; & medij dicuntur magiſtratus omnes qui clau-
237 duntur inter duo extrema, † etiam quod non ſit æqualitas
diſtantiæ extremorum cap.non ſolum de appel.in.vj.plenè
not.Dec.in.c.1.in.4.not.de proba. Secundò inducunt præ-
fati fortiorem text.pro opi.ſua,in.l.præcipimus ante fin.C.
de appel.vbi ab illuſtribus appellatur ad principem,ſi ſuper-
illuſtris gradum faceret ad ſuperillu.appellandũ eſſet,quum
ſint appellationes de iure ciuili gradatim interponendæ, vt
in prædi.l. præcipimus de appel.non autem ad principẽ qui
gradum non facit ſecundum veram opin.ex quo colligitur
non dari gradum ſuperilluſtrium.reſpon. ꝙ loquitur in de-
legato illuſtri dato à Principe,ideò nimirũ ſi ab eo ad Prin-
cipem appellatur, quia à delegato ad delegantem per viam
appellationis recurritur.l.j.& ibi traditur.ff.quis & à quo. &
ſentit glo.fina.in.d.l.pręcipimus. Tertio mouentur præfati
ſcribentes,quia communis opinio iure non probatur,ergo.
nam ad illam rub. vt ab illuſtribus & qui ſuper eam dignita
tem ſunt, reſpondent nõ dicere tales qui ſunt ſuperilluſtres
appellari ſuperilluſtres. vnde ſtat ſimul quod aliqui ſint ſu-
per eos & anteponantur,non tamen habeát gradum digni-
tatis qui ſuperilluſtris appelletur,eſt.n.inter gradus eiuſdem
238 dignitatis dare ſuperioritatem & inferioritatem. † Dictio
ergo ſuperilluſtris vt dicebat Gul.de cu.relatus ab Alex.ſu-
per gl.pręallegata.xvj.tribuuntur,denotat ſolũ pręeminen-
tiam quandam & adiectionem dignitatis ad alios illuſtres,
arg.l.j.ff.de albo.ſcriben.ſequuntur Moder.taur.in.d.l.j.col.
ij.dicentes quod inter illuſtres adminiſtrãtes reperitur ma-
239 ioritas,† vt inter cancellarium præſidem conſilij, & colla-
terales ſupremi conſilij Principis noſtri, & tamen non eſt
ibi diſtinctio maioris gradus,quum idem ſit conſiliũ, ſicut
& pariter in collegio Cardinalium contingit. facit in ſimili
quod dicitur in.l.pen.infra de ſena. de adiectione domicilij
ſenatoris.Alias dum interpretaremur.d.l. defendẽdo com-
munem opi.inducebamus pro ea tex.in.d.auc.vt ab illuſtri-
bus & qui ſuper eam dignitatem ſunt, iuncto tex.in.§.fina.
auct.de appe.& intra quæ tempo.dum ait quibus apices di-
gnitatum ſuper ſpectabilititatem ſunt.vbi illi dicuntur eſſe
ſuper ſpectabilitatem,qui ſunt in gradu ſuperiori ad ſpecta
biles, vt ſunt illuſtres vt ibi dicitur,ergo pariter illi dicentur
eſſe ſuper dignitatem illuſtrem, qui inſuperiori gradu ſunt
conſtituti,aliter & ſecũdo inducebamus illum tex.quia niſi
illa verba & qui ſuper eam dig.ſunt importarent ſuperiori-
tatem in gradu ſuperfluerent, li.n.de illuſtribus tantum lo-
queretur, ſatis fuiſſet dicere vt ab illuſtribus cauſæ ciuiles
per procuratorem dicantur, comprehenderentur namque
omnes in eo gradu exiſtentes ſuperiores & inferiores, ad-
dendo igitur illa verba & qui ſuper eã dign.ſunt, ſignificare
videtur loqui voluiſſe de exiſtentibus in ſuperiori gradu,&
ſic de ſuperilluſtribus in gradu ſuperiori. Niſi reſpõdeas ad
primam ponderationem ꝙ tex.in.d.§.fin.in auct.de appel.
expreſſe loquitur de illuſtribus quorum apices dignitatum
dicit eſſe ſuper ſpectabilitaté,de quibus nõ eſt dubiũ ꝙ im-
portant ſuperioritatem in gradu quum clariſsimum ſit illu-
ſtres dari & facere gradum ſupra ſpectabilitaté,ſed in pro-
poſito noſtro dubium eſt quod maximè torquet doctores,
an ſuper illuſtrem dignitatem ſit dare ſuperilluſtrem, quæ
gradum ſuperiorẽ illuſtri conſtituat, ideò neceſſarariò non
infertur ꝙ verba prædicta ſuper eam dignitatem ſunt, im-
portent ſuperioritatem in gradu, quum vt diximus poſsint
importare ſuperioritaté in eadem dignitate,ſeu gradu eiuſ-
dem dignitatis,& ita ſonare vidẽtur verba ipſa. Nec obſtat
quod de ſuperfluitate obijciebamus,quia reſp.non eſſe ve-
rum.poterat.n.fortè quiſpiam dubitare, an qui ſunt in gra-
du illuſtrium, vtrum preeminentiam quandã honoris ha-
bent ad alios illuſtres,& ſic ſuper alios ſunt, poſſent litigare
per ſe in cauſis ciuilibus quod ibi remouetur prohibẽdo id
fieri,prætereà ſi valeret tale arg.multo fortius dicendũ eſſet
dari ibi vitium ſuperfluitatis, intelligẽdo de ſuperilluſtribus
in gradu ſuperiori, quia ſi prohibentur illuſtres ob eorũ di-
gnitatem in cauſis ciuilibus per ſe litigare, fortius id intelli-
gitur prohibitum in ſuperilluſtribus exiſtentibus in primo
loco eiuſdem dignitatis,facile igitur impugnari poteſt opi.
Bart.& communis quæ conſtituit quintum gradum magi-
ſtratum ſuperilluſtrium,maximè etiam vt quia dicũt Mod.
dictio eſt non ſatis latina nec à bonis auctoribus recepta,
nulla eſt in iure lex ſi nõ fallor quæ de ſuperilluſtrib. loqua-
240 tur. † Et certè ſi eſſet talis dignitas ſuperilluſtris nuncupata,
nonne Imperator in. 12.lib.C.vbi amplum de eis dignita-
tibus tractatum fecit, de ea prout de illuſtri & alijs mentio
nem habuiſſet?hercle ſic,& ſi etiam poſiti per communiter
ſcribentes in primo gradu ſeperilluſtrium eſſent ſuperillu-
ſtres,nonne aliqua appareret lex quæ ſenatorem, vel patri-
tium,aut conſulem ſuperilluſtrem nuncuparet? certé ſic,&
tamen nulla eſt,immò iura pręſcriptos magiſtratus illuſtres
tantum appellant, ex quo manifeſto argu.licet euinci ipſos
eſſe tantum illuſtres,& in primo gradu,recteq; ob id à no-
ſtris legibus illuſtres nuncupari.Ad.l.fi.ff.de ſenato.per quã
Alex.in.d.l.j.colu.iiij. tenuit dari quintum gradum ſuperil-
luſtrium,quia alias ſatis fuiſſet facere de illuſtribus mentio-
nem,reſpondeo nullum eſſe ibi de ſuperiluſtribus verbum,
ſed loquitur tãtummodo de illuſtribus, quia illa dictio vſq;
ſtat incluſiuè,vt ibi per gl.& ſic vſq; ad omnes illuſtres de-
ſcendunt.i. à præfatis conſulibus patritijs & omnibus alijs
illuſtribus.& illi.l.nouum accõmodauimus intel. & verum,
ſupra in prin.l.in verſic.ſi.dum egimus de ſenatu & ſenato-
ribus. Vides itaq; communem opinionem doctoꝝ in quæ-
ſtione prænarrata ſine.l.& ſine ratione eſſe, quo in loco ex
241 clamare poſſes id quod infra circa fi.l.Zaſius, † fit inquit vt
communes opiniones non ex veritate ſed velut ex fauore
conſpirato eorum prodeát, quorum doctrinas etiã ſi textu
aliquo iuris non fulciantur, tueri pergimus nonnunquam
etiam negligentia in cauſa eſt, vt dum quæ ab alijs ſcripta
ſunt ſine altiore inquiſitione,alijs tradimus.& illi alijs,& ita
deinceps facilè euenit vt communes opiniones oriantur,&
ſic vt olim in paleſtris primus curſu defatigatus lãpada ſe-
quẽti dedit,& ille alij,ita ſit vt apud pleroſq; doctores con-
ſulta eorum non tam ex animi ratione veriſq; fundamen-
tis,quã ex alienis vocibus colligantur. Iaffredus inquit Paſ-
242 ſerius,† clariſsimus.I.V.doctor fiſcalis Sabaudiæ Principis
nobis nuper Raphaelem allegabat qui communes opinio-
nes ouium gregi comparet, eo.n.vniuerſum gregem ten-
dere quo prima ouis curſum direxiſſet.idem voluerũt Dec.
in conſi.481.colu.fina. & Curt.Iunior conſi.63.vbi dicunt
doct. noſtros aues imitari, quæ omnes primam volantem
ſequuntur,tenenda igitur,non eſt communis opinio quãdo
melioribus rationibus conuincitur,vt etiam per Fely. in.c.
1.in vltimis ſol.vbi etiam per alios Canon. de conſti. & per
Neuiza,in ſylua nuptiali char.19.cum ſeq.plures caſus enu-
merantem in quibus non curatur de cõmuni opinione, vbi
pariter docent præfati ſcribentes viam & modum cogno-
ſcendi communes opin. de quibus etiam per Salomonium
in.§.reſponſa prudentum fol.vltimo inſt.de iur.natura.hen.
243 & ciuili.† accedant ad confirmationem pręedictorum quæ
eleganter ſcribit Lactan.lib.ſecundo diuin.inſtit.cap.8.de-
dit inquit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam,vt
& inaudita inueſtigare poſſent, & audita perpendere. Nec
quia nos illi temporibus anteceſſere,ſapientia quoq; ante-
ceſſerunt, quæ ſi omnibus æqualiter datur occupari ab an-
teceſſoribus non poteſt,illibabilis eſt tãquam lux & claritas
ſolis,quia vt ſol oculorum ſic ſapientia lumen eſt cordis hu
mani, Quare quum ſapere.i.veritatem inquirere omnibus
ſit innatum ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine vllo iudicio
maiorum inuenta probant,& ab alijs pecudũ more ducun-
tur, ſed hoc fallitur quod maiorũ nomine poſito non putát
fieri

fieri posse, vt ant ipsi plus sapiant quia minores vocãtur, aut
244 illi dissipuerint quia maiores nominantur.† Quid ergo im
pedit quin ab ipsis sumamus exemplum, vt quum illi qui fal
sa inuenerant posteris tradiderunt, sic nos qui verum inue-
nimus posteris meliora tradamus. Ex prædictis, possumus
concludere, quòd illustrissimus non sit de primo gradu su-
perillustrium etiam data opi. Bart. pro vera quod superillu.
faciant primum gradum, & sic ante illustres: comprobo. na
tura superlatiui est, importare principatũ in gradu posito. l.
vbi autem. §. primo. ff. de verb. obli. vt etiam dicunt gram-
matici tradentes, illud exemplum Achilles fuit fortissimus
græcorum, id est inter gręcos in fortitudine primum locum
obtinebat: sic illustrissimus qui in gradu, & ordine illustriũ
præcipuum locum tenet, nõ in alio gradu, vnde qui actu il-
lustres dignitates, peragunt positi inter illustres in. l. secunda,
C. vt digni. ordo ser. libro. 12. possent illustrissimi nuncupa-
ri, illustrissimus ergo & superillustris, idem sunt secundum
opinionem pręscriptam, quòd non sit dare quintum gradũ
superillustrium, ita quòd habentes præeminẽtiam aliquam
inter illustres illustrissimi, vel superillustres nuncupari pote-
runt, sed dato quinto gradu superillustrium secundum opi.
Bart. plus importaret superillustris quàm illustrissimus, qui
in secũdo gradu cõstituẽdus esset in primis, vt habens præ-
eminentiam aliquam in gradu illustrium. Mihi etiam non
displicet consideratio Decij ad text. in. §. illo in auctẽn. de
appel. & l. fin. C. vbi sen. vel clar. cum superlat. ponatur pro
positiuo, vt etiam in alijs iuribus per Deci. allega. quicquid
dicant Tauri. quòd adiectio illa illustriss. ad præfecturã re-
ferat, non ad personam magistratus qui illustriss. non appel
latur, si enim officium præfecturæ illustrissimum esset, si-
militer officio illi præfecti, illustrissimi dicerẽtur & nuncu-
245 parentur, † quum ab officio cui dignè prę ponuntur hono-
rem capiant, & consequantur. c. multi sacerdotes. 40. distin.
facit tex. in auctẽn. de defen. ciuit. §. primo, ibi quanto qui-
libet præest melioribus tanto ipse melior est, & honestior.
quum ergo illi magistratus sint tantum illustres, vt iura De-
ci. probaot, necessaria est illa expositio superlatiui in positi-
uum prout, & alibi fit, vel etiam aliter dici potest quòd prę-
fec. præto. propter eius eminentem dignitatem magna ful-
get præeminentia. l. prima, infra de offic. præfect. prætor.
ideò quum sit inter primos in gradu illustrium, testis potuit
246 illustrissimus nuncupari. Sunt ergo quatuor, † gradus ma-
gistratuum illustres, spectabiles, clarissimi, & infimi seu mi-
nimi, potest etiam fieri bimembris distinctio secundũ Tau
rin. loco prædicto colum. tertia, quòd alij sunt maiores qui
de causis meri & mixti imperij cognoscunt, alij infimi qui
de vilibus tantũ cognitionem habent, quam bimembrem
diuisionem lego etiam fecisse Fene. in tit. de magi. religio-
ni non spectandum ait, diuidendo. alij maiores, alij mino-
res sunt, verum enim vero diuisio doctorum prescripta gra
tia clarioris & commodioris doctrinæ facta fuit. facit quod
scribit Bart. de diuisione in. l. prima colu. secunda. ff. ad mu-
nici. In sequentibus suo ordine, & secundum seriem tex. vi
debimus cuiuslibet gradus exempla, quę inuestigatio est pe
247 riculosa † quia mutata sunt omnia cum tempore, & cõsue-
tudo propter ambitionem inuertit vniuersa. Quædam ta-
men notabimus paucis fortassis cognita, quę alias super. d. l.
prima, eam interpretando in primis annis nostrarũ lectio-
num scripsimus. In text. ibi omnem potestatem. hoc verũ
est auctoritatem, nam & reipu. cura apud patres erat, vt te-
stantur Liui. Diony. Eutrop. & alij vt supra diximus ita fa-
cundus Zas. quod an procedat dicam in secundo not. In eo.
tex. ibi veluti secundum locum à regibus obtinebat, super-
248 fluit dictio veluti, sed tex. exornat. † verè enim obtinebat
trib. Celerum secundum locum à regibus, id est post reges,
est signata figura loquendi teste Zasio, vt ea præpositio pro
post vsurpetur. Plin. lib. 28. equarum virus à coitu in lichnis
accensum, i. post coitum. Noto primò ex isto text. regem
249 esse de numero magistratuum, cuius contrarium † viden-
tur velle doct. in. d. l. j. de offi. eius. in regibus non recogno-
scentibus superiorem, vt hic loquimur, quia æquiparantur
imperatori. immò fortius ius habet in regno suo, ponit De
ci. in. d. l. j. colum. tertia, & in rubr. infra de iurisdi. om. iudi.
col. secunda imperator minus rectè connumeratur in gra-
dibus magistratuum, vt communiter contra glo. & Bar. di-
xere scribẽtes in. d. l. prima, ergo, &c. facit quod scribit Le-
tus Pomp. in prima charta sui tracta. de Rom. mag. Romu
lum inquit legem tulisse vt nemo regnum aut magistratum
iniret, nisi auctor fieret Deus, ipseq; per auspicia confirma-
ri voluit, ecce regnum & magistratum, vt distincta & diuer
sa poni. Aquen. in. l. imperium colu. quinta, infra de iurisdi.
om. iud. sentiens difficultatem, dicit, hunc text. non ponere
reges sub nomine magistratuum, sed enumerare magistra-
tus, qui erant tempore regum, quæ solutio confunditur per
istum text. dum ait quòd ad magistratus attinet, constat re-
gem ab initio omnem potestatẽ habuisse, & sic in tractan-
do de magistratibus primo cõstitutos reges fuisse dicit, er-
go eos sub nomine magistratũ ponit, & si magistratus non
fuissent, vt quid occuparent hic chartas, vbi solum de magi
stratibus agitur, vt verè non innuunt, sed apertè id verba so
nant. & Fenest. sub suo trac. de magistratibus, reges posuit.
strictius inducas eius verba de sena. orig. ibi ne reges quidẽ
aut cõsules aut alius quispiam magistratus, inconsulto sena-
250 tu moliretur. Aduerte pro declaratione nouiter dico, † quod
Papa Imperator & Reges rectè possunt magistratus, nun-
cupari, non dico prout Bart. & sequaces quòd sint in gradi-
bus magistratuum cõnumerandi, quum ipsi sint supra om-
nes gradus, & à quibus alij magistratus procedunt, sed ge-
neraliter & non circunscriptiuè possunt appellari magistra-
tus à vi verbi, magistrare enim est moderari & regere, vt su
pra diximus, quod maximè conuenit prædictis, & similiter
papatus dicitur officium. cap. primo de offi. leg. in septimo,
& cap. ad apostolicæ. in princ. ibi ad apostolatus nostri of-
ficij de re iudi. in septimo, & ita posset procedere tex. noster
hic. & ad dictum Pompon. leti præall. ibi regnum aut ma-
gistratum respon. quòd illa disiunctiua ponitur inter genus,
& speciem, sicuti in illo euangelico, dicite discipulis eius, &
Petro. Petrus enim erat ex discipulis. & in rubr. C. de ser. &
251 aqua. vbi Accursi. notat.† Fortius videtur dicendum quan
tum ad istos reges Romanorũ, quod in primo ordine ma-
gistratuum connumerentur, vt facit hic Pompon. in eis,
enim nõ militat ratio ob quam excluditur, imperator à gra
dibus magistratuum, quia omnes alij procedunt, ab eo qui
252 est supra omnes, † alij enim magistratus Romani de qui-
bus hic agitur non creabantur à regibus Romanorum, sed
253 à Popu. Roman. † testis Pompo. letus sub tit. de pote. sen.
& plebis. & iurisconsult. in. l. prima. ff. ad. l. Iulia. de ambitu.
& Vale. Publicola, vt testatur Halicar. libro secundo, legem
tulit, vt qui aliter quàm à populo magistratum acciperet, sa
cer, id est execratus, & capitalis esset, concord. etiam satis
text. in. l. prima in princi. infra de offic. quæst. Male itaque
videntur scribentes in dicta. l. prima, de offic. eius æquipa-
rare reges Romanorum eo quod superiores recognosce-
bant, Regibus Franciæ, Hispanię, & similibus superiorem
non recognoscentibus, quandoquidem isti sunt perpetui,
nec priuabiles regno, vt à popu. Roman. illi priuari pote-
rant & expelli, vt dictum est supra in versicu. exactis. & in
versicu. fina. in vltim. notab. & quia illi per electionem re-
gnum consequebantur, vt per Fenestel. in titu. de interre-
gia potestate, isti per successionem, illi non constituebant,
vt dictum est magistratus inferiores, isti sic: illi inconsulto
senatu nihil moliebantur, vt dictum est, isti sic. Et postre-
mò quicquid malè sentiant omnes scribentes, in d. l. prima
reges Roman. recognoscebant superiorem, scilicet popu-
lum penes quem in substantia remanebat imperium, & fa-
cultas eijciendi reges, vt diximus, crederem tamen quòd
essent illustrissimi, excellentissimi, & similibus titulis ho-
norificis nuncupandi, quæ omnia signa tanquam noua, &
digna virò. Secundò nota. ab initio vrbis conditæ fuisse,
constitutos reges omnem potestatem habentes, de quibus,
254 & regia maiestate aliqua scribit, † Pompon. letus post alios
historicos in prima charta sui tract. reperta est regia pote-

ſtas, prout tutela virorum contra populum, quod rex ſit
ex præſtantibus per excellentiam virtutis, vel rerum geſta-
rum, teſtis Phil. politicorum.v. Hinc Iuſtinus in principio
hiſtoriarum inquit, rerum gentium nationumque, impe-
rium pœnes reges erat, quos ad faſtigium huius maieſtatis,
non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos modera-
tio prouehebat, populus nullis legibus tenebatur, arbitria
principũ pro legibus erant, fines imperij tueri magiſquàm
proferre mos erat, intra ſuam cuique patriam regna finie-
bantur. Regum primus Romanorum Romulus fuit, vl-
timus Tarquinius ſuperbus. Liuius in primo, ab vrbe con-
dita in fine libri. teſtatur regnatum eſſe Romæ ab vrbe
condita, ad liberatam annos. 244. Retulimus ſupra elo-
quentiſsimum Zaſium intelligere hunc text. de omni po-
teſtate apud regem exiſtente quo ad auctoritatem, quum
etiam apud patres cura reipublicæ eſſet, verumtamen arbi-
tror eum fuiſſe hallucinatum, quum tempore conſtituti re-
gis nondum eſſent patres, quos conſtat à Romulo creatos,
vt in ſuperioribus dum de ſenatu egimus, dictum eſt. rectè
itaque abſolutè & ſine temperamento prædicto intelliges
iſtum tex. Fateor tamen poſt inſtitutum ſenatum etiã apud
patres curam reipublicæ fuiſſe, ſine quibus, vt dicit Feneſt.
reges nihil moliebantur. Et ex illis verbis omnem poteſta-
255 tem, infert Bald. † ꝙ à ſententia regis non appellatur, quia
ſi habet omnem poteſtatem: qui eius facta reſcindat, nullũ
ſupra ſe habet, ad quod allegat etiam text. in ſequenti verſ.
ibi ne per omnia regiam poteſtatem vendicarent. quẽ not.
reputat, videnda ſunt pulchra verba Bal. ſupra in rub. proœ.
colum. tertia, & quę diximus in principio iſtius legis, in not.
dum egimus de rege probando, quòd eſt imperator in re-
gno ſuo, ab imperatore non appellatur. l. prima. ff. à quibus
appel. non ſit, ergo nec à rege. limita tamen, vt per Sozi. in
conſi. 44. colum. tertia, in ſecundo volu. Ex prędictis etiam
256 infertur, † poſſe quem regem effici licet non præſit decem
aut vndecim ciuitatibus, ſed vni tantum, vt hic in Romulo
contigit, ab initio vrbis conditæ. & not. Dec. in. l. ſi eadem.
257 colum. prima, infra de offic. aſſeſ. Tertiò nota † fuiſſe eiſ-
dem temporibus, tribunum celerum qui militibus pręerat,
& ſecundum locũ poſt reges tenebat, celeres appellauit Ro
mulus illos tricẽtos equites quos, ad ſui corporis cuſtodiam
primo aſſumpſit, vt ex Liuio. in primo ab vrbe condita pa-
258 tet. hi enim † circa regem armis excubabant, Celereſque
ab exequendi miniſterij celeritate, & promptitudine, vel à
Celere centurione Remi interfectore, qui illis præfectus
fuit, dicti ſunt teſtis Plinius in principio de viris illuſtribus.
& Feneſtella ac Letus Pomponius ſub titulo de tribuno ce-
lerum. Fuerunt hi celeres varijs nominibus nuncupati. Et
poſtremò equites dicti Plin. cap. ſecundo, libro trigeſimo-
259 tertio. Numa Pompilius † tertius rex celerum cuſtodiam
depoſuit. Huic magiſtratui cõſiderata prima origine Mo-
der. taur. in. l. prima, colum. 11. de officio eius, æquiparant
260 † mareſchallos illuſtriſsimi Sabaudiæ ducis qui in decretis,
magiſtri militum nuncupantur, quoſq; illuſtres dicit Ioan.
de Plat. in. l. prima. C. de præpo. ſacri. cubi. libro. 12. ſuaderi
poteſt, quia in rebus bellicis ſecundum locum poſt princi-
pem tenent, ſecundum normam ducalis decreti, prout ſub
regibus tribunus celerum, ſub dictatore magiſter æquitum
tenebat, vt dicitur hic & in ſequentibus. & in. l. prima, infra
de offic. præfect. prætor. ſub dictatore, tamen erat magi-
ſtratus temporalis, quum vltra ſex menſes dictatura nõ ex-
tenderetur, vt ſtatim dicetur. Mareſchalli autem perpetuũ
ſit officium. Prætereà etiam inſpecta prima origine iſtius
magiſtratus, non videtur procedere æquiparatio, inſtitutus
fuit, vt neceſſarius etiam tempore pacis, ad cuſtodiam regij
corporis, vt diximus quamuis in bella prodire etiam ſolitus
fuerit, at mareſchallorum magiſtratus, non ad cuſtodiã cor
poris principis eſt ordinatus, ſed ad cuſtodiam & defenſio-
261 nem ſtatus, & reipu. tempore bellorum. † Magis fortè ac-
cedit illi magiſtratui inſpecta cauſa originali tantum officiũ
capitanei guardæ & ęquitum, cuius officium eſt inſtitutum
ad tuendam corporis ducis ſalutem, & ideò excubias agit,
prout & veriſimiliter celeres illi ad tuendam corporis Ro-
muli ſalutem, quamuis non negem, minorem iſtius noſtri
magiſtratus eſſe poteſtatem, vtpote qui non obtineat ſecun
dum locum poſt principem. Abſolutè ergo nulla inuenie-
tur bona comparatio. Inuenio etiam quod Budeus infra in
262 verſic. interdum. 20. æquiparat, † mareſchallos tribunis ſeu
præfectis militum, de quibus ibi dictum fuit in verſic. de-
inde quum poſt aliquot annos. Poſtmodum regimẽtis rei-
pub. ad imperatores tranſlatis, ad ſimilitudinẽ tribuni cele-
rum, & magiſtri æquitũ, præfecti prætorio electi ſunt, da-
ta eſt tamẽ eis plenior licentia & poteſtas, vt patet in. l. j. in-
fra de offic. præfect. pręto. & in. l. ſecunda. C. eodem tit. vbi
263 etiã poteſtas condendi legem generalem conceſſa fuit, † in
toto orbe ſecundum Bart. in. l. imperiũ in primo gradu me-
ri imperij. Saly. in. d. l. formam. Rimi. in. d. l. imperium co-
lum. 15. verſic. ſucceſsiuè quærit Bart. vbi Aquenſ. colum.
quinta, Curt. 15. & Moder. Mediola. lib. 2. paradox. cap. 9.
idque auctoritate principis, vt per gl. in. l. prima ſupra de of-
fic. præfect. præto. facit. l. j. colum. quarta, ibi omnia enim
noſtra facimus, vt. C. de vet. iur. enu. vt ceſſet oppo. l. C. de
legi. Sed communis eſt ad oppo. quòd pręfect. prætor. ex-
tra eius prouinciam, ſicque per totum orbem generalem fa
cere non poſſet, per rationem. d. l. fin. Item quia ſoli princi-
pi id permiſſum erat. l. fin. C. de. ll. Et ita poſt Odofr. voluit
Bar. ſibi contrarius in. d. l. formam, ſequitur ibi Ale. in apo-
ſti. & Seuer. in d. l. imperium in. 11. quęſtione poſt Roman.
& Fulgo. ſequuntur ibi Deci. colum. 11. Moder. tauri. co-
lum. 32. & portugal. 42. & Curt. ſibi contrarius in. l. prima
colum. quarta, ſupra eodem, & etiam infra in. 21. col. Nam
obſt. text. vbi ſe fundant præfati tenentes oppo. in. d. l. for-
mam ibi & ſi generalis ſit. poteſt enim reſpon. quòd ſatis di
citur generalis in tota prouincia ſua, & in genere ſubalterno
ſecundum præalleg. Moder. taur. poſt alios. Nec refraga-
tur quod in ſua prouincia etiam alij magiſtratus, poſsint ſta
tuere, & l. condere, vt per Bart. & doct. in. l. omnes populi
in quarta quęſtione princi. ſupra de iuſti. & iur. & in. l. prima
infra titu. j. Reſpondet enim Aquenſ. in. v. colum. verſicu.
interdum Bart.

Nec eſt veriſimile quod imperator in toto orbe talem &
tantã auctoritatem alteri conceſsiſſet, ideò ad. l. non eſt ve-
riſimile infra quod metus cauſa. Budeus in. l. prima, infra de
264 offic. præfect. prætor. illum æquiparat, † magno magiſtro
hoſpitij regis, quum igitur inquit imperium Rom. ad mo-
narchiam deuenit, principes Romani ęquitem vnum Ro-
manum prętoriæ cohorti aut cohortibus etiã præfecerunt,
& prætorio ſuo, id eſt aulæ quam lingua vulgaris hoſpitium
regis appellat, vnde præfectus præto. hodie dici poteſt qui
magnus magiſter hoſpitij dicitur, multũ tamen ab antiquo
differens. Verè nullus eſt hodie magiſtratus quem confer-
re prædicto valeas, vt qui ſententiam appellatione non ſu-
ſpendendam, legemque generalem poſsit proferre, aliaque
facere, quæ præfecto prætorio tribuebantur, de quibus per
Caſsiodorum, in ſexto epiſtolarum. Et refert illum Alcia.
in. l. prima infra ſtatim allegandã. Erat hic magiſtratus illu-
ſtris. & inter primos. l. prima. C. de præfect. præto. ſiue vr-
266 bis. iuncta. l. viros. C. de palati. ſacr. larg. lib. 12. † Et aduer-
te quia probat, illa lex prima fuiſſe eodem tempore præfe-
ctum prętorio & magiſtrum equitũ, habentes diuerſa offi-
cia dignitatis indiſcretè, & tamen Fene. & Pomp. letus exi-
ſtimant præfectos prçto. ſucceſsiſſe loco magiſtrorũ æqui-
tum, Alciatus loco præalleg. dicit illam. l. refragari opi. prę-
dictæ, & ideò ſciendum ait, quod olim regnante Romulo,
eum qui pręerat prętorio, id eſt militibus cohortibusq; prę
torianis circa palatium principis, ſolitum fuiſſe etiam in bel
la prodire, & dictum magiſtrum equitum, ſed vbi Roma-
norum opes creuerunt diſtincta fuere officia, vt hic excu-
bias ageret ad tuendam principis ſalutem, Ille verò contra
hoſtes imperium tueretur, & ſi à Paulo recentioribus Cæſa
ribus præfec. præto. quandoq; ad regendas prouincias fue-
rint deſtinati. l. pen. & fi. C. de offic. præfect. prætor. Ne ta-
men dicamus hac in re hallucinatum fuiſſe iuris conſultum
qui

266 qui in.l.prima de offi.præfect.præto. † concurrit in prædi-
ctam sententiam, fortè dicendum est factam fuisse prædi-
ctam distinctionem officiorum post tempora, iurisconsul.
in.d.l. j. videlicet temporibus Val. Imperatoris auctoris il-
lius.l.j.Quartò not.Iunium Bruti auctorem reges eijcien-
di,prçfuisse dicto magistratui.l.Iun.Brutus.Tarquin.super-
267 bi nepos ex sorore fuit,† teste Liuio in primo ab vrbe cõd.
qui Tarquinius, quum patrem Bruti Iunium fratremq; in-
terfecisset, Brutum (quod stultitiam simularet) vita dona-
uit, eique vt fatetur (quòd ipse idem Brutus apud Halicar.
de se narrat) magistratum dedit, vt præfectus celerũ esset,
fortè ne nullo diceret honore à cognato rege affectus, Hinc
Ouidius Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset Tutus
ab insidijs dire superbe tuis. Et Liui. loco prædicto. Ergo
ex industria factus ad imitationem stultitię quum se suaque
prædæ regi sineret. Bruti quoq; haud abnuit cognomen, vt
sub eius obtentu cognominis liberator ille popu. Rom.ani
mus latens aperiretur tempore suo. Et ibidem ait, ergo ex
omnibus locis vrbis in forum concurritur, quo simul ven-
tum est prçco ad tribunum celerum in quo tum magistratu
forte Brutus erat populum aduocauit. Fuit hæc Brutorum
familia acerrima libertatis custos, nam & M.Brutus & De-
cius Brutus longo postmodũ interuallo auctores, fuere eij-
ciendi interficiendique Cæsarem, vt ex Tranqui. & Plutar.
in vita Cæsaris patet, & ex Liuio libro. 116. propterea ma-
268 gnæ semper fuit in vrbe auctoritatis, & merito, † quoniam
honor maximus habetur, non ei qui furem occiderit, sed ei
qui tyrannum, testis Philos. 2. polit. faciunt multa pulchrè
scripta per Ciceronem in oratione pro Milone. Postremò
videtur iurisconsu. malè dicere quo in numero Brutus fuit,
quum numerus saltem duos exigat.l. vbi numerus.ff. de te
sti.ipse Brutus erat solus, & vnus non est numerus sed prin-
268 cipium numeri † glos. in.l. si quis ante.ff. de acquir. possess.
el.2. ideò Liuius, ait in quorum magistratu Brutus erat. nisi di-
cas iuriscõsultum habuisse respectum, ad tribunos celerum
in genere, ideò dixit quo numero, scilicet tribunorum cele-
269 rum, † aut dicamus quòd sicuti erãt tres celerum centurię,
ita tres erant, tribuni celerum. testis Feneste. in titu. de tri-
bun. celerum equitum.

Ex versic. Exactis.

De rogatione legis consulumque & magistratum creatione. vide in nu.270.cum sequ.

A sententia consulis quis introduxerit beneficium appellationis. 283.

Ciuibus magisquam peregrinis est deferendum. 285.

Caput est principalior pars corporis. 288.

Sequitur versic. exactis.

Hic de consulibus institutis post exactionem regum agi
tur. Ibi rogatum est, id est sancitum & statutũ Gell. in noc.
270 atti. lex licinia rogata est. † Et dicitur legis rogatio quoniã
populum à magistratibus rogari, i. interrogari necesse erat,
an id placeret quod statuissent. §.lex est quod popu. Institu.
de iure naturali. leges enim quæ magistratui vtiles videren-
tur, trinis nundinis populo proponebãtur, quod promulgari
dicitur, tertio foro rogabatur populus, vt sciseeret vnde tri-
nundino ferri leges dicebãtur, id est tribus nundinis. de quo
271 pulchrè per Cice. in prima philippica. † Ioue tonante nulla
lex ferebatur, nec comitia haberi phas erat, testis Appianus
secundum Zasium. Not. primò exactis regibus immedia-
tè duos consules constitutos fuisse, pœnes quos summa po-
testas esset, de quibus multoties, & plura Cicero præsertim
in.ij.de legibus ac Fenest.& Pomp.in titu. de consul. hi duo
primi consules fuere L. Iuni. Brutus, & L. Tarqui. Collati-
272 nus. † Liuius ad fin.primi libri, ab vrb. cond. mutatam, ait
Florus regiam dominationem, in consularem potestatem.
eamq; pro perputua annuam. Et cõsularem potestatem re-
273 giæ maiestatis exemplo accersitam, † quibus præter quod
imperium annuũ datum est. nihil aliud immutatum. testes
sunt etiam Fenest. loco prędicto, & Liu. in secundo ab vrb.
condita, nam & secures ante eos præferebantur, sed & vul-
go cognitum est, alterum ex consulibus Brutum. filios pro
prios, aliosque nobiles adolescentes, securi concidi fecisse,
quòd de regibus Tarquinijs reducendis conspirassent. Po-
terant etiam sentẽtias prætoris rescindere, & prætori etiam
iurisdidictionem abrogare, vt ex Val. lib. 7. capitulo septi-
mo colligitur, & Budeo in annotationibus. §. cum plenissi-
mam legis si in aliquam. ff. de offic. proconsulis, & lega.be-
ne ergo dicit iurisconsultus summam penes, hos fuisse pote
274 statem. Ex quibus, † vide quo pede ambulet Deci. & suo
peculiari more contra Iaso. insurgat in.l.prima columna ter
tia, de offic. eius, asserens consules fuisse tantum illustres. &
in secundo gradu magistratuum per text. nostrũ in sequen-
tibus verbis, ex quo dicit patere cõsules per omnia regiam
potestatẽ sibi non vendicasse, ab eis potuisse prouocari ne-
que caput ciuis Roma. tangi, & cõsequenter non fuisse re-
gibus pares, nam ex historijs, & text. nostro in princ. con-
trarium apertè liquet. Est verum quod successu temporis,
consulum potestas, prout in text. hoc dicitur, diminuta fuit,
& sic non de illis priscis consulibus, de quibus Iaso. intelle-
xit. Dec. loquitur. sed de consulibus, qui creabantur post di-
minutã potestatem, & tamen adhuc isti erant in primo or-
275 dine dignitatis, † quia licet eorum potestas aliqualiter fue-
rit diminuta remansit tamen tit. dignitatis secundum Tau-
ri. ibi colum. octaua, & sequenti argumen. text. not. in.l. fin.
ff. de decur. cum multis similibus, de quibus per Felynum
in.c.quæ in ecclesiarum colum. 19. de constitut. Iason. in l.
sciendum. §. finali columna finali, infra qui satisda. cogan. &
in.l. si ita in. §. grisogonus colum. vij. ff. de verborum obliga
tio. Moder. Bonuniens. in suo singulari, 107. & 179. & in.l.
etiã si redhibitus. ff. de quæstionibus. Et ista probant à for-
tiori, quia si deposito officio, vt in præalleg. dicitur titu. di-
gnitatis remanet ergo fortius non deposito, nec abolito. sed
aliqualiter, diminuta officij potestate, facit etiam hic text.
contra Decium dum ait, ne per omnia regiam potestatem
vendicarent, ergo vt plurimum erant pares, & sic in primo
gradu, & cõsequenter illustres, quod aliter etiam potest de-
270 monstrari, † nam erant de ordine senatorio.l. fi. infra de se-
na. & §. lex est institu. de iure natur. ibi senatoriu magistra-
tu veluti cõsule interrogante, ergo in primo ordine, vt iam
dictum est. Et pondera quia ista intelliguntur etiam de con
sulibus sub Cæsaribus, licet iam esset consulatus, ad exigua
respectiuè redactus. & à principe iam dabatur.l. secunda, cũ
glo. & toto titulo. C. de consul. lib. 12. Hic enim magistra-
tus, à Iunio Bruto & Valerio publicola in pãsam, & binium
per annos. 467. vt Sextus ruffus, docet productus est, post
277 quos licet non cessauerat prorsus, † sub imperatorũ tamen
manum subiectus, vix vmbram pristinæ auctoritatis reti-
nuit, adeò quòd dixerit glos.l. primæ infra de offic. consul.
quòd tantum habebat iurisdictionem voluntariam. non au
tem contentiosam, quod tamen est falsum, quum & con-
tentiosam & merum haberet imperium, vt diximus in ver
siculo præcedenti in euidentialibus. Ex magistratibus no-
278 stri temporis nullus est, † qui consulibus possit cõparari se-
cundum Ioan. Pyrrum de magistr. Et Taurinenses, in di-
cta.l. prima colum. nona quod maximè verum est, si priscos
279 consules qui pares erant regibus respicias. Solebãt, † vt alij
Roma. magistratus Calendis Ianuarijs magistratum inire,
vt ex Plut. in Mario constat. facit.l. publius cum ibi not. per
Sozin. ff. de conditio. & demonstratio. Idus tamen Maias,
& Martias solemnes etiam in magistratibus, ineundis fuis-
se, ex Liuio in tertio ab vrbe cõd. & in primo de bello Ma-
cedo. satis constat. Et cur. non Calendis Martijs. quum se-
cũdum Romuli dispositionem Martius totius anni primus
mensis sit habitus. Hinc Tibullus,

Martis Romani festæ venere Calendæ
Exoriens nostris, hic fuit annus auis,

280 Fuere † autẽ duo constituti ne potestas solitudine vel mora
corrũperet, vt inquit Florus sub. c. de mutatione reipu. hinc

Cic. in oratione qua gratias, agit senatui post redditũ, audie rã inquit ex sapientissimo homine atq; optimo ciue Q. Catullo nõ sæpè vnum consulem improbum, duos verò nunquam excepto illo Cæsonio tempore fuisse. Dicti nuncu-
281 patiq; sunt consules,† vt ait text. noster ab eo quòd reipub. plurimum cõsulerent, i. consulere meminisse deberent. argumentum nomina esse effingenda, vt sint actibus apta. facit tex. in. §. est & aliud. institu. de donatio. Secundò not. ibi
282 lata lex: factum est, vt ab eis prouocatio esset,† quòd licet à sententia regis non esset prouocatio, bene tamen erat à sententia consulis, lege lata. Et tamen vt ait Fene. sub. t. de con sulibus consularis auctoritas, regiæ potestati longè inferior esse cæpit, ac libertatis iacta semina mirum immodum con ualuisse visa sunt. Auctor istius legis per quam appellationis remedium non solum à consulibus, sed ab omnibus magistratibus, ad populum fuit introductum. Valerius publicola
283 fuit tunc consul,† contigit annis quinque, & quinquaginta vel circa, nam leges. 12. tabu. vt ex Plu. in vita Publicolæ patet & Plin. de viris illustr. c. 15. Fene. loco præallega. & Liu. 2. &. 3. ab] vrbe condita dum, ait aliam deinde consularem legem de prouocatione, vnicum præsidiũ libertatis decem virali potestate euersam, non restituunt modo, sed etiam in posterum mittunt sanciendo nouam legem, ne quis vllum magistratuum sine prouocatione crearet, qui creasset eum ius phasque esset occidi neùe ea cedes capitali noxæ haberetur. Verumtamen ait Philo. quarto Polit. omnes dissolui magistratus, vbi prouocatio ad populum recepta sit. Tertiò nota. quòd post legem prędictam consules sine iussu populi in caput ciuis Roma. animaduertere non poterant in hoc itaque à regia dominatione consularis, fuit diminuta potestas, quandoquidem à principio cõsulum ea fuerit potestas, vt dictum est. Val. ergo publicola quũ prouocationem, ad
284 popu. indulsisset, secures consulibus ademit,† vt est auctor Halicar. lib. decimo quas posteà Largius dictator restituisse dicitur hoc prouiso ne in caput ciuis Roma. animaduerterent, nisi iussu populi etiam paruisse dictatori cõsules colligitur, ex Liuio lib. octauo, ab vrbe condi. dum ait consulibus iussis ante tẽpus abdicare se magistratu, quo maturius noui consules aduersus tantũ belli mollem crearentur. Imo iussu tribuni plebis in carcerem duci poterant. Cic. in oratione pro Lagraria contra Rullum & Plu. in vita Gracchorum. Postremò adeò fuit diminuta consularis potestas, vt vix vmbram pristinæ auctoritatis retinuerit, vt dixi supra in primo nota. Et in versiculo quod ad magistratus in euidentialibus: Et colligitus præeminentiam ciuium Romanorum, ad quod vide quæ diximus, in princ. lin versic. super verbo
285 ciues. Et est argu.† vt ciuibus magis quàm peregrinis, & alienigenis deferamus, facit tex. nota. in. l. ij. C. de anno. ciui. Diuide. lib. 11. vbi not. q̃ debens eleemosynas distribuere, ciues alienigenis præferre habet, & consuluit eleganter Anchar. consi. 436. incipien. in his dubijs colum. prima facit capitulum fin. de cleri. peregri. dum dicit, non conuenire honestati instituere in ecclesia alienigenas, ideò dicebat Cice. in libro de amicitia, Potiores sunt nobis ciues quàm peregrini. additum peregrinæ virtuti non dicimus clauden dum, vt in superioribus scripsimus. Veruntamen not. pro
286 limi. prędictorum,† quòd summa consulibus contingebat auctoritas, etiam in caput ciuis Rom. quando senatus man dasset, vt prouiderent ne quid detrimenti respub. acciperet, vt Plu. in vita Ciceronis significat, quod non crebrius à senatu agi solitum est, quàm quum ingentis metus, & grauis discrimen periculi reipub. imminebat, testes sunt Plutar. in vita Pauli Aemilij & Cic. in oratione pro milone. Sed quę-
287 ro,† nunquid consules in aliam corporis partem Romani ciuis possent animaduertere, manum, pedumúe truncando, vel aliter corpus afficiendo poena. argui potest quòd sic ab hoc text. prohibente animaduersionem in caput, quum vnius exclusio alterius soleat, vt dicitur esse inclusio. l. cum prætor in princ. infra de iudi. Sed contrarium est verius. cui enim prohibetur vltimum supplicium prohibetur pariter membri incisio. §. ad hoc id prohibemus, in auctẽ. de collatio. Indubitatumque est in proposito nostro. quia, vt Halicar. libro secũdo testatur Valerius publicola legem tulit, vt qui occupandi regni cõsilium insistet, aut aliter quàm à populo magistratũ acciperet Capitalis esset, neùe interficere, aut verberibus cedere, seu mulctare magistratui, quempiam ciuem liceret, qui ad populi suffragia confugisset, nisi ex sententia populi. Facit quod Fulg. Seue. & Rimi. scribunt in. l. imperium in glos. animaduertendum infra de iurisdic. omn. iudi. quòd secundum tempora florum, membri mu-
288 tilatio non imponebatur,† quia Roma. illi prisci homines mancos nolebant. Ponitur hic ergo caput, & sic pars corporis principalior pro toto corpore, caput enim reliqua membra sequuntur. l. cum in diuersis infra de relig. & sum. fune. capitulo non decet duodecima distin. Fely. latè in capitulo cum non liceat de præscriptio. & in. ca. Rodulphus colu. v. de rescrip. Anchar. in consi. 288. Roma. consi. 444. Sozin. consi. 74. colum. v. lib. primo. & in tract. de cita. artic. 17. colum. iij. Barba. in. c. fina. colu. fin. de iura. calum. pulchrè Ro. de litio in sermonibus quadragesi. in sermone. 73. incip. videte manus cap. 3. referentem opinionem, quorundam dicentium Cor. esse principaliorem partem corporis. Colli-
289 git ex eo. text. ibi sine iussu Bald. argum.† ad quæstionem statuti requirentis, præsentiam priorum terræ in sententijs capitalibus, vt non valeat sententia lata eis absentibus, & mul tominus valeret si requireretur eorum iussus, vel consensus. Alber. etiam colligit argu. pro statuto multis in locis ingente, quod quis non possit torqueri sine consilio antianorum. Vltimo not. quòd consules solum poterãt, ciues Romanos
290 coercere,† & in vincula publica duci iubere,† Coertionis verbo intelligas verbalem de qua per Bart. in. l. magistratibus. infra de iurisdi. omnium iud. non autem de coërctione corporis afflictiua. quę sine iussu populi erat cõsulibus prohibita, vt dictum est. Et est hic arg. secundum Bald. quosdam habere carceres, qui non habent merum imperium, i.
291 gladij potestatẽ, & quod posse aliquem carcerare,† nemini competit nisi lex concedat. Sed decipitur Bal. quum merum imperium consules haberent, vt tactum est supra. Et hic text. potest in oppositũ torqueri si est speciale ne in caput Roma. ciuis animaduerterent. ergo in alijs personis, & causis, regula erit in contrarium. l. j. in fine. ff. ad municipa.

Ex versiculo post deinde.

Damnum est habere malos vicinos. nu. 293.
De censu & censoribus. 295. cum seq.
De dictatore nume. 300.

Sequitur versic. post deinde.

Hic de censoribus, dictatoribus, & magistro equitũ agi-
292 tur, ibi deinde superfluit,† sed tex. exornat, vt de verbo veluti dictum est versi. quod ad magistratus. In tex. ibi acriora semper quę à vicinis bella emergunt plus habent pericu-
293 li, vt patet de se vsuq; relucet, ideò dicebat† Hesiodus dam num, esse malos vicinos. Et apud Mantuanum vicini pecoris contagia ledunt, & alibi Mantua. ve miserę nimium vicina Cremonæ. Et mali vel boni vicini rationem haberi in iure sępe traditum est. l. quòd sæpè in fi. cum gl. ff. de contrah. empt. l. si ita. §. fina. ff. de fun. instr. c. super specula cum gl. de priui. Item ibi magistratus, tamen legitimi habeban-
294 tur,† intelligas secundum Zasium præfectos prætorio instar haberi magistrorum equitum, nisi quòd magistrorum equitum potestas legitima erat, id est legibus populi Rom. introducta. præfectos autem prætorio imperator suo arbitrio introducit. facit. l. j. infra de offi. præfec. prætorio. Non primò quòd quum ciuitate crescente augendus esset census consulibus huic officio nõ sufficientibus, constituti sunt Censores. quam historiam latius prosequitur Fenest. sub ti-
295 tu. de censoribus,† dicitur autem census extimatio rerum, & bonorum, cuiusque facta. secundum quam tributa pendebantur, infra de censi. mto titu. cuius titu. elegantem legem

296 gem primam si vis intelligere, † Alciatum vide in secundo
libro dispun. cap. 21. Et quotiens census agebatur nume-
rus Ciuium recognoscebatur. censum enim agere est re-
297 censere hominum facultates, † & censum constituere qui
soluebatur populo, aut principi viritim insignum subiectio
nis.c.magnum.cum glo.11.q.j. vbi refertur de censu soluto
etiam à CHRISTO Cæsari imperatori. Seru. tul.vij.Ro-
manorum rex, omnes describere & extimare rem suam iu
ratos iussit, primusque censum egit. Et inuenti sunt, vt li.4.
testatur Halicar. octoginta quatuor millia septingentique,
Romani cines. Et ita deinceps multos ad annos per consu-
les census acti sunt. Posteà vt scribit Fenest. loco prædicto
quum ob multa, & varia bella. obque ciuiles seditiones po-
pulus incensus remansisset, id est capita & patrimonia ciuiũ
non essent professa, vel descripta. augendusque, vt hic dici-
tur, esset census, nec diffiniri per consules bellis implicitos,
298 posset, circiter annum tricentesimum. † post vrbem condi
tam constituti sunt censores sic dicti, quòd ad eorum cen-
sionem, & arbitrium populus censeretur. Hinc Liu. in.4.ab
vrbe condita hic annus censurę initium fuit, rei à parua ori-
gine ortæ. quæ deinde tanto incremento aucta est, vt mo-
rum disciplinæque Romanæ penes eam regimen senatus',
equitumque decoris. dedecorisque discrimen sub dictione
eius magistratus publicorum ius priuatorumq; locorum ve
ctigalia. popu. Roma. sub nutu atq; arbitrio essent, Cice. in
oratione pro Cluentio Censores dicit esse pręfectos mori-
bus magistros, veteris disciplinæ & seueritatis. De prædi-
ctis plura inuenias vltra Fenest. & Pomp. letum ex Plut. in
Aemilio. & Liuio in nono lib. de bello Macedo. vbi scribit
quòd licet talis honor à principio spretus, fuerit à primori-
bus ciuitatis, ex post tamen de eo inter summos viros Ca-
tonem Scipioně, & alios magna fuit contentio. De isto ma
299 gistratu † non faciunt mentionem Docto. in.l.j.ff. de offic.
eius. erat de maioribus, vt ex pędictis patet, immò in om-
nes alios magistratus, & senatores ius, potestatemque habe
bat, vt ex Fene. colligitur. Et est hic argum. quòd præposi-
300 to alicui officio, illo nõ sufficiente creandus est alius. † facit
text. in.l. solet cũ ibi not. ff. de tu. & in.c. grandi de suppl. ne-
gli. prælat. lib. 6. Secundò not. quòd aucto. popu. quum cre-
bra & acriora orirentur bella, & maiori opus esset obedien-
tia, re sic exigente, creati fuere dictatores à quibus non erat
prouocatio, & quibus etiam in caput Romanum animad-
301 uersio data est. Hunc magistratum, † non aliter creari con-
sueuisse testantur historici, quàm quum vis aliqua maior de
improuiso oborta ingentem cladě minaretur. T. lar. dicta-
torem primum. & Cassium magistrũ equitum Liu. secun-
do ab vrbe condita creatos scribit, quum quadraginta. Aut
sexaginta. vt Fene. placet latinorũ populi. Contra Roma-
nos coniurassent. Appellatus dictator, eo quod futuros ma-
gistratus dictare solitus esset, vt Fenest. post Varronem ait,
vel eo quòd à consule diceretur. quamnis aliter quandoque
factum sit. Liui. in secundo de bello punico, ad remedium
itaque iamdiu desideratum, nec adhibitum dictatorem di-
cendum ciuitas cõfugit. & quia consul aberat à quo dicta-
tor dici posse videbatur. nec per occupatam, armis punicis
Italiam, facile erat aut nuncium aut literas mitti. nec dicta-
torem populus creare poterat. quod nunquã ante eam diem
factum erat, dictatorem pop. creauit Q. Fab. maximum,
habebaturque in summo periculo vltimum remedium, te-
stes Letus Pompo. & Liu. loco præallega. vbi quoque nar-
rat, quòd creato dictatore pop. Romæ postquam præferri
secures viderunt, magnus plebem metus incessit, vt inten-
tiores essent ad dicto parendum, neque enim vt in consuli-
bus, qui pari potestate essent, vlterius auxilium, neque pro-
uocatio erat. neq; vllum vsquam nisi in cura parendi auxi-
lium. & ideò populi magister est cognominatus testis Fene.
302 Mos vetustus, habuit dictatorě nocte sub silentio dici, † id-
est eligi auctor est Liu. lib. sexto, ea dictatura (mortuo Iuli.
Cęsare) quia vim regię potestatis obsederat, funditus ex rei
publ. senatusconsulto sublata fuit, Cicero in prima philippi-
ca scribit. Hunc magistratum phas nõ fuit penes vnum vl-
tra sex menses esse. maximam namq; esse vrbis custodiam,
in quarto libro ab vrbe condita, narrat Liui. si magna im-
peria diuturna non sint, sic & Philo. 5. politi. consuluit ma-
ximos magistratus, aut non dari, aut si dentur paruo durare
tempore. Sylla tamen & Cæsar qui rempu. oppressere, ty-
303 rannidis inuisum atq; infame nomen † euitare cupientes,
perpetuos dictatores se dici appellariq; voluere, testes Fen.
Plutarchusque & Tranquil. in Sylla & Cæsare. Admoni-
tum tamen te vult Zasi. esse circa glo. hic super verbo sextũ
mensem dum ait simile fieri Bononiæ. Et alleg. cõcordan-
tes. quòd imperitè labitur. prout etiam in.l. antepenul. pro
concord. allegata quasi fascium appellatione menses intelli-
gantur. fasces enim magistratuum sunt insignia, quum eis
secures virgis alligatę præferrẽtur, cuius rei vestigium in eo
ense qui principi prægeritur fortè reluxerit. Hic dictator,
304 † meritò ponitur per omnes scribẽtes in.d.l.j. de off. eius. in
primo ordine, vt ex prædictis vides nec est apud nos qui il-
lius locum obtineat. quamuis Moderniores tauri. in dicta
lege prima, colum. quinta comparari illi dixerit ducem Ve-
netorum, quod postmodum columna nona, cum sequenti
melius considerando correxerunt. Potes & colligere argu.
305 ex isto tex. in verbo crebra. iudice Zasio nõ facile fieri, † vt
sine bellis regna crescant, siue quia fines noui cum damno
vicinorum propagari, consueuerunt. (Sicuti enim sua reti-
nere ad priuatos pertinet ita de alienis certare regia laus di-
citur apud Cor. Tac. lib. decimoquinto.) siue quia alioquin
inuisa est, quæ in molẽ surgit regni nouitas, hinc Dido apud
Virg. Moliri nouitas regni, me talia cogunt, & latè fines cu-
stode tueri. & vt est testis Probus, nouitatis gloriam sequi-
tur inuidia comes. Vltimò not. quod dictatori iungebatur
306 † magister equitum, qui ab eo eligebatur, cuius officium
apud dictatores tale ferè erat, quale posteà fuit præfectorũ
prætorio sub cæsaribus, diximus de his supra in versiculo,
quod ad magistratus, in tertio notabi. Et est hic argumen-
tum secundum aliquos pro potestatibus nostri temporis, vt
307 ipsi eligant officiales, quos secum ducunt. † Vtilius tamen
est magistratui quòd princeps, vel respu. ei det accessorem,
vt per Modernio. tauri. in tract. de assessor. in tertio articu-
lo. potest tamen dici hunc tex. non probare prædictum ar-
gumentum, intelligẽdo iungebatur, scilicet à populo prout
solitum erat, Liuius libro septimo ab vrbe condita, senatui
placuit dictatorem feriarum constituẽdarum causa dici. di-
ctus P. Val. publicola. magister equitum ei Q. Fabius am-
bustus datus est. In eo tamen libro, videtur dicere ab ipso
dictatore dictum magistrum equitum, dum ait aduersus,
eum terrorem dictator G. Marius rutilius. primus de ple-
be dictus magistrum equitum item de plebe. Gl. palanum
dixit istud clarius, immò apertissimè dicitur in.l. vnica in-
fra de offic. quæstio.

Ex versiculo hisdem temporibus.

De successione plebis & tribunis hic plenè.
Item de Comitijs curiatis & centuriatis. 313. & seq.
De adaptione P. Clodij à plebeio facta vt Ciceronem vrbe expelleret. 319.
De Aedilibus plura. 323. cum sequen.
De scripturis positis in loco publ. quod censeantur auctentica & approbata. 324.

Sequitur tex.

De creatione tribunorum plebis. Et ędilium hic agitur.
Ibi ijsdem temporibus intelligit Zasius, quibus Roma sub
consulibus erat. vt non ad proxima, sed ad superiora relatio
fiat. quod satis apertè tradunt Liui. & Fene. in titu. de trib.
308 plebis. Ibi in monte sacro, † auentinum intelligit Accurs.
quod à vero videtur recedere, nam Liu. secũdo lib. in mon
tem inquit, sacrũ plebem recessisse trans annienem amnem
tria ab vrbe millia passuum, ea frequentior fama est q̃ cuius

Piso auctor est in auentinū secessionem factam, cui senten
tiæ subscribit Fene. in titu. de trib. plebis. quamuis Pompo.
letus, c. de tribu. plebis sequatur Pisonis auctoritatē, seces-
sionem factam in montem auentinum, quodq; quum illic
plebs arma non sumpsisset mons sacer putatus est, vnde no
men monti impositum fuit. Loquitur hic iurisconsultus de
prima secessione plebis. 17. anno post exactos reges, vt tex.
309 volut, † vel vt Eutrop. docet. 18. facta. Et sic contingit an-
no ab vrbe condita. 261. vel circa, quū à condita ad libera-
tam vrbem regnatum sit annos. 244. vt testatur Liu. in pri
mo libro. ad finem de secunda secessione diximus supra in
prin. l. in versiculo in prin. Facta legitur ista prima plebis se-
cessio vrgente plebem creditorum crudelitate qui corpora
debitorū, libera ob es alienum pro seruis nectebant, quod
plebes sæpe, & sepe conquesta. sed à nobilibus vana spe de-
lusa, quum amplius pati nequirent in sacrū montem, trans
annienem. Sicinio auctore secessit, quapropter vt ad reditū
Ciues promouerentur, suus plebi magistratus cōcessus est,
vt tribunos haberent, legeq; sancitum, vt ea potestas sacro-
sancta esset, prout latius hanc historiam prosequitur Fene.
310 & alij historici. † Accursi. hic super verbo exactos andaba-
tarum more fertur. & conflictatur quòd tex. 17. annum su
perius in. §. exactis vigesimū nominauit. Prima solutio gl.
est insipida, quum vnica fuerit regum expulsio, qui nunquá
posteà fuere admisi, vt ex historijs est notum, nec est verū
text. nostrum loqui de expulsione facta post. ll. 12. tabula.
anno. n. 17. post expulsionem regum, vt hic dicitur creati
fuere tribuni plebis, sicq; annis. 40. ante. ll. 12. tabu. vt etiam
ex Gel. constat. cap. 1. lib. 17. Zasi. hic etiam intelligit Ac-
cursium sentire de expulsione plebis, sed error est dicit, quū
non solum ex historijs. sed etiam ex tex. nostro plebem nō
fuisse expulsam, sed vltro secessisse cognitum sit. Sed labi-
tur, & ipse errore, quia Accur. licet ineptè vt dicam de exa-
ctione regum intelligit, dum ait bis fuerunt expulsi. Secun-
da solu. glo. dicentis, parum distare inter vtrunque numerū
maximè quū hic fere ibi propè dicat, & si approbetur à Za-
311 sio, † eo quod anni non sunt ad punctum, redigendi quam
solu. valde extollit hic Albe. pro concordandis testibus qui
diuersificant, in quantitate vel tempore, tamen nihil valet,
quia trium annorum distantia non esset parum. Dicas satuū
fuisse oppositionem glo. de qua parum miror, plus me trá-
312 hit, in admirationem, † quòd Zasi. historicus allucinatus.
Cum Accur. fuerit, loquuntur isti tex. in diuersis penitus ter
minis in. §. exactis. pro contrario allegando dicitur, quod
post reges exactos popu. Roma. incerto magis iure, & con
suetudine quam lege iacta, vti iterū cepit, idq; annis propè
viginti passus est, hic dicitur anno ferè. 17. post reges exa-
ctos plebem sibi tribunos creasse, quæ intra se nihil magis,
commune habent quàm cornix cum pauone. Et si dicas,
post tribunos fuisse plebiscita, ergo falso dicitur in versicu.
exactis populum annis viginti, ab exactione regū sine cer-
to iure fuisse, respondeo, nō esse verum quod plebiscita im-
mediatè fuerint instituta post tribunos, Imol. post. ll. 12. tab.
quæ longo interuallo post tribunos cæperunt, vt statim di-
ximus. Et probatur supra in prin. in versi. fin. vbi notatum
fuit. In text. ibi tribuni suffragio, legas tribuum suffragio.
suffragia Romę in rebus gerendis dabantur. aut curiatis aut
centuriatis comitijs, curiata comitia per tribus, & curias si-
ne delectu per populum ferebantur. Centuriata autem per
eos qui censu & auctoritate pręualebant. Erant ergo curia-
313 ta comitia popularium † Centuriata optimatum, & signa-
te iurisconsultus suffragio dixit, quum enim vel populi, vel
optimatum interuentu eligendus erat magistratus, suffragia
in tabulis scripta singuli dabant, quibus voluntatem suā de-
clararent, & erat moribus receptum, vt qui eligi cuperent
candidis, & conspicuis vestibus induti circuirent tribus &
curias, & rogarent. cunctis enim ciuium si bonis artibus fi-
derent, vt Cor. tacitus lib. 11. scribit licitum erat petere ma
gistratus, quòd virtutis id præmium esset dum nihil corru-
ptelæ misceretur. Posteà verò quàm magistratuū officio-
rumque electio in principem translata est, lex. ambitus, in
vrbe cessauit. l. j. infra ad. l. Iul. de ambi. prohibentur tamen
iudices pecuniam, vel quid aliud elargiri pro obtinenda iu-
dicatura. vt in auct. vt iudi. sine quoquo suffra. fiant. in alijs
verò honoribus, & dignitatibus consequendis apud princi-
pes suffragia, id est suffragrationes semper suo loco valuere.
si qui enim à principe, vel officium aliquod, vel rem aliam
petituri essent. Hi primores & amicos principis, vt & sit ho
die ad intercedendū muneribus promissis solicitabant: quę
& soluere tenebantur si voti compotes fiebant, id est con-
sequebantur, quod optabant. l. j. C. de suffr. enumerantur ta
mē in. l. vnica. C. ad. l. Iul. de ambitu officia quę si semel con
cessa muneribus promissis repeterentur, pœna imminebat
debitè quod promissum, erat nihilominus exoluendo Za-
sio teste. qui hic exclamat licere, hic videre quam in excu-
314 sabili errore labatur † Accurs. & alij qui in. d. l. j. C. de suffr.
ineptè & impertinenter, in patrocinio aduocatorum intelli
gunt. verus enim sensus ex prædictis patet. Ex quo infert
euinci posse quanto exponatur periculo quisquis iura ciuilia
315 † nudus rei latinę profiteri pergit. cuius intellectum sic pa-
riter exposuit Alcia. lib. secundo paradoxorum cap. 14. vbi
etiam refert, vt facit hic Zasius de insigni pœna Turini ne-
quissimi viri, quem Alex. imperator, vt extat apud Lampr.
316 quia fumum vendiderat fumo enecuit. † Fumos autē ven-
dere dicebantur aulici qui principum fauorem, vel beneuo-
lentiam, aut officia simulatis commendationis verbis ac-
cepta pecunnia pollicerentur. nec pręstabant, vt latè prose-
quitur Erasmus in adagijs. Ponit etiam hic Zas. quòd ho-
nores in municipijs, id est dignitas cū administratione qua-
317 dam citra notam etiam hodie obtineri possunt † promissa,
vel pecunia, vel alia re, dum tamen nō sit iurisdicendi mu-
nus, admixtum. l. j. ff. de pol. ad quod vide Sal. in. l. j. C. ad. l.
Iulia. de ambitu. & ibi in rubr. Barba. in. c. ex parte el. j. co-
lum. iij. de offic. dele. Cano. in cap. j. de simo. & in cap. j. ne
præla. vices suas. in quibus locis materiam ambitus inue-
nies. No. primò ex isto text. quòd prima secessione à pa-
318 tribus facta post reges exactos, plebs acquisiuit, † & crea-
uit sibi tribunos plebis, de his. n. loquitur qui in tutelam ple
bis creati sunt. neq; aliter ciues à sacro monte discedere. aut
domum reuerti voluere, nisi hoc magistratu eis cōcesso, vt
haberent quos nobilitati obijcerent, de quibus latè Fenest.
& Pomp. letus sub. c. de trib. plebis Liui lib. secundo, & Plu.
in vita gracchorum, vtque ipsi testantur tribunorum tanto
creuit auctoritas, vt quicquid senatus decreuisset, ita demū
ratum haberetur si tribuni approbauissent. Stabant in vesti
bulo curiæ vbi habebatur senatus, templum ingredi non li-
cebat. Et quæcunque senatores decreuissent, tribunis ani-
maduertenda proferebantur, vt si pro repu. fore videretur
approbarent cæ tera ad arbitrium reijcerent. Et his, quæ
placebant T. literam in tergo adijciebant, haud alio pacto
rata adiudicatum iri. Cicero in. 2. de legibus quum Q. fra-
ter multa, de vi tribunnia quæstus esset, ac multorum ex eis
insolētiam narrasset. in ista inquit, potestate inesse quiddam
mali assentior, sed bonum quoddam esse quæsitum, modo
in ea non aberremus. nimia potestas est tribuni plebis. sed
vis populi multo seruior, multoque vehementior, quæ du-
cem quia habet interdum leuior est, quam si nullum habe-
ret. Dux enim suo periculo progredi cogitat, populi impe-
tus, periculi sui rationem non habet, vtq; aliquando incen-
ditur, & quidem sæpè sedatur, quod enim est tam despera-
tum collegium in quo nemo ex eis sana mente sit. inuentū
est id temperamentū quo tenuiores cū principalibus æqua-
ri se putarēt in quo vno fuit ciuitatis salus. quamobrem aut
exigendi reges, ait Cicero non fuerunt, aut plebi re non ver
bo danda libertas. Et quamuis magistratus hic appellētur,
Plut. tamen in proble. aliter vult dum ait, tribunus plebis, vt
cæteri magistratus, purpura non vtitur, quia tribunatus ma
gistratus nō est. nam nec lictores habet, nec in sella curuli se
det ius dicturus. nec creato dictatore ius dimittit sicuti cę-
teri magistratus. Sed tribunatus magistratui, & imperio po
tius obijcitur quàm ipse sit magistratus. Fastus consulē de-
cet & imperatorem, tribunū verò abiectum esse oportet,
nec

necaſpectu grauem, nec additu difficilē multitudini commodū,& tractabilem. vnde nec domus tribuni ianuā claudere moris erat, ſed noctu, & interdiu ſemper patere tanquam portus, ac refugium quibus opitulandum eſſet. Itaq; eorum poteſtas, intercedendo plus valuit quàm imperādo, vt eſt apud Gel.li.13.id quidem eſt vim à cęteris magiſtratibus prohibere fieri teſtis Fen. Illud etiam obſeruatum eſt inter tribunos ſi cæteri omnes rem vnam probaſſent, vnus verò id prohibuiſſet, plus cæteris quidē omnibus, in ea prohibitione poſſe,& cæteros facile impedire ſecundum Fene. Si quādo verò accideret trib. plebis, ad aliqua facienda cogi oportere, id munus collegę teſte Plu. præſtabant, cæteri ergo non poterant, ſacroſanctos enim vt letus Pomp. ait voluit ſuos tribunos vulgus. Erant, vt dicit hic iuriſconſ. tribuni plebei magiſtratus plebei, nam tribunatus tātum plebeis
319 dari ſolebat, † quare P. Clodius è nobiliſsima claudiorum familia, vt nactus tribunatū vrbe Ciceronē expelleret, plebeio homini atq; etiam natu minori in adoptionem ſe dedit, teſtis Tranqui. in Tyb. Cæſare. Per Attiniū tamen plebiſcitum etiam ſenatoribus tribunatus patuit Gel. cap.8.li-
320 bri.14. Dicti ſunt tribuni, † ſecūdum Pomp. hic, eo ꝙ tunc pop. eſſet in tres partes diuiſus,& ex ſingulis ſinguli creabantur. vel quia tribuum ſuffragio crearentur, de quibus etiam
321 Liu. in primo ab vrb. cond. † vbi ait tribus, vt ego arbitror à tributo quod conſerebat appellata eſt. De his tribunis plebis verba non faciunt, ſcribentes in.l.j.de offic. eius. nec ex magiſtratibus, noſtri temporis quempiam video qui poſsit trib. plebis comparari. Et licet in iure noſtro plures.ll. habeamus de plebiſcitis, vt colligi poteſt ex gl. §. plebiſcitum inſtit.de iur. naturali attamen de plebis tribunis, hoc loco excepto, parum in iure inuenias. quia tempore iuris conſul. no-
322 ſtrorum,& ſub imperatoribus ceſſauerat trib. plebis, † & ſi quandoq; princeps Roma. tribunitiā poteſtatem reaſſumpſerit id quod diuus Auguſtus reperit, ne regis aut dictatoris nomen vſurparetur, vt vult Cor. tacitus lib.3. Et quandā pulchram legem latam per trib. plebis referam infra in verſicu. deinde cum ærarium. Secundum no. vt eſſent qui ędibus ſacris præeſſent, duos fuiſſe conſtitutos ędiles ex plebe,
323 † in quibus ſacris ædibus oīa ſcita ſua plebs deferebat. hinc Liuius in.3.ab vrb. condi. Inſtitutum fuerat à cōſulibus ait. vt ſenatuſcōſulta. in ædem Cæreris, ad ædiles plebis deferentur, quæ ante arbitrio conſulū ſupprimebantur, nunciabanturq;, leges igitur & plebiſcita,& ſenatuſconſulta ad curam ædilium pertinebāt, qui appellati ſunt à cura ſacrarum ædium quam gerebant, teſtis Fene. De iſtis ædilibus, plura ponunt Plut. in Mario. Cicero in verrinis lib. vlt. Et Liu. de bello punico lib. 5. referens quòd quū Scipioni Aphricano poſtmodū dicto ędilitatem petenti obſiſterent tribuni plebis, negātes rationem eius habendam eſſe, ꝙ nondum ad petendum legitima ętas foret. ſi me inquit ędilem quirites facere volunt ſatis annorū habeo, quo audito omnium fauore creatus ædilis fuit. Sed quamuis iuriſconſultus hic videatur velle ſignificare, iſtos ædiles fuiſſe poſt tribunos plebis creatos, tamen Feneſt. dubitat de hoc. Ariſt. polit. vj. ædilitatem, in ſecūda ſpecie magiſtratuum neceſſariorum ponit ſine quibus, ciuitas eſſe non poſsit. Romæ tamen dicit Zaſ. inter minores erat.& adoleſcentibus per hunc ad amplioris honoris gradū erat acceſſus, vt teſtatur Cic. in.ij. de legibus. quodā tamen peſtilenti tempore quū, & conſul alter obijſſet. alter verò ægram animā traheret apud ædiles plebeios, & conſularem & tribunitiam poteſtatem,& tandem totius reipu. recidiſſe ſummam Feneſt. & Liui. lib.3. ſcribunt. De eorum officio latè tradunt Plut. in Mario. Et Feneſte. loco prealleg. circa fin. ac Halicar. lib.6. vtque ex præfatis patet, duo erant ædilium ordines. alter iuri dicendo præerat, & à ſella cui inſidebat curulis nominatus. alter plebeius. Porro ad ædiles pertinebat ſecundum Zaſi. menſuras corrigere, vt eſt apud Perſi. fregerit heminas areti ędilis iniquas. Et apud Iuue. vaſa minora frangere, vt ſic intelligatur. Item quæritur in.§. ſi quis menſuras infra loca. tex. tamen no. in.l.iij.ff. de via publi. videtur ſignificare ꝙ iſta, quæ Zaſi. & Feneſt. iniungunt officio ædilium ſacrarum ædium ſpectarent, ad ædiles curules. Vltimò not. iſtum tex. ad aliud magis vtile,
324 † quòd ſcripturæ poſitæ ſimpliciter in loco publico, in dubio, vt auctentice approbatæ cenſentur ita Are. in cap. cum cauſam colum.2. vbi Fely. tertia de probatio. & ad hoc reputat hunc text. egregium Aret. ibi.

Ex verſic. Deinde quum ærarium l.ij. ff. de orig. iur.

De ærario Romanorum, & quæſtoribus, & quis ex noſtris eis æquiparetur. nu. 325. cum ſequen.
De Cancellario Principis. 334.

Sequitur verſic. Deinde.

325 Tractat hic Pomp. de quæſtoribus, † vrbanis, & parricidij, duo igitur quæſtorum genera hic exponuntur, primum eorum qui ærariū curabant conſtituti aucto ipſo ęrario, dictique ab eo ꝙ inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa
326 creati erant. † Vt ſcias, ęrarium Erat æris repoſitorium, dictum ab ęre. quod in eum locum principaliter inſerebatur, vnde & tribuni ærarij dicti ſunt Plin. cap.1. lib.34.& cap.3. lib.33. vbi declarat quibus temporibus Romanorū reſpub. fuerit locupletior, Accur. in auc. de ince. nup. ſuper verbo ærario intelligit eſſe cameram, vbi reponebantur pecuniæ fiſci, ſed labitur quum ęrarium repoſitorium fuerit pecunię pop. Rom. fiſcus autem principis ſecundum Zaſium hic,& Budeum. in.l. vnica infra de offic. quæſt. ſed pro glo. vide tu text.& ibi Ioan. de Plat. in.l. vnica. C. de quæſt. lib.12. Aerarium auctore Plu.& Macrobio fuit in æde Saturni quòd eo tempore nec auaritia, nec improbitas, nec vllum fuerit furtum commiſſum. Valerius publicola primus in æde ſaturni ærarium eſſe decreuit, ꝙ locus ab inſidijs tutus, & munitus foret,& quum ſtipendiariæ prouinciæ fierēt, duplicatus fuit quæſtorum numerus, poſt Syllæ legem creati viginti teſtis Letus Pomp. quod latius proſequitur Cor. tacitus. lib.11. Primus honoris gradus quæſtoris erat, vt docet Cicero in orationibus,& eleganter iuriſconſultus in.d.l. vnica ad fi. quæſtorū cura erat pecunias ærari expenſas, & acceptas, in tab. publicas referre, vt Aſconius in.ij. actione Ciceronis in ver-
327 rem ait, ſecundum Val. & Plut. † relatos hic à Zaſio, etiam ad eorum officium ſpectabat legatos regesúe Romam venientes pro dignitate pop. Rom. excipere obuiam proficiſci. Et pręcipuè legatos in ęde ſaturni inſcriptos. donis proſequi, ęgrotos curare. Et ſi quando vitā defungerentur ſum-
328 ptu publico ſepelire. † Loco quęſtorum vrbanorum habemus hodie in partibus Franciæ & Sabau. pręfectos ratiociniorum, quos magiſtros computorum dicimus, loco verò quęſtorum ęrarij. ſunt receptores mulctarum & emendarum, loco autem tribunorum ærarij qui & quæſtores dici poſſunt, habemus generales finātiarum. teſtes Bud. in.d.l. vnica de off. quæſt. & Ioan. Pyrrus lib.2. de magi. ſequuntur Moder. taur. in.l.j. colum.14. infra de offic. eius. vbi inter habentes illuſtres dignitates eós connumerant. Aduer-
329 tendum in primis, † quia malè ſeparantur quæſtores ærarij à quæſtoribus vrbanis. idem enim erant, vt Fene. ſcribit,& ſatis demōſtrat tex. noſter hic, quinimmo & præfecti ærarij ſucceſsiſſe videntur loco ipſorum quæſtorum à quibus, ærarij curā abſtulit Auguſtus, Tranqui. in aug. auctor etiam fuit, vt cura ærarij à quæſtoribus vrbanis ad prætorios pręſtoresúe tranſiret. Item Tacitus li.13. de Neronè loquēs, deinceps curam tabularum publicarū à quęſtoribus ad pręfe-
330 ctos tranſtulit, Item ęquiparatio, † prędictorum ad pręſcriptos noſtri temporis, officiales abuſiuè etiā fit vt ſenſit ipſe Bud. in. d.l. vnica diuerſiſsima ſunt inquit munera. Erat.n. alia prorſus ratio apud eos ærarij adminiſtrandi atque nunc apud nos, pecunia enim publica vno loco cōdita erat quod ærariū dicebatur, quam tribuni ęrarij, quum opus erat promebant, nunc autē priuatim ſeruatur, priuatimq; ratio eius

conſtat. quo fit, vt ærarium noſtrum diſperſum ſit in pote-
331 ſtate paucorum.† Item præfecti, & noſtri generales theſau
rarij potius poſſunt nuncupari præfecti fiſci, quàm pręfecti
vel quæſtores ęrarij quod vt diximus erat repoſitorium po
puli, & publicæ pecuniæ, nõ autem fiſci. Præterea ſine iuſſu
principis, ex officij ſibi iniuncti natura generales ſeu The-
ſaurarij noſtri Principis obirent, ne munera quæſtorum cu
rando legatos ægrotos, doniſúe proſequendo. aut mortuos
ſepeliri faciendo: hercle non.

Nec inter illuſtres recipio iſtos generales noſtros, quia ſi
præfectus Auguſtalis præſcúe qui maximam habent iuriſ-
dictionem, & merum imperium in facinoroſos homines,
vt iura apertè volunt, infra illuſtres ſunt. reſpectu habito ad
præfecturam prædictam, aut præſidatum, multominus iſti
qui præſcripta honoris præeminentia non ſunt ſuffulti illu-
332 ſtres erunt nuncupãdi. † Vſu ergo merito obtentum eſt, vt
magnifici dicantur, quod vt dictum eſt quantum ad digni-
tatem minus eſt, quàm eſſe illuſtrem. Nec prædicti quæſto
333 res ærarij erant illuſtres, † vt ponit glo. in rubr. infra de of-
fic. quęſtio. iureq; nullo probatur. Et ad. l. fi. vbi ſen. vel clari
ibi noſtri numinis theſauros reſpu. quòd loquitur in comi-
tibus rerum priua. & ſacrarum larg. quorum offic. erat val-
de amplum & honorificum, vt per Bald. in. l. 2. C. de pet. bo.
ſub. 10. Et per Ioan. de Plat. in rub. C. de quæſt. lib. 12. Item
not. circa prædictos quæſtores, ad eorum curam aliud offi-
cium ex lege ſpectare Vale. lib. 2. cap. 3. de lege triumphan-
dj loquens, Cęterum ne tam præclara lex cupiditate laureę
obliteraretur. legis inquit alterius, adiutorio fulcita eſt quã.
Marius & M. Cato tribu. plebis tulerunt: pœnam enim im
peratoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio,
aut ammiſſorum ciuium falſum numerũ literis, ſenatui auſi
eſſent referre. Iubetque eos quum primũ vrbem intraſſent
apud quæſtores vrbanos, iurare de vtroq; numero verè ab
his ſenatui, eſſe reſcriptum. Aliud erat quæſtorum genus,
334 † quòd dicebantur quæſtores parricidij qui capitalibus re-
bus præerant, & fuerunt vt dicit hic tex. ideò cõſtituti quia
iniuſſu populi de capite ciuis Rom. non erat permiſſum le-
335 ge conſulibus ius dicere † Parricidij vocabulo hic pro om-
ni capitur homicidio, prout & apud veteres ſecundum Bu-
deum & Zaſium hic. ſic autem fuiſſe indicat lex. Numę. his
verbis compoſita, ſi quis hominem liberũ morti ſciens de-
derit parricida eſto, parricida inquit Priſcianus tam à pari q̃
à patre deduci poteſt. hodie tamen ad certas ſpecies hoc cri
me 1 coercetur, vt infra d. l. Pomp. de parricid. cuius ſuppli-
cij rationes elegãtiſsimè declarauit Cicero in oratione pro
336 ſexto roſcio in tertia char. † Hos quęſtores à triumuiris ca-
pitalibus diſtare eatenus putat Zaſius. ꝙ ipſi maleficia inqui
rebant, & manifeſta ex officio puniri fecerunt. Triumuiri
exequebantur quod diffuſius, proſequitur infra in verſi. de-
inde, quum eſſet neceſſarius magiſtratus, vbi licet inquit
conijcere triumuiros capitales ſententijs, capitalibus tan-
quam executores præfuiſſe, qui forte ſub ſe miniſteria car-
nificum habebant, per quos eaſdem ſententias à iudicibus,
datas exequentur. Credibile enim eſt in tanta ciuitate orbis
terrarum domina ſuperiores aliquos, his etiam miniſterijs,
præfuiſſe. non enim credo hos trium viros de cauſa capitis
cognouiſſe, cum capitalibus cauſis quęſtores parricidij pręſ-
fuerint. quod & in notorijs criminibus quibus animę amiſ-
ſio pœna erat intelligendum eſt, alioqui ſi ſolennis erat ac-
cuſatio neceſſaria coram prætore, & iudicibus ſortitis, vt ſu
pra dictum eſt, agitabantur crimina, & ſic quæſtores parri-
cidij à triumuiris capitalibus. & ab vtriſq; iudices crimina-
lium cauſarũ diſtinguendos putauimus. Beroaldus quæſto-
337 res parricidij iudices maleficiorũ nominat, † quod non ali-
ter admittit Zaſ. quàm cũ prædicto temperamento in no-
torijs, ſ. criminibus. & ſic minores ſunt iudicibus maleficio-
rum quos propterea incõuenit illuſtres, reputare ſecundum
Tau. loco præal. col. 14. apud Saluſtium legitur Cic. triumui
rorum capitalium interuẽtu ſupplicium de Lentulo & Ce-
thego ſumpſiſſe. Tempore Tyb. Cæſarijs quum in Seiani
liberos animaduerteretur etiam puellam adductam. Cæte-
rum quia triumuirali, ſupplicio puellam affici inauditũ fere
batur à carnifice ſtrangulatam, auctor Cor. tacitus lib. 5. Et
in iudicijs capitalibus, reum quater diffinitis in locis vocari
Appianus lib. 1. docet. quomodo autẽ ſorte eligerentur iu-
dices indicat Aſconius oratione pro milone. Coram accu-
ſatore, ac reo pilæ quibus nomina iudicum inſcripta eſſent,
æquabãtur, dein rurſus poſtera die ſortitio iudicum fiebat.
vnius, & 53. qui numerus quum fortè attigiſſet illi protinus
ſeſſum ibant, tum ad dicendũ accuſator duas horas reus tres
habebat. reusq; eodem die illo iudicabatur. Relinquebatur
autem numerus iudicum qui ſententias, ferrent quinquage
ſimus & vnus, Pedianus verò circa illud Virgilianum quæ-
ſitor Minos vrnam mouet. Enarrat aliam iudiciorũ conſue
tudinem. nam Virg. inquit, Minoem iudicem apud infe-
ros tanquam ſi prætor ſit rerum capitaliũ, quæſitorem ap-
pellat. dat ibi ſortitionem, vbi vrnã nominat, dat reiectio-
nem iudicum cum dicit cõcilium vocat, dat cognitionem
cum dicit vitasq; & crimina diſcit. Ex quibus Pediani ver-
bis elicitur hic ſenſus, teſte Merula, quum in vrnam iudices
miſi iudices niſi eſſent permittereq; accuſatori, & reo ex il-
lo numero, vt reijcerẽt quos putarent, aut ſibi inimicos, aut
ex alia re incõmodos, fore reiectione facta, ſortiebaſ alios
prætor, vt, ſ. legitimus numerus compleretur, nonnunquam
fraude prætorũ ſupponebãtur iudices, qui corruptiſsimi iu-
dicarẽt, id quod in ſortitione iuniana accidit. vbi Iunij prę-
toris dolo, vt fama erat damnatus fuit Opianicus. Hinc Iu-
uen. prima eſt hæc vltio. ꝙ ſe iudice nemo nocens abſolui-
tur. improba quamuis gratia fallacis prętoris vicerit vrnam,
hoc eſt quamuis prætoris gratia in iudicĩ, ſortitione vrnam
vicerit, i. iudicium iudicum qui verè ex vrna lecti erant. His
coniungenda, ſunt quæ diximus ſupra in verſi. fin. in. v. not.
338 Aduertendum eſt, etiam † inquantum Zaſius & Tauri. ſu-
pra relati intelligunt, quæſtores tantum potuiſſe iudicare in
notorijs criminibus, vt apud nos hodie faciũ præpoſiti ma
reſchallorũ, & ideò minores eos eſſe arbitrantur iudicibus,
maleficiorum. Et cõſequenter non fuiſſe illuſtres, grauiter
339 & imperitè iudicio meo labuntur, † diuinationem cõtinet
maximam quod dicunt de notorijs, tantum criminibus, &
contra generalitatem tex. noſtri hic. quod ex alio eleganter
conuinci poteſt, dicũtur bi quęſtores rebus capitalibus pręſ-
fecti, eo quia de capite ciuis Rom. l. permiſſum nõ erat con
ſulibus ius dicere, vt hic dicit iuriſconſultus, & clarius Fene.
de quæſtoribus in fin. permiſſum eſt, ergo eis in caput ciuis
Rom. quod conſulibus, lege erat probibitum cõſulibus ge-
neraliter & indiſtinctè, non autem in notorijs, tantum erat
prohibita animaduerſio prædicta, ergo per cõtrarium ipſis
quæſtoribus indiſtinctè conceſſa. Non obſtat ꝙ in ſolemni
accuſatione res ſortitis iudicibus, coram prætore ageretur.
iſtud eſt quod Zaſium decepit, & ob quod hallucinatus fuit.
nam reſpondeo ꝙ prætores, poſt longo interuallo ſunt inſti
tuti ex ortis multis bellis, vt declarat infra iuriſconſultus, &
Fene. in tit. de pręto. apud quos omnis poteſtas publ. & pri-
uati iuris fuit, adeò tantum immodũ aucta eſt eorum aucto
ritas & poteſtas, vt ius ipſorum honorarium nuncuparetur.
Et temporibus prætorũ mos procedendi ſortitis iudicibus,
vt ſupra inualuit, & credendum etiam eſt, ꝙ tunc officium
quæſtorũ parricidij ceſſauerit. Hinc Varro quem ſequitur
Pomp. letus in. c. de quęſtoribus dictos eos eſſe ait à quæren
do, ꝙ conquirerent maleficia triumuiri capitales nũc con-
quirunt. ecce quomodo oſtendit ceſſaſſe quęſtorũ officium
inſtitutis triumuiris capitalibus, qui ab initio duumuiri fue-
re, & vnius augumento triumuiri collegæ facti ſunt. teſtis
Fen. in. c. de duumuiris cap. vbi originem magiſtratus nar-
rat, & ponit etiam qualiter ius pronunciandi, in capitalibus
à princ. habuerunt. Ex præſcriptis etiam dico, ꝙ quum iſti
quæſtores haberẽt animaduerſionem, in caput ciuis Rom.
nullo modo æquiparandi, ſunt iſtis latrunculatoribus, & iu-
dicibus maleficiorum. Et crediderim cum glo. in. d. l. vnica
in verbo plebeios. inter illuſtres eos cõnumerandos ob in-
ſignem poteſtatem quam ipſi ſoli tunc habebant, in nobi-
liſsima Romanorum ciuium capita, & quæ cõſulibus ſum-
mis

mis alioqui magistratus denegata erat. Tertium fuit ge-
340 nus quæstorum,† qui prouincias sortiri solebant de quibus
mentionem facit iurisconsul. in. l. e. vnica de offic. quæstor.
commiſſædæ rei militari primum creati fuere anno. 63. post
reges exactos. testis Cor. tacitus. libr. 11. de quibus latè Bu-
deus in. d. l. vnica, vbi dicit q pro his habemus hodie the-
saurarios bellicos. decretum Ducale vocabulo parum lati-
341 no guerrarũ thesaurarios vocat,† sequitur simpliciter Mo.
taur. loco præællega. Et istius tertij generis quæstores ante
342 omnes alios quæstores fuerũt instituti,† vt ex Cor. & pre-
dictis liquet, quorum officium erat nõ solum administrare
rem pecuniariam, sed prædam ac manubias in rationes pu
blicas referre vt est apud Liu. nõ semel & sic diuersum mu
nus à nostris bellicis thesaurarijs obibant. Fuerũt & quarto
342 loco quæstores cãdidati,† qui epistolis in senatu legẽdis oc-
cl. 2. cupabantur vt iurisconsul. & Fenest. scribunt hunc candi-
datum quæstorẽ. Io. pyrrus regius senator in tract. de mag.
æquiparat cãcellario principis. quod origine attenta. ac prin
cipijs primis non tenent Mod. taur. in dicta. l. j. col. 12. pro-
bantes id absurdum esse, verũ considerata potestate & au-
ctoritate istius quæstoris aucta sub Cæsaribus id tenẽt per
multa adducta per eos. Inuenio q Zasius supra in vers. Eo-
dem tempore magistratus. hanc sententiam amplectitur
vbi dicit q clausulæ ex certa scientia & de plenitudine po-
testatis nõ nisi cum magna deliberatione & ex causis præ-
343 gnantibus in Principum rescriptis inseri debent. † Et non
absque causa instituti sunt cancellarij quos iurisconsulti can
344 didatos principis nominãt,† vtpote q ea quę à principibus
aliquando cõtra leges obrepunt cãcellent & ad æquitatem
redigant super quo versus illi circunferuntur.

Hic est qui regni leges cancellat iniquas
Et mandata pij principis æqua facit
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum
Quicquid obest per eum desinit esse nocens.

Et de quęstore vide nouam constitutionem in aucto. de
quæstore coll. vij. per totum & indubitanter est illustris &
in primo ordine magistratum constituendus, quum inter
senatores qui primi ordinis sunt, ipse cancellarius sit prin-
cipalius membrum.

Ex versi. & quum placuisset.

De decemuiris latè, num. 345. cum seq.
De modo tenendo quando venditur res ciuitatis. 346.
Referre ad senatum de re aliqua quid sit. 348.
Prima pestis est fauere qui cupiunt in repu. dominari. 349.
Quid sit sufficere, & de suffectis. 353.
Vindicię vnde dictę & latè de his. 356.
Ius ciuile non debere calumniari neque eius verba captari nume. 358.
Officio suo quis priuari non debet nec potest illi renũciari nisi in manibus superioris. 364. cum seq.
Rebellionem populi quæ causare soleant. 366.
Amor mulierum inhonestus cogit hominem ad turpia. 368.
Castitas & honor sunt præferenda vita 371.
Ius honestatis ab omni superioritate exemptum. Ibidem.

Sequitur interpretatio in versi. Et quum placu.

345 Hic de decemuiris,† vsq; ad versi. deinde quum post ali-
quot annos videbis quam historiam latè prosequitur Fene.
Et latius Liu. lib. 3. Eis creandis hoc in causa fuisse prohibe-
tur. Plebe. n. quotidianis seditionibus tum ob creandos de
plebe magistratus, tum ad ferendum legem de soluendo à
nexibus fœneratorum. Sæpe etiam de connubio vt inire
liceret plebi cum patribus. nonnunquam ob ferendam le-
gem agrariam, diuina simul humanaq; omnia miscente. Et
tandem communes quasdam leges ferre petenti quę vtris-
que vtiles forent. & æquandæ libertati cõuenirent. ne quis
esset inuidiæ locus. ipsas leges extraneas accersiri placuit,
missi ergo tres viri Athenas Solonis leges de quibus su-
pra visum est retulerunt pro quibus censendis & promul-
gandis creati fuere hi decem viri, vt diffusius prosequuntur
prædicti historici. In tex. ibi leges quoque fieri lege ferri vt
est apud præfatos. In tex. ibi latum est ad populum vt om-
nes magistratus se abdicarẽt. placuit enim vt scribit Liu. ne
quis eo anno alius magistratus esset. sed quũ phas nõ fuerit
sese ante diem exoluere magistratu. vt ex Fenest de decẽ-
uiris ferendarum. l. in prin. colligitur & probatur in. l. pe. in-
fra de offi. præsi. ad cuius declarationem vide Ro. in consi.
444. in. ij. dubio necessarium fuerat cõtrariam ferre legem.
346 Et hunc,† textum inducit Zas. pro doctrina Bart. in. l. con-
tinuus. in. §. cum quis. ff. de verb. oble. vbi si locũ publicum
ciuitas vendere destinarit. docuit primò legem fieri qua is
locus esset priuatus vt sic posteà vẽderetur. sed in illa quæ-
stione Bart. verius est q sufficit constituere syndicum ad
vendendum quia videtur facta. leg. de vendendo. vt ibi per
Are. post Fulg. Deridet hic Budeus Accursij expositionem
ad verbum latum est, exponens ipse latum ad populum, sci-
licet à tribunis vt populus sciseeret iuberetq; omnes qui tũ
imperio essent magistratu se ad dicare, vt decẽuiri legibus
ferendis crearentur, & ne quis eo anno magistratus præter
decemuiros esset. quam declarationem apertissimè & in lo
co vulgo satis cognito voluit Liu. præal. Iam reddierant in-
quit legati cum atticis legibus, eo intentius instabãt tribuni
vt tãdem scribendarum legum initium fieret, placet creari
decẽuiros sine prouocatione, & ne quis eo anno alius magi
stratus esset, modo ne. l. Acilia de auẽtino, aliæq; sacratę le-
ges abrogarentur, quę. s. ad tribunitiam potestatẽ plebisq;
defensionem pertinerent, de quibus legibus tractat Halic.
347 lib. 10. ad fi. lib.† ferre ergo ad populum legislator, tunc di-
citur quum legem in medium profert, rogatq;. i. interrogat
an placeat. populus verò sciscere. i. statuere & iubere dice-
348 batur vt visum est supra. † referre de re aliqua ad senatum
consules & hi quibus senatum cogere licebat dicebantur
quum rem in senatu agitandam decernendamq; propone-
bant senatorum sententias rogãtes cuius rei exempla apud
Liu. scatent. Et sic intelliges verba Iul. Cæs. in. 1. lib cõm. de
bello ciuili in prin. dum ait vt ad senatum referretur impe-
trari non potuit. De more ferẽdarum legum tradit pulchrè
Ci. in oratione pro flacco. & in. 1. philippica, habetur etiam
in. l. humanum. C. de legibus Vult etiam Budeus non ma-
gistratus sed magistratu legi debere. & verè. Fenest. & Liu.
in multis locis tertij lib. tali forma verborum vtũtur. Atta-
men & sine vitio magistratus legi potest. sic videlicet lege
sancitum est vt omnes magistratus se abdicarent. i. ab Im-
perio in quo tum essent separarent & abirent. l. pen. infra de
offi. præsid. forte etiam ante verbum se in pãdectis floren.
præpositio vt sit sensus q omnes magistratus à se abdica-
carent. In text. ibi quod decemuiri Budeus non q pro quia
vt glo. exponit dicit intelligẽdum verum pro quoad & pro
testatur quod sequentia nullo modo patiuntur nec ratio la-
tini sermonis admittit quæ si Budeus respexisset nõ ita lap-
sus esset sed vt dicit Philoso. ad pauca respicientes de facili
349 enunciant† Intellige ergo tu quod pro. sed prout etiam in. l.
q si domus. j. loca. & sit sensus placuit vt omnes magistratu
se abdicarent sed quũ decemuiri cõstituti sibi magistratum
prorogarent eo rempub. perduxerunt vt exercitus à repub.
secederet. In tex. ibi prorogarent per spem. s. & libidinẽ do
minandi opinio etiam fuit fędus clam inter eos iureiuran-
do dictum ne comitia haberẽt, perpetuoq; decemuiratum
possessum obtinerent. vt eam totam rem Liu. & Fene. com
plectuntur. Prima reipu. pestis est fouere eos qui dominari
349 cupiunt.† ea. n. dominationis libido Zasio teste non cogitat
quid honestum quid vtile sit reipubli. sed quomodo prima
nominis auctoritas etiam cum reip. interitu apud eam resi-
deat. In tex. ibi iniuriose tractarent hoc totũ ex Liu. & Fen.
patet. incredibile est inquit Fene. quantum ea res vrbi ter-
350 rorem iniecerit neq; suus vrbem fefellit timor.† Primum
enim quũ abstinere à patribus cepissent in humiliores cru-
delitatem libidinemq; exercebant iniq; iudicabant. si quis
collegam appellasset ab eo quẽ appellauisset ita discedebat
vt peniteret

vt pertineret primo decreto non stetisse opere pretium est
hoc loco aduertere iudice Zasio fontem publici & priuati
351 iuris,sic.n.Liuius legem. 12.tabularum nominat, † iniquis
& pestilentibus auctoribus non caruisse, In text.ibi vellent
deinceps sufficere magistratibus,Budeus legit magistratus.
idem libentius se facturũ ait Zasius,i.iest.nollẽt,alios magi-
stratus substituere,quia sufficio quũ pro substituere ponitur
exigit quartum casum,hinc Virgil. Atque aliam ex alia ge-
nerando suffice prolem. propriè tamen suffecti dicũtur ma
gistratus creati loco demortuorum. consules qui ex ordine
creati magistratum principio anni inibãt, ordinarij dice-
bantur.intra verò annum vita functis, hi qui in locum eo-
352 rum summitterentur suffecti dicebantur,† testis Lãp.nam
sufficere submittere est vt dictum est. & Io.Franciscus pi-
cus Tu linguę pia verba pręcor,tu suffice carmen. & Clau.
Imperator apud Tarquini. nouo circa principem exemplo
in locum demortui consulis suffectus traditur.potest tamen
retenta litera magistratibus dici secundum Zasium,i.nol-
lẽt sufficere & submittere alios suis magistratibus quos ipsi
detinuere. Isti suffecti dicuntur ordinarij & possunt omnia
incumbentia ordinarijs etiam concernentia vltimum sup-
plicium & membri incisionem.vt per Deci.in rub.de offi-
cio d.l.j.in fi.& in.l.j.in glo.super verbo posit post Alexan.
& Riminal.infra de officio eius maximè per.l.ij.C.de offi.
353 eius quã intelligunt in suffecto.† Mod.taur.tamen ibi char.
27.col.3.versi. sed quãuis ista ampliatio tenet hoc non pro-
bari per dictam.l.ij. quam communiter scribentes ad id al-
legant quæ tantũ specificè loquitur de causis mixti Impe-
rij.& quamuis subijciat clausulam & omnia quæ ad iurisdi-
ctionem rectoris prouinciæ pertinent actitare. non tamen
facit illa clausula vt veniant causę meri Imperij,quæ maio-
res sunt.arg.c.qui ad agendum de procur.in vj.iuncta.le. &
quia infra de jur.om.iud. & ita etiam tenuere quidam anti-
qui quos ibi Alex.refert. Sed cõmunis opinio videtur mihi
optimè probari in.d.l.ij.dum ait & omnia quæ ad officium
rectoris pertinẽt actitare,quia si rector poterat & suffectus
non malè ibi diceretur & omnia actitare, &c. quia totum
dicens nihil excludit.l.iul.ff.de leg.iij.&.c.solitæ.de maio.&
obe. Non obst.quod illa clausula generalis & omnia actita-
rę intelligi debeat non de maioribus expressis.sed de simi-
libus.vt de causis mixti Imperij,de quibus tex. ibi specificè
loquitur,d.c.qui ad.agendum. nam resp. ꝙ ibi sit restrictio
illa ex verisimili mente constituentis, qui non censetur vo-
luisse maiora expressis,sed in.d.l.ij.nõ potest fieri talis restri
ctio ex mente constituentis,quinimmò esset contraria menti
constituentis quia non esset tum bene prouisum officio per
suffecti submisionem, si non posset omnia quæ ad curam
illus officij spectant, Præterea dubito ne argu.minus bene
veniat à simili.quia in.d.ca.qui ad agendum, erant expressi
aliqui casus speciale exigentes mandantum & data inde po
testas circa exigentia speciale mandatum, ideò nimirum si
de similibus intelligitur,quia præcedẽtia influũt in sequen-
tia magis quàm è contra.le.quisquis cum Bart.ff.de lega.iij.
Sed in.d.leg.ij.sunt expressi aliqui casus de mixto Imperio,
inde illa clausula & omnia actitare quæ ad officium recto-
ris prouinciæ spectant, subiuncta non est circa ea quæ sunt
mixti imperij,imò circa merũ,dicendo & omnia,&c.nam
ad officium rectoris prouincię spectat actitare ea quę sunt
etiam meri Imperij,vt notum est. In tex.ibi factio sua.hęc
354 verba † declara ex his quę dicit Fenestella opinionis fuisse.
Fędeus clam inter eos iureiurando pactum ne comitia ha-
berent. & perpetuò decemuiratus Imperium possiderent.
Et est factio quũ inter optimates cõuenticulis & pactioni-
bus coitur & cõspiratur.de quo vocabulo plura allegat Alb.
in dictionario in verbo factio. Et hæ factiones vt libro.4.
scribit Liu.fuere eruntq; pluribus populis magis exitio quã
bella externa,quam fames morbiue.quæq; alia in Deũ iras
velut vltima publicorum malorum verũt. In tex.ibi sece-
deret, hæc fuit secunda secessio de qua dictum fuit in prin.
l.in versi.fina.in prin.Historia nota est.nam quum decẽuiri
& in primis Appius princeps eorum multa inique egissent,
355 † ad cumulũ accessit Virginij casus. eius.n.filiã formosam
& nubilem Acilio viro tribunitio despõsatam, quum Ap-
pius ardenter adamasset, nec præce nec pretio profecisset,
quendam ex clientulis suis Claudium plebeium hominem
supposuit,qui puellam in seruitutem assereret, quam vnam
eius potiundæ viam esse videbat.se enim iudice disceptan-
dum fuerat, vocaſ per amicos ex castris pater Virginius in
Algido contra hostes pugnabat,qui quum nihil proficeret,
rem.n.nephandam App.meditatus, puellã Claudij seruam
esse pronũciauit. seductam paululum filiam cultro interse-
cit.quod facinus ad milites in castris relatum, causam præ-
buit secedendi in auentinum; & euertendi decemuiratum
vt latissimè & eleganter prosequitur Liui.in.3.libr.In text.
356 ibi vindicias,† quæ dictæ sunt non à Vindicio vitelliorum
seruo,quicquid hic narret Accur.sed à vindicando.vt colli-
gitur ex Liui.lib.3.& Gel.cap.9.lib.20.sed à Vindicio bene
dicta est vindicta. qua primum ipse vindicius seruus libe-
ratus fuit.Liu.circa prin.ij.lib.ex quo patet in text.infra non
vindicis sed vindicij legendum esse.id.n.fuit nomen serui.
Vindicias ergo abdicauit & ademit.Appi.à filia:& secundũ
Claudium qui ab eo suppositus in seruitutẽ petierat dixit,
quamuis Budeus abiudicasse legendum putet quod est iu-
357 dicio auferre.† Cic.de.l.agraria iudicabit Alexãdriam Re-
gis esse a populo Romano abiudicauit. Quid autem essent
istæ vindiciæ Accu.assequi non potuit.& quædam penitus
impertinentia adducit, contra quẽ minus modestè insurgit
Budeus multa im pertinẽter cogerẽs. ciuiliter magis agit Za
sius, quum apud habentes cognitionem historiarum res sit
vulgata satis. Quum.n.vetusto iure coram prętore lis agita
ta est.vter debeat esse rei controuersæ possessor.& qui eam
tenebat,prædem.i.fideiussorem dedisset se nihilo possessio
nem deteriorẽ facturũ,iam vindicię secundũ eum dabãtur
id est, vindicabatur & asserebatur ei possessio. vt declarat
Asconius in verrinis lib.3.facit.le.postquã.in.§.Imperator.
infra vt in poss.legat.vindiciæ pro aliquo dicebãtur vt Gel.
lib.20.c.9.docet, quũ ex iudicis decreto apprehẽdebat quis
rem,quæ erat in controuerso iure & penes se tenebat.quas
vindicias iniustas dixit App. & cõtra ius ab eo inductũ pro
Clau.supposito petente Virginiam in seruitutẽ, debebat.n.
secũdum libertatẽ vindicias dicere,i.decernere,vt dũ status
quæstionẽ patiebatur, interim libertatis commodũ ei non
auferri. sed ipsa esset prout erat in possessione libertatis ac
penes suos,donec petitor seruitutem probasset, non autem
adiudicare puellæ possessionem huic aduersario iniquissi-
mè supposito.hoc est quod apud Liu.3.instãte sponso puel-
læ concessum est cognatis vt eam vindicarent,id est, in li-
bertatem assererent donec pater veniret, quo adueniente
Appi. vindicias secũdum seruitutẽ dixit.i.iussit vt aduersa-
rius puellam pro serua possideret. nephas certè fuerat sub-
uertere legem quam ipse tulerat. verum fortè quum talia à
cognatis puellæ ei.obijcerẽtur legem calumniatus est quasi
ad hunc casum non pertineret.quæ calumnia hodie iniquis
nõ est in cognita.vel iudices dixeris vel causidicos secundũ
Zasium,neque vero ius ciuile calumniari,neque eius verba
358 captari oportere certum est.l.pen.infra ad exhib.† ad quod
vide Ancha.consi.75.colu.fin.& Pau.de Cast.in consi.298.
col.5.in antiquis.adde Fely.in cap. cum Bertol.col.iij.de re
iudi.Deci.in.le.ea est natura.ff.de re iur.& pulchrè in consi.
666.col.2.& consi.690.col.j.l.j.C.de formu.Au.gel.in no.
atti.Alex.in consi.83.col.iiij.in.ij.vol.& in consi.113.lib.
Mod.tau.in.l.cum quid col.x.in fi.infra si cer.per.† Item ibi
indignatus ꝙ vetustissima iuris obseruantia in persona filię
suę defecisset, Virginius miles.pater puellæ meritò indigna
batur ob iniuriam sibi illatam & quia non solum Appius le-
gem suam dã à se & alijs decemuiris prolatam de cõseruan-
da libertatis possessione,ei qui in ea erat contemnebat.sed
etiam vetustissimam iuris obseruantiam.ad cuius declara-
tionem Accurs.fabulam narrat.iurisconsultus se in sequen-
tibus declarat.dum loquitur de vindicijs dictis per Brutum
in persona Vindicij serui vitelliorum.& fuit talis cõsuetudo
secundum Zasium moribus non iure scripto antiquitus ob-
seruata.

seruata. Brutus.n.auctor, vt iam vidisti, eijciendi reges fuit
sub eius cõsulatu, qui primus Romæ erat populo Romano
iam à tyrannide regum liberato, iuuẽtus nobilitatis insueta
iustè cui innocẽter sub senatorijs legibus viuere graue erat,
de Tarqui.rege reducendo conspirauerant eius cõiuratio-
nis Aquilij & Vitelij principes erant in qua & ipsius Bruti
359 consulis liberi participabant, † qua tamen coniuratione per
vindicium vitelliorum seruum detecta cõsilium reges re-
ducendi fractum est. vocati in iudicium capitis conspirato-
res, vt auctor est Plu. in vita Bruti. quum petijssent vt Vin-
dicius eorũ seruus eis dederetur, Brutus negabat. sed vindi-
cias pro libertate dixit. ex eoq; vindicium bene de repub.
meritum: Intereà dum vitelij causam maiestatis dicerẽt in
manum ac potestatem infensissimorum Dominorum, ob
accusationem excarnificandum non siuit. vt hic latius pro-
sequitur Budeus. istud est quod hic vetustissima iuris obser-
uantia nuncupatur. Similitudo tamen vtrobiq; iudice Zas.
multum claudicat. fortè mens iurisc.on. est q̃ iste miles in-
dignabatur, quia ius.i.t 2.tab. contra eius filiã negligebatur,
nec in ea tenebatur, vetustissima iuris obseruatio, quã Bru-
tus in Vindicio tenaciter obseruauit, qui licet esset seruus, tã
men noluit vt Dominis redderetur, immo pro libertate, id
est, vt esset in possessione libertatis pronũciauit, ne excarni-
ficandus daretur. Ergo fortius ista Bruti obseruatia pronun
ciantis pro libertate, attendi debebat in persona Virginiæ,
quam non cõstabat seruam esse, prout de Vindicio notum
erat, verè tameo speciale fuit illud obseruatum in Vindicio
quia secundũ regulam cum esset seruus Domino reddi de-
bebat, & ita permiserat Collatinus collega Bruti in consu-
latu, vt ex Plut. in vita Publicolæ constat, sed Brutus noluit
fauore beneficij ab eo accepti in detectione coniurationis.
considera etiam quomodo illa obseruantia posset tempo-
re Virginiæ dici vetustissima, quũ solum præcessissent anni
quinquaginta octo vel circa, nam liberatio Vindicij serui.
contigit post exactos reges. & sic post annos vrbis. 244. vt
ex Liu. ad finem primi lib. colligitur. casus Virginię post al-
latas.ll. 12. tab. anno vrb. 302. vel circa. vt ex Liui. in. 3. libr.
colligitur, quomodò ergo dici potest vetustissima obser.
260 † quum requiratur cursus annorum cẽtum. vt quid de an-
tiquo dicatur, secundum, cõmunem opinionem vt per Soz.
consi. 89. col. iij. in primo vol. Dec. consi. 13. colu. iij. & Ias.
in.l. cum aliquis col. fina. C. de iur. deliber. Forte dici potest
quòd ista sunt verba iurisconsulti appellantis illam vetustis-
simam obseruantiam non Virginij, secũdum cuius tempo-
ra illa obser. non poterat dici vetustissima. Sed & iure mo-
do receptum est, vt qui in quasi possessione libertatis est si
super statu ei controuersia moueatur libertate gaudeat, do-
nec res sententia terminetur. l. non ideò minus. & l. lite or-
dinata. C. de li. causa. In tex. ibi taberna lanionis, hoc omnes
361 historici cõplectuntur, † expone. i. macellarij à laniãdis pe-
coribus, sicut lanista qui gladiatoribus præest vt reperitur
apud Tranquil. in Claudio. Item ibi partim in carcere ne-
cati defectũ esse. & quidẽ insignẽ imperfectio sensus osten
dit testes Budeus & Zas. addentes hæc verba partim in exi-
lium acti, nunquam enim hæc particula partim non gemi-
362 nata reperitur, † vt ex Cic. in pluribus locis constat secun-
dum eos. Ego in contrarium adduco text. instit. de testa. or.
in prin. ibi partim. & hoc in vsu esse desijt. & Gel. quem pro
teste locupletissimo & ipsi habent in. c. 13. lib. 10. Quãtum
tamen ad locum nostrum concurro in eorum sententiam,
q̃ verba suppleta deficerent, quia historia se habet modo
prędicto, vt ex Liu. in. 3. ab vrb. cond. patet. In tex. ibi & ita
rursus respu. statum suum recepit. Bald. hic colligit q̃ truci-
363 datis vsurpantibus statum ciuitatis, † recipit ciuitas statum
suum. sed alia est mens tex. vt statim dicetur. Alber. hic in-
telligit. ciuitatem statum suum recepisse, i. reintegratã fuisse
reuocata plebe consensu populi. Tu qui historiam calles ex
Liu. & Fenest. locum hunc potens clarè & eleganter inter-
pretari. missos ausit legatos probatissimę exstimationis qui
de conditione pacis cum plebe agunt. petebat autem plebs
inter cõditiones pacis ad supplicium decemuiros, quod per

legatos dissuasum fuit. contẽta igitur extitit plebs. vt sui sibi
tribuni restituerentur. & vt consueuerat rediretur ad con-
sules, interim abdicant se magistratu decemuiri, comitia à
consulibus de tribunis creandis habẽtur. hoc pacto creatis,
exactisq; decemuiris ad prioris formã regiminis reditum
est. Ex qua historia habes notare, q̃ respub. statum suũ re-
cepit ante necatos decemuiros. quamuis verba iuriscõ. hic
viderentur innuere aliud, sed intellige vt dixi id etiam con-
tigisse ante necatos actosq; in exilium decemuiros. Notat
Baldus ex isto tex. in principio volẽte constitutos fuisse de-
cemuiros iussis alijs omnibus magistratibus se magistratu
abdicare, quod merum Imperium potest in manibus supe-
364 ris renunciari, † & ad id posse quem cogi q̃ intellige causa
subsistente vt hic erat, alias secus. officio.n. quo quis fungi-
365 tur, † sine causa priuari non potest nec debet, pulchrè Ro-
manus consi. 467. vt clara & consi. 492. in casu. Renuncia-
tio autem Imperij aliter quàm in manibus superioris facta
nullius est roboris. l. pen. infra de officio pręsidis ponit Ro-
manus consilio. 444. in secundo dubio. Et ideò vt scribit
Cornelius tacitus libro primo in fine. Tyberius imperia da
ta continuabat, & plerosq; ad finem vitæ in eorum præfe-
cturis relinquebat. Secundo nota. ibi iniuriose tractarent,
366 † & ibi aspera dominatione, q̃ aspera & inhumana domi-
natio causat rebellionem, faciunt quæ scribit Phil. pol. v. &
id quotidie vsu euenire nostris infelicibus temporibus vi-
demus. An autem hoc casu subditi possint Dominum ex-
367 pellere, † tradit post Bald. & alios Aquen. in. leg. ex hoc iure
char. j. supra titu. j. facit tex. no. in. l. ij. infra de his qui sunt sui
368 vel al. iur. Tertiò nota. ibi amore virginis, † q̃ inhonestus
amor mulierum cogit hominem ad omne nephas, rectũq;
iudicium & Iustitiã subuertit. nihil enim vt scribitur. in. §.
illud in auct. quibus mo. naturalis effi. leg. amoris furore ve-
hementius est. Hinc Herodes meretricis amore & præce
sanctum Io. Baptistam decapitari iussit. c. cum iuramẽto de
homi. & Salamon ex conuersatione mulierũ idola adorasse
dicitur tertio regũ capit. vndecimo. & tregesimosecundo
Hinc ait ille poeta.

Miscuit omne nephas quem nulla modestia terret:
Optari compos dum studet esse sui.
Non decus auertit, non lex, diuumue potestas.
Egit præcipitem cecus ad omne furor.

Vt enim est apud Macro. eum cui plus liceat quã par sit,
369 plus velle q̃ liceat. † Erat sanè hic App. cl. vir ingenio & pru
dentia perspectissimus. & cui vt cum Lucretio loquamur.
leges multum debuissent recta sequenti. Sed pro Platonis
sententia in magna licentia peccandi seipsum cõtinere, ar-
duum & difficile est, impossibileq; bonum virum perseue-
370 rare. Deniq; pręclara ingenia vt Plu. in demet. tradit. † sicu-
ti virtutes maximas, ita vitia maxima producunt. & teste
Chrisostomo quẽ hic Zas. refert, anima semel malignitate
capta, omnes insaniæ numeros explicare consueuit. quid.n.
homo semel malitiæ deditus non inueniat? Quarto. not. ibi
371 castitatem, † vitæ præferendam esse. exemplo Virginij
qui teste Liuio lib. 3. vir fuit rẽcti exempli, militię domiq;,
hinc etiam Vale. de pudicitia Virginius inquit plebei gene
ris, sed patritij vir spiritus ne Probro contaminaretur do-
mus sua, proprio non pepercit sanguini, propterea dici-
tur in. l. iusta. ff. de ma. vin. honorem vitæ æquiparari, de quo
plura congerit Barb. consi. 46. col. j. in. ij. volu. & in. cap. licet
causam. colu. iij. de proba. Iaso. in. l. iusiurandũ quod ex con-
uentione. §. fi. in. 4. no. & in repe. l. admonẽdi. char. 27. versi.
ex prędicto infra de iureiur. Vltimò not. ibi partim in car-
372 cere necati, † q̃ decemuiri partim in carcere necati fuere.
nam App. cla. ante diem iudicij mortem sibi in carcere con
sciuit. Oppius quoque in vincula ductus est. & ante iudicij
diem finem ibi vitæ fecit M. verò Claudius assertor virgi-
nię die dicta damnatus est. sed ipso Virginio pęnam remit-
tente Tybur. exulatum abijt. sicq; pro sentẽtia Liu. manes
virginiæ mortuæ quàm viuę feciliores per tot pęnas vagati
nullo relicto fonte, tandem quieuerunt. reliquos.n. decem-
uiros, aut morte aut exilio publicatis bonis tribuni plebis
punierunt

punierũt testis Pli.de viris illu.c.21. Hic finis auctorũ.l.12.
tab.auctorũ inquã, à quibus omne ius nostrũ velut à radice
processit.omnem.n.publici priuatiq́; iuris fontẽ Liu.appel-
lat, si iusta, si recta quę ipsi instituerãt, secuti essent, quid po-
terat eis esse illustrius. sed malos malè expedit finire. Huius
magistratus decẽuiratus non meminere doct.in.l.j.infra de
373 offi.eius.nõ est dubitandũ, † quin maximus fuerit, & in pri
mo gradu quum omnes alios faceret cessare. & sine appell.
esset teste Liu. vt de dictatore visum est quem inter magi-
stratus primi gradus ponũt. & idem in istis decemuiris. Vl-
timatè ex hoc tex. egregium licet colligere argumẽtum, ꝙ
ius honestatis ab omni superiortate debet esse exemptum,
propterea dixit Bald.in.l.quod ex libera.C.de lib.quem se-
quitur Iaco.de S.Georgio.in tra.de homa.ad fi.Dominum
non posse cogere subditas ad tripudiandum in castro causa
euitandæ sinistræ suspitionis & honestatis seruandæ.

Ex vesic. deinde quum post aliquot l.ij.ff.de ori.iur.

Hic tractatur de tribunis militum, consulibus ex plebe & ędilibus currulibus pertotum.

Agitur hic de tribunis militum, cõsulibus ex plebe crea-
tis, & ædilibus curulibus institutis post sublatum decemui-
ratum omnium scelerum castellum vt ait Liuius lib.3. Re-
stituenda est in primis litera. ibi post aliquot annos.12.tab.
latæ sunt, vt post verbum annos addas dictionem quàm &
optimus reluxerit sensus, quod post aliquot annos quã.12.
tab.latæ sunt vigescente discordia inter patres & plebẽ vo-
lentem ex suo quoque corpore consules creari, sedata tan-
dem fuit discordia per mixtam creationem tribunorũ mi-
litum quam historiam late complectitur & eleganter Liu.
lib.4. Anno inquit tricentesimo decimo quã vrbs Romana
condita erat. primum tribuni militum pro consulibus ma-
gistratum ineunt. A. Sẽpronius atratinus L. Attilius T. Ce-
cilius. quorum in magistratu concordia domi pacem etiam
foris præbuit. Ex quo licet clarè colligere id contigisse an-
no nono vel circa. post sublatos decemuiros, qui legibus.12
tab.conscribendis creati, fuere, anno altero & tricentesimo
quam condita Rom. fuit vt scribit Liu.libr.3. anni igitur de
quibus hic, quicquid malè sentiat Accu.ad nouem plus mi-
nusúe parũ redigendi sunt. In tex.ibi interdum.20. fuerunt
arbitratu Budei legendum est seni. sed vt ex Feneste.in cap.
de tribu.milit.liqnet, non est aliter hic locus corrigendus.

Not. primo ꝙ post multas cõtentiones tandem peruicit
plebs vt tam ex suo corpore quàm ex patribus tribuni mi-
litũ consulari potestate crearentur Fenestel. coacti tandem
patres sunt. ut ciuibus aut hostibus de victoria concederẽt.
eoq́; res deducta est, vt promiscue trib.militum crearentur
consulari potestate. De consulibus nihil im mutaretur. apud
Liuium lib.4. extant pulchrè mirum immodum orationes
quæ pro & contra in his contentionibus habitæ fuerũt. Hi
ergo trib.militum omnem consularem habuerunt potesta-
tem. & consequẽter illustres dici possunt. & in primo ordi-
ne magistratuum collocari prout de consulibus visum est,
374 fuit & aliud genus, † tribunorum militum qui nulla vrbana.
sed castrensi præfectura pollebant. nec consulari potestate
erant secundũ Budeum & Zas.hic, ad quorũ officium per-
tinebat in castris milites continere, & ad exercitationẽ pro-
ducere, vigilias circuire, rei frumentarie præesse, quærelas
commilitonum audire. valitudinarios inspicere. & omnia
castrensia obseruare.l.officium.§.fina.ff.de re milita. Item
374 militum manus cõtinere, † ne vel pullos vel oua raperent.
el.2. sua annona viuerent, prouincialesq́; pręmerent vt ex epi-
stola Aureliani Cęsaris apud Vopiscum dispicitur. quę vti-
nam hodiernis ferreis vt ita dixerim temporibus obserua-
rentur, quibus milites paganis vix relinqunt vitã. Hos trib.
375 militares æquiparat hic Budeus, † mareschallis nostri
temporis. & melius quàm qui æquiparant illũ tribuno ce-
lerum seu magistro equitum, vt supra diximus, ad illorum
enim officium spectãt ea quæ (vt dictum est) tribu. milita-
ribus iniugebantur, quamuis hic magistratibus scilicet ma-
reschalli, non sit temporalis, vt tribunatus militum, sed per-
petuus. Et fuit olim vt ex Liuio lib.8. apparet. Hic ordo ca-
strensis. vt miles, centurionis. Centurio tribuni. Tribunus
legati, legatus consulis, magister equitum dictatoris Impe-
376 rio, † pareret. Fuerũt etiam alij tribuni ærarij, vt docet Asco
nius qui militibus stipendia erogabant quo tẽpore cęptum
est publicis militare expensis. nam Liuius libro sexto docet
sumptu quemque suo anteà militare consueuisse. de quibus
trib.ærarij aliqua etiam scribit, Budeus in lege prima infra
de officio quæstor. fuere & tribu.celerum & trib.plebis. &
sic quinque genera tribunorum seu præfectorum secũdum
Zasium Pomponius let. multa alia enumerat. Secundò not.
ꝙ abrogato tribunorum militũ magistratu, qui tamẽ com-
plures annos durauit, iterum ad consularem reditũ est. per-
uicitq́; tandem plebs, vt ex suo etiam corpore consul alter
crearetur. quod tradit Liuius libro.6. ad finem. vbi dicit in
bis quidem finis certaminum fuit. Primus ex plebe consul
teste Liuio ibi L. Sex. fuit. vel Licinius Stollo. si credimus
Pli.de.viris illustribus cap.20. Pomponius letus sub capi. de
trib. milit. ait sexto anno ius Imperij Romani ad consules
redijt. Habes ex prædictis secundum Zasium à primo re-
rum ciuilium initio nobilitati cum plebe parum cõuenisse,
377 † & fuerat in vtroque corpore quod vitio daretur, nobili-
tas.n.superbia & austeritate, plebs in potentia regendi ani-
morum ignauia vsurpata, magistratuum communicatione
reipub. perniciem attulit. Verum Appiorum familia tribu-
nitijs furoribus semper egregie restitisse scribitur per Li-
378 uium non semel. Tertio not. quod eodem tempore, † data
est potestas nobilitati creandi ex suo corpore ędiles curules.
& sic licet in ciuitate officiales partim ex popularibus, par-
tim ex nobilibus eligi debeant, ex nobilibus tamen plures
dicit Albericus sunt eligendi. Liuius tamen à iureconsulto
videtur discrepare, dum ad finem libri sexti ait. Tãdem per
dictatorem conditionibus sedatæ discordiæ. concessumq́;
ab nobilitate plebi de consule plebeio à plebe nobilitati de
prætore vno, qui ius in vrbe diceret ex patribus creando.
379 Et sic, † concessio à plebe facta nobilitati pro cõsule crean
do. non de ædibilibus vt hic dicitur, sed de pretore fuit. Cui
sententiæ subscribunt Fene. & Pompo.in.c.de prætoribus.
Sed possumus dicere factam fuisse concessionem illã à ple-
be patribus, non solum de prætore, sed etiam de ædilibus,
curulibus. vt ex Liui. libro.7. colligitur dum circa princ. ait
annus hic erit insignis noui nominis cõsulatu. nouis duobus
magistratibus prætura & curuli ædilitate hos sibi patritij.
quæsiuerunt honores pro concesso plebi altero consulatu.
de istis ædilibus aliqua diximus supra in versic. eisdem tem
poribus in.ij.nota.

Ex versi. quumq́; consules auocarentur.

De pretoribus & multis alijs magistratibus hic tractatur. nume.1.

Flata pecunia & flauisse quæ sint.382.

Ciuitas non est sine iudice relinquenda.388.

Iurisdictio an cumulatiue vel priuatiue data cẽseatur.391.

De basta & magistratu qui bastæ praeerat.396.cum seq.

De bis qui per bastas sine picchas in penam delicti coguntur transire & boc genere mortis vita priuantur.399.

De Cerere & Cerealibus magistratibus.406.cum seq.

De magistrato latinarum feriarum & præfecto vrbis eiusq́; iurisdictione.410.cum seq.

De annona præfectisq́: annone & vigilum.417.cum seq.

De tex.l.iij.ff.de offi præfec.vigil.424.

De magistratibus municipalibus qui non erant villarum & castorum magistratus vt docto. communiter intelligunt, & etiam de duumuiris.427.cum sequen.

Magistratus

Magistratus municipales à defensoribus ciuitatum quomodo differant.432.cum seq.
Dignitatis maioritas cognoscitur ex maioritate iurisdictionis & administrationis.436.
De dignitate perfectissima.437.cum seq.
De præsidibus pulchra quędam.457.cum seq.
De gubernationibus Ciuitatū nostri temporis.442.cum seq.
Nihil mēdosius suprascriptione literarum missiuarum.447.
De tex.clem.si summus Pontifex.ibidem.

Sequitur interpretatio in versi.quumque consules auocarentur.

Tractat hic Pomp. vsq; ad.§.iuris ciuilis de institutione
aliorum cemplurium magistrauum. De prætore vrbano
& peregrino. De decemuiris litibus iudicandis constitutis
de quatuor viris curam viarum babentibus, De triumuiris
monetalibus & capitalibus. De quinque viris qui possent
pro magistratibus fungi ordinatis, De multis alijs prætoribus
successu temporum creatis. de ædilibus cerealibus, de
præfectis vrbis annonæ & vigilum. In tex.ibi bellis finitimis
auocarentur.Liu.lib.7. hanc historiam explicat declarando
que essent ista bella.Ibi ius reddere consul,ergo contentiosam
habeat iurisdictionem ad quod vide quæ diximus
supra in versi. quod attinet ad magistratus. Ibi prætor
380 crearetur dictus est à præessendo, † secundum Fenestel.&
Pomp.let.peregrinus minor,vrbanus maior,vel primus dicebatur.
Cic. in oratione pro L.M.& quæ sit inter peregrinum
& hospitem ponit Valla in elegantijs.& sæpe pro om
381 ni iudice prętor accipitur,† Dec.in.l.vbicunq;.ff.de reg.iur.
382 Ibi ęris argenti auri flatores,† id est,signatores & cussores.
flo.n.pro eo quod est signo vsurpatur q; æs aurum,& argentum
flando,hoc est flatu calefaciendo signatur,hinc flatum
æs & flata pecunia dicitur, & flauissas,i.thesauros prisci dixere
latini q; in eas nō rude Aes argentumq; sed flata signataq;
conderetur pecunia Gel.lib.2.c.10.hi triumuiri monetales
monetæ curam habuere. eorum.n.diligentia vt vult
Fene.numismata auro argentoq; fabricabātur.Quo autem
383 tempore, † signata fuerint prædicta metalla late prosequitur
Plin.ca.3.lib.33. vbi etiam declarat q; æs adulterabatur
si cū argento viuo mauraretur,quapropter æs pro auro dari,
non erat insuetum. vt intelligas secundū Zasium.l quid tamen
infra de contrahē. emp.l.si id quod aurum.ff.de verb.
obl. cum similibus his fortasse corruptionibus auertendis,
hos auri flatores operam etiam nauasse credendum est. Argumentum
monetæ curam maximè habendam esse per
384 superiores,† quod nunc maximè necessarium esset, quum
omnia adulterētur.& hęc res supra alias in deterius data sit.
Huius magistratus nō meminere doc.in.l.j.de offi.eius nec
quo tit.nūcuparetur iure probare possum. Ibi triumuiri capitales
dictum est de his in versi.deinde cum ęrrarium. Ibi
385 in publicū esse, † latinè in publicū & in publico esse, prout
in potestatem & in potestate esse dicitur vt docet Gel. libr.
386 1. Ibi pro magistratibus fungi, † nec.n.secundum Zasium
erant magistratus sed locum magistratuum supplebant vt
dicimus aliquem fungi pro consule,pro prętore,pro tutore
& dum tex.dicit cis tyberim,legendum est citra,vt per Fenestel.
in.c.de præto.pulchrè Gel.c.13.lib.12.Ibi ditionem
387 † à dite deriuatur, ditio secundū Zasium potestatem significat
seu facultatem vide de hoc Bar.in.l.Imperium.colu.j.
vbi etiam alij infra de iur.om.iud.Ibi Cor.Sylla an de Sylla
crudelissimo [vel de alio loquatur incertum est secūdum
Zas.consonat tamen de crudelissimo per emphasim intelligi
debere.& etiam obsequentia de Iulio Cęsare,contemporanei.
n.fuere vt notū est. Ibi pius deinde Augustus Zas.
legit post deinde Augustus quia Augustus in historijs non
est dictus pius.Fenest.vero à quo locus hic desumptus est in
cap. de præto. scribit deinde diuus Augustus. Ibi diximus,
sensus horum verborum vix cohæret iudice Zasio ita propterea
intelligēte.q; hi qui trans tyberim deputarētur, licet
non essent magistratus. vicariam tamē pro magistratu curam
subiere,tamen à senatu creabantur.sed & ædiles quum
ante hac populi suffragijs posteà tamen & ipsos senatscon.
creatos fuisse,vt non intelligas hos quinq; viros transtyberim
posteà ędiles factos sic.n.quæ sequūtur aduersarētur,
quum magistratuum colligēdo numerum, sex tantū ædiles
recenseat,itaq; post illud verbum diximus punctum faciendum
putat,& si non placet pandectas ait consule. Mihi non
placet,nec pandectas propter viarum discrimina volo consulere.
ex ordinatione.n.Zasij non accommodatur aliquis
sanus intellectus. illis verbis. & tamē hi quos citra tyberim
diximus,lege sic stante.defectiuam oportet fateri literā aut
ineptam.vnde vt candor ei restituatur loco illorum verborum:
& tamen hi lego vt & hi sic optimus reluxerit sensus,
q; præfectus annonæ & vigilum non sunt magistratus, sed
extra ordinem vtilitatis causa constituti, vt & hi quos citra
tyberim diximus,qui vt supra dixit iurisconsultus vtilitatis
tantum causa fuerunt constituti, vt pro magistratibus possent
fungi. Ibi decem tribnni plebis hoc cognosce ex Fene.
in tit.de tribu.plebis.Item ibi consules duodecim & pretores
octo.legendum est consules duo & prætores decem &
octo vt ex superioribus colligitur. Nota primo ex isto text.
388 † ciuitatem non esse sine iudice relinquendam.& vno magistratu
non sufficiente alium esse creandum.facit tex.cum
ibi dictis supra in versi. post deinde cum census. Secundo
nota.causam constitutionis prætorum vrbani & peregrini.
389 † nam consule bellorum multitudine ab vrbe auocato, vt
esset qui ius diceret in ciuitate, creatus est prætor vrbanus,
demum quum vndiq; peregrinorum multitudo in vrbem
confluerer,nec vnus prætor turbæ causarum sufficere pos
390 set,alter prętor creatus est,†qui peregrinus est dictus,eo q;
plerūq; inter peregrinos ius diceret plerunq; pro frequenter
intellige. vt in.le.j.C.de petitione bonorum sublata.lib.
10. & secundum Fulgo. in glo.j.l.si per errorē infra de iuris.
om.iudicium.per constitutionem peregrini prętoris diminuta
est potestas vrbani causis peregrinorum ademptis ab
eo.& videtur glos. id volens ibi in fi.dum ait è contra error
iuris. Quæ opinio nūquam mihi placuit.iurisdictio.n.accu
391 mulatiuè, † non priuatiuè data intelligitur.l.prima vt Bart.
not.C.de officio perfecti vrbis. Decius.in consi.tertio, latè.
Fely.in cap.pastoralis.de officio ordin. Dico igitur peregrinos
habuisse etiam prætorem vrbanum pro iurisdicente.&
sic vtrunq; prætorem inter peregrinos iudicem fuisse competentē,
istud satis innuit hic text. dū ait q; peregrinus plerunq;
inter peregrinos ius dicebat.frequenter.n.& vt plurimum
peregrinus inter peregrinos ius dicebat.quamuis vrbanus
quoque idem facere posset. quum ab eo vt diximus,
nō esset adempta iuridictio, sic nouiter hūc textum interpretamur
per quem no.quæstionem determinat Oldradus
consi.211.col.j.legitur prætorem habuisse merum Imperium.
le.ij.j.de in ius voc.&.le.libellorum de accusa.& ideò
Cassius quū prętor esset ita dicitur in criminibus fuisse ine
392 xorabilis vt tribunal suum scopulus reorum diceretur.† testis
Cicero,& quicquid dixerit Fulg.& eius sequaces,ista est
communis doctorum sententia. vt per Alex. & Aquen.in
l.j.in principio in vltimo not.per illum text.vbi Decius.vj.
not.& Mod.taur.col.54.infra de offi.eius. Seuer.in repetitione.
l.Imperium.in.x.q.vbi Mod.portugalls. col.29. cum
sequen.infra de iurisdictione omnium iudicum. Et ad text.
per quem Fulgo.inclinauit in contrariam sententiam in.l.j.
infra de officio prefecti vrbi.vbi cognitio omnium crimi
393 num,† quæ intra vrbem vel intra centesimum lapidē committerentur.
ad præfectum vrbis spectabat respon. Aquen.
in.d.l.j.col.ij.q; præfectus vr.habebat iurisdictionem in habitu
super omnibus criminibus, sed non poterat exercere
nisi in absentia prætoris & aliorum magistratuum exceptis
certis casibus de quibus in dicta.le.j.& hæc dicit probari in
lege nostra hic. & videtur sequi in alio articulo mod.tauri.
ibi col.41.num.345. Quę solutio confunditur per tex.d.l.j.
de offi.præfec. vrb. ibi omnia omnino crimina sibi pręfectura
vendicauit & per totam.l.nihilque facit tex. noster in
versi.& hæc omnia, quia loquitur secundum tempora rei-

publicæ

publicæ adhuc libere. sed tempore Cæsarum &.d.l.j.ac cō-
pilationis librorum nostrorum iuris procedit quod dicitur
in.d.l.j.vt dicetur.j.in.8.not. Responde igitur ad illum tex-
tum melius vt per Albericum & Decium ac mod.tau.in.d.
l.j.col.54.ꝙ per ea de quibus ibi non excluditur prętor nec
alij qui habebant imperium, argumen.præalleg.legis primę
cum not.Bart.C.de offic.præfec.vrb.& sic habebat in vrbe
394 iurisdictionem accumulatiuè. Obstat tamen iterum, † for-
tissimè tex.l.j.in fin.cum.l.sequenti.ff.de suspe.tut.inducen-
do vt per Rimi.in.d.l.j.in vlti.nota.vbi tollit quasdam solu-
tiones antiquorum ad illum text.& transcribit Portugal.in
d.lege Imperium colum.29.cum sequen. Nec satisfacit sol.
Deci. ibi ꝙ loquatur in casu speciali in quo tutor commisit
delicta attrocia, ex quo datur intelligi ꝙ regulariter prætor
habet talem potestatem secundum eum, nam illa remissio
ad vrbis præfectum fit, vt remissum grauiter puniat, vt ibi
in fi.dicit tex.sed si prætor haberet Imperium & gladij po-
testatem posset grauiter punire in corpus aut parem.l.Im-
perium pręalleg.& sic non esset necessaria illa remissio.

Nisi fortè dicamus ꝙ specialiter in casu illo contra tuto-
res ac curatores grauiter delinquentes, & graui pœna mul-
tandos præfectus vrbis sibi soli vendicauerat Imperium
abdicata in hoc potestate à prætore. Non ommitto ꝙ con
sideratio Alber.in.l.fi.j.de offi.præto.volentis ꝙ Romæ so
lus prætor daret tutores, & ideò ratione suspitionis punitio
spectabat ad præfec. vrbis. vltra confutationes Rimi.in.d.
vlt.not.est contra tex.insti.de cur.in princ.iuncto.§.furiosi.
& alium tex.magis apertum inst.de att.tu.in.§.sed hoc iure
vtimur.glos.tamen ibi not.& ponit ꝙ ad præfectum vrbis
cognitiones criminales, ad prętorem ciuilia negotia venie-
bant.quod confunditur ex prędictis, & vtinam haberemus
triginta libros de pretore peregrino, quos Labeo conscrip-
serat vt dicitur in.l.si oleum infra de dolo. fortè multa quæ
incognita sunt apud nos sciremus. Nunc inuestigādum est
395 † in quo ordine magistratuum connumerandus sit prætor,
Alexā.in.d.l.j.in vlti.not.ac Ias. & Deci.in gradu spectabi-
lium collocant per tex.in.§.similiq; modo, in auct.de app.
mag.ac mod.taur.ibi col.25.dicunt illum tex.loqui de prę-
toribus prouincialibus quorum tanta non erat potestas, nec
dignitas quanta prætoris vrbani, quem illustri dignitate ar-
bitrantur decoratum, nec esse ex nostris magistratibus qui
posit illi conferri, & consequentes falsam esse sententiam
Bal. & Barb. æqui parantium prætores & potestates nostri
temporis. Confirmo per ea quæ scribit Fenest.in tit.de præ
tor. penes hunc ait magistratuum adeò omnis publici pri-
uatiq; iuris potestas fuit, vt ius condere, vetera abrogare fa
cultas esset, & tātum aucta prætoris auctoritas. vt ius ipsius
honorarium diceretur, insigniaq; regia haberet, & consula
res fermæ apparatus. ergo inter illustres & in primo ordine
collocandus est, non in secundo inter spectabiles, sentētiam
verò Bal.& Barb. prædictam omnino falsam esse demon-
strat pulchris rationibus. Dec.in rub.C.qui admitti. Sed ꝙ
prætores vrbis non sint illustribus annumerandi, clarè po-
test probari arguendo ab ordine titulorum (notum est au-
tem tale arg. valere) in rubr.C.de offi.præto. vinctis præce-
dentibus, loquitur ibi Imperator de prætoribus vrbis vt pa
tet ibi in.l.fin. & tamen illos inter spectabiles ponit. immo
post multos spectabilitate tantum decoratos vt ex præce.
licet inspicere. Distinctionis fœdere possumus fortè con
cordare opiniones, vt dicamus ꝙ prætores vrbis triūphan-
tis, & sic qui erant tempore respub. Romanæ adhuc liberę
essent illustres, & primo gradu, & ita procedunt dicta Fene.
supra alleg. posteà verò sub Imperatoribus diminuta est po-
testas prętorum, vt aliorum magistratuum, & de istis lo-
quuntur iura nostra appellantia illos spectabiles. Tertiò not.
ꝙ postmodum quum esset necessarius magistratus qui ha-
396 stæ præesset. † decemuiri litibus iudicandis constituti sunt.
concordat Pomp.let.ac Fenest.sub.c.de quibusdam mino-
ribus magistratuum speciebus, alteram inquit magistratus
speciem in vrbe Roman. ius aliquando dixisse reperi, nam
quum bellorum munera cæteris magistratibus non suffi-
cientibus ad prętores deferentur, quorum munus admini-
stratio iuris pręcipuum fuit. creati decem sunt viri qui ius
in vrbe dicerent, prætorumq; partes gererent. ex quibus pa
tet hunc tex.non fuisse iustè à Budeo correctum, qui legen
dum putat centumuiri, quædam de centumuiralibus iudi-
cijs disserendo, & minus bene secundum Zas. per prędicta,
sicut.n. prætores vel ex eis vnus centumuirali iudicio præ-
erant. ita ipsis per bella absentibus hi decemuiri, vel ex
eis vnus centumuirali iudicio præsedisse extimandi sunt
397 † Adria. apud Spar. decemuir litibus iudicandis antequam
Imperator esset electus fuisse scribitur. Text. ergo noster
hastæ appellatione, centumuirale iudiciū intelligit. sic Mar
tialis centum grauis hasta virorum. de quibus latè diximus
supra in principio legis in versi. fin. dum sena. egimus quos
prorsus separandos à cētumuiris docuimus. Hastam autem
398 Romanos ideò iudicijs præfixisse, † teste Zasio credendum
est, ꝙ familiaris eis vsus hastæ & domi & militiæ fuit.

Nam auctio bonorū sub hasta fiebat. & crinem Roma-
næ virginis hasta decernebant. quæ celibaris dicitur apud
Ouidium. Sed & dux belli quum se pro exercitus salute de-
uouere vellet, hastæ insidens verba solēnia peregit. auctore
Liuio & cęteris, & ad carthaginenses hastam & caduceum
signa duo belli aut pacis ex quibus vtrum vellent eligerent,
misisse Romanum populum scriptum legitur. Aulus Gell.
lib.10 ꝙ in honorem Romuli fortè est receptum, qui ab ha
399 sta Quirinus ipsiq; quirites nominati sunt. † Hodie verò di
cit Zasius lancea peculliaris est Germanorum, qua loco ha-
stæ vtuntur, eosq; qui in exercitu delinquunt, inter lanceas
seu hastas extentas de currere coactos interimunt. quę ta-
men pœna iuræ prohibita esse videtur. arg.l.aut damnum in
§.j.ff.de pœn. sicuti nec de saxo præcipitari damnatos licet
l.si diuturno in fine eod.titu. Sed intelliguntur illa iura in iu-
dice qui non potest dare electionem pœne morituro, secus
in principe. ita Romanus in singu.134.incip. quæro an iu-
dex. Quarto no. eodem tempore fuisse creatos quatuor vi-
400 ros, † qui curam viarum agerent, Zas. securitatem viarum
eis cōcessam intelligit quod hodie horum est officium qui
nomine principis tesseras publicę securitatis exhibent. pa-
rum latinè secundum eum saluum conductum nominant.

Melius est intelligerè, ꝙ præfuerint vijs vrbis Romæ,
cuius magistratus partes vt verbo Fene. vtar in.c.de quinq;
viris mensarijs in officium ædilium curulium traductæ
sunt, iuxta.l.iij.ff.de via publica, vbi eleganter traditur de his
quæ huic officio incumbūt, & per Romanum in sing.718.
401 incip. quæro an officiales. vbi ponit, † ꝙ officialis stratarū
cōmunis potest auctoritate propria destrui facere domum
priuati vt ciuitas pulchrior efficiatur. Et crederé hunc ma-
gistratum viarum fuisse de minoribus magistratibus vrbis.
Quinto not. ꝙ verspertinis temporibus inconueniens erat
magistratus esse in publico. ideò constituti fuere quinq; viri
qui expedire causas possent. & pro magistratibus fungi ex
quo patet quod hi qui extra ordinem vtilitatis causa consti
402 tuuntur, † propriè magistratus non sunt. Opponit Accur-
sius contra tex.de.l.more Romano. &.c.consuluit. vbi vi-
detur poni solutio. ꝙ licet dies à media nocte incipiat, se-
quentisq; noctis media parte finiatur, tamen quo ad iudi-
cia hora noctis non est congrua. Sed intentio gl. est opone-
re ꝙ immo post vesper non sit hora incongrua vt hic dici-
tur. Alberi. resoluit ꝙ hic loquitur in ordinarijs, ibi in dele-
gatis, vel hic loquitur in maximis magistratibus vrbis. secus
in alijs secundum Iacobum de beluiso, hanc materiam latè
tractant doctores in.d.c.consuluit & in.l.non minorem.C.
de transac. Sexto no. ꝙ propagato Imperio per acquisitio-
nem diuersarum prouinciarum, creati sunt quatuor Pręto-
res qui partim rebus vrbanis, partim prouincialibus præes-
sent. intellige vltra duos Prætores de quibus supra, vt ex se-
quentibus colligitur. & tandem vt sequentia declarant, au-
ctus numerus prętorum fuit vsq; ad decem & octo.

Et dum hic dicitur quos Sylla quęstiones publicas con-
stituit de falso. de parricidio. & similibus intelligunt Budeus
403 & Zasius ꝓ iudicijs publicis & criminalibus, † vtpote quod
ea

ea inquisitionibus plerunq; conficerentur. Cice.in secunda
Philip.& alibi sæpe.& dicebat Socrates ad Critonem sub-
404 uerti ciuitatẽ & patriam, † in qua iudicia publica vim non
haberent. Et est hic argumentū contra Placem.falsum esse
crimen publicū indistinctè & non in testamento tantum;
405 † de quo per glosam & scribentes in.l.j.ff.de public.iud.de
quolibet ergo falso erant quæstiones publicæ.i.publica iu-
dicia.Et.l.de parricidio à Corne.primū institutam magnus
Pomp.posteà adiuuit atrociori pœna in id facinus sancita.l.
j.infra ad legẽ Pomp.de parricidijs.Septimo no.ibi Cerea-
les constituit fuisse à Iulio Cæsare constitutos duos ædiles
qui præessent frumēto quos à Cerere Cereales appellauit.
Ceres.n.frumēta (quum.anteà glande hoīes vescerentur)
406 † inuenit.eadẽ molere & cōficere in Attica,Italia,& Sicilia
ob id dea iudicata.Plin.cap.56.lib.septimi, Ideò Ceres pro
frumento & pane sæpe ponitur.vt hic & in illo terentiano
Sine Cerere & Baccho friget Venus. Quomodò autẽ hæc.
dea pingeretur pulchrè explicat Feneſt. in vltimo cap. Et
407 iste magistratus, † fortè erat de minoribus in vrbe.& dif-
fert à præfecto annonæ extra ordinariè solito creari, vt in-
fra dicetur in nono not. Octauò not.& hęc omnia,q̃ quo-
tiens alij magistratus proficiscebantur, vnus in vrbe ad ius
408 dicendum relinquebatur, † qui præfectus vrbis nomina-
batur.qui præfectus vrbis olim cōstituebatur.i.ceteris ma-
gistratibus absentibus, hunc constitui solitum fuit. ita q̃ in
eum casum pro tempore deputaretur quod Corne.tacitus
lib.5.apertius docet dum ait ad tempus delectum, vt profe
ctis regibus, ac mox magistratibus ius redderet, ne vrbs
sine Imperio foret, istud ergo obseruabatur quotiẽs etiam
decem viri constituti loco prætorum absentium litibus iu-
dicandis proficiscebantur. Ex quibus constat malè dicere
hic Budeum, Augustum cōstituisse hunc primum quod ex
Feneſt.& Pomp.leto.in.cap.de præfectis vrb.licet apertius
409 cognoscere. † Romulus inquit vnum elegit quem vrbanis
negotijs præficeret vt Dionysius ait hunc præfectum vrbis
satis fuisse constat. Subiungit text. noster posteà feriarum
latinarum causa introductus est & quot annis obseruatur.
410 † Fenestel. scribit hunc solitum institui vocantibus ceteris
magistratibus quot annis hoc est secundum Zasium quod
Corn.tacitus libro prędicto ait, simulachrum huius præfe-
cturæ durare quotiens ob ferias latinas proficiscatur, qui
consulare munus vsurpet, M.Anto.Philosophus præfectus
latinarum fuit in quo honore prēclarissimè se ostendit, te-
stis Capitolinus. Ceterū succeſsu temporis hunc magistra-
tum continuum fuisse.Corne.libro prędicto testatur, dum
Pisonem pręfecturę vrbis.20.annos præfuisse tradit.Lōgo
post modum tempore tantum sibi præfectura vendicauit,
Cęsarum temporibus,vt crimina omnium cognosceret,&
demum quum Cęsares ab vrbe abessent, præfectus velut
alter Cęsar imperabat, de rebus omnibus quę ad vrbẽ per-
tibant cēsebat, testis Pomponius letus.& satis concordat iu-
risconsultus, in.l.j.ff.de offi.pręfec.vrb. Quę ergo in tex.no
stro de præfecto vrbis & latinarum dicuntur tempora reip.
411 adhuc liberę respiciunt. † quę verò in.d.l.j.scribuntur tem-
pora Cęsarum, quibus iam ab Imperatoribus creabantur
magistratus, non autem à populo amplius dabatur. Ex qui-
bus patet q̃ malè hic text.intelligitur per Aquē.in.d.l.j. col.
ij.infra de offic.eius.volentem per hunc text. q̃ illud quod
dicitur in.l.j.infra de offic.pręfec.vrb. pręfecturam habere
iam cognitionem & animaduersionem omniū criminum,
intelligi in absentia pretorum & aliorū magistratuū, quum
vt dixi procedat hic tex.secundum tempora Rom.reipub.
liberę tantum, secundum verò tempora Cęsarum procedit
quod dicitur in.d.leg.j. vide tamen quæ etiam diximus su-
412 pra in.ij. nota. Feriæ autem latinę, † quarum hic meminit
Pompo. Erant conceptiuę in certos vel incertos dies teste
Macrobio lib.j.de quibus etiam Gel.c.vlti.lib.14. Sunt au-
tem ferię dies cessationum ab opere à feriendis victimis
413 dictę, seu ab epulis ferendis.in his.n.epulę fiebant. † Feria-
rum autẽ multa fuerūt antiquitus genera quę pollui dicebat
tur.si in his opus fieret. Publicarū quędam erant statiuę vni
uersi populi communes, quę certis & cōstitutis diebus fie-
bant. Quędam conceptiuę de quibus proximè dictum est.
quędam imperatiuę quas cōsules vel pretores pro arbitrio
indicebant. quędam nūdinę paganorum & rusticorum qui
ad negocia conueniebant & merces. Quędam præcidanæ
dicebantur de quibus Gel.cap.6.lib.4. Erant etiam proprię
familię ferię quas queq; familia ex vsu domesticę celebra-
tatis obseruabat vt claudię feriæ,& Aemiliæ. Itē & singu-
lorū vt natalitium dierū, quę natalitię dicebātur. Hic præ-
fectus vrbis etiā sub Cæsaribus erat illustris.l.j.C.de præfe.
præto.siue vrbis iuncta.l.viros.de palat. sacr.larg.lib.12.C.
& sic in primo ordine magistratuum. cui officio legimus
apud Iuuenalem præfuisse Pegasum iurisconsultum.dum ait.
rapta properabat abolla. Pegasus attonitę positus modo vil
414 licus vrbi. quamuis Heliogabalus Imperator, † monstrum.
nulla virtute redēptum à vitijs omnes lenones præfectos
vrbis facere distinaret testes Lampr.& Spar. Ex magistra-
tibus nostri temporis nullus apparet qui præfecto vrbis
415 comparari queat, † secundum Mod.taur.in.d.leg.j.col.14.
de offic.eius quod vel maximè procedit si tēpora Cesarum
respicias & ponderes scripta in.l.j.de offi.præfec.vrb.& per
Pomp.letum supra relatum, quia nullus reperitur qui tanta
fulgeat auctoritate & potestate, quantam sibi vendicasse
præfectum vrbis ibi scribitur. Item quod ibi dicunt præfati
Mod.fuisse præfecti vrbis iurisdictionem ad prætorē tran-
slatam, intelligitur secundum tempora reipub.Rom.adhuc
liberę; quum latinarum feriarum tantum creari illum cæ-
ptum esset.vt declarat Fene.in titu.præfe.vrbis, non autem
secundum tempora Imperatorum, quibus temporibus po-
tius præfectus vrbis iurisditionem pretoris sibi vendicaue-
rat.d.l.j.ÿ.de offi:præfe.vrb.intelligendo tamen vt dictum
416 est supra in.ij.no. Hic præfectus, † tempore dictę reipub.
Romæ senator non fuit, & propterà dubitatum inter anti-
quos an ius cōuocandi & consulendi senatū haberet vt per
Gel.lib.14.c.vlti. Nonò not.q̃ præfectus annonę & vi-
417 gilium non sunt magistratus, † sed extra ordinem vtilitatis
causa constituti, vt etiam quinq; viri citra tyberim de qui-
bus visum est supra Feneſt.& Pompo. letus istos magistra-
tum gerere tradunt. Item in.l.j.de offi.præfec.vig.ius super
effracturis & alijs rebus reddi scribitur. vnde iudice Zasio,
credendum est eos hic non dici magistratus, quia inter mi-
nores fuere, eisq; senatus cōuocadi ius non erat. vt alijs ma
ioribus magistratibus quod docet Aulus Gel.ca.14.lib.13.
Feneſt.tamen ponit præfectum annonę inter maiores ma-
gistratus, rei.n.quàm maximè necessarię præerat. Annona
418 † anni alimētum dici apud Ciceronem libro diuinationum
concipitur, olim quū dira fames ita vrbem vrgeret vt multi
obuolutis capitibus in tyberim se præcipitarent. constitu-
tum fuisse L.Minutum præfectum annonæ. Liuius libr.4.
scribit. Originem officij.& curam illi incumbentem latius
repetunt.& prosequuntur Fene.& Pompo.letus sub cap.de
præfec.annonæ, qui ab ædilibus cerealibus, de quibus supra
visum est. eo differt q̃ illi iure ordinarij magistratus rem
frumentariam curabant. Hic extra ordinem instante tan-
tum necessitate creabatur.eratq; non perpetua sed tempo-
raria potestas.videtur tamen teste Zasio officium sub prin-
cipibus vt pleraq; alia variasse per text. legis secundæ.C.de
appar.præfec.anno.de quo etiam tangitur in.l.j.C.de offic.
præfec.vr.& in titu.ff.ad legem iul.de anno. Et quamuis do
ctores in.l.j.ff.de offi. eius.de isto non faciant mentionem,
419 † tamen arbitrarer ponendum inter spectabiles in secun-
do gradu, maximè attentis quæ dicemus statim in præfe-
cto vigiliū, qui illi æquiparatur,& esset hic magistratus ho-
420 die in tanta carilia renouādus, † cum potestate antiquitus
illi officio concessa de qua pulchrè Fene. præallegatus. De
421 cura officio & iurisdictione, † præfecti vigilum, i.præpositi
tribunis vigilum & nocturnis vrbis custodibus qui excubi-
tores dicebantur. late,& clarè traditur in titul.j.de officio.
præfecti vigilum, quem iurisconsultus mutuatus est à Fen.
Iaso.in.le.j.de officio eius quem doctores communiter se-
quuntur annumerat hunc spectabilibus per tex.l.iij.præall.
titu.&

titu.& ibi Moder.taur.colu.26.dicentes non inueniri apud
422 magistratus nostri temporis,† ad præfectum vigilum bo-
nam æquiparationem, eum clarissimum duntaxat arbitra-
tur: vt illum Fene.cuius nõ est leuis auctoritas nuncupauit.
Ad text.dictæ legis tertiæ in verbo spectabili viro respon-
det, ideo ibi spectabilem appellari, quia is quem Augustus
primum cõstituit præfectum vigilum, vir spectabilis erat:
423 Ego à Ias.& communi non discederem,†tum quia est tex.
pro eis apertus in.d.le.iij.in verbo spectabili viro.ad quem
diuinat responsio supra relata. tum quia in sequentibus titu
lus de offic. præfec. vigil. præponitur titulis de officio pro-
consu.& de officio præfec.aug.quos omnium consensu spe
ctabiles esse constat.Ad rationem dictorum Mod.quę fuit
originaliter gl.super verbo spectabili viro.dum arguunt ab
ordine titulorum.C.responderem φ rector prouinciæ de
quo ponitur titulus in.C.ante tit.de præfec.vigilũ,est etiam
spectabilis,vt in.d.l.j.probauimus.& statim dicemus. ideò
argumentũ prædictum non concludit.Nec obstat φ Fene.
illum clarissimum dixerit,†quia non solum spectabiles, sed
etiam illustres clarissimi plerunq; dicũtur vt in.d.l.j.docto-
res declarant.& est tex.vbi no.Io.de platea in.l.vnica.C.de
424 præposi.laborum lib.12.Et hic præfectus vigilum,† quia
vt dicitur in.d.l.iij. incendia plerunq; fiunt culpa in habitan-
tium, aut fustibus castigat eos qui negligẽtius ignem adhi-
buerunt, aut seuera interlocutione comminatus fustium
castigationem remittit.Possem hunc tex.exornare vtilibus
decisionibus & quæstionibus, an conductor domus exustæ
teneatur ad emendam damni. Itẽ an dominus domus com
bustæ teneatur vicino cuius domus propter illud incẽdium
est pariter combusta.vide Bal.consi.13.&.37.colu.fi.in pri-
mo volu.& consi.157.in secundo vol.& consi.150.373.in
iij.vol.& consi.25.& 79.in.iij.volu.Rom.consi.401.Anch.
consi.348.Ange.consi.97.in nouis.Corne. consi.242.cum
seq.in.j.vol.& consi.28.in.iij.volu.Alex.consi.50.in primo
vol.& Moder.Brix.in cautela.36.Alex.consi.74.lib.6.Iaso,
in.l.si quis ex argentarijs in.§.prętor ait col. fina.j.de eden.
& in consi.116.volu.j.Deci.in consi.473.Fuere complures
alij magistratus qui hic tacentur, quia ius non dicebant. de
quibus latè per Fenest.& Pomp.letum tractatur & de pro-
consule præside prouinciæ & alijs similibus hic nõ tracta-
tur,quia non dicebant ius in vrbe. Et hic de talibus tantum,
agitur,vt tex.noster significat apertè.Ex præmissis videtur
posse concludi pro sententia Decij in.l.j.col.ij.de offic.eius.
φ Romæ essent tantum maiores magistratus. non autem
425 minores,†sed hoc reprobant ibi Mod.taur.in.17.char.col.
iiij.apostillando tex.in verbo transferuntur per tex.nostrum
dum loquitur de ædilibus,& dicta Fen.facientis trac.etiam
de minoribus speciebus magistratuum.Et posui etiam ego,
supra in.iiij.not. alium magistratũ inter minores.s.quatuor
viros qui curam viarum agerent.Sed fortè intellexit.Deci.
de infimis magistratibus de quibus ibi per Docto. qui illi
426 non erant Romæ. † Exemplificari autem potest vltimus
gradus infimorum magistratuum qui egregij nuncupantur
secundum Ias.Deci.& communiter doct.in.d.l.j.in defen-
soribus ciuitatum & magistratibus municipalibus, qui &
duumuiri dicuntur.le.dies in.§.si forte cum glos.ff.de dam.
insect.&.l.vnica in prin.cum ibi no.infra si quis iusdic.non
obtempe. Grauiter tamen erat Ias.& alij doct.ibi qui intel
427 ligunt magistratus municipales,† esse magistratus castro-
rum & villarum, quasi municipiũ non sit ciuitas.error qui-
dem intollerabilis secundũ Laur.val.& Alciatum,ac Taur.
ibi col.38.quamuis postmodum in char.30.col.ij.inaduer-
tenter sequantur declarationem Iason.quæ verè est contra
tex.in.l.j.& in.le.incola.ff.ad municip.declarat Gel. cap.13.
libr.16.satisq; apertè id nobis significauit Imperator. ex or-
dine titulorum.C.vbi tit.de mag.mu. præposuit tit. de offi.
iur.Ale.quæ ciuitas clarissima est vt dicitur ibi in.l.j.Ex quo
decebat clarè cognoscere magistratus municipiales nõ fuis
se villarũ magistatus, quia prępositi non fuissent magistra-
tui ciuitatis clarissimę.Zasius super hoc versi.fi.solum dicit
duũuiros municipales fuisse in oppidis quibus ius latij erat,
428 † cuius mentem (ni fallor malè) percepere Mod.taur.loco
præal.col.38.scribentes magistratus municipales dici posse
in ciuitatibus quamuis & in oppidis reperirẽtur, quibus ius
latij erat vt Zas.hic dicit,sicut & defensores locorum repe-
riuntur.l.fi.C.de iud.Non.n.capit Zasi. oppida pro locis di-
scretis à ciuitatibus, sed pro omnibus locis quibus ius latij
429 erat.† Illi autem dicebantur ius latij antiquitus habere, qui
in legione Romana poterãt militare, & in ea magistratum
gerere,vt declarat Alcia.lib.2.dispun.c.21. Et sic vult quòd
illi dicerentur magistratus municipales,qui cum popul.Ro.
munera facerent,non habita differentia locorũ.hinc Spart.
in Adriano per latina inquit oppida dictator, & ædilis,&
duumuir fuit, sed quum postmodum municipes dicti sint
suæ cuiusq; ciuitatis ciues, testis iuriscon.in.l.j.ff.ad munic.
nonne malè Zasi.restringit munici. magn. ad habentes ius
latij.Inuenio etiam φ Alciatus lib.3.dispon.cap.5.recedit à
430. communi scribentium sententia, † sub duum viris magi-
stratus municipales intelligẽtium. & declarat ipse φ essent
duo in ordine decurionum,qui carcerum curam habebant
qui publica locabant,qui reipu.negotia gerebant.Cęterum
qui ius mulctãdi nõ habebant.vnde malè ait argumẽtantur
doct. qui magistratibus municip. existimabant non licere
multam indicere. & pro nouo intell.hoc tradit ad princi le.
vnicę, ibi non tamen duũuiris.infra si quis iusd.nõ obtem.
Sed vt etiam ibi diximus nihil est, quia licet verum sit ad
duumuiratum eligi tantum decuriones municipij sicuti ad
alios honores.l.honores.§.is qui non sit.ff.de dec.no.glos.l.
si ad magistratũ.C.de decu.lib.x.tamen illi duumuiri dice-
bantur magist.municip.vt ibi dixi post Ias. per text.l.j.iun-
cta rub.C.de mag.mu.& videtur tex.ineuitabilis in.l.iiij.in
§.duas.ff.de damna.infec. vbi dicitur, φ prætor & præsens
permiserunt magistratibus muncip.missionẽ in pos.ex pri-
mo decr.in causa damni infecti.Cætera non,i.missio ex se-
cundo decreto sibi reseruarunt: ideo subijcit tex.φ si fortè
daretur, & c.non caueri conceditur possessio,s.vera & mis-
sio ex secundo decreto non per duumuiros, sed per præto-
rem vel præsidem.Ecce text.apertum sub duumuiris mag.
municipales intelligentem. Primò enim dicit prætorem &
præsidem magistratibus muni. duas tantum res permisisse
io causa damni infecti actionem, scilicet & pos. ex primo
decreto.Cętera suę iurisdictioni reseruasse, ideò declarãdo
posteà subdit, φ si opus sit ad secundum decretum propter
contumaciam non cauentis deuenire, adeundus est prætor.
vel præses,qui istam suę iurisdictioni reseruarunt,non duũ-
uiri quibus hoc nõ est permissum vt supra dixit,ex quo eui-
dentissimè colligitur φ quos muncipales prędixerat magi-
stratus variato vocabulo duumuiros posteà nuncupat.pro-
batur etiã in.l.in honorarijs.§.fi.ff.de actio & oblig.quam-
uis ad oppo.Lance.Dec.illum alleget.vult.n.φ ex cõtractu
magistratuum municipalium detur actio in duũuiros præ-
sentes, & sic ex contractu duumuirorum,i.magistratuum
municipalium, quorum officium est infimum, datur actio
in duũuiros præsentes qui sunt municipales magis.vt etiam
ibi per glo.Et dicuntur duumuir eo φ duorũ suffragiu crea
431 bantur,† populi,s.& plebis secundũ gl.in.l.fi.in verbo duũ-
uiros.C.de iud.& Io.de Plate.in.d.l.si quis ad magistratum;
quod ridiculũ est.nam & triumuiri dicerentur triũ suffragio
creati, sic de quatuor viris,de quinque viris,de septemuiris;
decemuiris & centũuiris. Dicas ergo dictos duumuiros eo
quia duo tantũ uiri ad illum magistratũ eligebantur & pari-
ter de alijs prædictis.Operępretiũ etiã hic arbitramur decla
432 rare,† in quo differant magist. municipales à defensoribus
ciuitatum, rem equidẽ non omnibus notam, imò paucis si
verum amamus.præfati Moder. loco pręalleg.concludunt
φ magistra.muncip.essent de iure fiorum.in ciuitatibus prę
sidẽtes,vel alijs locis quibus esset ius latij.quorum & defen-
sorum.ciuitatũ par sit potestas, ita vt defensores ciuitatum
magist.municipales dici possint,licet non semper è contra,
qui munici.est magistr. possit dici defensor ciuitatis,sed di-
cetur loci defensor.l.fi.C.de iud.Quę tamen resolutio non
videtur mihi sufficiens, quia si essent vnum & idem. si per

esset prædictorum potestas, cur diuersis nominibus nuncu
parentur & cur in.C. ponerentur diuersi titu. ac separari de
defen.ciui.& magi.munici.argu.l.si idem.C.de codicil. Be-
ne fateor q de iure digestorum.defen.ciuitatum eo nomi-
ne cogniti non erant, vt Imo.& quidam alij dicunt.ideò de
illis non est titu.in.ff. Sed ex quo tempore.C.erant cogniti,
& simplicem habebãt iurisdictionem, vt tempore fforum.
magist.munici.l.ea quę.ff.ad munic.& in auct.de defen. ci-
ui.per totum,videtur q magist.municipales cessarint in ci-
uitatibus,defensoribus ciuitatum implẽtibus eorum vices.
Et tamen contrarium vult imperator, vt patet in titu.C.de
magist.muni. Nisi dicamus q ciuitatum defensores institu
ti fuerunt fauore popularium principaliter, & ex popu. non
ex decurionibus eligebantur.l.ij.cum trib. seq.C. de defen.
ciui.ideò dicit tex.l.iij.eiusdem tit.vtili ratione factos fuisse
defensores, vt innocens & quieta rusticitas peculiaris patro
cinij,i.defensoris beneficio perfruatur, vt apud eum in pe-
cuniarijs causis litigandi habeant facultatem. Et sic litigare
poterat apud magist. munici. qui ex decurionibus eligeba-
tur.l.j.C.de ma.mu.& l. vbi absunt.ff.de tut.& cura.datis ab
his si tamen id potius apud defen. facere volebat, id ei per-
mittebatur.Habebãt ergo isti defensio.ciui. & magist.mu-
nici.iurisdictionẽ in loco accumulatiuè non priuatiuè iuxta
text.l.primæ cum nota.Bart.C.de offic. præfect. vrbis. Ex
quibus etiam colligitur. Iason.in.d.l.j. de offi. eius malè ta-
433 xare potestatem magist.munic. à 20.solidis infra,† vt pro-
batur in.l.ea quæ in generalitate sui.ff.ad municip. Ex præ-
dictis, vt arbitror est satis bene declarata materia magistra-
tuum in tribus gradibus, restat quartus qui in ordine est ter
tius,s.clarissimorum, qui titulus est honorificus multum ac
434 generalis & adaptabilis ad omnes gradus dignitatum,† se-
cundum Deci. Aquen.& Moder.loco præall.Ioan.de Plat.
per illũ tex.in.l.vnica.C.de propo.laborum.lib.12. Exem-
plificant Iaso.Dec.& alij post glos. in præside prouinciæ de
435 cuius vocabuli vi & significatu † plura scribit Laur. Val. in
elegan.cap.367. Moder.taur.ibi melius tangentes arti. con
cludunt in.31.colum.& seq. quia præsidis nomen est gene-
ralissimum.l.j.cum glo.infra de offic. præsi. Præsidũ quos-
dam esse illustres. vt in nostro consi.cismontano videmus,
aliquos clarissimos, vt regulariter. Alios verò adhuc inferio
res prout innuit text.in auct.de ma.princ.in.§.item hoc ip-
sum. ibi licet speciales, viri vel clarissimi, vel præsides sint.
quos post Alciatum perfectissimos dici & appellari arbitra
tur, vt latius per eos. In primis aduerte quia nunquam mihi
placuit communis scribentium sententia, qui ponunt præ-
sides prouinciarum, in gradu infra spectabiles magistratus,
quũ in prouincia sibi demandata imperium, & iurisdictio-
nem maximam habeant.l.iiij.lege ex omnibus. & toto tit.
infra de offi.præsid.Ex magna verò iurisdictione & admi-
436 nistratione dignitas magna colligit,& cognoscitur.† Deci.
consi.161.col.fin.facit text.in auct. de defen. ciuit.in.§.nos
igitur ibi quanto quilibet præest melioribus, tanto maior &
honestior ipse est.Eo maximè in proposito nostro, quia Im
perator in.C.eos præponit pręfecto vigilum, quem specta-
bilem esse cõstat, vt visum est supra, ergo datur intelligi eos
esse spectabiles aliàs viro spectabili. non præponerentur, q
præponantur patet ex titu.C.de offi.rec. prouin.i.præsidis,
vt ibi in.l.j. Immò rectorum munus latioribus finibus cir-
cunscribitur, vt per Tranquil. in Aug. & Bude. in.l.si in ali-
quam in.§.cum plenissimam col.fin.de offi.procons.& leg.
vbi etiam dicit præsides non alios esse quàm quos, tum gu-
bernatores, i.rectores dicimus, tum locum tenentes, i.lega-
tos regis, quos & vicarios regis dicimus, i.vicereges. Non
etiam satisfacit resolutio prædic.mode. ponentium quosdã
præsides post clarissimos appellandos sub vocabulo perfe-
437 ctissimatus, quum id iure non probetur. † Et lex illa, vnica
de perfectissi. digni. aliter intelligitur quàm in præsidibus,
vt ibi per Doct. id q ex text. licet etiam inspicere. Immò
ausim dicere esse ignotum apud nos quæ esset illa perfe. di-
gnitas, quæ vt ibi dicitur solebat impetrari. Ad pręal.tex.§.
item hoc ipsum, ibi clarissimi, vel pręsides resp. Aquen. vno
modo in.d.l.j.col.iij. q clarissimi dicũtur etiam illustres, &
qui super eos sunt, ideò nõ malè ibi ponitur disiunctiua in-
ter clarissimos & præsides, sed obstat quia immediate ante
clarissimos. De spectabilius fit mentio qui præponũtur ibi
in ordine literę, dum dicitur licet spec. viri vel clarissimi, vel
pręsides sint, ex quo significatur clarissimos ibi nõ capi pro
illustribus, quibus non præposuisset spectabiles. potest aliter
respon. q dictio vel stat pro veluti, vt in.l.pen.ff. de fideius.
& tradit Albe.in dictionario. Et erit sensus q à rectoribus
prouinciarũ constitui non possunt loci seruatores, licet sint
spectabiles, vel clarissimi, veluti præsides. Et sic probabit
præsidum aliquos esse spect. aliquos clarissimos. Conside-
438 rabam aliàs dici posse aliquos præsides esse illustres.† quos-
dam spectabiles, alios clarissimos, illustres vt hi qui mitte-
bantur ad regendas prouincias metropolitanas, vt per gl.&
Ioan. de Plat. in rubr.C. de com. qui prouin. regunt lib.12.
Et pręses prouincię Cismontanę,& cõsilij Taur.residentis.
Nunc arbitror q ratione præsidatus nullus sit illustris, nam
ille qui mittebatur, ad regendam prouinciam põticam, vel
Aegypti quæ præeminentiam ad alias habebant.l.ij.in fin.
cum gl.C.de commi.rei mili.lib.12. erat tantum spectabi-
lis, vt ibi.& probatur etiam in glo.rub.& l.vnica.j. de offic.
præfe. Aug.ergo alij qui minores erant seu sunt illustres di-
ci nequeunt & l.prouincialium alleg.per glo.rubr.de comi.
qui prouin.reg.loquitur in magistro militũ, vt ibi per Doc.
nimirũ si illustris dicitur, vt supra visum est. Probatur etiam
ex ęquiparatione regij, gubernatoris Mediolani ad procon
sulem, vt per Moder. in.d.l.j. col.26. post Budeum & Pyr-
rhum de magistr. qui proconsul. est tantũ spectabilis ergo.
Item præses consilij Taur.residentis est illustris, non respe-
ctu præsidatus, sed respectu senatorię dignitatis, vt in simili
de duce tradit imperator in.l.si quãdo.C.de appel.Idem di-
co de pręside patrimoniali.est enim illustris ratione senato-
rię dignitatis.non rõne pręsidatus, ratione pręsidatus ęqui-
paratur procuratori Cęsaris, quamuis etiã fisci negotia pro-
curet, qui procurator Cæsaris est clarissimus tantum, vt per
Iaso. in.d.l.j.& ipsos Mod.col.33.quicquid dixerit in.v.col.
Et nunc intelliges titu.ff.&.C.de offi.pręsi.loquuntur enim
de transmissis ad regendas prouincias. nõ de præessentibus
cõsilio Principis, prout in nostro pręside cõtingit. Ex qui-
bus concludo nullos præsides esse illustres ratione istius of-
439 ficij,† & nisi alię qualitates cõcurrant, vt senatoria, vel alia.
440 Spectabiles, † multi sunt in.l.eos.C. de modo mul. & in.§.
simili modo in auc.de appel.& intra quę tempo. Et regula-
riter id esse arbitror per ea quæ diximus arguendo ab ordi-
441 ne titulorũ. Clarissimos, † & in.3.gradu magistratuũ cõn-
numerandos putamus. præsides missos ad regendas paruas
prouincias, quas Bud.loco præal. ꝓuinciolas appellat, prout
esset ista prouincia Cismontana cuius præses circunscripta,
omni alia dignitate inter clarissimos posset annumerari, &
de talibus præsidibus intelligi põt tex.in.d.§. itẽ hoc ipsum.
Istis præsidibus æquipararem gubernatores ciuitatũ no-
442 stri temporis,† à quibus est prouocatio, vt facit Pyrrhus de
magist. Moder.loco præalleg. colum.26.in fi. & colum.32.
Et Ioan.de Plat.in.l.fin.C.de decur.lib.10. Et pariter pote-
443 states ciuitatum nostri temporis,† vt facit Iaso. in.d.l.j.co-
lum.quarta, intelligendo vt per dictos Moder.ibi in quinto
gradu magist.colum.fin. & Seuer. in repe.l. diem functo in
prima quæstione infra de offic. assesso. Ex quibus vides,
444 † gubernatores ciuitatum Vercellarum, & montis regalis
pręsidibus quos Taurini videmus æquiparari nõ posse, im-
mò esse longe inferiores. & ideò quilibet præsidum existẽs
Vercellis puta gubernatorem, pręcedit, quinimmo collate-
ralium quilibet, propter senatoriam dignitatem deberet il-
lum pręcedere, licet de consuetudine nõ seruetur. fortè quia
in territorio suo argumen.illius not. glos.in.l.apud in verbo
445 potest.ff.de manumis.quã exornare possem, † ex dictis Are
tin. in cap. si qui testium columna prima, de testi. Corn. in
consil.193.columna fina.in secundo volum. Barto. in.c.ac-
cedens colum.tertia, vt lite non contest. & Felyn.in.c.cum
inferior colu.prima, de maior. & obedien. & etiam qui ipsi

ſunt conſiliarij , & de collateralibus principis, ideò &c. im-
mò quandoq; vidi gubernatorem prȩſidem præcedere, eo
quòd vltra prædictas qualitates inſtaret ſe eſſe de ſanguine ,
& domo regali ſeu principis : Poſtremò not. eſt generaliter
circa omnia prȩdicta & titu.dignitatum. quòd non videtur
446 bona conſequentia, † talis illuſtris aut clariſsimus appella-
tur,ergo talis eſt per tex.not.in clem. ſi ſummus pontifex in
fi.de ſen.excom. vbi quamuis pontifex alicui ſcribendo illũ
ſub tit.alicuius dignitatis nuncupet. nõ tamen cenſetur con
ſtitutus in dignitate illa,cuius contrariũ videntur velle Doc.
inducentes , ad intelligentiam dignitatum & præcedentiæ
iura vtentia prȩdictis denominationibus,aliqui Moder.re-
ſpon. illum text. loqui in denominatione quæ fit per literas
miſsiuas, quarũ ſupraſcriptione, nihil vt dici ſolet, mendo-
447 ſius,† conferunt dicta Mode.in.d.l.j.col.38. Secus quando
per modũ.l.condendȩ quis talis appellatur, ceſſat enim.tunc
omnis adulandi ſuſpitio. quæ ſol. confunditur per tex.d.cle.
ibi conſtitutione vel literis, aliam ſolu. voluit Deci. in.d.l.j.
colum. 4. quòd illa tãtum procedat in eccleſiaſticis propter
intruſiones, quæ fiunt in beneficialibus. Ego aliter reſp. ꝙ
448 loquitur ille text. in dignitate enunciatiuè prolata, † vt quũ
ſummus pontifex ſcribit alicui tanquam prȩpoſito talis ec-
cleſiæ. vel epiſcopo,non conſtituuntur propterea in digni-
tate præpoſituræ autem epiſcopatus, quia pontificis inten-
tio non eſt quicquam noui iuris tribuere,ita propriè intelli-
gitur ille text. verum quando præpoſitus, alicui officio Illu-
ſtris Spec. aut clariſsimus nuncupatur , vt in propoſito no-
ſtro,quin talis tunc appellatio probet adeſſe titu. & gradum
dignitatis aſcriptȩ nemo vt puto auderet dicere.aliàs argue
retur legiſlator de ignorantia aut indebita titu.inſcriptione,
quod abſonũ eſt . Et ad illum tex.in.d.clem.ſi ſummus pon
tifex. Vide quæ ſcribit Are.cõſi.29.in ſecundo dubio.Alex.
conſi.126.colu.j.in quinto vol. Fely.in.c.nonnulli colu.19.
ad fi.de reſcrip. Et Cur.poſt trac.feu.in conſi.3.

Ex.§. iuris ciuilis ſcientiam.l.ij. .ff.de orig. iur.

Dē profeſſoribus & fundatoribus legalis ſcientiȩ per totum.
Virtutis præmium eſt honor.nu.449.
De præeminentia legalis ſcientiæ.452.
De via appia nume.463.

Sequitur.§. iur. Ciuilis.

De fundatoribus & ſciẽtiȩ ciuilis illuminatoribus hic tra
ctatus agit. & commendandus eſt ſummopere Pompo.qui
quod difficillimum fuit,ſic iuriſconſultorũ origines,ſectaſ-
que ſubtexuit , vt ex eo clarorum virorũ propagines cogno
449 ſcere poſsimus,per hoc enim ſatisfit debito, † quoniam vir
tutis præmiũ eſt honor, & bonis attribuitur , teſte Philoſo-
pho Ethicorum quarto . Euitaturq; inuidiæ zelus in celan-
do proximorum merita conſiſtens , proponiturque multis
quod imitari valeant exemplum, vt per Car. Alex.in.c.fue-
runt.7. diſtin. Et qui virtutis ſplendore viguerunt, non ſunt
450 velut incogniti prætereũdi † dicit tex.in.l.vnica.C.de quȩ-
ſto.lib.12. per quam.l.Andr.de barullo & Ioan. de Plat. ibi
excuſant cõſuetudinem Apulorum qui cum vident eorum
dominos clamant viua viua. Et colligas primũ ex iſto text.
dicente plurimos & maximos viros iuris ciuilis ſcientiam
451 fuiſſe profeſſos,† legalem diſciplinam ſcientiam eſſe,quic-
quid artium,& medicinæ profeſſores obloquantur . de quo
per Barba.in.c.clerici de iud.nos contra præfatos Ariſtote-
lis eorum vltra mundani Dei verba apertè citare ſolemus
Ethi. t. circa fi. Ciuilem inquit ſcientiã circa virtutem plu-
rimum laborare , vult enim ciues bonos efficere, legibusq;
obtemperantes.honorabiliorq; ac præſtantior eſt ciuilis ait
452 ſcientia quam medicina.Huius ſcientiȩ cognitio † ſummo
ſemper honore habita eſt teſte Cic. in officijs . & quia nihil
vnquam boni optabilius , nihil præſtantius,mortalium ge-
neri Dei munere, vel fuit datum, vel dari potuit, proinde à
legibus diſcedi indigniſsimũ in oratione pro Cluentio pu-
tat Cicero ꝙ hoc vinculum ſit ciuitatis,hoc fundamentum
libertatis,hic fons æquitatis mens & animus & cõſilium &
ſñĩa ciuitatis poſita ſit in legibus. Et in oratione pro Cecina
nihil inquit in ciuitate tam diligenter retinẽdum eſt , quàm
ius ciuile , quo ſublato nihil vnquam exploratum eſt poteſt,
quid ſuum quid alienum ſit, hinc in primo de oratore apud
Cicer. fatetur Antonius ſemper clariſsimos in repub. ciues
huic ſcientiæ præfuiſſe.ſed & Craſſus eod.lib.tanti,illuſtri-
bus viris diligentiam fuiſſe in iure conſtituendo, quãtam in
opibus imperij cooptandis . Vnde non immeritò Plato ci-
uilem ſcientiam regiam diſciplinã in libro de regno, nomi-
nat.ꝙ ad reges & principes ea pertineat. Et certè ciuilis vir
tus hoc in primis & agit & appetit, vt optima ciuitas conſti
tuatur ,teſtis Zaſi. poſt Alcinoum Cicero quoq; in libro ad
Trebatium iuriſconſultum ius inquit ciuile eſt, æquitas con
ſtituta his qui eiuſdem Ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinẽdas,
eius autem ȩquitatis vtilis eſt cognitio, vtilis ergo dicit Cic.
iuris ciuilis ſcientia.à Cic.proceſsiſſe prædicta not.eſt, quia
453 vt aliquãdo dixit Zaſius Spolitus iuris ciuilis ſcientiã. † Ci-
cero licet pro commodo forte ſuo aliquando commodare
videatur, præmere tamen vel certè ſicubi poterat ſubmor-
dere conſueuit, vt dicemus infra in verſic.fuit eodem tem-
pore Treb. non iniuria igitur ſcientia legalis ab Ariſt. dicta
ab architectonica, vt dixi in.§.itaque in proœ.fforum. Cæ-
terum hoc ſolummodo cõmonuiſſe velim, nullam tantam
vel eſſe vel inueniri commendationem , qua nõ amplior ſit
legalis ſapientiæ dignitas . De legali eminẽtia ſi ſumma di-
454 xeris, minoris tñ ſunt his quæ dicenda relinquuntur, † om-
nis diſciplina omnis ſcientia humana quacunque immenſa,
quacunq; vel altiſsima laude tollatur, ſit ſane conſenſu om-
nium primarũ partium, ſi cum legalibus diſciplinis in con-
tentionem veniat, iam ſubmitti iam ſecundarum eſſe inci-
piet . Non ab re igitur ſubiungit text. noſter quòd pluri-
mi & maximi viri hanc ſcientiam profeſsi ſunt . Quique
maximæ apud popu. Roma.fuere dignitatis. hinc Cice. de
perfecto orat. ius ciuile docere ſemper pulchrũ fuit, homi-
numque clariſsimorum diſciplinis floruerunt domus. Hinc
imperator qui alios ſubditos vocat, Voluſium iuriſconſultũ
amicum ſuum dicit in.l. diui fratres.ff. de iure patro. Et Vl-
pianum parentem ſuum in.l.ex diui. C. locati, nec immeri-
tò , per ſapientes enim & ſcientificos mundus illuminatur,
auct.habita.C. ne fil. pro patre. per contrarium ignorantia
eſt tenebra mundi,teſtis Bal.ibi in quarto not.Secundò no.
neminem tradi qui publicè hanc ſcientiam ante Tyb. Co-
455 runcanum fuerit profeſſus,Zaſi. Titum legit,† is inquit tu-
ſculano municipio oriundus, vt docet Cice.in oratione pro
Planco.primus à plebe pontifex maxi.creatus eſt.teſti Liu.
libro.18. & Cic. in tertio de oratore vbi eum peritiſsimum
iuris ciuilis,ac ſapientiſsimum appellat,ego Tyb.Cor. lego
vt eſt in antiquis codicibus,& apud Pompo. Letum in.c.de
iuris peritis,& Plin.cap.6.lib.34.vbi atteſtatur eum liberius
locutum ad Teucam illiricorũ reginam cui legatus fuerat,
interfectumq; dum domũ rediret,ob quod vt narrat Polli-
bius lib. tertio , fuit Regina à Romanis grauiter multata ac
fere toto regno ſpoliata . Poſitaque huic in legatione mor-
tuo fuit ſtatua.in roſtris quæ vſq; ad memoriam Cic. man-
ſit, vt ipſe in nona Philip. ſcribit . Seneca in epiſtolis ſcribit
456 eos qui vetuſta ex alieno ſeculo verba loquerẽtur,† ad Ap-
pios & Coruncanos redire . Quis autem primus lib. publi-
cè legendos præbuerit tradit Gell.cap.vlt.lib.ſexto. Tertiò
no. ibi cæteri autem, quòd ante Tyb. Cor. alij iuriſconſul-
457 ti ius ciuile in latenti retinebant,† potiusque conſultationi-
bus quàm ſcientiæ inuulgandæ ſtudebant , quamq; diſcere
volentibus ſe prȩberent,ſic Cic.de oratore veteres illos ſcri
bit qui huic ſcientiæ prȩfuiſſent obtinendæ atque augendæ
potentiæ ſuæ cauſa promulgare artem ſuam noluiſſe. Hinc
Liui. ad fin. noni libri Gn. inquit Fla. ſcriba humili fortuna
ortus cȩterum callidus vir & facundus,ius ciuile repoſitum
in penetralibus pontificum euulgauit , faſtosq; circa forum
in albo propoſuit , vt ſciretur, an & quando lege agi poſſet.

Vt tamen

Vt tamen inquit hic Zasi. poterat illos veteres sua ratio de-
fendere. Veruntamen eũ qui se facilem præbet discere vo-
lentibus omni honore venerandum putat, quum teste Ber-
nardo, non minus sit scientiam docere quàm alimenta vitę
458 subministrare, † facit illud Danielis. 12. cap. qui multos in-
struunt ad iustitiam sicut stellæ fulgebunt in regno Dei. Et
quemadmodum ius ciuile ante Tyb. Cor. in latenti erat, vt
hic tex. dicit. ita pręter legem, quàm Moysi in monte Deus
dedit. Et quam illi quinq; libris contentá scriptam reliquit.
Reuelatam quoq; ab ipso Deo eidem Moysi fuisse, veram
legis expositionem. cum misteriorum & omnium secre-
torum quæ sub cortice, & rudi verborum facie cõtinentur
manifestatione quàm plures ex sapientibus Hebræorũ tra-
dunt. Sicque Moysen duplicem in monte accepisse legem
literalem & spiritalem. illam scripsisse & ex præcepto Dei
populo communicasse. De hac vero à Deo mandatum sibi
ne eam scriberet sed sapientibus qui erant. 70. communica
ret, quos idem Moyses ex Dei præcepto ad custodiendam
legem elegerat. Eisq; itidem præciperet ne eam scriberent
sed successoribus suis viua voce reuelarent. tum & illi alijs,
& sic ordine perpetuo. Ex quo modo tradendi scientiã ip-
sam per successiuã, scilicet receptionem vnius ab altero di-
cta est ipsa scientia. sciẽtia gabale quod idem est quod scien
tia receptionis, quia apud Hębreos. Idem significat Gaba-
la quod apud nos receptio, posteà tamen ex causa misteria
ipsa literis mãdata fuere in. 70. libris qui libri dicti sunt libri
Gabale. quos Hebræi latinis communicare noluerũt. quia
ex illis suis telis confoderentur. multa enim mirabilia & no
stræ fidei cõsona ibi inueniuntur, prout de his latius scripsit
Ioan. Picus Mirandulanus in. 6. quęstio. suę apologię. Quar
tò not. ibi fuit autem quòd P. Papirius fuit in primis peritus
iuris, nec vt Accur. intelligas post Cor. sed in primis, i. præ-
cipuè vel inter primos iurisperitos. Et lõgè ante Tyb. Cor.
459 fuit hic Papir. † qui leges regias in vnum contulit, vt aper-
tè dicitur in sequenti versicu. ibi post Tyb. Cor. Nec refra-
gatur litera superior. nam Tyb. Cor. bene fuit primus, qui
publicè profiteri cæpit, at hic Papir. fuit in primis, vt hic di-
citur iurisperitus, i. inter primos iurisconsultos. Quintò not.
quòd ab hoc, i. post illum Papi. floruit App. Clau. regilianus,
scilicet cuius maximum in. 12. tab. scribendis cõsilium fuit,
460 † vt etiam Pomp. Letus scribit quo in legibus cõstituendis
nemo fuit præclarior afferendis nemo deterior. quanquam
qui initia virtutum præbuit, etiam morum magisteria exhi
bere teste Cipria. phas fuisset. Hic decemuir summa inter
collegas auctoritate, propter stuprum in virginiam tentatũ
in carcere perijt, vt supra plenè dictum fuit. Non intelligas
etiam fuisse hunc Regilianũ immediatè post Papir. magno
enim interuallo post eũ fuit. Sextò not. ibi post hunc quod
post Ap. Claud. decemuirũ alius eiusdem generis App. ma-
461 ximæ scientiæ fuit, † qui vt refert hic Pompo. multa egit.
Hunc text. quasi vbique deprauatum prædicat Zasi. inscitia
librariorum, qui vt sunt pleriq; indocti, ita ceci iudicio ausu
temerario, aduentitia veris immiscent, sincera fœdant, ordi
nata peruertũt. quia hic App. dicit nõ fuit Centinianus ap-
pellatus. sed posterior Appius qui & literam R. introduxis-
se & de iure ciuili scripsisse traditur, propterea hunc text. sic
restituendum putat. Post hunc App. Clau. eiusdem generis
maximam scientiam habuit. Appiam viam strauit. Claudiá
aquam induxit. Et de Pyrrho in vrbem nõ recipiendo sen-
tentiam tulit, hũc etiam actiones scripsisse traditum est. in-
de Appius Clau. hic Centinianus appellatus est. qui videtur
ab hoc processisse, primus de vsurpationibus scripsit. Et R.
literam inuenit, vt pro valesijs Valerij essent. Et pro fusijs
furij. Motus vt reor Zasi. fuit quoniam in primis App. cla.
cecum de quo hic sermo est Centinianũ in loco auctentico
appellari non inuenit, ob id illa verba hic Centinianus ap-
pellatus non posse hic rectè legi credidit. sed transportanda.
posteriorią; Appio ad scribenda putauit, qui R. literam in-
uenit hunc Cic. tertio offic. Centimalum nominat qui tem
pore Censorij fuit, longo interuallo post Ap. cecum non. n.
App. ille cecus, vt litera corrupta innuit, sed posterior App.
R. pro S. introduxit testimonium citat Rapha. volat. dicen-
tis ita in. ff. scribi cui verisimiliter putas veriorem contigis-
se text. hunc. etiam auctore eodem volat. dicit primum de
vsurp. scripsisse nõ Ap. cecum. ideò vt supra aptanda est li-
tera, & vbi in sequentibus text. habet idem App. legit inde
nec aliàs sensus idoneus eliceretur. nam quid refert verbum
idem, an App. cecum, & tunc verba sequentia qui videtur,
ab hoc processisse non quadrant, à quo enim procedere vi-
detur an à seipso. q; ridiculum est. an dices ab Ap. decemui-
ro, at illud latinæ rei elegantia nõ patitur. Item quum supra
dixerat App. cecum eiusdem generis fuisse cum Appio de-
cemuiro, quomodo hic sub ambiguo repeteret, quod supra
certum posuit, legit ergo inde, vt sit sensus. ab Appio cecũ
Appium centimalũ processisse qui R. literam inuenit. Sed
huiusmodi restitutio, (& si non negem text. obscuritate of-
fuscatum) necessaria non est, nec mihi placet quum penitus
inuertat literas & nouum effingat tex. idq; solius volat au-
ctoritate & testimonio pene efficiatur. cui ego nõ tantum
tribuerim, vt alios omnes quos vidi etiã vetustissimos codi
dices mendosos dicam. Præterea fidelis antiquitatis relator
Pompo. Letus vir non minoris quàm volat. auctoritatis in
c. de iurisperitis concordat cũ tex. nostro, post hunc ait eius-
dem familię Appius Claud. Centinianus qui viam Appiam
strauit & aquam Clau. induxit & de Pyrrho in vrbem non
recipiendo sententiam tulit. actiones scripsit & primum de
vsurpationibus qui liber non extat, idem R. literam inuenit
vnde valesij & fusij valerij & furij dicti sunt. Lego igitur li
teram, vt iacet addita duntaxat coniunctione, & ante ver-
bum illud primum de vsurp. & sic totus sermo iurisconsulti
erit de App. ceco non de tertio vt sensere præfati, & relati-
uum idem refert App. cęcum de quo proximè dixerat. nec
refragantur sequentia illa verba qui videtur, ab hoc proces-
sisse quę intelliguntur ab hoc App. Clau. decemuiro de quo
proximè fit mentio elegantia latini sermonis, quod ego vi-
deam nõ repugnante. Nec me moueat q; sub ambiguo re-
peteret, quod vt certum prius asseruerat. Appium videlicet
cecum fuisse eiusdem generis cum App. decemuiro, non. n.
sequitur fuit eiusdẽ generis & familię, ergo ab eo processit.
potuit. n. ab alio de familia illa processisse, quũ ampla & ge-
462 nerosa fuerit semper Romę Claudiorũ familia, † testis Sue.
in Tyb. Cæsare in capite de gente Claudiorũ & Gel. c. 21.
lib. 17. Plus ergo dicitur hic quàm supra. videlicet quod iste
App. cecus videtur processisse ab illo decemuiro. Hinc pul-
chrè eleganterą; apud Liu. in. 9. ab vrbe condi. contra hunc
App. cecum P. Sempronius inuehitur. Hic est inquit Qui-
rites illius Appij progenies, qui decemuir in annũ creatus,
altero anno seipse creauit, tertiò nec ab se nec ab vllo crea-
tus, priuatus fasces & imperiũ obtinuit. nec ante continuan
do absistit magistratu, quàm obruerent eũ malè parta. ma-
lè gesta. malè retenta imperia, hæc est eadem familia Qui-
rites. cuius vi atque iniurijs expulsi extorres patria, sacrum
montem cæpistis. Et consonat quod sit iste App. cecus qui
de actionibus, & de vsurpationibus scripsit, quum iuriscon-
463 sultus hic in prin. dicat eũ fuisse magnæ scientiæ, † Appiam
ergo viam strauit. Iul. frontinus à porta capena vsq; ad vr-
bem capuam muniendam curasse, auctor est Strabo libr. 5.
vsq; Brundusium strauisse scribit. Et Plin. de viris illustribus
cap. 34. viam vsque Brundusium lapidibus strauit. vnde illa
appia dicta est quod parum refert, propter modicam loco-
rum distantiam. Et claudiam aquam dicit tex. induxit An-
464 nienem fluuium significat. † Appius enim prædictus quũ
esset censor eam aquã induxit in vrbem, & propterea cen-
suram sibi contra. l. æmiliam in quinquennium prorogauit,
vt eum aquæ ductũ, & viam appiam perficeret auctor Iul.
front. Et Plin. præallega. ac Liu. lib. 9. Censura inquit clara
eo anno Appij clau. & Gn. Plaucij memorię, tamen felicio
ris, ad posteriores nomen Appij, quòd & viam muniuit &
aquam in vrbem duxit. De Pyrrho in vrbem nõ recipien-
do sententiam, vt hic dicitur tulit Plin. loco præall. & quum
465 de pace, Pyrrhi agereiur. † Et gratia potentum per lega-
tum Cineam pretio quęreretur senex, & cecus lectica in se-

natum latus turpissimas conditiones, magnifica oratione discussit, quæ apud Plutar. in vita Pyrrhi epirotarum regis legitur. Optabat & surdus quoq; esse nedum Cæcus ne
466 id flagitij audires, † quod de recipiendo in vrbem Pyrrho parabatur. Inuenit iste Ap. cecus R. literam, vt prosulijs & valesijs furij & valerij essent. inuenisse tamen Intelligas, vt hic per Accur. quamuis Quin. qui de hac litera tractauit nó sentiat cum Pomp. & Plin. c. 56. lib. 7. testetur hanc literam R. cum alijs multis numero quindecim in græciam atsulisse è phenice Cadmum Centimalum. ergo de quo per Valer. de iudicijs priuatis & Cic. offi. tertio alius est à nostro Clau.
467 & longe posterior, † quum fuerit temporibus M. Portij Catonis Censorij. Immo Cic. Titum. non Claud. Centima-
468 lum appellat. † qui ab auguribus iussus altitudinem domus suæ quam in Celio habebat submittere, quia eis ex arce augurium capientibus, officiebat vendidit eam Calphurnio, nec indicauit quòd ab collegio augurum imperatum erat à quibus Calphurnius demoliri domũ coactus. M. Portium Catonem arbitrum cum Claudio adduxit, vt formulam daret quicquid sibi dari oporteret ex bona fide. Cato vt fuit, edoctus, de industria Claudium edictũ sacerdotũ suppressisse illum cõtinuò Calphurnio damnauit, summa quidem cum æquitate, quia bonefidei venditorem, nec commodorum spem augere, nec incommodorũ cognitionem obscu-
469 rare oportet. † Vltimò Alber. colligit ex hoc text. argum. quod ex quo in vna parentela sunt sapientes successores eorum assimilantur eis, ad quod est text. not. in l. secunda in. §. quæ omnia. C. de vet. iur. enuclean. hinc Cic. officio primo, quorum inquit parentes aut maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere, vt Q. Mutius Pub. filius in iure ciuili faciunt quæ in fin. commenti istius. l. dicentur.

Ex versic. fuit post eos.

De multis iurisconsultis per totum.
Quis primum se philosophum nuncupauerit. nu. 471.
Iurisconsultus in loco medio & cõmodo debet residere. 474.
De legatis Roma ad Carthaginenses, ibidem.
Tessera quod signum esset. 481.
Magna felicitas si à parente claro filius non degeneret. 484.
De familia Aeliorum 488.
De familia Catonum. 489. cum sequen.

Sequitur interpretatio in versic. fuit post eos.

470 Nota post prædictos prudentes fuisse† Semproniũ quem popu. Roma. Sophon appellauit, sic etiam apud Pompo. etum in. c. de iurisperitis legitur. aliqui habent catum, i. cautum & sapiensem, plerique catum. alij sophon, id est sapientem, sic legi apud Liu. lib. quarto, de bello Macedon. & Valerium de seueritate. Budeus tamen & Zasi. sophon legendum putant, in idem tamen recidit. Et vt Laertius lib. 1. ait qui nunc philosophi nuncupantur antea sophi, id est sapientes appellabantur. primum verò Pythagoras se philosophũ
471 appellauit, † nullum hominum sed solũ Deum esse sapientem credidit. Hinc Pli. in epistolis actores causarum inquit, sportularũ mercede laudatores sibi redimebant qni orantibus succlamarent sophos, id est scitus, vel scite ex quo iudice Budeo sophoclei dicti sunt græco vocabulo illi, & latinè Laudiceni, hoc est cena pacta laudari sese inbentes, hinc illud Martialis grande sophos, id est magna voce acclamatũ. Ante hunc Sempronium nemo, vt subijcit tex. hoc nomine cognominatus est, greco nomine sophon intellige ne sit contra quod infra, dicit de Pub. Attilio qui primus à popu. Roma. dicitur sapiens appellatus, lasino scilicet nomine secundum Accursi. & sic clara est huiusce cõtrarietatis dissolutio, quamuis Zasi. in loco illo nodum sibi inexplicabilem videri asserat. nisi dicamus Sempronium ab eminentia variarum disciplinarum sophon. eo fine appellatũ quo septem sapientes sophi dicebãtur, Attilium autem sapientiæ ciuilis

timlnm inter alias doctrinas præcipuè meruisse. Et hanc inuenio fuisse Ciceronis sensentiam in libro de amicitia dum ait Attilius appellabatur sapiens, quia prudens esse in iure ciuili putabatur & pariter M. Cato. sed alio quodammodo,
472 † id est quia multarum rerum vsum habebat, ideò Liui. libro. 3e. scribit quosdam Romanorum scientia iuris, Catonem verò versatili ingenio ad summa prouectum, vt tamẽ dictum est solutio Accur. ad tex. nostrum satis iustè procedit, & quadrat. Secundò nor. fuisse deinde Caium Scipionem nasicam qui optimus à senatu iudicatus est. Zasi. Pub.
473 legendum ait, † quum teste Liui. Plin. & alijs prænomine pub. nominatus est, sed Letus Pomp. sub prænomine. C. legit, filius fuit Gn. Scipionis qui in Hispania tempore secundi belli punici cecidit teste Liu. in secundo, de secundo bello punico, vbi latè hanc amplectitur historiam, cur senatus illum optimum iudicauerit. Et vt de viris illustribus Pli. scribit eloquentia fuit primus, iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus. vnde vulgo corculum dictus. Infortunij tamen expers non fuit, in summa. in patria ei mori nõ licuit. ca. 34. libro septimo, & Vale. lib. 8. vbi refert eum sub spem legationis, apud Pergamum exulasse. Huic Nasicæ, vt dicit Póp. data fuit publicè domus in sacra via quo facilius
474 consuli posset, † ingens olim erat honor sciri publicè domus daretur, quem tamen honorẽ paucissimi sunt assecuti, Valerio domus publicè ædificata fuisse traditur. Sic & Ciceroni & Claudio necdum imperatori domus am misse publicis impensis sunt restitutę. auctores secundum Zas. Suet.
475 & Asconius. Colligit Bal. hic † arg. pro doctoribus quibus à communi datur domus, de quo pulchra quædam scribit Barb. in proœ. cle. in secunda lectura nu. 48. Tn dicas esse
476 hic aliud arg. pro doc. † vt non in remotis sed in loco celebri habitet, quo facilius cõsuli possit. hinc Cicero in primo de ora. est sine dubio inquit domus iurisconsulti totius oraculum ciuitatis. testis est huiusce. Q. Mutij ianua & vestibulum quod in eius infirmissima valitudine, affectaq; iam ęta te maxima quotidie frequentia ciuium, ac summorum ho-
477 minum splendore celebratur. † gloriatur idem Cic. in qua-
478 dam oratione omnibus patuisse domũ suam, † qui tamen ingenio valent, etiam si in remotissimis degant quærunturvnde est, in prouerbio vendibili vino non opus est hedera. Per hanc sacrã viam de qua hic sermo est augures in arcem profecti inaugurabant sacra Romanorũ. in capitolium per eam vehebantur, sed & triumphales in capitolium hac vecti. ideò sacra dicta secundum Varronem, Festus ideò sacram dici autumat, quòd in ea fœdus initium fit inter Romulum & Tacitũ Sabinorum regem. Et quia de scipionibus est habita mentio, vt nó ignores constat eam familiam
479 secundum Zasium à Scipione, id est baculo † teste Macrobio nominatam, scribit enim quod Cornelius patrem luminibus carentem pro baculo gerebat. insignis filij in patrem pietas. Tertiò not. fuisse inde Q. Mutium qui ad carthaginenses legatus duabus tesseris positis vna pacis, altera belli arbitrio sibi dato vtram vellet Romam referre. vtranq; sustulit dicens carthaginenses eligere debere vtrã mallent accipere. legendũ tamen est non Q. Mutium sed Q. Fabium, hic enim ad Carthaginenses legatus fuit, vt per Liuiũ in pri mo. 3. decadis. Gel. cap. 27. lib. 1 a. Florum in epit. c. de bello punico in quibus locis discrepát historici à Pomp. hic. Gell.
480 ait † par fuit quódam vigor, & celsitudo amplitudoq; popu. Roma. & pœni nec immeritò existimarum. nam cum alijs quidem populis vniuscuiusq; reipnb. cum pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum est, cuius rei specimen est in illo vtriusque pop. verbo factum quum Q. Fabius imperator dedit ad carthaginenses epistolam vbi scriptum fuit popu. Rom. misisse ad eos vt hastam, & caduceũ signa duo belli aut pacis ex quibus, vtrum vellent eligerent. quod elegissent id vnum vt esset missum existimarent, Carthaginenses responderunt neutrum se eligere, sed posse qui attulissent vtrũ mallent. relinquere quod reliquissent id sibi pro lecto futurum. At M. Varro nõ hastam nec caduceum missa dicit. sed duas tesserulas, in quarum altera simulacra hastæ

hastæ fuerunt incisa. Florus verò sic ait, huius tantæ cladis
auctor Annibal poscitur tergiuersantibus pœnis dux (quæ
inquit mora est) fabius in hoc ego sinu bellum affero & pa-
cem vtrum eligitis. vtrũ placet summite, quumq; esset suc-
clamatum vtrum vellet daret. bellũ igitur accipite. Et ex-
cusso in medis curia togę gremio, nõ sine horrore quasi pla
ne sinu bellum ferret effudit. Ex quibus clara patet cognitio
historiæ, quam hic tetigit iurisconsultus, & si parum inter se
secundum Zasium cõueniat historicis. Fortè etiam ꝙ cum
Q. Fabio Imperatore missus fuit, ad carthaginenses Q. Mu
tius iuriscõsultus, ꝙ & verisimile est missum fuisse aliquem
iurisconsultum prout, ad Teucam illiricorũ Reginam mis-
sum Tyb. Cor. supra vidimus. hi legati, (vt ait Sylius itali-
cus) tristia magnanimi portabãt iussa senatus. Tessera hic p
481 signo belli, † & pro signo pacis ponitur, vt ex text. clarè si-
gnificatur, quamuis propriè sit signũ bellicum, & secũdum
Vegetium lib. 2. cap. 7. præceptum ducis quo vel ad aliquod
opus, vel bellũ mouebat exercitus. hinc Maro. it bello tesse-
ra signum. Deniq; tesseram frumentariam dicimus, quam
qui in vrbe ostendebat frumentũ pro portione, & numero
signato accipiebat de qua in. l. mortuo boue in. §. j. ff. de leg.
ij. Et in. l. sed & si susceperit. §. j. infra de iudi. licet secundum
Zasi. Accur. nõ intellexerit, quod etiam explicat Budeus in
d. l. sed & si susceperit, hinc Iuue. summula ne pereat qua vi-
lis tessera venit frumẽti. Et quemadmodum scribit Pedia-
nus lib. 3. de pretura vrbana: magistratibus licebat, in vsus
suos frumentum accipere. an vellent pro frumento pretiũ.
482 quę extimatio dicebatur. Albe. de Ro. hic admiratur, † hu-
ius legati prudentiam, & magnam circunspectionem, pul-
chrum aliud exemplum lego apud Cic. in. 9. phili. C. inquit.
Popilius, apud maiores nostros. quũ ad Antiochum regem
legatus missus esset, & verbis senatus nunciasset, vt ab Ale-
xandria discederet, quam obsidebat quum tempus ille te-
reret virgula stantem circunscripsit. dixitq; se nõ antea an-
nunciaturum senatui nisi prius sibi respondisset, quod factu
rus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet. præcla-
ram enim senatus faciem secum attulerat auctoritatemque
popu. Roma. Quartò not. fuisse post prædictos Tyb. Cor.
483 † de quo supra visum est. Et nullũ reliquisse scriptum: So-
cratem, (teste Zasio) imitatũ qui quũ moralia percepta tra-
deret, scholamq; morali philosophię aperuisset nihil post se
scripti reliquisse traditur. immò infiniti fuere eminentissimi
philosophi, qui scripta non reliquerunt. vt Laertius in vi-
tis philoso. tradit. Deinde subiungit text. fuere Sex. Cęcilius
& frater eius P. Aelius, ac filius & P. Attilius qui maximam
scientiam, in profitendo habuerunt. non Sex. Cecilius sed
Sex. Aelius legit Zasi. & rectè vt inferiora demonstrant. cũ
de duobus, tantum Aelijs hic text. loquatur. ac propter id
quod tex. dicit & frater eius P. Aelius Bald. hic ait, nota pro
nobis. subiunxit Ang. qui sufflante diuina prouidentia, fu-
mus tres fratres doctores Bald. Pe. & Ang. iuris vtriusque
professores arg. tamen malè colligitur quũ de duobus tan-
tum Aelijs hic loquatur non de tribus. Et duo Aelij, vt in
text. dicitur, fuerunt consules pater scilicet & filius secundũ
484 Zasi. ego fratres intelligo. magnam esse felicitatem † arbi-
tratur Zasi. si à patre claro filius nõ degeneret. suauia enim
studia, vt inquit Philostratus in sophistis, illa sunt quæ à pa-
rentibus, & maioribus insunt, meliores quoq; artes quæ hæ
485 reditario iure comparantur. † Quamuis eo plerunque in-
fortunio præmantur viri splendidi, vt sui similes filios nõ re
linquant. hoc enim Ciceroni hoc Q. Hortensio. hoc He-
rodoto atheniensi euenisse compertum est. Epaminundas
Dux Thebanus vxorẽ noluit ducere, ne sui dissimilem filiũ
haberet. Pellopide exemplo deterritus qui vir clarus, infa-
486 mem filium genuit, † Socrates tñ in tertio de legibus apud
Platonem eam labem indulgentiæ matrum refert. At He-
487 liogabalus colluuies imperij filios se nolle dicebat † ne quis
ei frugi contingeret. Errore tamen labitur Zasi. cum Bald.
& Ang. in intelligentia literæ quę non loquitur de Aelijs pa
tre scilicet, & filio, sed de duobus Aelijs fratribus, vt dixi,
ideò dum in tex. est ac filius, menda est. hocq; etiã ex Pom-
po. Leto in. c. de iurisperitis licet cognoscere qui filiũ omis-
sit de alijs mentionem faciens. Sex. Aelius qui multa cõpo-
suit, quæ nõ extant, laudatur ab Enio in illo carmine. egre-
gie cordatus homo Catus Aelius Sextus. Hunc etiam iuris
ciuilis peritissimum, & ad dicẽdum paratum fuisse testatur
Cic. in lib. de cla. orat. de quo etiam Val. Max. in c. de pau-
pertate Sex. Aelius Tubero iurisc. nobis, & pauper admo-
dum filiam Pauli Aemilij principis, tunc ciuitatis duxit. fi-
liumq; suscepit ex eo Q. Aelium Tuberonem. quem Aeliũ
488 Catum † quum etholorum legati prandentem in fictilibus
vidissent missa ab eis vasa non recepisse. neq; aliud habuisse
argenti. vsq; ad supremum diem, quàm duo pocula quę so-
cer eius L. Paulus ob virtutẽ deuicto Rege Perseo donasset
auctor est Plin. c. 11. lib. 33. Fuit hęc Aeliorum familia Ro-
mę adeò pauperrima licet magnę auctoritatis, vt septem &
decem Aelij vno tempore eandem domum habitauerint.
vnum tantum habentes agrum veientanum, & locum spe-
ctandi in circo auctor Vale. præalleg. & Plutar. in Aemilio.
De hac Aeliorum familia, quædam etiam dicentur infra in
489 versic. fuit eo tempore Trebatius. † Ennium autem poe-
tam Aelij laudatorem, Zasio teste, Cato quum Sardiniam
obtinuisset Romam duxerat. quod Aemilius non minoris,
quàm quemlibet amplissimum triumphum extimauit. &
quem Quintilianus pari veneratione colendum statuit, qua
sacros vetustate lucos in quibus grandia & antiqua robora,
non tantam habent speciem quantam religionem. Quibus
temporibus natus sit & Romę floruerit reperies apud Gel.
ad fin. 17. lib. Extat dicit Pomp. illius Aelij liber qui dicitur
tripartita, extabat forte tempore Pomponij, hodie non ex-
tat. In hac tripartita primo. ll. 12. tab. tex. proponebatur, de-
inde eius interpretatio, & post actio legis, i. quomodo lege
agi posset, ne formulis neglectis à causa caderetur, & quid
sit. l. agere seu legis, actio declarat Budeus super. l. 4. infra de
adopt. Pub. Attilij meminimus in primo notabili. Quintò
not. ꝙ prædictos sectatus in aliquibus est Cato. deinde M.
Cato princeps Portiæ familiæ. locum istũ incuria librario-
rum & temporum veretur Zasi. deprauatũ, nam ante eum
Catonem qui Portiæ familiæ princeps fuit, nullus alius Ca-
to præcessisse legitur nisi pro eodem ait legas quod, s. Cato
hos sit sectatus. Deinde M. Cato, i. qui deinde M. Cato no-
minatus & Portię familię princeps hoc est primus fuit. Põ-
ponius Letus in. c. de iurisperitis. Magis correctè locũ hunc
refert truncatis superfluis, dicens deinde Cato Portię fami-
lię princeps tusculano genitus cuius libri extãt. Is senior Ca-
to primus inter Catones fuit, qui Portius cognominatus fa-
490 miliæ suæ cognomen reliquit. † Ortus municipio tuscula-
no, hortatu L. Valerij Romam migrauit, de quo plura Ae-
milius probus & alij historici. Fuit optimus orator, optimus
imperator, & optimus senator teste Plin. ca. 27. lib. 7. floruit
Romæ anno vrbis conditæ. 534. testis Gell. ad fin. 17. libri.
Cuius, s. Catonis libri extant. de hoc est etiam testis Cic. li. 2.
de oratore, hodie tamen non extant, sed plurimi, s. libri sub-
iungit tex. eius filij, s. Catonis qui egregios de iuris ciuilis di
sciplina descriptos libros reliquit, vt est apud Gell. cap. 18.
li. 13. ex quibus libris cęteri oriuntur, i. quę ab alijs iuriscon-
sultis scripta sunt, ortũ & radicem ex dictis libris habuere.
Et docet ibi Gel. hunc fuisse filium maiorẽ præfati M. Ca-
tonis censorij principis familię Portię. alter eius filius Solo-
nitanus cognominatus est. cuius nepos fuisse scribit M. Ca-
491 to stoicus qui vticæ se interfecit, vt ibi per Gell. † Ergo si
quid iuris ciuilis à Catonibus extiterit nõ à M. Catone vti-
censi, cui vt stoico philosopho nihil cõmune cum iure ciuili
fuit, sed à maiore filio M. Catonis censorij prodijt. Proin-
492 de secundum Zas. §. Cato ille famigeratus, † non vticensis,
vt ineptè ibi Bologninus voluit, sed censorij fuit. De gene-
re, & nominibus Catonum ac Port. familiæ vltra Gel. plu-
ra scribit Plut. in Catone cens. & in Catone vticensi.

Ex versic. post eos.

Amico inhonesta petenti denegandus est assensus. 496.

De Antipatro qui historias conscripsit, & Rolando pedis

vacæ, qui plus eloquentiæ quam iuris scientię operam de-
derunt. 498.
Quis iurisconsultorum disertissimus, & quis disertorum con
sultissimus. 501.
Generatim pro distinctè. 505.

Sequitur versic. post hos. l. ij. ff. de orig. iur.

Legamus vsq; ad versi. Mutij auditores. Et no. primum
post suprascriptos fuisse P. Mutium L. Brutum & P. Mani-
lium qui fundauerunt ius ciuile. Pub. Mutius augur. & pon-
tifex maxi. pater fuit Q. Mutij etiam pontificis maximi,
493 † vt in fi. illius versic. dicitur, vterq; iurisconsultus apprime
doctus & Ciceronis præceptor, vt constat ex ipso Cic. in. j.
officiorum. in lib. de amicitia & de cla. orat. L. Brutum opti
mum virum & iurisperitissimū satis fuisse constat. quo mor
tuo quum esset, tanto nomine generi suo magnū vulnus il-
latum est. testis idem Cic. de cla. orat. qui in secundo de ora
tore ait Brutum prætorium. & M. Catonem censorium vo
lumina de iure Ciuili scripsisse. & nō generatim posuisse le-
ges. sed veluti interrogati, à priuatis responderunt, expres-
sis ciuium nominibus quos defendebāt. Sicuti in satiris Lu-
cillium fecisse videmus, qui in reprehendendis vitijs, ciues
494 nominatim taxauit. † De Manilio autem apud Plin. cap. 2.
libri. 10. ita scribitur. Primus atque diligentissimus togato-
rum Manilius senator ille max. nobilis doctrinis, doctore
nullo auctor est neminem extitisse qui fenicem viderit ve-
scentem. Subiungit text. illi duo consulares fuerunt Brutus,
scilicet & Manilius secundum Zasi. quod est cōtra tex. subij
cientem Brutus prætorius, in superioribus ergo nō de Bru-
to sed de Mutio & Manilio intellexit. Rei tamen latinę ele
gantia non patitur, vt tribus prædictis annumeratis & Ma-
nilij vltimo loco mentione habita, verba illa subannexa illi
duo consulares fuerunt, referātur partim ad eum Manilium
de quo proximè dixerat. Immò vis illius relatiui est, vt ad
remotiores referatur. Quare dubito ne tex. sit deprauatus,
& Pompon. Letus in. c. de iurisperitis aliter hunc locum re-
fert. Ex his inquit Mutius consularis fuit. Brutus prætorius,
Manilius consularis & pontifex maximus. Potest ergo re-
ctè locus hic legi expuncto verbo illi. Et dicuntur consula-
res qui fuere quandoq; consules, aut secundum Zasi. de or-
dine eorum ex quibus consules eligerētur. Et idem de prę-
torio qui prætor fuit. vel ex ordine eorū, &c. Secundò not.
à superiorum doctorum disciplina sequētes profectos fuis-
se. siue post prædictos fuisse sequentes, & primo Pub. Ru-
tilium Ruffum qui Romæ consul fuit, & Asiæ proconsul,
495 † Huius Rutilij adolescentiam, ad opinionem & innocen-
tiæ, & iuris scientiæ P. Mutij commendauit domus ab eo-
dem Rutilio frequentata. testis Cice. officiorum. ij. Multa
prætereà opera, multaq; industria hic Rutilius fuit. quę erat
propterea gratior quòd idem magnum munus, de iure re-
spondēdi sustinebat. sunt eius orationes ieiunæ. multa prę-
clara de iure doctus vir & græcis literis eruditus. Panetij au
ditor prope perfectus in stoicis, vt per Cice. de cla. orat. vbi
de eo plura, sic etiam Seneca in tertio lib. episto. damnatio-
nem suam sic tulit Rutilius tanquam nihil aliud illi molestū
esset quàm quòd malè iudicaretur. Exilium Metellus for-
titer tulit: Rutilius etiam libēter. alter vt reduceretur Rei-
496 pub. præstitit, alter Aedictū suum Syllæ negauit, † De quo
etiam Valer. sic eleganter scribit, verba prius an facta exi-
mem nescio, nam vtrisque æquè admirabile robur inest,
quum amici cuiusdam rogationi resisteret, atque is per sum
mam indignationem dixisset, quid ergo mihi opus est ami
citia tua, si quæ rogo non facis, respondit immò quid mihi
tua, si propter te aliquid inhonestè facturus sum. Fuere de-
inde Paul. Virginius, & Q. Tubero stoicus qui consul fuit,
scientia iuris ciuilis maioribus suis non defuit. doctrina etiā
illos superauit. disciplinas enim stoicas percalluerat, vt est
apud Gell. cap. 2 a. libri primi, & stoicus per emphasim no-
497 minabatur, † quia & stoicas percallebat disciplinas. eamq;
sectam exactissimè obseruabat, vt latè descripsit Cicer. in
oratione pro Murena, filius fuit. Sex. Aelij de quo in præ-
cedenti versic. Et auditor non Pansę, vt hic corruptè scribi
tur, sed Panætij secundum Zasi. quia Pansa vt ipse ait longo
annorū interuallo fuit post hunc Q. Tuberonem. quo tem-
pore Rutilius Panętium audiuit etiam noster Tubero stoi-
cę disciplinæ operā dedit. vt verisimile sit vtrosque eodem
præceptore vsos, nam & auunculus Scipio Aphr. Panetio
operam dedisse legitur. Letus tamen Pomp. eum Pansæ au
ditorem, vt hic iurisconsultus scribit. Subdit tex. Sex. Pomp.
Gn. Patritius sed nihil nisi portentum secūdum Zasium ex
his verbis elicias. ipse Ciceronis auctoritate Fretus in lib. de
cla. ora. sic legit Sex. pomp. Gn. pomp. frater Marcus Dru-
sus Patritius, vt sic tribus repositis verbis candor & claritas,
adsit text. Sex. pomp. Gn. pomp. fratrem fuisse Cicero scri
bit qui eum præstantissimo claruisse ingenio. & scientia iu-
ris ciuilis ornatissimum fuisse docet. M. autem Drusi pari-
ter in eo libro fit mentio. Sed absque repositione tot ver-
borū litera bene stabit, si loco verbi patritius, legas patruus.
ita legit Pompo. Letus, de quo Sex. pomp. Gn. pompo. pa-
truo non semel apud Ouidiū est mentio. laudes verò Pom
pon. latè prosequitur Cicero oratione prima & Plin. ca. 26.
498 libro septimo. Fuit eodem tempore Cœlius antipater † qui
historias, dicit text. conscripsit, præcipuè de secundo bello
punico, intellige vt per Cice. ad fi. libri de perfecto orato-
re. De quo antipatro Cicero de cla. orato. ingens inquit iu-
ris ciuilis intelligentia atque omni prudentię genere prę̨sti-
tit L. Cœlius antipater scriptor quemadmodū videtis, fuit
vt temporibus illis luculētus, iuris valde peritus. multorum
etiam vt L. Crassi magister apud Plin. cap. 69. lib. secundo,
dicebat hic antipater vidisse se qui nauigassent, ex Hispania
in Aethiopiam commertij gratia. plus eloquentię dicit hic
Pomp. quam iuris scientiæ operam dedit, sic Rolandus pe-
dis vacæ, & quidam amicus noster dicit hic Accursius simi
499 les, hodie teste Zasio. multos inuenias. † Quid enim elo-
quentia laudabilius & præstantius, vel admiratione audien-
tium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gra-
tia, cui à maioribus nostris est, in tota dignitate principatus
500 datus, testis sed suspectus † Cicero officio secundo, vbi elo
quentiam iuris sciētię anteponit, & pluribus rationibus eius
propositum firmare conatur, faciunt pulchrè scripta per Va
ler. in cap. 9. lib. octauo, vbi quanta sit eloquentiæ vis docet.
Sed Alberi. hic iuris scientiam auro, eloquentiam argento
comparari dicit, text. allegat in. c. legimus. 37. distin. quam-
uis enim iuris ciuilis scientiam apprimè deceat eloquentia
ornatricem tamen volo non dominam, vt subseruiat, non
vt præcurrat. non enim fandi sed iudicandi præcepta ver-
samus, lingua enim vt Vadianus pro Barto. eleganter dicit
Zasi. subscribente solis latinis, iuris prudentia omnibus pro-
desse poterit. Fuit eodem tempore subdit Pomp. L. Cras-
501 sus frater Pub. Mutij qui Mutianus dictus est, † hunc Cic.
dicit iurisconsultorum disertissimum. Audet Budeus dice-
re Pomp. hoc loco hallucinatum, quum Cice. non Pub. Mu
tium sed Q. Mutium cōsultorum disertissimū dicat. Nam
in Bruto de Crasso & Q. Mutio loquens ait. Noli Brute
existimare his duobus quicquā fuisse in nostra ciuitate præ-
stantius, nam quum constet, vt ante dixi consultorum alte-
rum disertissimum, disertorum alterum consultissimū fuis-
se, sic in reliquis rebus dissimiles erant inter sese, statuere vt
tamen non possis vtrius te malles similliorem. Zasi. hic ta-
cita Budei oppositione hunc ait intellige P. Mutium, Cice.
enim in lib. de cla. orat. quum Crassum Antonio illi magno
oratori comparasset, posteà de eodem, & Q. Sceuola lo-
quens, ipsum Crassum eloquētium iurisperitissimum. Sce-
uolam verò iurisperitorum eloquentissimū nominat, quod
hic iurisconsultus recensuit. Sed ex hoc Budei oppositio nō
dissoluitur. Vnde dici potest ꝙ licet Cic. de Q. Mutio ibi il-
lud dicat. potuit tñ & alibi idem de P. Mutio dixisse, quum
scriptorū eius non parua pars sit deperdita, Et ꝙ P. Mutius
esset eloquētissimus reperies apud Gel. ca. 13. lib. j. dum ait
P. Crassus Mutianus clarus, & inclytus vir à Sempronio, à
Sellione, & plerisq; alijs historiæ Romanę scriptoribus tra-
ditur

ditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & præci-
pua, quòd esset ditissimus, ꝙ nobilissimus, quòd eloquẽtissi
mus, quòd iurisconsultissimus, ꝙ Pontifex maximus.
502 De L. Crasso. † leges plura apud Cic. de cla. ora. & offi. ij.
discipulus fuit Coelij antipatri, vt supra dictum est. Vltimò
503 subijcit text. post prædictos fuisse. † Q. Mutiũ pub. filium
Pontificem maxi. qui primus ius ciuile generatim cõstituit.
hunc vt proximè retulimus, consultorum disertissimum
Cicero nominat. Et in primo offi. ait quorũ patres aut ma-
iores aliqua gloria præstiterunt. eorum plerique in hoc ge-
nere laudis student excellere, vt Q. Mutius pub. filius in iu-
re ciuili. Appianus libro primo, eum in senatu interfectum
cum Domicio, amborumq; corpora edicto Marij fluuio,
504 immersa scriptum, teste Zasio reliquit. † Præceptor fuit Ci
ceronis, vt ipse in libro de amicitia testatur. Mortuo inquit
Q. Mutio Sceuola augure me ad pontificem Sceuolã con-
tuli, quem vnum nostræ ætatis, & ingenio & industria au-
deo præstãtissimum dicere. Quinimmò eum clarissimum
legum & vatem certissimum. Valerius lib. octauo dicit. Et
dicitur primus generatim ius ciuile cõstituisse, id est parti-
culatim, & distinctè secundum genera singulorum primus
505 tradidit, † & meliori ordine quàm alij contexuit. Ita locum
istum declarat Seue. in repe. l. admonendi colum. 84. in prin.
infra de iureiur. facit Mantuani dictum. Quare agite ô pro
prios generatim dicite cultus, agricolæ. qui enim ante eum
scripsissent nõ generales doctrinas cõtractauere, sed prout
quisq; ad casum propositum responderat talia respon. in li-
bros recolligebant. Sceuolæ autem cognomen teste Pli. de
506 viris illustribus cap. 13. hi Mutij accepere, † ab illo C. Mu-
tio adolescente qui Porpuratum pro rege Porsena deceptus
occidit. cui posteà Sceuolæ à clade dextræ manus cogno-
mentum inditum est, vt ex Liui. in secunda ab vrb. condi.
colligitur. Sequitur versic. Mutij auditores.

Ex versic. Mutij auditores.

Hic videbis pariter multorum Iurisconsultorum expressam fa-
ctam commemorationem. nu. 57.
Præceptorum memoria per discipulos conseruatur. 511.
De Seruio Sulpitio pulchra. 512. cum sequ.
De diffi. & profunditate legalis scientiæ. 514.
Inuectiua contra Vallam & alios quosdam de legali scien-
tia obloquentes. 519.
Doctori lapso an detur in integ. rest. 519.
Reprehensio sæpe vtilis. 521.

Sequitur interpretatio in versicu. Mutij auditores.

Hic versicu. corruptè & deprauatè legitur, illum candori
pristino restituemus No. Mutij fuisse complures, & egre-
507 gios auditores, inter quos maximę apud pop. Roma. † au-
ctoritatis fuit Aquilius Gallus. idem testatur Vale. de priua.
iudicijs, eũ dicens fuisse maximę auctoritatis, & scientia iu-
ris ciuilis excellentem. huius rei fortissimum est argum. fa-
508 migerata illa l. Gallus. ff. de lib. & posth. † collega fuit & fa-
miliaris Cic. vt ex eo colligitur in Bruto in. iij. ora. & de cla.
ora. & in oratione pró L. Flacco. vbi Cic. orante ipse iudex
præsedit, vt meminit quoque Gell. ca. 28. lib. 15. præceptor
etiam Seru. Sulpitij, vt statim videbis, domum habuit pul-
cherrimam omniũ consensu Romę in colle Quirinali, te-
stis Plin. lib. 17. cap. primo apud eum scapula cum cenaret
repente animam efflluit auctor Pli. lib. septimo multa in lau
dem Galli Aquil. scribit Cic. d. lib. de orat. & Salomonius su
per. d. l. Gallus. colum. septima. Ex eisdem auditoribus sub-
509 dit text. fuisse † Lucillum Balbum Sex. Papirium & C. Iu-
bentium L. Balbus præceptor fuit Ser. Sulpit. vt infra dice-
tur de eo sæpe est mentio apud Cic. de cla. ora. qui doctum
& eruditum eum vocat in quo in vtraq; re considerata fue-
rit tarditas. Sex. Papirius fuit ex descendentibus illius. Sex
Papirij qui fuit illis temporibus, quibus superbus Demarati
Corinthij nepos, vt in prin. l. nostræ traditur. De C. Iuben-
tio dictum fuit in prin. l. Zas. legit non Sex. Papir. sed L. quia
510 illud prænomen L. fuit papirijs peculiare, † vt ex Cic. in epi
stol. lib. 9. discitur. vbi ad Papi. petum scribens, originem pa
piriorum sublimat. Et pariter Iuuentiũ non Iubentium le-
git Cice. de cla. ora. Titum Iuuentium in forensi causarum
genere multa valuisse scribit, Lentum quidem illũ in dicen
do & pœne frigidum, sed & calidum in capiendo aduersa-
rio versutum & doctum, ac magna cum iuris ciuilis intelli-
gentia. Sed Pomp. Let. in. c. de iurisperitis non aliter quàm
Pompo. hic legit, fuitque Papiriorũ prænomen. etiam Sex.
vt probat principium istius nostræ. l. dum facit mentionem
de Sex. Papir. qui etiam dicebatur P. papir. vt patet ex prin.
istius. iij. partis, ideò Pompo. Let. dicit Sex. P. papir. Verum
enim verò omittit hic Pompo. alium Q. Mutij discipulum
nequaquam tacendum Ciceronem videlicet qui pariter ex
Q. Mutij discipulis fuit, vt in præcedenti versi. dictum est.
Secundò not. prædictorum iurisconsultorum, scripta talia
non extare, vt valde appetantur, verum pro scriptura Seru.
Sulpitij qui libros suos, cõpleuit eorum memoria habetur.
Sicque præceptorum memoria per discipulos conseruatur.
quemamodum per Cice. in orat. multorum præceptorum
511 suorum habetnt memoria, † quos omnes fama recõdidis-
set. & vetustas oblitterasset, nisi discipuli gratissimi monu-
menta illorũ nomina perire non sinerent. Tertiò not. Seru.
Sulpitij in causis orandis primum locum aut certè, id est sal
tem post M. Tul. obtinentem ad cõsulendum Q. Mutium
de re amici sui peruenisse, quumq; eum sibi respondentem
de iure Seru. parum intellexisset. iterum Mutium interro-
gasse & à Mutio responsum esse nec tamẽ percepisse. & ita
à Q. Mutio obiurgatum esse, eo ꝙ turpe esset nobili & pa-
tritio viro, ac causas oranti, ignorare ius, in quo versaretur,
qua velut contumelia Ser. tractus iuri operam dedit instru-
ctus à Luc. Balbo, & Gallo Aequilio qui fuit Cercinnę in-
de quum in legatione perijsset, pop. Roma. ei pro rostris sta
tuam posuit, cuius volumina complura extant. Ex prędictis
restituo locum hunc in multis locis. Primum ibi pro certò
nam aut certè, id est saltem teste Budeó legendũ est. quam-
uis Pompo. Let. omissis illis verbis dicat Ser. in causis oran-
dis primum locum post M. Cicero. obtinuisse. Et pariter
corrige ibi quumq; eum sibi respondisse, vt secundum Bu-
deum, & Zas. dicat respondentem, alioquin & orationis fru
ctus malè coiret. & obsonaret elegantia, posset etiã legi re-
spondisset, sed expuncto verbo eum. Restituimus etiã text.
ibi instructus ab Albo Luc. instructus autẽ maximè à Luc.
Balbo, & Gallo Aquilio qui fuit Cercinnæ aliàs nullus bo-
nus sensus. absonaretq; maximè elegantia. Item corrige ibi
statuam eius dicat ei. Et ibi Augusti. dicat huius, f. Ser. Sul-
pitij. Zasius tamen dicit legendum pro rostris Augusti aliàs
quid nomen Augusti faceret credibile est, inquit rostra Ro
mæ successu temporis cognomen accepisse, Augusti locum
hunc elegantius, & sine labe explicat Pomponius Letus dũ
ait. Mutij auditores fuerant complures. sed pręcipue aucto
ritatis Gallus Aquilius. Luc. Balbus. & Sex. Papir. de hinc
Seru. Sulpitius qui causis orandi post M. Tul. primum obti-
nuit locum reprehensus à Q. Mutio. quod ius non intelli-
geret, iuri operã dedit sub Luc. Balbo & Gallo Aquil. Ser-
uius, quũ in legatione perijsset populus Romanus statuam,
ei pro rostris erexit, quæ hodie extat in foro Augusti, reli-
quit. 180. libros de iure ciuili. Fuit hic Sulpitius vir bene li-
512 teratus, † ætatisque suæ doctissimus testis Gell. cap. 10. li-
bri secundi. & cap. 12. lib. sexto. De quo sic Cicero de clar.
orato. ait Sulpitius iurisconsultus non facile dixerim quan-
tum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum artium disci-
plinas adhibuit curæ, nam & in eisdem exercitationibus,
ab ineunte ætate fuit. Et posteà vna Rodum ille etiam
profectus est, quo melior esset & doctior. & postquàm re-
dijt, maluit id quod adeptus, longe non eiusdem modo
ætatis, sed eorum qui fuissent in iure ciuili esse princeps.

Putabat hic Sulpitius etiam aduersarijs amicorum suorũ de
iure consulentibus respondere necessum, quod contra eum
torquet Cicero in oratione, quę pro L. Murena inscribitur,
quem Sulpi. accusauit & Cicero defendit, ibi tamen eũ ho-
minem sapientissimum & ornatissimum appellat. cui nobi
litatem genusq; suum extollenti. respon. Cicero, tua nobi-
litas Seru. Sulpit. & si summa est, tamen hominibus literatis
& historicis notior est. populo verò & suffragatoribus ob-
scurior: Pater. n. fuit equestri ordine & loco. auus nulla illu-
stri laude celebratus. Itaq; non ex sermone hominũ recen-
ti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilita
tis tuę. Quare inquit Cicero, ego te semper in nostrum nu-
merum aggregare soleo ꝙ virtute industriaq; perfecisti, vt
quũ equitis Romani esses filius, summa amplitudine dignus
putare. Hunc Sulp. non puduit de re amici sui, ad Q. Mutiũ
513 pro consilio accedere, vt hic dicitur arg. nõ † esse turpe do-
ctorem de re aliqua iurisconsultum consulere facit tex. in. l.
domitius labeo. ff. de testa. sed nõ excusaretur. alteri doctori
male consulenti cedens. vt in. l. iuris ignorãtia. C. qui admit.
Alex. tradit cuius tamen oppo. ibi Deci. probat. Ex eo. text.
514 dum ait Ser. Sulp. parum intellexisset, † egregio inquit Zasi.
euinci arg. iuris ciuilis scientiam & esse profundam, & pau-
cis ex fundamento cognitã, si enim is tantus vir qui de glo-
ria eruditionis, & fastigio eminentię cum Cice. certauit Q.
Mutium semel, & iterum respondentem non intellexerat,
quis tantæ scientiæ sublimitatem nisi doctissimis præditus,
pręceptoribus, nisi multa ętate, nisi iugi studio verè asseque
515 tur. † Proinde eant inquit Zasi. locutulei quidam ex gram-
maticorũ vulgo qui manibus illotis in nostra penetralia pro
rumpentes, quum duo vel ad summũ tria in vestibulo ver-
ba intellexerint, mox suam imperitiæ censuram facere non
erubescunt. grauiterque in Vallam & alios plerosque inue-
516 hitur, † & latius ac eleganter in antinomijs suis. Audet ho-
mo inquit temerarius, ne dicam insanus sese iactare, qui iu-
ris ciuilis sciẽtiam docere eos quos tanquam, primarios iu-
ris interpretes veneramur. triennióq; meliores quàm Ac-
cursius glossas super iure ciuili facere posset, vide quo erum-
pat improuida temeritas. legerat Ciceronẽ Valla vbi in ora
tione pro Murena triduo se iurisconsultum futurum, si quis
ei stomachum moueret dicebat. Hunc tantum virum, do-
ctrinarum lumen fraterculus iste gigantium in suam effin-
gere personam conatur, pulchra me hercule & lepida com-
paratio Cice. ad Laurentium Vallam, lucis ad tenebras. Cic.
se iurisconsultum triduo futurum, non iniustè pollicebatur,
qui à iuuene Sceuolam audierat, à cuius latere nõ discesse-
rat, qui iuris prudentes omnes perlegerat, in eis ita consue-
uerat, vt sicut erat oratorum princeps, ita iuris ciuilis scien-
tia clarus haberetur. At Laurentius Valla in triuijs in com-
pitis fortasse grãmaticis suffarcinatus rudimentis, insignem
iuris ciuilis scientiam ne à limine quidem vnquam salutauit.
quo ergo pacto in sublimia iuris nostri scita, vel modicum
scribere potuisse præsumet. nisi fortè ex suis triuialibus con
certatiunculis nostræ scientiæ abdita expenderit. Quartò
nota, turpe esse nobili, & patritio viro, ignorare ius, in quo
517 versatur. arrigant hic aures doctores & scholastici, † facit. c.
cum sis præditus de conuer. coniu. & l. domitius labeo. ff. de
testa. vtq; in libro de perfecto oratore ait Cicero, quid tur-
pius quàm legitimarum controuersiarum patrocinia susci-
pere. eum qui sit legũ, & ciuilis iuris ignarus. & in oratione
pro Cluentio leges quibus adhibẽtur oratores, & in quibus
518 versantur nosci debere dicit, † olim Publius consu, qui se iu
risconsultum iactabat, quum tanquã testis interrogaretur.
& nihil se scire diceret. Cicero in eius imperitiam iocatus,
disce quæso ait, forsan de iure te interrogatum credis. Hinc
vult Bald. in ca. j. §. iudices de pace iuramento firma. quem
sequitur Aquen. in. l. j. col. iij. infra de legibus citando hãc li-
teram. ꝙ iuris ignorantia in iurisperito ascribitur dolo. Sed
verius est oppositum, quia solum latę culpę ascribitur Alex.
& Ias. in. l. ij. infra quòd quisq; iuris Bolog. in rep. auc. habi-
ta. colum. 44. C. ne fi. pro patre. Dixit pariter per hunc tex.
519 Alber. in procem. supra l. denegari doctori in integ. restit. de
quo ibi dictũ fuit super verbis illis quis amplius, quàm vos
cognoscit. dixit etiam Raminal. in. d. l. iuris ignorãtia. col. ij.
quòd licet ille qui non potuit consulere peritos audiatur, al-
legando iuris ignorantiam, etiam in lucris captandis, vt ibi.
secus, tamen dicit esse in iurisperito per text. nostrum. An
520 autẽ fallentias † apicesq; iuris ignorare, aut iura obscura sit
lata culpa ponit Iaso. in. l. quod te colu. fin. infra si cert. peta.
& Felyn. in procem. decret. col. ij. Quintò not. ibi ea velut
521 tactus cõtumelia, † reprehensionem aliquando esse vtilem.
facit lex vnica. C. de emen. propin. & ca. nouit de iudi. Sulp.
enim motus reprehensione Q. Mutij Sceuolę, operam di-
ligenter iuri dedit. qui & si tardè ad iura ciuilia venerat, ci-
to tamen sese absoluens eminentiæ palmam omnibus sustu
lit, teste Zasio. quod & Bald. contigisse audiuimus à præce-
522 ptore nostro Pau. citadino viro doctissimo ait. † Sed deci-
pitur cum præceptore suo, quum constet Bal. in ætate satis
tenera & iuuenili accessisse ad iura ciuilia, & sumpsisse gra-
dum, vt refert frater eius Ange. in. l. j. in. §. initium. ff. de po-
stul. Barb. in cap. cum vicesimum col. vij. de offic. delega. &
Pau. de Cast. in. l. si instituta infra de inofficioso testa. Scrip-
523 sit posteà Sulpitius librum, † de notis Sceuolę in multis cor
rigendo eũ qui prius, ipsum reprehenderat de quo per Lau
rentium Vallam in prologo. vj. lib. elegantiarum. Sextò no.
Sulpitium professum fuisse sub Luc. Balbo, & Gallo Aquil.
qui fuit Cercinnæ. Hinc Cice. de cla. orat. quumq; Ser. Sul-
pit. discendi, causa duobus peritissimis operam dedisset L.
Lucillio Balbo, & C. Aquilio Gallo Galli hominis acuti, &
524 exercitati † promptam, & paratã in agendo & responden-
do celeritatem subtilitate diligentiaq; superauit, Balbi docti
& eruditi hominis in vtraq; re cõsideratam tarditatem vi-
525 cit, † expediendis conficiendisque rebus, sic & habet quod
526 vterq; eorum habuit, & expleuit quod vtriq; defuit. † Cer
cinna est insula Aphricæ secũdum Zasium. Tacito & Stra-
bone testibus, de qua etiam mentionem facit Plinius. c. 31.
lib. quinti. Sed tex. nostro parum quadrat, ideò legit Zasius
sic instructus maximè à C. Aquil. quum fuit Scitione, s. Sul-
pitius: nam Cicero epistolarum decimo Seruium Scitione
habitasse quum præesset proconsul. Achaiæ scribit, sed re-
fragantur sequentia ibi itaq; cõplures libri eius extant Cer-
cinnæ confecti. & loquitur de Gallo Aquil. nõ de Sulpitio.
Et forte quod ex loco illo Romam petijt, vel in loco illa ali
qua ex causa stetit, quod propter antiquitatẽ nobis est inco
gnitum. & ob id forsitan Pompo. l. et. vbi locum istum re-
fert, nec de Cercinna nec de Scitione meminit. Septimo
527 no. Ser. Sulpit. in legatione decessisse, † cui honestandæ vir
tutis gratia popu. Rom. statutam posuit auctore Cicerone,
vt patet ex nona philippica vbi legationem illam ad M. An
tonium fuisse scribit. mortis causam narrans plurimaque in
eius laudes effundens. De multis alijs in legatione mortuis,
528 † quibus populus Romanus statuas erexit scribit Pli. cap. 6.
lib. 34. Octauò not. à Ser. Sulp. plurimos ac perfectos pro-
fluxisse discipulos decem enumerantur. sed corruptè mul-
tum solet hic versicu. legi. Et primò dum dicit præfecti, di-
528 cat prouecti, † i. in studijs eruditi viri beneq; auct. l secundũ
cl. 2. Zasi. vel melius legas perfecti, qui ab ipso Sulpitio descen-
dere. Expungenda etiã sunt illa sequentia verba fere tamen
hi libros conscripserunt. superfluunt. n. vt sequentia osten-
dunt. ibi ex his decem octo libros cõscripserunt. Et dicun-
tur hi profluxisse à Ser. Sulpit. vel quia eũ audiuerũ, vel quia
post eum emersisse dicas iudice Zas. sed non dubitatiuè nec
alternatiuè loquendum est quum tex. statim dicat eos fuis-
se Sulpitij auditores. Primus horum discipulorũ fuit Al-
phenus varus qui plurimum habuit auctoritatis, & consul
529 fuit. † hunc Sulpitij discipulum, & rerum atticarum nõ in-
curiosum appellat Gell. ca. 5. libro sexto Aufidius secun
530 dus in equestri ordine perseuerauit, † & familiarissimus, vt
dicit text. fuit Cæsaris. dilexit enim Cæsar doctos & lite-
ratos homines, vnde in bello illo ciuili Catonem & Cice-
ronem licet inimicissimos semper seruari iussit testis, La-
ctantius. Plurimos de iure ciuili hic Ofilius reliquit libros,
531 † scripsit dicit tex. primus de legibus vicesimæ partis intel-
lige

lige hæreditatis dandæ fisco vt glossa exponit de quibus in
Marco Antonio apud Spar. scribitur. & Alciatū libro tertio
dispun. cap. sexto eleganter declarantem cur lata, & cur ac
per quos sublata lex vicesimę. Variarunt. sæpe hę exactiun
culę yt iam vicesima iam decima aliquando quadragesima
vel centesima statueretur secūdum Zasium de quibus Ap-
pianus libro primo Cornelius tacitus secundo, decimoter-
tio Plinius in panegirio. Sueto. in calligula & alibi sępe. Idē
offi. primus edictum prætoris diligēter vt hic dicitur com-
posuit, nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum per-
532 quam breuissimos reliquit, † ad edictum subscriptos. i. in-
scriptos & est elegans loquēdi figura secundum Zas. plures
auctoritates ad id citantem. subscribere etiam pro eo capi-
tur quod est liti se obligare Plin. in. v. epistolarum & Cicero
in oratione pro Fruteio, quod vero subscribere pro appro-
533 bare sumitur plusquā notum est, † Et sic licet Ser. antea cir-
ca edictum scripserit tum id breuissimè fecit Ideò Offil. di-
citur primus quia diligenter composuit edictum. Dubitauit
tamen Valla in elegantijs capi. 29. oe locus iste culpa libra-
riorum sit corruptus dicens se loqui sic non audere impo-
nendo videlicet superlatiuo duo aduerbia perquam vehe-
mentiam significantia quum de hoc exempla rara sint: for-
tè alterum potest expungi. Tertius prædictorum discipu-
534 lorum. † fuit. T. Gel. de quo Cic. in. v. epist. Quartus Aufi-
535 dius tuca. † quamuis Zas. post Raph. legat tura quem Pli. lib.
vij. scribit offenso pede in comitio quum senatū ingredere-
tur interijsse Cice. in lib. de cla. orat. alium tucam refert qui
vixit ad summam senectutem eratq; bonus vir & innocēs
sed dicebat parū nec sane plus frater eius. M. Vergilius qui
tribu. ple. L. Syllę Imperatori diem dixit, sed hic tuca qui fuit
Syllę temporibus non fuit ex Sulpi. auditoribus, sed ante flo-
536 ruit. † Quintus fuit Aufidius namusa qui scripta horum di-
scipulorum Ser. sulpi. digessit. & in ordinem redegit plerīq;
vt Pomp. let. Raph. & Zas. mamusa legunt. Sextus. Fla. pri-
scus. Septimus. C. Atteius ita legit Pomp. let. expūcto pro-
culo. Octauus Labeo antistius qui iuris disciplinam princi-
537 pali studio exercuit, † & cōsulentibus de iure publice respō
sitauit. Cęterarūq; bonarū artiū non expers fuit & in gram
maticam sese atq; dialecticā literasq; antiquores penetra-
uerat latinarumq; vocū origines rationesque percalluerat
eaq; præcipue sciētia ad enodandos plerosq; iuris ciuilis la-
queos vtebatur testis Gel. c. x. lib. 13. & c. 12. vbi eum adeo
nimis ait agitabat libertas vt diuo Augusto iam Principe &
rem pub. obtinēte ratum pensumq; nihil haberet nisi q in-
stum sanctūq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. De
quo Cice. de cla. ora coniunctus ait Sulpi. ætati P. Antistius
fuit rabula sane probabilis qui quum multos tacuisset annos
neq; contemni solum, sed etiam irrideri solitus esset in tri-
bunatu primum contra C. Iulij illam cōsulatus petitionem
extra ordinariam veram causam agens est probatus etiam
eo magis q eandem causam quum ageret eius collega ille
538 ipse Sulp. hic plura & acutiora dicebat, † itaque post tribu-
natum. primo multę ad eum causę. deinde maximę quęque
erant deferebantur. rem videbat acute, componebat dili-
genter. memoria valebat, hunc lebeonem augustinus in ij.
de ciuitate dei nomina bona à malis cultus diuersitate di-
stinxisse refert. Nonus discipulorum pater Cina. Pomp. let.
legit paternus de quo nihil inuenio. alij vero pater Cecina.
duos. n. fuisse cecinas patrem & filium satis constat ex Ci-
cero. in orationibus & in epistolis quæ lectio sit verior diju
dicent pandectæ dicit Zas. Ego pater Cecina legendū verę
arbitror ex eo q Seneca in naturalibus quæstionibus scri-
539 bit. † facundus hercle vir Cecina si habuisset aliquando in
eloquentia nomen, & nisi Cic. vmbra eum præcessisset. De
cimus fuit Pub. Cecilius Zas. post Raphael. legendum putat
Celsus quum de aliquo Cecilio non cōstet qui eo tempore
iuris peritia conferetur. Sex. enim Cecilium apud Gell. libro
vigesimo Traiani Imperatoris tempore multo post Sulpi-
tij ætatem fuisse scribitur. sic etiam legit Pomponius letus.
Ex his decem & octo subiungit tex. libros conscripserunt.
legendum est ex his decem scilicet discipulis Sulpi. octo li-
bros cōscripserunt, qui libri vt hic dicitur fuerūt in. 140. lib.
à Mamusa digesti. expuncta ergo coniunctione & quæ se-
quitur verbum decem legēs recte literam. nō enim decem
& octo sed tantum decem fuere prædicti discipuli.

Ex versi. fuit eodem tempore Trebatius. l. ij. ff. de orig. iur.

De multis alijs iureconsul. per totum.
De trebatio in spē pulchre num. 541.
Vtendum moribus præteritis loquen. præsentibus. 553.
Antiquarij qui dicuntur vide num. 555.

Versic. fuit eodem tempore.

Non minori eget restitutione versi. præsens quam præ-
cedens. dum ergo dicitur primum qui idem Cornelij maxi
mus auditor fuit in nouis codicibus loco idem eiusdem le-
gitur & inepte quum referre illum non possit de quo men
tio facta non fuit. In antiquis codicibus lego verbum idem
in antiquioribus nec eiusdem nec idem. & melius Pompo.
let. sic ait eodet tempore fuit Trebatius Corn. maximi au-
ditor sicque non maximus sed maximi legendum est. Item
ibi Aulus cassellius. Q. mutius Volusij auditor legendū puto
Aulus cassellius. Q. multij volusij auditor alias nullus bonus
sensus vt ex sequentibus patet elici potest, facit tex. in. l. diui
fratres. ff. de iur. patrona ibi sed Volusius Mutianus amicus
noster. & iuris ciuilis preter veterem & bene fundatam pe-
540 ritiam anxie diligens. Hunc Cor. tac. lib. 13. † egregia fama
tres & nonaginta annos exegisse. & bonis actibus plurium
Imperatorum offensam malitiam euasisse scribit iucūdum
Zas. quod minime placet quum hic Volusius temporibus
Cęsaris floruerit. sicq; non quadrat quod de offensa tot Im
peratorum dicitur. Fuit alius Volusius mutianus præceptor
M. Antonij Phil. vt Capito in eo chat. ij. scribit. & pariter
Antonij pij consiliarius. vt idem capit. in Anto. pio ad fi. re-
fert sed lōgo interuallo post nostrum volusium ille floruit.
Ibi Treba. peritior Cassellio, sed cassellius eloquentior Tre-
541 batio qui Cor. maxi. audiuit, † amicus fuit & familiaris Cic.
vt ex eius epistol. deprehenditur in. vij. libr. quæ plene sunt
542 locis & scomatis quibus iurisconsultum eum ludit, † iuris
enim ciuilis scientiam Cic. licet pro cōmodo sortè suo ali-
quando commendare videatur: premere vel certe sicubi
poterat submordere consueuit teste Zas. sed tēpora captare
ne quid durius dicam nouit Cice. ait Zas. quapropter est ali-
quando ei obiectum q duabus sellis sedere consueuisset.
Sene. lib. vij. declamationum. Et q Cic. parum equus esset
iurisconsul: licet intueri ex eo in oratione pro murena vbi si
quis ei stomachum moueret triduo se futurum iurisconsul.
iactabat. & retuli in versi. præcedenti in. iij. no. & in. ij. offi-
ciorum qui eloquentiam iuris scientiæ anteponit vt dixi-
mus in ver. post hos in. ij. no. Hunc Trebatium Cic. in quā-
dam epistola improuidentiæ arguit quum. n. inter pocula
controuerteretur posset ne de furto ante her. aditam facto
hæres furti agere: Trebatius neminē id sensisse iactauit &
tamen Cice. Selium. M. Manilium & Brutum id decidisse
543 compererat. † quod magnū teste Zas. pręstat argu. non esse
temere sed cum temperamēto super iure diffiniendū. ideò
sub verbo forte respondent sępe periti. Idem. Cic. in. 3. epi-
stola de Cor. max. Trebatij. preceptore iocando meminit
nam dixerat Treb. se ad Cor. sæpe didicisse in quod Ci. ca-
pta ibi pro re nata occasione ludit. huic Treb. mittitur Cic.
brutus de quo etiam apud Gel. c. 12. lib. vj. fuit Cęsari à Ci-
cerone alias commendatus vt habetur. in. vij. lib. epistola-
rum in epistola ad Cęsarem vbi respōsum Cęsaris sic legi-
tur. Trebatium quem mihi commēdas aut Regem gallię
faciam. aut hunc lepte legatum tu si alterū habes quem or-
nem ad me mitte. Licet ergo. Treb. sæpe reprehendatur à
Cic. vel ob amicitiam vel quia non esset multum eloquētia
decoratus vt hic innuit Pōp. qui subijcit q eius libri parum
frequentantur præstantissimus tamē erat iuriscōsultus. quū

tex.

text. hic dicat eum fuisse peritiorē Cassellio qui excelsus fuit
544 inter consultos iuris. In tex. ibi Trebatij quā plures, † lego
complures aduerbium.n. quàm non iungitur comparatiuo
sed superlatiuo, Laurētius Valla in elegantijs. & Aulus Gell.
capi. vltimo quinti lib. ad finem. & sæpe lex nostra supra &
infra varijs in locis ea forma sermonis vtitur. Ibi Aphricæ
545 oram teneret, † id est regionem vt est apud Virgi. Troiæ
qui primus ab oris Italiam venit. Pli. quum oram dicit, fere
semper littoralem regionem appellat vt hic Pōponius. Ibi
546 infirmum Tuberonem applicare, † Zasius ex historijs hoc
se non cōperisse scribit. hallucinatus fuit, credens infirmum
pro ęgro poni. Tu exponas infirmum. i. in terram, firmus.n.
stabilis & constans à ferendo dictus est, ꝙ constanter om-
nia ferat hinc firmamētum solidans stabilimentū. Ibi quo
nomine. i. propter quam causam secundum Zasi. Ibi oratio
547 satis pulcherrima. † Budeus sanè legendum ait Tranquilli.
auctoritatem adducens in Cęsare dum ait bellum sanè dif-
ficillimum gessit. nam satis particula dicit ipse cum superla-
tiua significatione dissidet. & alioqui non pulcherrima tan-
tum, sed quàm pulcherrima dici debuit. Zasi. nō facta men
tione de Budeo, parū inquit eleganter videtur locutus Pōp.
secundum Laurentium vallam, quum quis superlatiui hoc
verbo satis ad iuncto attenuetur. sed arbitratur grauitati iu
risconsulti cōuenisse ne vim superlatiui effunderet sed cum
temperamento laudaret, sic Hieronymus ad Eustochium
satis inquit eam deuotissimè Angelus veneratur. Hercule
omnes codices satis habent, sic etiam Pomp. Letus refert.
Tu potes intelligere. i. abundè, vt est apud Propertium in
magnis & voluisset sat est pro satis per apocopē, hoc modo
bene stabit satis. i. valdè & abundè pulcherrima. Itē ibi ser-
mone etiam antiquo, legendum est tamen loco dictionis
etiam secundum Zasi. quia latinæ rei elegantia non recipit
etiam vt per eum. Not. primò post Treb. & Cor. max. fuis-
se Aulum Cassellium. Q. Mutij. Volusij auditorem. Volca-
tium audiuit Pli. cap. 40. libri. 8. apud nos Volcatium etiam
548 nobilem, † qui Cassellium ius ciuile docuit asturcone è sub-
urbano redeuntem, quum aduesperasset canis à crassatore
defendit. De Cassellio etiā meminit Valerius Maximus de
libere dictis scribens, fuisse virum iuris ciuilis sciētia clarum
quàm periculose contumacem. nullius.n. aut gratia vel au-
ctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum quas
triumuiri dederant formulam cōponeret, multaq; de tem-
poribus Cæsaris liberius loquebatur senectuti suę confisus
& orbitati, neq; amicis ne id facere rogantibus desistebat.
Fuit dicit hic Pōponius quæstorius. i. quæstura functus vel
destinatus vt ad id munus eligeretur consulatum renuit of-
549 ferente Augusto. instituit testamento hæredem. † P. Mu-
tium nepotem Volusij præceptoris sui in honorem præce-
ptoris scilicet, facit. l. Attilius. ff. de dona. & quæ de remune
randis honorandisq; pręceptoribus dicentur infra in versi-
culo finali. Secūdò not. fuisse postmodum. Q. Tuberonem
qui à causis agendis ad ius ciuile transijt postquam. Q. Li-
garium apud Cæsarem accusauit. nec obtinuit Cicerone il-
lum defendente pulcherrima illa oratione quæ pro. Q. Li-
gario inscribitur. sic Aelianus sophista. dicit Zasius ad scri-
550 bendum se conuertit, † quum se conspiceret acclamationi
minus accommodatum, testis Philostratus, studium.n. ho-
mo quod assequi nō potest. sequi desinit. vt inquit Velleius
paterculus & velut amputatam relinquens materiam, quę-
rit nouam: pręteritoque eo in quo eminere non possumus,
aliquid in quo nitamur cōquirimus. Iste Ligarius ciuis Ro
manus, quum præfectus Aphricæ post Considium consu-
lem relinqueretur, & bello ciuili inter Pompeium & Cæsa
rem iam gliscente domū redire desideraret. nec posset ma-
gis necessitate quam voluntate mansit. & Q. Tuberonem
castra Pompei secutum ne Aphricam appellaret prohibuit.
quam ob causam victo postmodū Pompeio eum apud Cæ
551 sarem accusauit, † oratio illa Ciceronis maximè à Quinti-
liano & Plut. est commendata, ait enim Plutarchus in M.
Tullio. Cæsarem Ligarium cōdemnare prorsus decreuisse
sed processu orationis quum in hæc verba incidisset. Quid
enim Tubero ille tuus districtus gladius in acie pharsalica
agebat? cuius latus petebat sensus? quis erat ita mente? Cę-
sar abalienatus est vt libelli quos tenebat è manibus deci-
derent. reumque contra propositum absolueret. Habitus
est hic Tubero publici priuatiq; iuris doctissimus & com-
plures reliquit libros, sed quia sermonem antiquū affectauit
ideò eius libri parum vt subijcit tex. noster grati habentur.
552 Hinc Gel. c. 7. lib. 11. † verbis vti aut nimis absoletis ex-
culcatisq;, aut insolentibus, nouitatisq; duræ & illepidæ par
esse delictum videtur. noua autem verba videri dico etiam
ea quæ sunt inusitata & desita tam & si sint vetusta, de hoc
etiam pulchre idem Gel. ca. 10. lib. Tu inquit perinde quasi
cū matre Euanderi nūc loquare sermone multis annis iam
desito veteris: quod scire atq; intelligere neminem vis quę
dicis: nonne homo ineptè vt quod vis abundè consequaris
taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais ꝙ honesta & bo
553 na & sobria sit. † Viue ergo moribus pręteritis, loquere ver
bis præsentibus, atq; Cæsaris dictum habe semper in me-
moria & pectore. vt tanquam scopulum sic fugias inaudi-
tum atque insolens verbum. Seneca. 21. episto. libr. eos qui
vetusta ex alieno seculo verba loquerentur ad Appios &
554 Coruncanos redire scribit, † Politianus tamen in quadam
epistola illud Cæsaris præceptum magis illo seculo valuisse
scribit. quo latinè adhuc omnes loquebantur quàm nostro,
iure.n. tunc poterat argui qui parum contentus foret ætatis
suæ vocabulis, nūc autem vulgo latinus sermo nescitur. nec
à nutricibus iam, sed à magistris discitur. apud quos nulla
magis haberi verba & vsitata debent & recepta, quàm quę
de veteribus illis magnorum auctorum thesauris profe-
runtur, propterea Quinti libri. 1. verba inquit à vetustate
repetita. non solum magnos assertores habent: sed etiam
afferunt orationi maiestatem, nam & auctoritatē antiquita
tis habent. & quia intermissa sunt gratiam nouitati similem
555 parant, sed opus est modo. Et ideò antiquarij, † dicuntur
homines, qui voces priscas & iam diu desitas curiosè conse
556 ctantur, affectantq; vt faciebat noster Tubero. † affectare
vitium sonat. Et tunc affectare dicimur quod anxiè & ni-
mia diligentia ac extra modum, vel cultum, vel nouitatem
quærimus, vt Quintianus poeta meo tempore.
De famila Tuberonum & aliorum dictum fuit in versi.
post hos fuerunt. aliquid etiam tangit Plin. c. 60. lib. 7. Mes-
557 sallam ait & plerosq; alios tradere, † Celium Tuberonem
à rogo relatum, inde fuisse prætura functum. & cap. 18. lib.
10. in capite ait prætoris vrbani L. Tuberionis in foro iura
pro tribunali reddētis, insedisse Pichum Marinum ita pla-
cidè vt manu apprehenderetur. & respōdisse vates exitium
Imperio portēdi si dimitteretur, & si exanimaretur pretori.
at ille protinus compressit, vixitq; inde parum.

Ex versic fina. l. secundae.

Labeo ambitione carens oblatum ab augu. consulatum recu-
cusauit. numero. 558.
Sapienter agunt qui magistratus & altas dignitates uitant;
numero. 558. cum sequenti.
Studiosus diuidat tempora. 562.
Praeceptorum doctrinis quatenus fauendum. 565.
De responsis iurisconsultorum. 571. cum sequen.
De ordinibus Romanorum. 586.
Scholares doctorem suum inopem an alere teneantur. 191.
Doctor & magister est vt pater scholaribus. 592.
Gloria est à clarissimo descendisse. 593.
Filij sapientum cur quandoque fatuis. 603. cum sequen.

Sequitur interpretatio in versi. finalem istius. l. ij.

Fuit inquit Pomponius post Trebatium & prenomina-
tos Atteius ca. & Antistius labeo qui omnes prædictos au-
diuit. maximè tamen à Trebatio instructus Capito consul
fuit, de quo est mentio apud Aulum Gel. ca. 20. libro. 10. &
558 cap. 12. libr. 17. † Labeo oblatum ab Augusto consolatum
recusauit.

recusanit.homo igitur liber & minimè ambitiosus fuit.Idē
fecit Aulus Cassellius vt dicitur in pręcedentibus.Idem le-
gimus de Octauio qui spreuit honores à populo oblatos,
& dictaturā magna vi offerente populo genu nixus depre-
catus est & depulit.Sueto.in Octauio.Manilius autem tor-
quatus consulatum recusauit ꝙ diceret neque se populi vi-
tia neque illum seueritatem suam posse sufferre, testis Pli-
nius de viris illustribus cap.28.Et hercle animi ornamenta
vt in Ecclesiaste inquit Hieronymus, ex bona cōuersatio-
ne non ex tumenti de superflua dignitate nascuntur.Deni-
559 que,†fortuna quo altius euehit Agamenon apud Senecam
dicebat,hoc magis varios casus timere conuenit,si quidem
in publica hominum ambitione calumniatoribus recta in
deterius torquentibus hominis iusti parum tuta simplicitas
est. Accedit ꝙ lubrici sunt vt ille inquit humanorū gradus
ascēsuum tremulus vertex. horrendum præcipitium, egrè
conscenditur ad eminentem statum anxiè ibi constituitur,
grauiter inde & repente descenditur. nam & sepius ventis
agitatur ingens pinus,excelsæ grauiore casu decidūt turres.
quāto securior aurea fuerit mediocritas quam hic labeo su
perius Sceuola secuti. sunt intra cuius fines qui se continet,
vitam ille rectam & tranquillā pro sententia Zasij aget, in-
560 uidiæq; aurę periculis non cōcutietur.Quod si quis,† mihi
obijciat Vlpianos,Sceuolas, Papinianos, Martianos,Mo-
destinos & cæteros plerosque iuris prudentes ditissimos &
splendidis magistratuū titulis potentissimos.Is nouerit no-
lentibus ipsis & refugientibus magistratus & Imperia acce
pisse.& tamen ea fastigia quibusdam ex eis non solum ma-
ximarum calamitatū,sed etiam interitus occasionem præ-
buisse,nam C.Cassius à Cæsare in exilium actus, Vlpianus
cum ignominia ab Heliogabalo à dignitate remotus, Mar
tianus à Didio Iul.interfectus. & ex duobus posterioribus
Sabinis incertū pater an filius Heliogabali mandato in tu-
multu popu. fuste percussus est in publico relictus.& Papi-
nianus prefectus pretorio iuris asyllium ab A.Caracalo mi
litum gladijs obiectus, & securi percussus obijt. sic & Mu-
tius & Domitius in senatu interfecti.& amborum corpora
edicto Marij fluuio immersa Appianus scriptum reliquit.
sic decemuiri à quibus omne ius nostrū profluxisse vide-
tur,vel in carcere,vel in exilio periere.quibus quantū legalis
philosophia ad animi tranquillitatem & rempub.tuendum
profuit.tantum magistratuum moles nocuit. Hæc est ma-
gistratuum merces, hic finis magistratuum. itaque cauere
præcipitia & ingentis prudentiæ & fortunati propositi est.
Ad quod vide quæ pulchrè scripsit Petrar. lib. septimo Epi
stolarum famil.epistola.101. & sequen. incipiente summe
561 quidem.Sed hodie proh.dolor,† pretio nummario magi-
stratus emuntur in detrimentum animarū principum ven-
dētium. Hinc sanctus Thom.in epistola ad ducissam Bur-
banciæ suadet ne vendat officia quamuis tēporalia, sed eli-
gat bonos quos constringat ad suscipienda officia, quia per
eorum industriam magis accrescet ducissæ. refert Alber.in
dictiona. super verbo talea. mens enim potentiæ auida nec
abstinere nouit à vetitis nec gaudere concessis. nec pietati
adhibere consensum ca. virum.47.distin.Secundo no.pul-
chram temporis dispensationem Labeonis.plurimū nanq;
562 studijs operam dabat & annū ita diuiserat, † vt Romæ sex
mensibus cum studiosis amicis moraretur. & alijs sex men
sibus secedens cōscribendis libris operam daret.Sit hoc do
563 cumentum studio incumbentibus, horas habeant † statu-
tas quibus studio vacent,non interpollatim id agant,quia vt
inquit Gemini.in proce.6.scientia interpollata perit,conti-
nuata viget. De simili diuisione temporis pulchrè scribitur
apud Senecam de tranquilitate vitæ circa finem, vbi mul-
tos magnosq; viros sic fecisse demonstrat. & alia quædam
reperies in oratione nostra supra posita ante commenta-
rium proœmij fforum.
Tertiò no.ꝙ hi duo Capito & Labeo veluti diuersas se-
564 ctas fecerūt,dictio veluti quamuis secundū,†Zasi.sub vm-
bra ponatur improprietatis, ornat tamen per quam acutè.
capiturq; pro eo quod vulgo dicimus vt ita loquar, id quod
apud Salust.in catilinario reperias.subinde Sabini & Neruæ.
Cassiani & Proculiani iurisconsulti inter se dissidentes qui
eas sectas magis auxerunt, quemadmodum inter naturales
etiam contigit philosophos vt ex Lactantio.4.cap.lib.3.de
falsa religione cōperies. Capito in his quæ sibi tradita fue-
rant perseuerabat. Labeo ingenij qualitate & doctrinæ fi-
ducia quum cæteris operis sapientiæ vacasset, plurima in-
nouare instituit.Budeus credēs hunc tex. corruptum in illis
verbis ingenij qualitate & cæteris operam sapientiæ legit.
ingenij facilitate & cæteris temporibus. Zasius aliter non
restituit.& rectè,cōsissus.n.Labeo qualitate sui ingenij(in-
tegrum enim habebat ingenium quod inter bonas artes Sa
564 lustius breui adolescere dicebat, & † quia cæteris operibus
el.2. sapientiæ operam dederat.& multas pręterea sciētias,non
tantum ciuilem percalluerat vt in vers.Mutij auditores di-
ctum est,ideò multa innouare instituit.Pomp.letus referēs
locum hunc sic ait,qui præ cæteris operam sapientię dede-
rat in idem recidit. Capito ergo in his quæ sibi à pręcepto-
ribus tradita fuerant perseuerabat argumentū iudice Zasio,
565 ꝙ à præceptorum doctrinis non sit facile recedēdum,† Et
Seneca præceptores deorum ritu colendos existimat. ete-
nim præceptor animorum parens ac formator est, quē nisi
omni verborum honore prosequamur,nisi vbiq; locorum,
vbique hominium honorifica mentione dilaudemus,impij
& nepharij mereamur nuncupari,quam gratiam suis magi-
stris pleriq; iurisconsultorū. Virg. ꝙ & Cic. rependunt dis-
similes illis qui præceptores suos clanculū in angulis velli-
cant. conuitijsq; proscindunt ac obtrenctant ita gloriā adi-
pisci sperantes si doctoribus derogauerint improbi & in-
grati.Sed & hæc discretio habenda est,perseuerandū enim
in pręceptorum traditionibus quo ad veritas patitur.& ea-
tenus ac vsq; ad aras vt aiunt exhibenda reuerentia. ꝙ si à
via declinauerint.eorum doctrina,vel distinguenda est,vel
cum tēperamento accipienda,vt honor præceptori habea-
tur simul & veritas asseratur, exemplo Cassij iurisconsulti
in.l.dicere.ff.de arbi.& Pauli in.l.j.§.adipiscitur.ff.de acqui.
posses.& in.l.illud quoq;.ff.de pet.hær.cum traditis per Sig.
de homod.in consi.69. & Ray. eius præceptorum. contra
suum discipulum in consi.vlti.post consilia ipsius Sign. Te-
meritatis.n.otam esse Parisiensis cancellarius.teste Zasi.di-
556 xit,† viros sapientię gloria cōspicuos vel statim errori sub-
dere. vel quod temperata resolutione placari poterat velle
subuertere. At vero si intolerabilius aberrarint hi qui nos
docuere hic ab his sine trepidatione recedēdum est & ve-
ritati adhærendum quæ amicitior omnibus secūdum Zasi.
esse debet. Hinc Oratius Nullius adictus iurare in verba
magistri, nec istud debent egre ferre præceptores, immò
557 optare & gaudere in hac pugna literaria, † inqua discipuli
victoria ad gloriam redundat magistri superati. quum laus
præceptoris discipuli sit profectus. Hinc Celsus reprehen-
dit patrem suum in.l.iij.in.§.sed si seruus.infra de conditio.
ob causam.& apud nos Soz.filius Sozinum patrem non se-
mel.Et ex hoc tex.dicente labeonē alia etiam philosophiæ
568 opera aliasq; attigisse doctrinas, † inuehitur Zasius contra
nostri tēporis doctores qui illustres illos iurisconsultos om-
ni doctrinarum eruditione claros ieiuni & ignari bonarum
literarum audēt tractare,quod alibi plenius in superioribus
attigimus.Et merito ait Zas.Labeonem instituisse plurima
innouare,vt.n.ait Iuuenal.miserum est aliorum incumbere
famæ.nec semper tutum sequi communes opinion.de quo
supra dictum est.Quartò nota.Capitoni successisse massu-
rium Sabinum. & Labeoni Neruam Cæsaris familiarissi-
mum dictorum discensionum augumentores. De Nerua
569 Cocceio,†plurima est mētio apud Cor. tacitū lib.4. & se-
570 quenti.Massurij meminit Persius ibi, † & quicquid Massu
rij rubrica vetauit. Et Gell.sæpe præcipue ca.2.lib.4.refe-
rens eū dixisse ꝙ qui non longe videt tā sanus est quam qui
turdius currit.Massurius subdit tex.i.publicè scripsit,sed ne
obstent dicta in superioribus de Tyb. Corn. ante quem
neminem professum traditur. Et de alijs iurisconsultis qui
ante Massurium Sabinum scripsere intelligas secundū Za-
sium

sium publicè primũ scripsisse, i. ex publica auctoritate prin-
cipis, alij priuato arbitrio vsi sunt. Post concessum tale re-
spondendi beneficium, non licebat iudici à responso iuris-
571 consultorum recedere. §. responsa prudentum; † instit. de
iure naturali, ante igitur multi & scripserant & responsita-
uerant publicè, sed eorum responsa probabilia tãtum erant,
sicut hodie responsa doctorũ vt per Accursium & scriben-
tes in. l. quũ de interpretatione. ff. de legibus & in. l. j. C. eod.
tit. latius. §. responsa statim declarabimus. Quintò not. suc-
cessiuè, ꝙ quum esset Sabino tale respondendi beneficium
concessum, cępit, alijs à Tyberio Cæsare dari. Budeus &
Zasi. habent hunc tex. pro valde corrupto sensus est dicunt.
Sabinum publicè scripsisse postquam hoc beneficium pu-
blicè scribendi cæperat, i. incæperat siquidem Tyb. Cæsari
idipsum benefici. loco tunc concesserat & ita ordinat text.
Zasius, Massurius Sabinus in equestri ordine fuit & publicè
primus scripsit, posteaquam hoc cæpit beneficium. à Tyb.
enim Cæsare hoc tum illi concessum erat. Pompo. letus re-
fert aliter locum istum. Ego planè literam puto legi posse
vno tãtum verbo addito sic. Massurius Sabinus in equestri
ordine fuit. & publice primus scripsit, posteaque hoc cępit
beneficium à Tyb. Cæsare dari, hoc tamen illi concessum
erat. In meo. n. codice scribitur posteaque. non posteaquam
& si in his nõ sit magna vis. Et vt obiter sciamus subdit Põ.
ante tempora Augusti publicè respondendi ius à principe
non dabatur, sed qui fiduciam suorum studiorum habebãt,
572 † consulentibus respodebant, neq; responsa vtique signata
dabant, sed plerunq; iudicibus ipsi scribebant aut testaban-
573 tur qui illos cõsulebant. † Primus diuus Augustus vt maior
iuris auctoritas haberetur constituit. vt ex auctoritate eius
responderẽt, & ex illo tẽpore peti hoc pro beneficio cæpit.
ideò optimus Princeps Adrianus quũ ab eo viri prętorij pe
terent vt sibi liceret respõdere, rescripsit eis, hoc nõ peti sed
præstari solere, ideò si quis fiduciam sui haberet delectari se
populo. ad respu. se præpararet. Ergo Sabino cõcessum est à
Tyber. Cæsa. vt populo responderet. qui in equestri ordine
iam grandis natu, & fere annorum quinquaginta receptus
est. ita vt colligo ex Pompo. I. eto hunc tex. lego. Igitur vbi
est obitũ sit obiter, vbi est pro beneficijs sit pro beneficio,
vbi ei, sit eis, loco præpararet sit præstaret. Obiter capitur
hic secundum Zasium, idest, extra propositum & velut in-
574 cidenter, † quamuis Iuue. pro intereà vsurpet dum ait, atq;
obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus, quæ expositio
non quadrat. non enim extra propositum est quod hic su-
bijcit, sed ad rem & necessariam veluti declarationem eius
quod dictum est de beneficio publicè scribendi à Tyb. Cę
sare dato, Obiter ergo, id est, simul & quasi circum iter, fi-
575 ducia autem ista studiorum suorum labore, † vigilijs asi-
duitate pariter nõ voluptatibus illecebrisq; iuxta Hesiodi
sententiam. Virtutem posuere dei sudore parandam & re-
liqua. faciunt quæ Are. scribit in rubri. proœ. instit. super illis
verbis cupidæ. ll. iuuentuti. Hæc dabant olim iurisconsulti.
resp. signata vt postmodum inductũ (vt dicit tex.) fuit. con
ferunt quæ scribit Pau. de Castr. in. l. cum antiquitas in fine
C. de testa. & in hac patria ex dispositione ducalium decre-
totum dictamina cedulæq; produci non debent in iudicio
nisi subscriptione iurisperiti sint subnixa. Pro declaratione
tamen & intelligentia tex. nostri. Et. d. §. responsa pruden-
tum, videbis Nouiter Marium Salomonium cõsistorialem
aduocatum in sua paradoxa enarratione in dicto. §. respõsa
576 prudentum, † vbi eleganter declarat. ꝙ iurisconsulti nec le-
gem cõdere. nec vetera abrogare iusue corrigere poterant,
etiam post beneficium Tybe. Cæsaris de quo hic dicitur
sed solum interpretari. Ibi etiam ponit ꝙ cuiusq; iuriscon-
sulti non ea auctoritas erat vt ab eius responso nõ liceret di
scedere, vt vulgo creditur, sed omnium simul, i. ab eo quod
omnes probassent ponderãdo tex. d. §. respon. ibi quorum
omnium collectiuè & nõ distributiuè ac in plurali, alioquin
verbum omniũ frustra fuisset positũ post dictionem quo-
rum. ponderando etiam tex. in verbo ab eorum responso, s.
omnium. & non responsis. Cui sententiæ nos nullo modo
subscribimus. immo credimus vnũquemque iuriscõsulto-
rum illam in suis responsis habuisse actoritatem, vt non li-
ceret recedere post datum à Cæsare tale beneficium, patet
hic in Sabino cui soli vt tex. dicit à prin. datum id beneficij
fuit, licet posteà alijs pariter concessum fuerit. nõ obstat ꝙ
collectiuè loquatur, quorũ omnium. quia respon. ꝙ quum
vnusquisque iurisconsultorũ id beneficij haberet post con-
cessionem Cæsaris vt hic dicitur. rectè ibi omnium iuris-
consultorum sententias talis fuisse præeminentiæ scribitur.
Patum etiam mouet ꝙ Imperator in dicto. §. responso &
non respõsis dicat. intelligitur enim à responso eorum non
licet recedere, i. ab eo quod ipsi respondebant. omnibus au-
tem respondere licebat, ergo quilibet ibi comprehenditur,
& in princi. illius. §. Imperator loquitur in plurali responsa
inquit prudentum non dicit responsum & sic potest in op-
positum ille text. retorqueri. Sed si varia vel contraria da-
577 bantur responsa, † quid faciendum tunc iudici, crediderim
tunc fuisse ad principem recurrendũ per textum in. l. penul.
C. de legibus & tex. in capitulo super literis cum ibi not. per
Imol. & Deci. in princip. de rescrip. faciunt accumulata per
Decium de recursu habendo ad principem in. c. 1. col. pen.
versi. 5. conclusio de constitutio. Et ex hoc tex. dicente pri-
578 mus diuus Augustus constituit, colligitur iudice Zasio, † do
ctorum creandorum originem emersisse vt ea facultas de
iure respu. non cuilibet temerè liceat, nisi principis accesse-
rit auctoritas. facit lex magistros. C. de professo. & med. lib.
x. sic apud hebreos nõ omnes sed scribę, Mosis cathedram
insedisse leguntur. sic apud Athenienses cum solemni dele-
ctu vt ex Laertio colligitur, philosophorum scholis præfe-
cti sunt qui profiterentur. Sed & apud Romanos decem-
uiralium legum interpretatio nõ tam prudentes quàm eo-
rum auctoritatem exigebat vt iurisconsultus supra scripsit.
Ab his igitur vetustis moribus hęc quę videtis solemnia in
vniuersitatibus & studijs generalibus introducta sunt, qui-
bus doctores qui asiduo studiorum labore, vitæ integrita-
te, bonisq; moribus digni habiti sunt, tanquam legum cu-
stodes huius scientiæ asserendæ potestatẽ recipiant ex pu-
blico. Sed quum istud sit de reseruatis principi quomodò
579 hodie doctores & collegia, † doctores creant & faciunt? re
spon. id non fieri nisi accedente voluntate principis, & ex
priuilegio vt late diximus in proœ. florum. in. §. hæc autem
tria. Asserit tamen Zasi. se nõ videre in quo id beneficij re-
sideret. nec. n. credit ea beneficia ex mercedum quæstu con
stitisse, quando res sit sanctissima ciuilis sciẽtia, sed quę pre-
tio numario non sit extimanda. leg. j. in. §. proinde. ff. de var.
& extraor. cog. Sed conijci diuinare. colligere inquit licet
fauorem eos populi meruisse, & per hoc ascensum ad reip.
gubernationẽ patuisse. sed quomodò hoc procedit quum
iam Iuli. Cæsar libertatem oppresisset nec amplius liceret
populo creare magistratus? Lucanus lib. 5. ait sectorq; fa-
uoris ipse sui populus. letalisq; ambitus vrbi annua venali rę
ferens certamina cãpo. Et Iuuena. iam pridem ex quo suf-
fragia nulli vendimus effugit curas. nam qui dabat olim Im
perium fasces legiones omnia nunc se continet, atque duas
tantum rex Axius optat pannum & circenses. Arbitror id
pro beneficio tunc peti, quia non omnibus concedebatur.
sed pro quibus principi iustè visum fuerat, ideò dicebatur id
peti à principe pro beneficio. Maximum enim videtur esse
beneficium. vt quis tantæ esset auctoritatis ꝙ ab eius sen-
tentia non liceret recedere. Præterea licet scientia ciuilis sit
res sanctissima quę pretio extimari non potest. tñ licitũ est
iurisconsulto vendere rectum consilium ita dicit tex. in. ca.
non licet. 15. q. 3. & in. l. j. C. de asses. ita ꝙ magnum confe-
rebatur beneficiũ iuriscõsultis per dictam licentiam, quum
possent vt præmiarentur honor & labor capere magna
præmia. Est autem beneficium beniuola actio gaudium tri
buens capienti. c. 1. in tit. qui cau. feu. amitta. Et quamuis ea
facultas pro beneficio haberetur, nõ tamen caruit periculo.
580 † Nam quod alteri de iure respondebat iurisconsultus hoc
in sua ipsius persona si quando res exigeret contra eum ad-
uersus quem cõsulebatur pro iusto seruare is qui respõderat
cogebatur,

cogebatur, vt dicit Angel.in.l.j.infra quod quiſque iuris.de
quo latè ibi Ale.& Iaſ.Suboſcurus eſt etiã hic tex.in illis ver
bis non peti ſed pręſtari ſolere. Accur.& ſequaces dicit Zaſ.
hunc locum male intelligũt & allegata per Accurſium.tam
ſunt ad hunc tex. impertinentia quàm ab ipſa luce tenebræ
diſtant. Quomodò hic inhoneſtè peteretur iuris reſpon-
dendi facultas quæ ab Auguſto vſque ad Adrianũ plus cen-
tum annis peti conſueuit quod tex.noſter ante dixerat, non
eſt ergo vnquã ea res in honeſte petita quæ tot annos à tot
clariſsimis viris petita fuit. Et hodie in pompis creãdorum
doctorum cum inſigni ſolemnitate peti ſolet.

Verus ſenſus ſecundum Zaſium eſt non dicere vt ad ſo-
lam petitionẽ facultas de iure reſpondendi concedatur, niſi
is qui petit.pręſtiterit hoc eſt facto comprobet ſe idoneum
vt ea auctoritate pręornetur.præſtare enim elegãter pro eo
581 ſummitur, † quod eſt facto & opere oſtẽdere vt quum di-
cimus pręſtare virum cui credi poſſet.Sic Liuius lib. 11.Fa-
bium maxi.quum filio ſuo legatus daretur operã ſuam pol-
licitus fuiſſe & præſtitiſſe,id eſt,facto oſtendiſſe.ideò dice-
bat Lactan.loqui facilè pręſtare difficilè. Rectè itaque in-
quit Zaſi. reſpondendi munus non peti. ſed præſtari ſolere
ſcripſit Adrianus,hoc eſt non ad nudam petitionẽ. ſed tunc
concedi ſolere quando petens facti euidentia idoneus vi-
deretur. Et hoc oſtendunt verba ſequentia dum infertur ſi
quis fiduciam ſui haberet declararet ſe populo ad reſp. hoc
eſt ſi quis fiducia ſui delectaretur eo munere is ſe pręſtaret.
hoc eſt aptum oſtenderet. Et huiuſce ſententiæ eſt etiam
Budeus hic. Sed fortè ipſi minus rectè intellexerunt hunc
textũ.Adrianus enim abſolute loquens, nolebat id amplius
peti,quicquid de nuda petitione dicant præfati,ſed volebat
præſtari,i.effici. & ſic volebat Adria. rediretur ad ſtatũ qui
ante Auguſtum erat,& cõſequenter vt qui ſtudiorum ſuo-
rum fiduciam haberent conſulentibus reſponderent, hæc
videtur mihi iuriſconſulti mens & intentio.quod vltra de-
monſtro,dixerat.n.Pomp.ꝙ ante tempora Auguſti ius pu-
blicè reſpondendi à principibus non dabatur, ſed qui fidu-
ciam ſtudiorũ ſuorũ habebant conſulẽtibus reſpondebant,
ſed primus Auguſtus cõſtituit tale ius reſpõdẽdi à Principe
peti. Et ex illo tempore hoc cępit peti,poſt eà infert ꝙ ideò
Adria. quum tale quid ab eo viri prætorij peterẽt reſcripſit,
hoc non peti ſed præſtari,vt.ſ.ante Auguſti tempora.Et ſic
ꝙ fiduciam ſtudiorum ſuorum habentes ſe populo delecta-
ri ad reſpub. ſe præſtarent vt tunc faciebant. Viri prætorij,
582 † vt intelligas tex.dicuntur qui præturam geſſerunt Cic.in
oratione pro Planco conſulari generi cẽdat prætorium,nec
contendat cũ prętorio equeſter locus. Sed in hoc ſenſu hic
accepi non credimus,quum non quadret,ideò fortè dicen-
dum eſt viri prætorij,i.viri pretorium ſeu cauſarum forum
frequentãtes veluti aduocati.Ergo Sabino ſubijci text.con
ceſſum eſt, &c. propter longam digreſsionem quam ſupra
facerat iuriſconſultus iam ad Sabinũ reuerſus per epilogum
colligit quod ſupra narrauerat. Is enim oratoribus mos eſt
& pro inſtituto ſeruatur vt docent Cic.& Quin.quum nar-
583 ratio cæpta prolixioribus digreſsionibus ſuſpenditur, † re-
uerti ſub quædam collectione ad ea ſoluere quæ principio
ſunt adducta. Item ex iſto tex.dicente ꝙ Sabinus in eque-
ſtri ordine iam grandis natu & ferè annorũ.50.receptus eſt
584 † collegi poteſt ꝙ quinquagenarius iã grandis natu eſſe di-
citur. Et in tali ætate mulier ſterilis præſumitur,ad parien-
dumq́; nõ idonea Accur.in.l.ſi ſterilis in prin.infra de actio.
emp.Fulgo conſi.202.vbi ponit quid in maſculo apud Plin.
cap.7.lib. 12. maſculum generaſſe vſque ad octogeſimum
annum compertum traditur.Sed quomodò Sabinus ei or-
585 dini inſerebatur cui nõ eſſent amplę facultates,† ſi quidem
le.roſcia cautum erat ne equeſtri ordini aſcriberentur niſi
quibus quadringenta eſſent ſeſtertia.Hinc Martialis libr.5.
Quadringenta tibi non ſunt chereſtrate ſurge lectius ecce
venit & Iuue.& de puluino ſurgat equeſtri cuius res legi nõ
ſufficit.Sed Sabinus à principe dignitatis nomine nõ quòd
cenſu equeſtri valeret in hunc ordinem ſecundum Zaſi.re-
ceptus eſt.Princeps.n.eſt ſuperior lege. Vel fortè etiam dici
melius poteſt ꝙ tempore Sabini lex roſcia non habebat vi
gorem,nec vſu iam ſeruabatur.& ideò Domitius Clade.ſu
per illud Iuuen. Et de puluino ſurgat equeſtri interpretatur
dictum aduerſum Domitianum Imperatorem qui legem
Othonis roſcij temporum vetuſtate fermę abrogatam re-
ſtituit quòd Tranqui. in Domi. indicat. Et vt obiter ſcias
586 † ordo eſt diſcretio ſtatus hominum conditioni accommo
datus.Et apud Roma.vt etiam hic refert Zaſ.tres præcipuè
fuere ordines ſenatorius,equeſter, & plebius vt hic per eũ.
Apud Victruuium de architectura reperies theatrum Ro-
mæ ſic fuiſſe diſpoſitum vt primo eſſet cauea in quo loco
plebs conſederet,deinde quatuordecim gradus vbi equites
deinde orcheſtres ſedes in quibus ſenatores, poſtmodum
Podium in quo magiſtratus non ſolum ſedere, ſed etiam
deambulare poterant. ſeruando ordini ac gradibus perfecti
erant.Lectius & Oceanus antiquitus Mar. loco prællega.
Et alibi eſt,& in hoc aliquid vidit me Roma tribunum. &
ſedeo qua te ſuſcitat Oceanus. Infinitus ordo Plebeius fuit
intra quem numerabantur qui ciues Rom.& ex aliqua tri-
bu eſſent loca eorum theatris popularia dicta. Eius ordinis
liberti non fuere capaces. niſi eſſent vindicta manumiſsi,
vnde nec ciues Romani erant nec tribules, id eſt, tribubus
587 inſerti,† quod ignorauit ſecundũ Zaſ. Accur.in.l.patronus
ff.de l.iij.tribum ergo emere eſt vt in aliquam tribum Ro-
manam inſereretur nec neceſſe erat hęredi dicti liberti tri-
bum emere quam is qui clariſsimus eſſet habuit.Sextò no.
588 ꝙ quum Sabino amplæ facultates non eſſent,† à ſuis audi-
toribus ſuſtentatus eſt,qui quum exigui cenſus eſſet, magis
aptus & expeditus fuit ad ſtudium,vt enim Diogenes Cy-
589 nicus dicebat,paupertas idonea eſt philoſophiæ,† fuit pari-
ter admodum pauper Aelius Tubero,vt ſupra viſum eſt,&
M.Scaurus Aemilius iuriſconſultus nobilis vt ex.Pli.de vi-
ris illuſtr.cõſtat Nec mirum,Paupertatis enim & parſimo-
nię tantus olim Romæ eſt habitus honos vt quanto rerum
minus, tanto minus cupiditatis eſſet teſtis Liuius in præfa-
tione primę decadis: laudes paupertatis pulchrè proſequi-
tur,Apule.in oratione prima,vt verò inquit Philo. politi.1.
Tales mileſius oſtẽdit amicis ſuis facile eſſe philoſophis di-
590 tari ſi vellent.† ſed hoc nõ eſſe illis curæ id quod etiam do-
cet Lactan.in præfatione operis ſui. Et eſt hic text.argu.ꝙ
ſcholares doctorem ſuum pauperem ſuſtẽtare tenentur vt
591 in Sabino hic legitur,† hunc tex.pro not.ad hoc citant In-
nocen.& Ana.in.c.1.ad finem de magiſt.Rom.in ſuis ſing.
ſing.139.incip.volo vnum dicere & Barb.in proę.clemen.
reputans hunc tex.elegantem qui iudicio meo nihil conclu
denter probat, ponit.n.facti contingentiam in Sabino, ex
quo non poteſt ſummi validum argu. iuxta gloſ. vulgatam
in.l.vnica.C.quando non peten.part.peten.acceſ.Poteſt ta-
men iſtud commune dictũ doc.ſic probari. Doctor & ma
592 giſter eſt ſcholaribus vt pater,† l.j.in verbo filios ſuos eru-
dire cum glo.C.de excuſa.artifi.lib. 10.facit glo. ſingu.in.l.li
berto.ff.de obſequi ꝙ perſona magiſtri ita ſancta debet di-
ſcipulo videri vt perſona patris filio,ſed filius patrem tene-
tur alere vt clarum eſt, ergo & diſcipuli præceptorem. fa-
ciunt dicta per Seueri.in tracta.de modo ſtuden.col.15.;in
principi.dum Quintili.refert,& Gel.capit.3.libri.4. ſatyri-
cique carmina illa.

Dij maiorum vmbris tenuem & ſine pondere terram.
Spirãteſq́; crocos & in vrna perpetuũ ver,ſubaudi debet
Qui præceptores ſancti voluere parentis.

Eſſe loco ? & quæ pulchrè ſcribit Senec.lib. 1.de benefi.
cartha.2.& Barto.in.l.quidam cum filium col.iij.ff.de ver-
bo.obl.tex.in ca.reuertimini ad fi. cum glo.in verbo à qui-
bus.16.q.3.vbi diſcipuli debent referre gatias magiſtro ſuo,
non tantum verbis ſed etiam rebus, pro quo.l.Attilius.ff.de
don.& quæ ſcripſimus.ſ.in proœ.iſtius libri.in.§.fin.&.ſ.in
iij.not.Septimo not.Sabino ſucceſsiſſe.C.Caſsiu longinum
ex filia Tuberonis & nepte Ser. Sulpitij genitum qui con-
ſul fuit temporibus Tyber. Cæſaris cum Cratino ita lego
apud Pomp. Letum non Quartino vt hic legitur pulſus eſt
à Cæſare vrbe.i.à Nerone in Sardiniam teſte Corne.tacito
lib.16.

libr.16. Et reuocatus à Vespasiano diem suum obijt. Glo-
593 riatur eo nomine hic noster Cassius, † q à duobus clarissi-
mis iurisconsultis. Tuberone & Sulpitio descenderat. quod
certè non est mediocre argu. secundum Zasium splendidis
eos ornari maioribus qui à iurisconsultis nascerētur vt non
iniuria doctorum liberi de hoc glorientur. Et hoc est argu:
contra nobiles qui quum legali scientiæ operam dederint,
nomen doctoris fastidiunt, quum legalis doctrinæ lumen,
594 † nobilitati magno interuallo præluceat, ad quod faciunt
quæ post Cynum scripsimus in rub. prohe. fforum. circa fi-
nem in. v. nota. Octauò not. Neruæ patri successisse Procu-
lum & eodem tempore fuisse Neruá filium &.C. Cassium
Longinum equitem Romanum & prætoriū, Proculi tamē
maior fuit auctoritas & potestas. de Proculo fit mētio in.l.
diui.ff. de iure patro. in.l.& proculo.ff. de legatis secundo &
595 apud Procopium, † dum ait, Erat Proculus Imperatoris as-
sessor, magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus.
Et procul ab omni auaritia, ideoq; neque legem aliquam in
alicuius gratiam conscripsit. placet Alciato cap.7. libr.4. pa-
radoxorum. Fuit & alius Celsus Proculus consiliarius Alex.
Seueri imperat. vt in Alexan. Seuero ad finem Spart. scribit.
596 Nerua filius publicè de iure respon. 17. suo ætatis anno, † l.j.
in.§. pueritiam.ff. de postu. vbi vide quod Ang. de se & Bal.
fratre suo refert. & Barba. in cap. cum vicesimum colu. vij.
de offic. deleg. & quæ de ætate Ciceronis & Demosthenis
597 oratorum, † scribit Gel. ca. 28. lib. 15. Et alia per Alciatum
in procœ. vj. libri paradoxorum, & pulchrè Cic. in. 8. Philip.
Cassius Longinus hic secundo relatus, is est vt puto qui vt
598 Tranqui. in Nerone scribit iussus est à Nerone mori, † eo
q C. Cassi percussoris Cęsaris nomen & stema haberet. Et
sic secundus hic Longinus minus vixit quam prior Longi
nus qui mortuus est sub Vespasiano vt supra dicit Pomp. &
consequenter longo post Neronem interuallo. Cassio sub-
dit tex. Cęlius Sabi. succesit qui plurimum sub Vaspasiano
potuit & proculo successit Pegasus qui sub Tespasiano præ
fectus vrbis fuit.
599. Iste Cęl. Sabi. scriptum reliquit, † pileatos seruos. venum
solitos ire. quorum nomine venditor nihil præstaret. cuius
rei causam esse dicit, q eiusmodi conditiones mancipia in-
signia esse in vendendo deberet, vt emptores errare & capi
non possent testis Gel. ca. 4. lib. 7. facit. l. si tamen in. §. ei. qui
600 ff. de ædil. edi. Pegasi meminit etiā Iuue. ibi, † Rapta prope-
rabat ab olla Pegasus attonitæ positus modo villicus vrbi.
Postremò subijcit Pomp. q Cęlio Sabino succelsit priscus
Iabolenus. Pegaso Celsus pater Celso patri, Celsus filius &
priscus Neratius qui vtrique consules fuerunt, Celsus qui-
dem & iterum Iaboleno prisco Albunius alias Eburnius va
lens & Tuscianus item & Salu. Iulianus ita legi hic finis de-
601 bet. Priscus Iabolenus Antonini pij consiliarius fuit, † te-
stes Spart. & Ca. in Ant. pio prope fi. præceptor Pauli Pata-
uini iurisconsulti vt ex. l. an apud infra de manu. vin. colligi-
tur. Deridet Pli. illum in. vj. epistolarum. lib. epistola ad Vo-
coniū, q quū assedisset Paulo Poetæ elegos recitanti exor-
dientiq; prisce iubes, respondet ego non iubeo tanquam si
Paulus eū interrogasset. Sed forte iocose id actum fuit. Cel-
sus filius & priscus Neratius vtrique consules fuerunt, Cel-
602 sus quidem & iterum, i. secundum, † Iubentij Celsi vulgo
nota est responsio elegans ad Domitium Labeonem qua
respon. aut stulta est interrogatio tua aut te non intelligo in
leg. domitius labeo. ff. de test. docuitq; in re dubia non illicò
emittere sententiam, sed subsistere in. l. si me & titium infra
si cer. peta. patrem suum reprehēdit in. l. iij. in. §. sed si seruus
infra de cō. ob causam. sanctum est. n. præhonorare verita-
tem, testis Philo. Ethicorum. 1. fuit Adriani consiliarius vt
in Adriano Spart. scribit. Et tandem Baijs interfectus eo q
necem Imperatori moliretur vt traditur in. 6. lib. epistola-
603 rum Plinij in epistola ad Vrsum, † Neratius priscus Adria-
ni Imperatoris fuit consiliarius Spar. in Adri. char. iij. ac etiā
Traiani consiliarius & familiarissimus, ita vt ei aliquando
prouincias commendauerit si quid fatale sibi contigisset, vt
idem Spart. in Traiano scribit. Ex prædictis colligere licet
Celsum & Neruá iurisconsultissimos, reliquisse filios sapien
604 tia prędotatos, † & si vulgo dici soleat filios sapientū com-
muniter esse stultos. quam propositionē nullatenus admitit
Barb. in. c. primo col. penul. & fin. de. iudi. natura enim dicit
ipse est ex similibus similia procreans teste Philo. de Gen.
& corrup. & natura solet effectum sibi similem in qualitate
producere, qualis ergo pater talis præsumitur esse filius, fa-
cit tex. in. l. q si noluit in. §. qui mancipium. ff. de ędil. edict.
vbi. in glo. Citatur ille versi. sępe solet similis filius esse patri
faciunt quę dixi supra ad fi. principij istius vltimæ partis. Ve
runtamen, est eo plerunq; præmi infortunio viros splendi-
dos vt sui similes filios non relinquāt. vt retulimus. s. in vers.
fuit post eos in. iij. nota. Philosophus particula octaua pro-
blematum quærit, cur proles cæterorum animantium ma-
gis quàm hominis suis parentibus gerit naturam, an q ho-
mo vago varioq; plurimū animo in coitu est? prout autem
pater materq; in conceptu affecti fuerunt ita partus euariāt.
Cętera verò animantia omnia, aut certè plurima rei tātum
ipsi intendunt totaq; sese Veneri dedunt. Est etiam aliquan
do in causa patrimonij relicti abundātia cuius superbia in-
flati filij hæredes doctrinas postmodū contēnunt & scien-
605 tias. Valens † iurisconsultus Antonini pij consiliarius fuit.
606 testis Capit. Saluius Iulianus, † Adriani cōsiliarius fuit. Spar.
in Adriano sol. 3. dixit illam auream sententiam. & si alte-
rum pedem in foueam haberem adhuc quidē discere vel-
lem, refertur in. l. apud Iul. infra fideicommis. liber. fuit se-
cundum consul à quo progenitus est Didius Iul. Imperator
Romanorum iurisperitissimus, testes Eutropius & Spar. &
composuit Iulianus noster edictum perpetuum Anno salu-
tis Christianæ. 134. sub Adriano, vt scribit Eusebius Cæsa-
riensis, quod edictum Seuerus Imperator in di dij Iuliani
inuidiam abolere voluit sed non obtinuit, vt tradit Spar. Et
refert etiam Alciatus lib. secūdo dispositionum cap. 28. vbi
vult eum fuisse Mediolanen. & refert etiam epigramma sta
tuæ eius gręcè inscriptū, latinè sic legitur. Iulianum Beroe
leges mirata docentem, Romaq; dijs possunt omnia dixit
607 agi. Et ibi declarat, † quid sit edictum perpetuum, quā rem
Accur. parum fuit assecutus, quod declarauerat etiam Bu-
deus in. l. secunda infra de sta. ho. prætorum enim edicta pri
mitus annua erant. & quilibet in anno suo noua in albo pro
ponebat & erat iuris dicendi ratio arbitraria prętoribus, &
mutabantur pro eorū voluntate & libidine, quod absonum
maximè erat, ideò lata est à Cornelio lex de edictis perpe-
tuis vtq́ue prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, vt
declarat Ascotius in oratione pro Corn. Iuli. noster edicta
prætorum in vnum composuit. Et sub congruis titu. inter-
pretatus est quod prætores posteà sequebātur istud est quod
508 dictum est eum perpetuū edictum composuisse. † Verun-
tamen Vlpian. cuius origo fuit ex Syria. le. j. infra de censi.
melius posteà ordinauit & interpretatus fuit edicta præto-
rum, ideò in. ff. vt ex inscriptionibus primarum legum titu-
lorum appatet, secuti fuerūt compilatores ipsum Vlpia. qui
multos libros ad edictorum interpretationem reliquit, vt
dicit tex. in. l. fi. C. de lib. præter. Alex. in. l. j. col. j. infra si cer.
pet. & de his aliquid apud nos. sed edicta prætorum & edi-
ctum perpetuum non habemus de illo tamen facit mētio-
nem tex. not. in. l. pen. C. de condi. indeb. & in. l. ij. col. ante-
penul. C. de vete. iur. enucle. suntq; prædicta de edicto per-
petuo satis trita habenti cognitionem historiarum.
Fuere multi alij iurisconsulti hic per Pompo. non nomi-
nati vt ex Cice. de orato. & de claris orato. colligi potest, &
ex epistola Politi. 83. Verū forte misit hic Pomponius, quia
solū fuit intentio loqui de his qui maximæ auctoritatis erāt,
vt potest colligi ex princip. istius vltimæ partis legis nostrę.
Magis miror quod Pōp. pręceptorem suum Papi. tacuerit.
de Vlpiano Paulo & alijs suis temporis non est mirum. Hi
tamen omnes splendidissimi iurisconsulti qui quicquid la-
609 boris poterat impendi, † ad inquirendæ veritatis studium
contulerunt, existimantes multo esse pręclarius humana-
rum, diuinarumq; rerum inuestigare ac scire rationē, quàm,
struendis opibus quáque, cumulandis honoribus inhærere,

id quod volebant adepti non ſunt. Et operam ſimul atque induſtriam, vt cum Lactantio loquar perdiderunt. quia veritatem, id eſt, Deum qui fecit omnia comprehendere non potuerunt. omnes enim pagani vt in proœ. ffſorum docuimus fuerũt. Nec de Redemptore noſtro quicquã vnquam curarunt. licet vitæ ſuę, & eorum quę operabatur notitiam haberent, vt conſtat ex epiſtolis Pauli ad Romanos. Hinc etiam eſt ꝙ in annalibus Romanorum huiuſce tenoris reperitur epiſtola. Temporibus Octauiani Cæſaris ex vniuerſis partibus illi qui præerãt prouincijs qui Romæ erant. Nouitates quæ occurrebant per mundi climata certiores reddebant, Quidam nomine Lentulus officium habens in partibus Iudeę Herodis regis Romanis ſenatoribus ſic ſcripſit. Apparuit temporibus noſtris & adhuc eſt homo magnę virtutis nominatus IESVS CHRISTVS, qui dicitur à gentibus Propheta veritatis: quem eius diſcipuli vocant filium Dei, ſanans languores: & ſuſcitans mortuos, homo quidem ſtaturæ proceræ mediocris, & ſpectabilis. vultum habens venerabilem, quem intuẽtes poſſunt diligere & formidare, capillos habens nuclei coloris auellanæ prę maturę: & planos fere vſque ad aures, ab auribus verò circiter criſpos, ceruliores, & ſulgentiores, & ab humeris ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazarenorum, frontem planam & ſereniſsimam, cum facie ſine ruga & macula aliqua, rubor moderatus, naſi & oris nulla prorſus eſt reprehenſio, habens barbam copioſam & impuberem, capillis concolorẽ non longam ſed in medio bifurcatam, aſpectum habens ſimplicem & maturum, oculis glaucis & varijs ac claris exiſtentibus. In increpatione terribilis, in admonitione placidus, amabilis & hilaris ſeruata grauitate, qui nunquã viſus eſt ridere: flere autem ſic. in ſtatura corporis propagatus & rectus, manus habens & brachia viſu delectabilia. in colloquio grauis, & rarus, & moderatus pręſilijs hominum. prædicta ſunt illius piſtolæ verba. Quinimmò quum Tyb. Imperator ſuffragio magni fauoris retuliſſet ad ſenatum vt CHRISTVS Deus haberetur, ſenatus indignatione motus ꝙ non ſibi prius ſecundũ morem delatum eſſet. vt de ſuſpiciendo cultu prius ipſe decerneret cõſecrationem CHRISTI recuſauit: edictoq; conſtituit exterminandos eſſe ex vrbe Chriſtianos. teſtis Oroſius libro ſeptimò. Ad laudem indiuiduæ Trinitatis peruenimus ad finem in Auguſta Taurio. ann. Chriſtianæ ſalutis. 1528. magnarum feriarũ ac vacationũ temporibus quum ocij plus ſolito concederetur,

EXERCITATIONIS LIBELLVS.



QVONIAM ſecundũ antiquam Gymnaſiorum Italiæ conſuetudinem hoc anno pandectarũ pars prima publicè exponenda, enucleandaq; occurrit, in qua lectiones ſolemus auſpicari à ſolemni tit. De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio difficilem & ſpeculationis materiam continente. Cuius quidem tituli leges adeò obſcuræ intrincatęq; ſunt, vt vix à ſummis iuriſconſultis intelligi poſsint, poſtquam veluti Alteropeus Homericus dextra pariter & ſiniſtra manu iaculum in torquẽs materiam ipſam ſummis laboribus & vigilijs tractaui cunctiſque viribus dilucida interpretatione exponere nixus ſum. Exemplo Imperatoris in titu. de Iuſtiniano. C. confirmãdo, viſum fuit additis detractis vel permutatis certis verbis ipſius tituli leges clariori quodammodo. additis etiam quibuſdam capitibus ad conſumationem rei neceſſarijs proponere. Quem laborem ſponte libenterque ſuſcepi, non vt iuriſconſutos quibus tanquam loco ſacro debetur reuerentia reprehenderem. non enim ſic inſanio. Sed exercendi ingenij gratia, ad veſtramq; vtilitatem. his enim tribus chartis nõ ſolum omnium legum huiuſce tituli ſanum receptumq; intellectum, verũ totius præſentis materiæ ſcientiã diligens lector cõſequitur. Et quod olim pluribus annis vix contingebat, vt legum cupidi auditores hunc difficillimum titulũ intelligerent, id nunc paucis horis conſequi poterunt, talem hiſce tẽporibus inuenientes permutationem qualem apud Homerum Glaucus & Diomedes inter ſe fecerunt diſsimilia permutantes. Exiguus quippe liber eſt, ſed nemo credet niſi facto periculo quantis laboribus mihi conſtiterit.

PRIMVM CAP.



IVDEX delegatus eſt qui alieno nomine nõ ex iure in ſe radicato iuriſdictionem exercet, quę tam priuato quã magiſtratui mandari poteſt, Quidam tamen impediuntur ne iudices ſint natura, nonnulli lege, alij moribus. Quod ſi prætor ſit is qui alienam iuriſdictionẽ exercet non pro ſuo, ſed pro Imperio eius agit. Cui eſt mandata iuriſdictio. quoties partibus fungitur.

Quia vt nos docuit Iuriſconſultus in princi. titu. infra ſi cert. peta. & in titu. de dolo. ac M. Cice. libr. 1. officiorum à diffinitione inchoanda eſt doctrina, poſt de perſonis. Demum de rebus tractarem iuxta. l. ſi quæramus. ff. de teſta. le. ij. ſupra de ſta. hom. & infra de quæſtio. l. ſiquis ne quæſtio cum ibi nota. per Moder. Bonon. in vlti. col. operæpretium me facturũ exiſtimaui ſi præmiſſa diffinitione iudicis delegati, de perſonis agerem. Inde materiam proſequere. Prę ſcripta breuis & ſubſtãtialis diffinitio approbata fuit à Bal. & Seueri. in. l. more. col. penul. & ij. infra titu. ij. probaturque per dictam. l. more. iuncto. §. fi. l. j. hoc noſtro tit. aliã tamen magis prolixam diffinitionem poſt antiquos tradunt Alex. & alij in rubr. huiuſce tituli ꝙ delegatio fieri poſsit priuato indubitatum eſt, ſiue ſit ſui iuris vel in poteſtate patris. l. fin. infra eo. l. cum prętor. §. vlt. infra de iudi. Idẽ ius eſt de exiſtente in magiſtratu qui Imperium & iuriſdictionem delegantis non ſuam inſpicere debet. tex. eſt valde not. & in ore aduocatorum frequẽs in. l. & ſi prætor hoc titu. noſtro. Ex quo inferri poſſet ad multas not. quæſtio. vt ex ſequenti capite apparebit, immo videtur ꝙ cauſæ meri, miſtiq; Imperij magiſtratui Imperium habenti poſſunt delegari, quum eius perſona ſit approbata requiſitaq; adſit induſtria. Ita ꝙ ratio prohibitę delegationis ceſſat, ſicq; tenet Reu. Aquen. in. l. j. in gl. tutores infra tit. 2. licet cogitandũ relinquat, quia prius tactum non inuenerat. Idem voluit ibi Parpalea & Cur. in. l. Imperium in fi. Sed oppo. in terminis tenuit Accu. ſuper dicto verbo tutores quum gl. & no. & ſequitur Rim. ibi. Nec Imperium vel iuriſdic. ipſius delegati inconſideratione aliqua haberi debet. l. & ſi pretor & l. fi. hoc noſtro tit. Nec eſt verum ꝙ ceſſet ratio electionis induſtriæ perſonę. quia quantum ad cauſas volenti delegare communicatas electa fuit induſtria ſuę perſonæ non alterius, præterea vbi electa fuit induſtria alicuius per æqualẽ ſeu ęquè idoneum, non poteſt quis actum expedire. c. fi. §. is autem cui de offi. deleg. l. inter artifices. ff. de ſol. notant Aret. l. nemo. colu. ij. infra de duobus reis & Fel. in. ca. 1. col. ij. de. ſum. trini. concludentes ꝙ doctor cõductus ad legendum in aliquo loco, per ſubſtitutum etiam æquè idoneum, niſi in certis caſibus ibi per eoſdem notatis ſeruire nequit aut legere.

Repellũtur autem ab huiuſcumodi officio delegati quidam vt diximus natura vt ſurdus, mutus, furioſus, impubes, & ſimiles iudicio carentes. l. cum prætor. §. non autem omnes. ff. de iudi. ſimiliter minor. 20. annis, quamuis. 18. maior niſi à principe aut inferiore partibus conſentientibus datus fuerit. l. quidam conſulebat infra de re iud. ꝙ cap. cum viceſimum de offi. de leg. lege vt dictum eſt impediuntur infames. d. §. non autem. & Iudei in cauſis chriſtianorũ ne fidei noſtræ inſultantes iudicandi vel pronunciandi poteſtatem habeant. l. fina. C. de Iude. Moribus verò impediuntur fœminæ & ſerui in quibus prohibitum eſt ne ciuilibus fungantur officijs. d. §. non autem in fine, ex diſpoſitione autẽ iuris pontificij perſonis tantum in dignitate cõſtitutis committendæ

tendę sunt causę.c.statutum de rescr.in.vj.clemen.ij.eo.tit. cum ibidem per glo.& doc.not.& per Ias.supra eo. circa fi. rubr.Dec.in.c.cum accessissent col.j.de consti.& in.c.si pro debilitate col.iij.de offic.deleg. Philip.Fran.in.ca.nullus de elec.lib.6.& Canon.in.c.2.de iudi.

SECVNDVM CAP.

Clerici causarum ciuilium delegationem dũmodo à diuinis non distrahantur à laicis suscipere possunt. honestius tamen agẽt si ab huiuscemodi se abstinebũt officio. Quod si delegationem susceperint laicorum iurisdictione fungẽtes, censuris nõ vtuntur quibus vti possunt laici delegationem à summo põtifice suscipientes, quia ecclesia.iurisdicti. funguntur, potestq; summus Pontifex omnes causas laico contra clericum cõmittere, sed inferiores causas ciuiles, nõ autem vniuersitatem causarum, neq; excommunicandi potestatem in laicum transferre possunt.

Ex hoc.2.cap.quatuor conclusiones colliguntur, prima, q clerici si à diuinis quibus vacare debent non distrahãtur delegationis officium à laicis suscipere possunt, licet honestati clericorũ magis cõueniat se abstinere postquam omnipotentis Dei mancipati sunt seruitijs, hæc à scrib.communiter est recepta vt per Ias.& mo.s.in rub. præsentis tit. Abb.& Dec.in.c.decernimus col.ij.&.vij.per illum tex. de iud.vbi etiam per alios mod.Fel.in.c.inter dilectos colu.iij. de fide inst.& in ca.cum sit generale, col.iiij. vbi limi.de so. comp. Nec id in dicto casu prędicto faciẽtes peccant quicquid dixerit Ias.vt ibi per moder.

Secunda conclusio, q censuris tunc vti non possint, est approbata communiter per scrib.in.d.c.2.vt etiam per Ias. in.d.l.& si prætor in.ij.not.& in.l.ij.col.iij.ff.tit.2.quũ.n.pro Imperio delegantis agant non pro iurisdic. ecclesia.d.l.& si prætor, mirum non est si censuris vti nequeunt.

Tertia cõclusio q laici censuris vti possint quãdo à summo Põtefice delegationẽ susceperũt, probatur quia vt dixi iurisdictio.ecclesię funguntur arg.d.l.& si prætor &.§.fi.l.j. hoc tit.nostro.ergo censuris ab ipsa iurisdictione pendentibus vti possunt.& ita communiter scriben.in locis præalle.

Quarta conclusio collecta ex versic.potest autem etiam communiter probatur vt per Ias.supra in rub.in vlt.col. Et cano.in.d.c.ij. Et q excõmunicandi potestas non possit in laicum transferri nisi à summo Pontifice videte Abb. in.d. ca.2.col.ij.& Fel.in.c.ex parte decani col.ij. de rescr.sed hodiernis temporibus Papa causas non cõmittit laicis, sed tantum ecclesiasticis personis indignitate constitutis.

TERTIVM CAP.

Mandatam sibi iurisdi. alteri mandari non posse clarissimi iuris est.nam is potest iurisd.mandare qui eam iure suo, non qui alieno beneficio habet, nisi legatus sit proconsulis, vel à Principe delegatus, aut ad vniuersitatem causarum iudex datus fuerit.

Prima pars conclusionis probata est.& in.l.fina.hoc titu. nostro & in.l.more.ff.titu.2. pars altera cum limitationibus probatur etiam ibidem & in.l.à iudice.C.de iudi.& in.c.pastoralis vbi latè scriben.de offi.deleg.

QVARTVM CAP.

Delegatus diligenter mandatum obseruare debet q si contra mandatum egerit, aut rescripti formam excesserit processus nullus erit ipso iure.

Probata pariter est cõclusio ista in.c.ex.parte el.2.de offi. del.in.c.cum dilecta de rescrip.& in.l.diligenter infra man. in quibus locis doct.latè prosequuntur.

QVINTVM CAP.

In causarum delegationibus illud obseruãdum est. vt ita demum delegatus cogi possit iudicare si ad iurisdictionem delegãtis causa delegata pertineat, & iurisdictioni delegantis subsit delegatus. homini autem alienæ iurisdictionis; & si subsistat delegatio facta, necessitatem suscipiendæ delegationis in se non continet.

Pro conclusione prædicta est tex.in.l.vnica.C.qui pro sua iurisdic.& in.c.pastoralis de offi.dele. vbi inuenies quomodo in hoc negotio habere se debeat Principis delegatus.

SEXTVM CAP.

Quæcunq; lege senatusconsulto vel constitutione Principum specialiter & in priuilegium tribuuntur per delegationem non transferuntur, quæ verò iure magistratus conpetunt mandari possunt, & ideò errant magistratus qui publici iudicij exercitium habentes, lege vel senatusconsulto delatum veluti legis Iuliæ de adulterijs, & si quę alię sunt similes, iurisdictionem suam mãdant. huius rei fortissimum est argumentum q lege Iulia de vi nominatim cauetur. vt is cui iurisdictio contigerit, possit eam si paciscatur mãdare. non aliter itaq; mandare poterit quàm si abesse ceperit, quum alias iurisdictio etiam à præsente mandetur. Et si à familia dominus occisus esse dicatur, cognitionem prætor quam ex senatusconsulto habet mandare non poterit.

Emanauit ad declarationem & interpretationem difficilimæ & elegantissimæ.l.j.quę paucis mutatis clara redditur. verbum in priuilegium tollit plura dubia quę mirum in modum scribẽtium torserunt ingenia, circa interpretationem verbi specialiter. Secundo verba illa mandata iurisdic. contentionem haud leuem causarunt inter scribentes nunquid iurisconsultus voluerit dicere, q in generali delegatione non veniunt specialiter concessa prout Decio, Aquen. & quibusdam alijs placuit, vel q causæ specialiter cõcessæ nequeũt delegari, prout communiter intelligitur veriusq; est. Et literæ magis consentaneum, ideò loco prædictorũ verborum mandata iurisd.per delegationem diximus. q prohibitam delegationem sonat. Tertiò pro errare videntur apposuimus errant. quia pro veritate labuntur & errant, qui contra legum dispositionem criminales causas sibi specialiter communicatas alijs delegant. Quartò pro exercitatione posuimus exercitium posteà iurisdictionis verbum vt cognitionem & diffinitionem criminalium causarum complectatur sublata altercatione glo.& doct. an verba lle. cognitionem vel diffi.aut vtrunque importent. exercitium enim & exercere vt ex Collumella dignoscitur vtrumque comprehendere potest.

Multipliciter ipsa lex.j.à scribẽtibus exposita fuit maleq; hactenus intellecta Accursi.in prin. & super verbo & ideò intellexit iurisconsu.hic à generalibus incipientẽ doctrinam tradere voluisse, dicere q causæ meri mixtiq; Imperij quæ maioribus magistratibus in priuilegium competunt, quia illis specialiter commissæ & minoribus denegatæ, delegarĩ non possunt. Causæ verò simplicis iurisdictionis quæ competunt iure magistratus.i.eo ipso q quis est magistratus, licet minimus mandari possunt. & sequuntur communiter doct. hunc primum intel. quemadmodum attestantur hic Bart.Pau. de Cast.Alex. Ias.& alij quamuis Deci.post Fulgosi. & quosdã alios per quatuor fundamenta quibus absq; magno labore legendo respondimus contradicat.

Sed contra communem intelle.fortius vrgent infrascripta, in primis violentia literæ illata restringendo virtutem illius vniuersalis quæcũq; positæ in prin.l.ad causas Imperij contra.§. & generaliter.l.j.infra de leg. præstan.l. de pretio de pub. &.l.non aliter.de leg.iij. cum vulga. Secundò quia nec in princ.l.de Imperio nec in versic.quæ verò iure magistratus de iurisdictione Vlp. verbum facit, vt quid ergo diuinãdo tam in prin.l.quàm in versi.j.intelligere volumus ipsum principium in causis meri mixtiq; Imperij, & versi. quę verò in causis simplicis iurisdictionis. Tertiò quia sunt aliquæ causæ iurisdictionis ingenuitatis puta & libertinitatis quæ maioribus specialiter communicatæ sunt & prohibitæ delegari vt vult.text.in.d.l.ij.ad fina.C.de peda.iudi.in quibus tam respectu communicationis quàm delegationis, eadem est ratio ac iuris dispositio quæ in causis Imperij. Cur generale principium istius.le.non ita intelligitur in dictis causis iurisdictionis specialiter cõmunicatis quemadmodum in causis Imperij. diuersitatis ratio assignari non potest, ergo nec diuersum ius constitui debet.le.à Ticio infra de verb.obl.

Quartò & vltimò causæ meri mixtique Imperij in vltimis gradibus iure magistratus competunt, delegabilesque sunt.

sunt. vt plenè per Bart.in.d.l.ij.in.l.imperium in vlt.colum. & in.l.iubere. de iu.om. iud. quum omnibus magistratibus lex illas communicauerit, cur igitur doct. voluerunt potius intelligere versi. quæ verò in causis simplicis iurisdictionis, ꝗ in causis imperij delegabilibus in vltimis gradibus, nulla est ratio quę id nos facere cogat. Ex quibus facie ad faciem vt ita loquar, videtis quãtum à vero sensu iurisconsulti alienus sit communis intellectus scribentiũ ad hanc.l.primam.

Secundus fuit intellectus Fulg. referentis prędictum verbum specialiter in text.positum ad causas non ad personas, & voluerit hic Vlp.dicere quòd causæ quæ prærogatiua & priuilegio ipsarum causarum magistratibus, communicaturum alijs delegari non possint, secus in reliquis, quasi voluerit lex causas ipsas specialiter commissas cognosci, & terminari per eos quibus commisit, adeoq́ue intell. iste complacuit ipsi Fulg. vt sedem in cœlo empyreo sibi dari si verus, esset optarit, si falsus in inferno cruciari, vt hic in.17.colu. Iaso. refert. Non negat tamen Fulg. causas imperij esse indelegabiles, sed id ait non probari per hanc.l. quę aliud vult vt hic in.12.colum. Deci.inquit.

Istum intell. Fulg.damnant Alexan. Rimi.& Aquens.super glo. in verbo quæ verò, sed ipsum defendere nituntur. Deci.loco præalleg.Mod.tau.ibidem in.11.charta.& Moder. mediola.lib.2.paradox.cap.1.

Sed multis rationibus, ostendo ab illo recedendum esse primò, quia diuinat ad principiũ.l. intelligendo quòd loquatur in causis specialiter commissis priuilegio ipsarum causarum. Secundò, quia iurisicon.propositionem suam declarasset inferendo, & exemplificando in causis minus dubitabilibus adulterij, videlicet & homicidij in personam domini per familiam commissi, de quibus, quum grauiores essent, minus dubium erat quã de alijs causis in quibus, de vita hominis non tractatur. Tertiò quia repugnat mens Vlp. immò verba in aduersatiua, quæ verò vt Ias.ponderauit quicquid studio contradicendi respondeat Dec. Id quod apertius demonstro quæcunq; inquit Vlp. specialiter committuntur non delegantur, quæ verò iure magistratus competunt, mãdari possunt iure magistratus, eo ipso quòd quis esse magistratus intelligitur, & sic oĩbus magistratibus etiam minimis vt glo.& doct. volunt in versi. quæ verò aduersatiuè ponit conclusionẽ in his quæ passim & indistinctè omnibus magistratibus competũt principium.l. cui aduersatur intelligi debet in his quæ non competunt, indistinctè omnibus sed specialiter quibusdam magistratibus ita quòd arguendo ab oppositis clarè apparet in prin.l. decidi per Vlp. non delegari, ea quæ non competunt omnibus magistratibus, sed quibusdam tantum, & per consequens non facere fundamẽtum, vtrum talia competant priuilegio causarum vel ne, sed prærogatiua personarum, sicq́ue an omnibus vel quibusdam tantum. Quartò quia si causæ leues & paruæ secundum prædictum intelle.in specie committerentur prohibita esset delegatio cuius contrarium concludunt doct.in.l.e.fin.in.§. primo de offic. del. quòd in his quæ sunt modici præiudicij non censetur electa industria personæ. ideò fieri posse delegationem, non obstante quòd verba refragari viderentur, vt hic per Aquens. nec est verum quòd in minimis curemus de forma, quicquid hic scribat Deci. vt per Bar.in.l.leuia infra de accus.& Mod.Allen.plenè in tractatu de forma car.59.in.19.lim. Quintò & vltimò contra intell. Fulg. adducitur text.l. prima in.§.si quis seruum, supra de offic.præfect.vrb.ibi enim in specie causæ præfec. vrbis committuntur & tamen quum sint de iurisdictione secundum regulas communes erunt indelegabiles, vt declarauit Alexan.in glo.ij.istius.l.primæ. Quantum igitur à via recta aberrauerit Fulg.ita pertinaciter prudẽtiæ suæ innitens contra text.in.c.ne innitaris de consti. quamuis tamen dilucidè vt puto ostenderim eius intell.huic.l.minimè cõuenire, nec esse cõsentaneum verbis ipsius legis. Nollem eius animam in inferno cruciari, vt sibi imprecatus eo casu fuit. sed gloriosè viuere in cœlo & præmio laborum suorum frui.

Not.tamen quòd vbi verbum specialiter in cõmissione expressum est prohibita censeretur delegatio ex mẽte committentis eo modo causam, videtur enim mandare, vt tantum ille cui facta est commissio cognoscat. tex.est in.l.vnica in fi.cum glo.C.de his qui poten. nomine.

Tertius fuit intell. Guido.Suz.quòd principium.l. loquatur de mero imperio indelegabili versi. quæ verò de mixt. delegabili. Alex. Rimin.& Aquens. in locis supra allega.& & Iaso.hic colum.v. hunc intellectum reprobant Dec. verò loco prædicto nititur defendere per ea quę scribit Alex. in disp. Rex Aragonum. dum ostendere vult causas mixti imperij delegabiles esse, sequũtur & approbant hunc intell. Moder. Mediol. loco præallega. & Moder. Taur. colu.48. 72.&.96.cum sequenti. Sed non est illi vllatenus adherendum. primo quia contra veram & cõmunem doct.conclu. quòd causę mixti imperij indelegabiles sunt.§.magistratibus.l.ea quę infra ad municip.l.secunda, vbi doct.not.hoc nostro titu.l.placet la.secunda.C. de ped. iu. inducendo, vt per Alex. in.l.imperium in quarta colum.

Secundò quia oporteret restringere vers.quæ verò quando magistratus esset impeditus publicis occupationibus, aut multitudine causarum, vel fateri correctionem.l. factã per text.in.d.l.secunda in versi.j.quod est etiam diuinare, & facere violentiam literæ in absurdumq́ue incidere, quum vitanda sit legũ correctio vt per Alex.loco prædicto, quamuis Moder.taur.loco supra alleg.dicant hanc restrictionem compatibilem esse vt hæc lex per illam distinguatur, vt infra de legi. lege nam & posteriores, vt tamen supra dixi paretq́ue de se hoc est diuinare & text.simpliciter loquentem destruere, beneq; sciuisset id Vlp. dicere, si talis fuisset eius mens & intentio. Pręterea quare iurisconsul.magis diceret mixtum imperium competere iure magistratus, quã causas simplicis iurisdictionis quę omnibus magistratibus regulariter competunt. Tertiò quia iurisconsultus hic in prin. nullam facit mentionem de mero imperio, nec in versic. primo de mixto, sed generaliter loquutus est vtrobiq;, restringere ergo principium ad merum imperium & versicu. quæ verò ad mixtum absurdum est maximum. Quartò iste intelle.confunditur. per hunc text. ponderando virtutem dictionis vniuersalis quæcunq; positæ in princi.l.comprehendit enim plures species, ideò intelligitur in vna specie tantum, videlicet in mero imperio. Quintò quia merum imperium in vltimis gradibus delegabile est. vt per Bar. in.d.l. imperium iurisconsul. ergo male diceret generaliter, & indistinctè loquendo, quum merum imperium indelegabile sit, sextò & vltimo, contra dictum intellectum facit, quia sequeretur inconueniens quòd iurisconsultus hic mancus, & diminutus fuisset, tradendo imperfectam doctrinam, nihil enim in hac.l.dixisset de delegatione causarum iurisdictionis de qua tam in rubr. se tractaturum pollicitus fuit.

11 Dico igitur germanum sensum istius.l.& merã puramq; mentem iurisconsulti hanc fuisse. quòd omnia quæ specialiter & in priuilegiũ à lege, senatusconsulto, vel consti. principium tribuuntur, cuiuscunque speciei iurisdictionis sint, delegari non possunt, quę verò iure magistratus competunt cuiuscunque qualitatis & gradus iurisdictionis sint, mandari posse, & sic nullo modo restringo virtutem illius vniuersalis dictionis quæcunque in princ.l. positæ, sed generaliter intelligo verbũ vt iacet ac sonat in quauis specie iurisdictionis, siue sit meri imperij prout in hac.l.prima, & in.l. nemo potest gladij infra de reg.iur. siue sit mixti imperij vt in.d.l. secũda, & in.§.magistratibus supra allegatis & in.l.nec mandante infra de tut.& curat.datis ab his, &c. coniuncta conclusione doctorum, quòd datio tutoris sit mixti imperij, vt per scriben.in gl.super verbo mandari possunt supra hac lege, siue sit simplicis iurisdictionis vt in præalle.l. secunda, & consequenter dictum generale iurisconsulti hic in princ.legis, generaliter & indistincte, intelligimus in causis cuiusuis speciei iurisdict. & modo prædictæ causæ specialiter, & in priuilegium sint cõmunicatæ. vt delegari nequeant, & proptereà iuriscon.in prin.eiusdem.l.ibi mandata iurisdictione non transferuntur, volens nobis insinuare, & ostendere ꝙ

non loquitur de imperio, tantum vsus est verbo iurisdictione, quod in sui generalitate aptum est comprehendere tam imperium quàm simplicem iurisdic. prout tradunt doct. in d.l. imperium. & Deci. super hac.l.j. in quarta colum. & sic causas cuiuscunq; speciei iurisdictionis specialiter & in priuilegium cõmunicatas per delegationem, non posse transferri in quauis specie sumas iurisdictionem, & pariter generaliter & indistinctè intelligitur versi. quæ verò in competentibus iure magistratus siue sit imperij siue iurisdictionis vt possint mandari modo competant omnibus magistratibus. Ita quòd non restringimus versic. quæ verò vt faciunt gl. & doct. ad causas simplicis iurisdictionis sed intelligimus generaliter in omnibus causis meri mixtiq; imperij, ac simplicis iurisdictionis iure magistratus competentibus, quum hęc omnia dictis casibus sint delegabilia, vt per Bar. & alios in.d.l. imperium & in.d.l. iubere. cauere infra titu.2. ex quibus sensus iuriscõsulti in hac.l. vt arbitror enucleatus est melius quàm à tempore conditæ legis citra factum fuerit.

VERSI. QVI MANDATAM SEXTI CAPITIS.

Qui mandatam iurisdictionem suscepit, eius qui mandauit iurisdictione vtitur. quum nõ habeat propriam, sed tantum delegatam, verius est enim delegatã transferri, sed merum imperium, quod à lege in priuilegium maioribus magistratibus datur non posse mandari. Quare nemo dicit legatum proconsulis, mandata iurisdictione animaduersionem & puniendi potestatem habere, sed Pau. iuriscon. cuius opinio verior est mãdata iurisdictio. priuato etiam merum imperium cum iurisdictio. coniunctum trãsire voluit, quũ iurisdictio sine modica coertione nulla sit. Emanauit caput istud ad declarationem. §.fin.d.l. primæ & .l.fi. eiusdem titu. quæ iura secundum cõmunes & receptas scribentium sententias in locis præalleg. intelligenda sunt, vt supra declarauimus, quòd delegatus quamuis nõ habeat propriam iurisdic. habet tamen delegatam, item licet imperium in potentiori significato sumptum indelegabile sit, tamẽ imperium quod iurisdictioni cohæret. & semper est cum illa coniunctũ, eo quòd sine modica coertione iurisdictio nulla esset, mandata ipsa iurisdictione transit, & sic prædicta verba imperium quòd non est merum intelliguntur de imperio mero inferioris gradus quod est cum iurisdictione coniunctũ, & non est merum in primis gradibus, & in potentiori significato intelligendo verba: quamuis illũ tex. aliter nixus fuerit declarare Aquens. in.d.l. imperium in.vj. colum. sed pręcedens declaratio est realis & magis plana.

Ex prædictis habetis primo declarationem ad iura prædicta quòd verba illa imperium quod nõ est merum, intelliguntur de mero imperio maioris gradus, sed bene est merum minoris & inferioris gradus, & cõsistit in modica coertione & castigatione corporis, quę cõstituitur sub mero imperio, quum enim sit animaduersio in facinorosum, & fiat officio iudicis nobili ad publicã vtilitatem, sequitur necessariò illam esse meri imperij per text. in.l. imperium, sed quia leuis est & modica, dicitur minoris & inferioris gradus, & non facit speciem distinctã, quia plus & minus non faciunt differre specie.l.fin. infra de fun. instr. constituitur ergo sub eadem specie meri imperij, minoris tamen gradus, vt per Bart. in.d.l. imperium colum. prima in fin. in.4. quæstio. & latius in.v. gra. meri imperij.

Et quicquid dixerit Fulg. opinio Bart. approbatur communiter per scrib. in.d.§.fin. & .l.fin. præallega. Alex. in.d.l. imperium colum. pen. vbi Iaso.12. & omnes in.l. magistratibus infra titu. ij. Nec prædicta iura. §.fi. & .l.fi. (ibi transit imperium quod nõ est merũ) obstant, quasi velit esse mixtum, quum non sit dare aliam speciem imperij, vt patet in d.l. imperium. Potest enim respon. multipliciter quòd non intelliguntur de modica coertione personali quæ fit, ad publicam vtilitatem & consistit in punitione facinorosi hominis, sed loqui de coertione verbali quę fit offic. iudicis mercenario ad expeditionem ita voluit idem Bart. in.l. secunda colum.j. infra titu.ij. in.d.l. imperium in vltimo gradu meri imperij & Dec. in.d.l. fin. Quæ tamen respon. est diuinatiua & contra generalitatem prædictorum textuum. Curt. in d.l. imperium colum. 18. intelligens iurisconsultum in verbis supra relatis & ponderatis loqui de mixto imperio inhęrendo verbis ipsorum textuũ, quia si imperium trãsit quod non est merum, oportet vt diximus sit mixtum, quod iurisdictioni cohęret. ideò intelligebat ipse de modica coertione corporis, quæ fieret offic. iudicis nobili ad priuatam vtilitatem. Cui conuenit diffin. mixti imperij. Et rationẽ assignabat, quia prædicta modica coertio corporis, non fit ad eum finem ad quem actio intentata tendit, sed si est corporis coertio non infertur, ad priuatam vtilitatem, sed ad publicam punitionem, videlicet delictorum, vt contempta iudicis auctoritas vindicetur.l. vnica infra siquis ius dicen. nõ obtẽpe.l.ij. infra siquis in ius voca. non ierit, causa ergo non potest esse de mixto imperio sed de mero. Nec obs. quòd text. in ipso.§.fin. dicat iurisdictioni cohærere, ergo mixtũ d.l. imperium. Quia respondeo retorquendo. argu. in contrarium quòd mixtum non dicitur cohærere iurisdictioni, sed componi ex simplicibus.§. quædam actiones, mixtam institu. de actio. notant scriben. in.d.l. Imperium quòd mixtum imperium dicitur, quia componitur ex qualitate meri imperij, quum exerceatur offic. nobili vt merum imperiũ. Et ex qualitate iurisdictionis in specie, quum id fiat ad priuatam vtilitatem, vnde quum text. noster loquatur de cohærentia, patet quòd non sensit de mixto. Melior est ergo respon. & intelligentia ac declaratio Bart. Alexan. & aliorũ quos retuli supra in prin. intelligentium verba illa quòd dictum imperium non sit merum maioris, & potentioris gradus, sed bene minoris quod transit mandata iur. per rationem ibidem assignatam, pro qua respon. est etiam tex. cum glo. in verbo iurisdict. in.§. ius iurandum in auct. de defen. ciuita. dum enim text. ibi facit mentionem de iurisdictione. De maiori, scilicet subaudi. & intellige ait. similiter ergo de imperio minori, scilicet.

Et ista modica coertio corporis, quæ est de mero imperio principaliter, & de per se indelegabilis secundum pręfatos scriben. est, per.d.l. nemo potest gladij in verbo, vel cuiusuis alterius coertionis quamuis in necessariã consequentiam transeat in delegatum vt per Seu. in rep. d.l. imperium quæst.13. colum. vlt. vbi Ias. colum.13. Dec. vlt. & Curt.19. & Dec. in.d.l. fin. in.3. not. Immo videtur ꝙ principaliter & de per se delegari possit, quia competit omnibus magistratibus iure magistratus.l. magi. in fi. præalleg. cum.§. audient &.§.j. &.§. iudicare in auct. de defen. ciui. ergo debet posse delegari.l.j. istius titu. de offic. eius secundum Bart. in.d.l. imperium in vlti. quæstio. meri imperij approbatũ ibi per Seueri. Iaso. & alios supra relatos, quicquid dixerit Decius ibi sequens Ang. contrarium volentem. Super quo tamen non amplius laboran. nec tempus coterendũ quum hodie causæ meri imperij indistinctè delegentur, quãtum ad vltimũ suppliciũ ne quis inuitus cogat se immiscere, vbi ingeritur, pœna sanguinis, vt post Alb. & Dec. in.d.l.j. super gl. in verbo possit dictum fuit. Quanto ergo magis modica coertio principaliter delegari poterit & ita de cõsuetudine seruatur.

Maior est difficultas quando modica coertio adhiberetur, & imponeretur in causis simplicis iurisdictionis ad priuatam vtilitatem, cuius speciei iurisdictionis sit, meri vel mixti aut simplicis iurisdictionis, doct. in.d.l. imperium, & in.ll. istis nostris varij sunt & contrarij, valdeq; se inuoluũt, communis resolutio doctorum est, ꝙ modica coertio verbalis quæ in causis simplicis iurisdictionis fit, & expeditur, puta denegando audientiam contumaci, condemnando in expensis, habendo quem pro confesso, eo quia noluit, ad mandatum iudicis positionibus respondere, quum fiat officio iudicis mercenario ad priuatam vtilitatem, pro expeditione ciuilis causæ, sit simplicis iurisdictionis, vt per Bartol. & alios in.d.l. magistratibus. Bald. in.d.l. imperium colum. quinta in prima lect. vbi Alexan. colum. iij. & antepen. Seu. col. vlti.11. quæstionis Dec. colu. viij. & Aquens. vj. vbi concludunt coertionem iudicandã esse, secundum naturam

cauſæ cui incidit, inſpiciendo quo officio expediatur, nobili vel mercenario, facit.l. quæ religionis infra de relig. & ſump.fun. Coertio igitur verbalis quæ fit in cauſis ſimplicis iuriſdictionis pro expeditione cauſę: & officio mercenario ſine dubio eſt ſimplicis iuriſdictionis & delegabilis. Modicà verò coertio perſonalis quæ fit ad pub. vtilitatem offic. iudicis nobili erit meri imperij.d.l. imperiũ vt ibi in.iij.col. tradit Alex. & præalleg. & tamen delegabilis etiam principaliter & per ſe vt ſupra dixi contra Dec.

Si verò modica coertio verbalis fiat, & expediatur officio iudicis nobili, vt in terminis.§.j.legis cognitio.titu.pręſentis, vel incidenter citãdo re ipſa erit mixti imperij, vt per Bart.in.d.l.magiſtra. Alexan. Seuer.& alios ſupra allegatos quæ omnia tanquam ſubtilia, & per alios ſcriben. malè declarata diligenter notabis.

SEPTIMVM CAP.

Is cui à Prætore vel præſide mandata eſt iuriſdictio manumiſsionis ſeruorum cauſæ cognitionem exigenti auctoritatem præſtari nequit nec alienationem prædiorũ minoris permittere, quum etiam in ſpecie mandari non poſsint.

Emanauit ad declarationem difficillimæ.l.ij.iſtius titu.j. pars de concilio loquens intelligitur per glo.& doc. in confuſum, quia qualitas & forma illius concilij nõ eſt nobis cognita, manifeſta niſi in enigmate & ſi habeamus multa iura de hac re loquentia in primo titu.7.lib.C.& in ſecũdo quadrageſimi pandectarum. Principium ipſius.l.ij. intelligitur ſecundum receptiorem ſcribentium ſentẽtiam, de manumiſsione, ſerui facienda à minore anois viginti quæ requirit cauſæ cognitione, & decreti interpoſitionem vt in delegatione iuriſdictionis non tranſeat, neque ſpecialiter mandari poſsit. de iſta loquuntur iura præalleg.&.§. eadem inſtit.qui & ex quibus cau.manu.non po. quando autem non requiritur cauſæ cognitio, decreti interpoſitio adhibenda, non impedit delegationem vt per Alexan.in.l.j.colu. ſexta, ſuper glo. in verbo iure magiſtratus, hoc noſtro titu. & per Moder. in præallega.l.ſecunda. Concilium verò de quo fit mentio in prędicta.l. ſecunda aliud eſt quam Concilium de quo in.17.diſtinct. decreti per totam diſtin. Eſtque concilium connocatio prudentium virorum pro expeditione alicuius negotij facta iuxta illud Virgilianum Conciliumque vocat diuum pater atq; hominum rex. vel vt Varro voluit à coactione dictum, & ideo tex.in rubr. &.l.prima.7.lib.C. ſupra allegat. dicit manumiſsionem hanc de qua in hac.l.ij. fieri apud Conciliũ poſt cauſa à iudicibus approbata quemadmodum etiam dicitur in pręallega.§.eadem ex quo manifeſto arg. elicere licet prædictum Concilium fuiſſe conuocationem, & congregationem plurium iudicum ſapientumq; virorum pro expeditione prędicti negotij libertatis, videlicet à minore.20.annis ſeruo dandæ.

Secunda pars illius. 7. Capitis clarior eſt longe q̃ in actu practico vtilior, q delegatus de alienatione prędiorum minoris nõ poſsit ſe intromittere etiam ſi id illi fuiſſet perperã à magiſtratu ſpecialiter demandatum, quia lex hanc curam pretori ac prę ſidi ſpecialiter iniũxit abſoluendam, adhibita cauſæ cognitione, ideò alteri demandari nõ poteſt vt dicitur in.l.j.titu. noſtri & infra de rebus eorum in.l.j.

Circa quam materiam alienationis rerum minorum & eccleſię quamuis ſit vtilis & de pane lucrando, latius tamen forte quam par eſſet, quum impertinens eo in loco videatur. Iaſo.Deci.& alij moder.inſiſtunt vltra quos multa vtilia & quę quotidie in actu practico agitãtur afferre poſſem, ſed ne iocidamus in foueam, quam ab alijs vitandam fuiſſe diximus, ſi vobis ocium fuerit vel placuerit poteritis videre Specul.in titu.de empt.& ven. in.§. nunc dicendum.col. ſecunda & tertia Ioan.Andr. in addit.ad ſpec.in rub.de pac. colum.j. Bart.in.l.alio colum.fin.infra de alim.& cib. leg.& in.l.Papio. in.§. ſed nec impuberis infra de inoffi. teſta. Signor.conſi.ſuo.71.colum.ij.Bald.conſi.47.lib.1.Ang.conſil.49.l.teſtator.Cald.in conſi.1.ſub rubr.de empt. & vend. Roma.conſi.182.250.321.497.Paul.de Caſtr. in conſi.11. 91.231.colum.fin. & 275. in antiquis & in.l. fina.C.ſi propter pub. pen. Anchar.conſi.69.& 330.colum.tertia. Imol. conſi.99. Areti.conſi.22.& 24.circa fin.& in cap.nouit.col. antepen. de iud. Alexan.conſi.62.lib.2.conſi.4.ad fin.j.col. lib.tertio. conſi.27.in colum.46.lib.4.&.66. ad fin. in eo.& lib.quinto conſi.7.ad fin.67.colum.j.& 117.& lib.6. conſi. 215.Corn.conſi.48.lib.j.109.lib.tertio,&.185.lib.4. & 41. colum.tertia in eo. Ang. Aret.inſtit. quibus alien.licet in.§. admonendi & in.§.quędam actiones colum.quarta de act. Abba.pulchrè in cap.conſtitutus. colum.penul. de in integ. reſtit. Soz.conſi.67.colum.fin.lib.j.29. ad fi. in eod.& 103. lib.ſecundo, & in tracta. de cita. artic.12. Guidonem papæ quæſtio.31.ad fin.Bald.nouel.in tract. dotis char.23.in.58. ſpeciali Afflic.in deciſ. regni.87. Bolog. conſi.52. Iaſo.in.l. qui Romæ in.§.coer.colum.pen.infra de verbo. obligat.& in.l.j.§.fuit queſitum ad fin.infra ad Treb. & in.l.de quibus colum.16.verſic.item aduerte de.ll. & in.l.ſingularia. col.8. infra ſi cert.pet.& in conſi.48.lib.primo Dec.conſi.88. colum.ij.349.403.556.& 558.& in.c.cum parati colum.pen. & fi.de appel. Aquenſ.in.l.Gallus in.§.ille caſus colu. tertia, infra de lib.& poſt.Barba.conſi.40. colum. 10.lib.j.90.in.ij. dubit.lib.tertio.61.colum.quarta volum.4. & 41.col. tertia in eo. Caſſeneum vltra montanum in conſi.55. Goza. Bonon. conſi.16. Parilium conſil.99.lib.primo Bru. in tracta. de forma.fol.58.in.17.lim.Curt.Iuniorem in conſi.53.colum.ſecunda & tertia, & conſil.72. colum.quinta, & conſil. 146.& in tract.feud.car.42.in.11.quæſtio. Et tandem ferrat. Brixien. in ſua vltima cautela.

Circa alienationem bonorũ eccleſiæ & Ciuitatum, aliorumq; locorum publicorum, in feudationes quæ fiunt tam per principes ſeculares quàm per eccleſiaſticos, quæ de iure requirantur, adhiberiq; debeant ad validitatem geſtorum, & de reuocatione malè alienatorum vel rerũ in emphiteuſim aut feudum conceſſarum, ſi tibi occurrerit vide cap.j. de rebus eccle.non alien.lib.6.& Canon. ibi. & Clem.j.eo. titu.& l.fin.cum ibi nota.C.de ven.rebus ciui.lib.11.Feder. de feuis in quæſtio.52.Cal. in conſi.10. ſub tit. de rebus eccle.non alien. Petr.de Ancha. in conſi.122. &.197. Paul.de Caſt.in conſi.52.colum.fi.in antiquis & in conſi.282. Barba.conſi.40.lib.j.14.lib.ſecundo, &.61.lib.3. Alex.conſi.4. lib.tertio, &.17.volum.4.Corn. conſil.348. lib.j. &.243.in ſecundo volu.Sozi.conſi.15. &.ij.ix. lib.j.&.52.lib. quarto. Roman.conſi.36.Felyn. in cap. cum cauſa colum.tertia ſequenti de re iud.in.c.cam text.colum.10.de reſcrip. Iaſo.in conſi.216.lib. quarto Deci.in.c.quæ in eccleſiarum colu.ij. de conſtit.& in conſi.36.142.&.174. Brunum in tracta.de forma.car.17.colum.tertia, & Aquenſ.in ſpecu.feud.in titu. qui feud.dare poſſ.& in titu.quæ res in feud.da.po.& Fabia. in tractatu de empt. & vendi.fol.7.in quarta quæſtio. principali. cum ſequenti etiam.

OCTAVVM CAP.

Coguitio de ſuſpectis tutoribus, ab adminiſtratione tutelæ remouendis non ſolum delegari poteſt, verum etiã mandata generali iuriſditione eam contingere propter vtilitatẽ pupillorum conſtitutũ eſt. Seuerus.n.& Ant. ad proconſulẽ Aphr. reſcripſerũt cũ legatis tuis iuriſdictionẽ propria dederis cõſequẽs eſt, vt de ſuſpectis tutorib. poſsint cognoſcere.

Ponitur ad declarationem.l. cognitio, cuius materia frequens eſt, & per quam neceſſaria vt teſtatur iuriſcõ. in.l.j.ff. de ſuſp.tut.gl.d.l.cognitio.Curt.& quidam alij mod.tenuerunt.l.ipſam in prin. loqui in legato procõſulis maximè propter ſequentia & exemplũ ad comprobationem dicti principalis ſtatim adductum, aliàs iuriſcon.eius deciſionem dubitabilem comprobaſſet, per exemplum caſus minus dubitabilis quod abſonum eſt dicere. Cui opinioni quadrare & conuenire videtur text.in.§.j.d.l.j.Docto.tamen communiter ſuper ipſa.l.cognitio.& inſt.de ſuſp.tut.in prin.tenent, legem hanc procedere nõ ſolum in legato proconſulis, ſed generaliter in omnibus alijs quia principium.l.generale eſt. Item propter fauorem pupillorum in quo iuriſc. hic ſe fundare videtur, ſed in cauſa & remotione ciuiliter tantum intentata, ſecus ſi criminaliter.

Nec refragatur exemplum delegato proconsulis Aphr. quia nó venit ad comprobationem ampliationis, videlicet q facultas cognoscendi de suspectis tutoribus transit in generali mandato iurisdictionis, quia ita rescripserũt proconsuli Aphri. Imperatores præscripti, quũ iurisdictionem suã generaliter mandassent, & de hoc dubitaretur quæ dubitatio cessat inspecta & cõsiderata prædicta declaratione. Et comprehendit hæc lex de cognitione loquens, diffinitionẽ & remotionem à tutela in causa ciuili secundũ doct. & probatur in.d.l.j.in.§.j,& secundo & instit. de susp.tut. in principio. quamuis Cur. & quidam alij iura prælleg. intelligant in legato proconsulis & prætoris tantum, prout loqui videntur, sed Pau. Dec. & alij intelligunt etiam in alijs legatis fauore pupillorum, à qua opin. non est disceden. per principiũ d.l.cognitio, & rationem in qua iuriscon. se fundat. Nisi esset lex, crederem oppo. esse dicen. & concluden. videlicet solam cognitionem de suspi.tut. mandari posse legatis proconsulis & prætoris tantum modo, prout iura prælleg. clarè videntur dicere, sed iurisconf. hic ampliatiuè loquendo, idem fieri voluit, seruarique generaliter debere in delegatis etiam aliorum fauore pupillorũ. Et quia tex. d.versi. quum propriam, plura contraria patitur, vt omnia inconuenientia euitarem verba prout in capite legitur secundum receptiorem scriben.opi.ordinaui. Ad excusandum autem tutorem ne à tutela remoueatur plura considerari possunt de quibus per Corn.consi.198.lib.j. de qua materia videnda omnino sunt quæ scripsit Matth.de afflict. in decisione regni. 207. &.308.& Lud. Gozadi.Bon.in suo consi.17.

NONVM Cap.

Cognitio dandæ poss.bon.quæ plenam causæ discussionem non exigit, veluti si cui damni infecti non caueatur, vt is in possessionem esse iubeatur, aut mulier vẽtris nomine, vel is cui legatum est, legatorum seruãdorum causa in possessionẽ mittendus pronuntietur, mandari potest, sed actualis missio seu de mittendo in possessionem iussio, quũ maioribus sit reseruata magistratibus mandari nequaquam potest. Tendit caput istud ad declarationem.§. vt bonorũ.d.l. cognitio q sine magna & exquisita interpretatione, immò in propriatione verborũ ipsius text. procedere nequit. vt.n. poss. bo. detur. Item vt quis possidere iubeatur. In possessionemúe mittatur, vt in tex. prædicto dicitur, non videtur posse de iure procedere, quũ ea sint mixti imperij & indelegabilia.l.j.cum.l.iubere infra tit.ij.&.§.magistratibus.l.ea quæ.ff.de municip. propterea scriben. volẽtes sustinere quę hic dixit iurisćon. multas expositiones Ceruotinas. & cõtra tex. interpretationes faciunt, exponentes detur poss. bonorum, i. pronuntientur danda, Item possidere iubeatur, id est in posses. esse, iuxta.l.siquis ante infra de acquir. poss. Ista.n. non est vera possessio quę mixti imperij est, & indelegabilis, sed est potius detentatio, & custodia quædam.l. is cui in princ. infra vt in po.lega. vt per Bald. Pau.de Cast. & alios in d.§.vt bonorum Alexan.& Aquen. in.d.l.iubere col.penul. Et similirer intelligunt tex. ipsum de cognitione & pronuntiatione de mittendo in poss. vt mandari possit, non de reali missione indelegabili, & pariter intelligũt decisionem.§.vt bonorum in bo. po. quæ non tribuit ius, & sic quæ non requirit plenam causę cognitionẽ, si enim intelligeremus vbi plena causæ cognitio requiritur. non posset delegari.l.omnia quæcunq;.ff.de re.iur. tradit Dec.in princ.d.§.vt bonorum, & licet initium constitutionis generale sit de omni cognitione dandæ po.bo. ex sequẽtibus tamen exemplis quæ declarant in quibus terminis text. loquatur.l.damni infecti stip.in fi. infra de damno infec. datur intelligi q text. solum procedit quando non requiritur plena causæ cognitio.

Nec obst. alternatiua, vel si cui in text. posita per quã videbantur exempla tanquam diuersa à dicto principali de po. bon. non tribuente ius poni, quia alternatiua prædicta stat exemplificatiuè, & ponitur pro id est.l.vbi pactum. cum gl. C.de transac.& infra ann.lega.l.cum erat. iuncta gl. verumtamen vt text. ipse sine amaritudine, ab omnibus possit intelligi ordinauimus illum vt supra apparet nõ discedendo à communibus opin. doct. Quare autem dicta realis missio in po.delegari non possit nec fieri per delegatum, & tamen per executorem & simplicem nuncium fieri possit, quotidieq; fiat. Pau.de Cast. & alij non parum dubitarunt.

Vera sol.est id non contingere propter damnum possessionis, sed quia in expulsione à possessione posset esse necessaria manus militaris, & scãdala generari, ad obuiandum huiuscemodi inconuenientibus lex causam ipsam minoribus magistratibus reseruauit ita Ias.in.l.iubere colum.tertia vbi etiam Aquens.& alij mod.idem Aquen. in.l.prima col, tertia infra titu.secundo Dec.& Curt.super hoc.§. vt bonorum, & prędicti executor & nuntius cõcipiunt verba in persona domini committentis, & verba ipsius domini portant in ore, quod non facit delegatus, ideò non tanta reuerentia impenderetur delegato fundanti actũ in persona sua, quanta executori & simplici nuncio, vt etiam scripsi in.l. omnia quæcunque circa fin.infra de re.iur.

DECIMVM Cap.

Delegatus principis qui vices suas in totũ alteri commisit, re integra cõmissionem reuocare, & in causa procedere potest, sicut quãdo subdelegatus re integra rebus est humanis exẽptus, quia quũ iurisdictione vsus non fuerit in eũ efficaciter transisse non censetur, secus ergo si ea vti cępisset.

Conclusiones huiusce cap.adeò claræ sunt, vt declaratione aut interpretatione nõ egeant, probanturq; in.l. & quia infra titu.secundo in.c.licet vndique de offic. deleg.& in.c. quamuis eod. titu. lib.vj.

VNDECIMVM Cap.

Hodie causas imperij, & quãtum ad pœnam vltimi supplicij mandari posse generali cõsuetudine, introductum ac receptum est. Ita dicunt & attestantur. Alb. de Rosa.in.l.j. colum.pen.supra eo.& ibidem Dec.& nonnulli alij mod.in gl.in verbo possit in fi. Quæ conclusio videtur præcise intelligenda prout viget & strictè in causis meri imperij in quibus ingeritur pœna sanguinis ne in illis contra voluntatem suam quis se immisceat, nõ autem in alijs causis mixti imperij, ac simplicis iurisdictionis indelegabilibus in quibus, prædicta consuetudo nõ vigeret per ea quę scripsi in.l.omnia cumq; circa fin.infra de regu.iur. Item quia casus omissus relinquẽdus est dispositioni iuris communis.l. commodissimè, cum vulg.infra de lib.& post.

CAP. XII. ET VLTIMVM.

Sicut in arbitrio iudicis est mandare vel non mandare iurisdictionem: ita mandatam adimere in eius potestate est: vt quia delegatus alieno beneficio iurisditionẽ habet. si antequam ab eo res geri ceperit delegans decesserit, soluitur mandatum sicut in reliquis causis.

Prima pars conclu. prædictæ clarè probatur in.l. & quia infra tit.secundo in.l. iudicium soluitur infra de iudi. & in.l. solet supra de offic.proconf.& leg.2.pars similiter probatur in.l.more cum sequ.infra titu.secundo in.c. licet vndique & in.c.gratum de offic. delega.

Absolutus in celeberrimo Patauinorum Gymnasio.
MDXLVII. Idib. Decem. Ad laudem Dei.

EX L. DIEM FVNCTO.

Temporis longa intercapedo inter lecturam factam Tau. & Padua. super hac.l nu. primo.
Papin. nunquam satis laudatus & de illo plura. nu.2.
Bart. non scripsit pro veritate super hac.l. & de coniecturis cognoscendi interpretationes & lecturas Bart nu. 3.
Ferro viam aperit qui per contraria transit. 4.
Euphonia gratia contra regulas grammatices sæpe scribimus. 5.
Tex.iste licet loquatur de legato, id est præside. tamen procedit & locum habet in omni legato. nu.6.
Salarium vocabulum est latinum. 7.

Comitum verbum hic generaliter, intelligitur non solum pro assessoribus sed etiam pro alys de familia legati. 8.

Præstitum an præstandum aut præstitutum hoc in text. legendum sit. 9

Salarium de quo hic. an debeatur comitibus ab hæredibus legati vel à repu. nume. 10.

Diuersum & aduersum seu contrarium differunt, & quomodo. 11.

Assessor quis dicatur. an proprie index dici possit vel officiali æqualis debeat esse, & an laicus possit esse assessor episcopi, item an vicarius & an tale offic. sit dignitas. & vtrũ debeat esse doct. & quæ ætas sit legitima, à quibus eligatur, & constituatur & an cogi possit ad assumendum tale officium & quis de salario assessorũ prouidere debeat. nume. 12. cum multis sequentibus.

Coquus principis dicitur habere dignitatem. 17.

Aduocatus obligatur ex malo consi. num. 19.

Assessorem dari à superiore vtilius est. quam assumi illum à magistratibus. 21.

Offic. publicum cogitur quis assumere quãdo idoneus est. 23.

Salarium assessoribus & iudicibus à quibus dandum sit: & quid de sportulis esculentis, & poculentis an & quando licitè capi possint nume. 24.

Sportula esculenta, & poculenta quomodo & quando licitè capi possint ab assessoribus & iudicibus. 25. cum seq.

Consi. periti quando causa sit committenda per iudicem ad requisitionem partium, & quis contribuat in expensis, & quando vna pars exposuit pro altera vtrum possit recuperare. 30.

Potestates villarum & castrorum taxant sportulas consultoris & à partibus solui faciunt. 32.

Sportula taxata à iudice & soluta per vnam ex partibus, recuperantur in casum victoriæ. 33.

Petrus Baiardi qui de omni. l. sanum intellectum exacturum se iactabat quandoq; respondebat per verbum nescio. 34.

Intellectus istius. l. plenè examinantur & excutiuntur. nume. 35. cum multis sequen.

Compilatores pandectarũ qui fuerint & plura de illis. nu. 36

Intel. versic. fin. nu 46. cum multis seq.

Nouus intel. auctoris ad fi. istius. l. nunquam auditus. 75.

Assessores & comites legati remoti ab officio sua culpa, non solum excludenter à cõsecutione salarij residui temporis. Verum tenentur legato ad omnia damna, & interesse ob talem remotionem passa. 47.

Successorem accipere est legati non assessoris. 48.

Iniuria facta vni non debet obesse alteri. 51.

Assessorum offic. est rectori bene consulere. 52.

Legatus remotus an censeatur reipu. culpa asses. ibi cum seq.

Dolum aut culpam alleganti incumbit onus probandi. 53.

Dolus ex coniecturis & præsumptionibus probatur. 54.

Assess. debent resistere magistratibus aliquid iniustè facientibus, & protestari se nõ consentire aliàs ipsi obligãtur. 55.

Assessoribus & comitibus legati ex propria culpa remoti satis esse debet quòd conseruentur indemnes, & consequantur salarium residui temporis, non quod possit etiam ab alio pro eadem tempore salarium percipere. 56. cum sequen. & 142.

Pensio domus vel fundi ab eo qui deseruit cõductionem percipi non potest quando res alteri fuit locata sed solum interesse passum. 50.

Locator rei ab eo qui deseruit locationem an possit statim pensionem consequi etiam quòd alteri rem locasset vel interesse tantum. 60.

Princeps non præsumitur alicui præiudiciũ facere velle. 63.

Clausula saluo iure tertij subintelligitur semper in rescriptis Principis. 65.

Causa iusta semper præsumitur in principe. 64.

Principe remouente legatum ab officio, vtrum assessores & comites habeant actionem contra legatum ad salarium residui temporis. 65. cum seq.

Tex. §. culpa. l. si merces infra loca. declaratur & ornatur, ibidem.

Magistratus & officiales ex quibus causis possint ab officijs remoueri. 72.

Ratio decisionis istius. l. in princ. quæ fuerit. 77. cum seq.

Lex an fingat super impossibili & sine necessitate. 78. cum sequen.

Clariora præferenda sunt in lege. 80.

Tex. l. legatum. C. de cond. inser. declaratur. 81.

Locans rem non transitoriam ad hæredem, an & quando illum obliget. 82.

Officia in quibus eligitur industria personæ non transeunt ad hæredem. 83.

Tex. l. si quis domum, locati ibi hoc euenire posse prospicere debui, ornatur. 83. cum sequen.

Ista lex locum habet nõ tantum in assessoribus verum etiam in omnibus alijs comitibus qui tamen per omnia nõ æquiperantur. 85. cum sequen.

Locatores operarũ quibus propter laborem principaliter debetur salarium ad hæredem illud non transmittunt, si operas non potuerint præstare. 86. cum seq.

Salarium residui temporis mortuo legato, an ante finem officij statim integrumq; debeatur, & peti possit. 88. cũ seq.

Salarij nomine quantum assessoribus & similibus debeatur, soluiq; debeat 90. cum seq.

Consuetudini standum est in solutione prædicti salarij. 91.

Reconductio assessorum & lectorum an & quando censeatur facta sub eodem stipendio primæ conductionis. 92. cũ seq.

Dos eadem an & quando censeatur repetita in secundo matrimonio. 93.

Tex. § si vxor. l. pen. ff. sol. matr. ornatur, ibid.

Consuetudo vltima an & quando attendenda 96. cum sequ.

Tex. §. sed & si alimenta l. mella ff de alim. leg. ibid.

Solitum & consuetum quomodo differunt. 100. cum seq.

Assessores & comites mortuo legato, an sint reducendi domum sumptibus hæredum legati, & quid de expensa conductionis & reconductionis lecto. 102. cum sequen.

Casus cõtingens in persona cõductoris nõ nocet locatori. 103

Scholari recedente ante finem anni duodenæ, vel decedente an integrum salarium duodenæ pertineat & solui debeat patrono duodenæ vel interesse tantum. 104. cum sequ. & quid si recesserit timore pestis aut belli, & an tempore teneatur soluere pensionem domus conductæ, & vtrum requiratur consignatio clauium domus. 107. cum sequ.

Pensio domus conductæ an solui debeat tempore pestis, belliue, & nunquid requiratur consignatio clauium cum renunciatione domus conductæ ad hoc vt excusetur quis à pensione, & quid si pestis cessauerit. 107. cum sequen.

Schola. mortuo patrono duodenæ, vel impedito facere duodenam, an possit agere ad eius interesse, dataq; repetere. 112

Interesse lucri cessantis peti potest etiam quòd non fuerit in potentia propinqua. 106.

Assessores & comites vtrum mortuo legato liberati sint ab omni obligatione cum legato contracta prætextu officij, & an teneatur seruire successori puta filio vel alteri & si fugiant propter pestem debeant habere & consequi salariũ pro tempore absentiæ. 111. cum sequen.

Officium legati an finiatur per mortem legati, & vtrum comites sint liberati. 113.

Officia magistratuum ad hæredes non transeunt, ibid.

Mutare personam sibi obligatam regulariter quis non cogitur, ex causa tamen sic. 116. vsque ad. 119.

Facere cogitur quis quod sibi non nocet, & alteri prodest. 118. ibidem.
Tex.§.1.l. si mandato meo infra man. ornatur. 119.
Tex.l.fi.ff.de vsu & habit. declaratur. 120.
Assessoribus & comitibus cũ successore legati mortui remanentibus, & ab illo salarium recipientibus, cuius erit sala. forte legato, i. pro se & assesso. in princ. officij datum. 112.
Salarium legati & officialium & lectorum, quo tempore solui debeat, in princ. medio, aut fine officij, & lectura. aut quomodo. 123. cum sequ. vsque ad nu. 133. & ibi quid de salario aduocati, medici, doct. & assessoris.
Tex.l.i.C. de suffra. declaratur. 124. & 129.
Salarium debitũ ex dispositione legis vel contrahentium surrogata in locum dispositio. legis debetur in prin. officij, & quare id fit. 126.
Militia licet non sit dignitas, tamen quando est coniuncta cũ præpositura secus est, vt in primipilo Centu. præfecto militum seu capitaneis nostri temporis. 127. cum sequ. & 169. vbi de transmissione stipendij ad hæredes agitur.
Pensio pro re debita in fine temporis regulariter solui debet nisi extat consue. vel conuentione aliud faciendũ sit. 128.
Seruire duobus dominis non possumus. 135.
Lex an & quando fingat super impossibili. 77. & 176.
Assessores alij locantes operas mortuo legato, quare ab hæredibus primi non possint consequi salarium residui temporis. 134. cum sequen.
Assessoribus plus minusue ab alio quàm à legato defuncto nomine salarij consequentibus, quid faciendum, circa id quòd est plus aut minus. 137. cum seq.
Industria sua nemini debet esse nociua. 138.
Reproba prærogatiuam aut præmium tribuere non debent. 139. cum sequen.
Salarium residui temporis mortuo legato debetur assessoribus & comitibus, ipsi autem legato ab officio remoto nequaquam, & quæ sit ratio. 143.
Salarium residui temporis mortuo legato ante finem sui officij an debeatur hæredibus legati plenè disputatur. 144. cũ sequen.
Aduocati an quomodo & quando transmittant salarium ad hæredem. 145. cum sequ.
Salarium alicui debitum quando ad hæredem transmittatur ante præstitas operas decedente salariato, ibidem.
Bertrandus de monte Fauentino per Barto. nominatus qui fuerit. 147.
Tempus & pecunia diuisionem recipiunt plenè. 148. cum sequen.
Tex.l. Seio in princ. de ann. leg. ornatur. 148. cum sequen. vsque ad. 163.
Miles pro tempore captiuitatis nõ debet habere salarium & stipendium post restitutionem. 149. cum seq. & 170.
Onere duplici quem grauari durum est. 150.
Locati actio ad interesse competit. 152. & non datur aduocato & similibus sed datur offic. iudicis. 174.
Repetitioni locus est in contractibus in nominatis, altero nõ implente etiam per casum fortuitum. 135.
Retentio facilius conceditur quam petitio, longèq; fauorabilior est. 154. cum sequen.
Ratio generaliter in.l. assignata restringitur & intelligitur secundum terminos ipsius.l. 155.
Aduocatus per quem non stetit quin causam ageret, lucratur salarium pro defensione causæ datum. 156.
Merces & stipendium labori commensurari debent. 159. cũ sequen.
Famulus qui cepit seruire tribus scholaribus sub certo stipendio duobus recedentibus, & sic diminuto labore, an minui debeat salarium, & si alij scholares adiungantur & crescat labor, an augeri debeat salariũ, & quomodo hæc quæstio intelligatur. 159. & sequ.
Vnitis duobus territorijs, vel duabus prouincijs, si vnus rector remaneat, an augeri debeat salarium, ibidem.
Habitationis legatum indiuiduam rem continet: aliudq; est relinquere habitationem vel vt quis habitare possit. 162. & 163.
Salarium deberi ex contractu bonæ fidei vel ex dispositione legis aut contractu surrogato in dispositionem legis multum valet. 144.
Scientia respectus prærogatiuam meretur. 165.
Tex.§ item cum quidem.l.si vno loca. ornatur. 166.
Laboratoribus impeditis pluuia vel alio casu vsq; ad noctem laborare diminuenda est merces proportionabiliter, ibid.
Scientia & dignitas non habentur sine magno labore. 167.
Laborum præteritorum habenda est ratio in iurisccon. ideo licet consulat sine reuolutione chartarum, potest licitè præmium & stipendium accipere. 167.
Legati itinere capti vel spoliati, an indemnes de publico seruandi sint, & quid faciant in hoc Domini Veneti. 171.
Onere duplici quem grauari, non esse semper inconueniens. 172. cum sequen.
Vtilitas pub. respectu magistratuum & regiminis debet præferri vtilitati pub. consistendi in cõmodo pecuniario. 173
Aduocato & similibus virtuosis personis ex actu exercitij sui non competit actio ex locato, sed in factum, vel officium iudicis. 174.
Tex.l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. non habet locum quando aliquid datum fuit ratione scientiæ. 175. & 200.
Hęredes officialis mortui hodie vix consequi possunt solutionem salarij præteriti temporis, ita vt superfluum videatur de futuro disputare. 176.
Salarium legati vel lectoris totum transmittitur, licet solutiones diuisæ & distributæ sint per tempora, plenè. 177. cum sequ. & ibi, quando oblig. dicatur vnica vel plures.
Salarium assessoris mortui an transmittatur ad hæredẽ. 181. cum sequen.
Salarium lectoris mortui ante finem anni ad hæredẽ transmittitur ibidem, & tempore infirmitatis debetur eis salarium. 186.
Lectorum præeminentia ad alios doct. magna est. 184. cum sequen.
Lectores recedentes ante finem anni perdunt totum stipendium, nisi de licentia superioris recedant vel propter timorem pestis, vel tempore vacationum. 286. cum sequ.
Compromotionum commoda an per lectores transmittantur ad hæredem. 191.
Doctor in præsentatione scholaris ad subeundum rigorosum examen, dicitur præstare testimonium sufficientiæ. 192.
Potestas si nondum sit ingressus offic. sed fecerit præparamenta pro ingressu, an transmittat ad hæredem salariũ. 193. cum sequen.
Tex.l.fi.de excu. tutorum ornatur. 194.
Seruire per substitum in casu impedimenti quis potest. 155
Officialis an possit per alium apprehẽdere quasi possessionem. officij. 196. cum sequen.
Officiali electo an & quomodo acquiratur ius à die electionis vel acceptionis officij. 199. cum seq.
Tempus absentiæ & præparationis ad absentiam an æquiparetur. 200.
Tex.l.si pecuniam de cond. ob causam ornatur. 200.
Administratio officij facit vt quis tunc plenè cõsequatur dignitatem ipsius officij non ante. 202.
Magistratus extra locũ suę iurisd. est tanquã priuatus. 203.
Destinatum an pro impleto habeatur, & cingendus pro cincto est materia brocardica. 204.

Tex.§.i.l.

Tex. §.i.l.cum verò, de fideicom.lib. de non petente quod sibi debere amore, timore, & alijs respectibus, allegabilis est ad multa & signandus aurea manu. 105.
Salarium officij non perdit, qui de licentia superioris differt incipere. 206.
Incipere seruire obli. quanto tempore debeat seruiuisse. 207
Tex § vxori.l.qui concubinam de leg.iij declaratur. 207.
Offi sua culpa ab offi.remo an & qualiter amittat sala. 208
Testis falsus in vno censetur falsus in omnibus. 209.
Legatū non potest pro parte acceptari & pro parte nō. 210.
Lector qui discedit ante finem anni, vel non vult perseuerare perdit totum salarium. 212.
Salarium officialis delinquentis debetur sibi vsq; ad diem remotionis, & sic pro tempore quo fuit toleratus. 213.
Tolleratus non reputatur alius à vere existenti. 213.
Lector & officia, pro tempore infirmitatis consequi debent salarium. 214.
Famulus pro tempore infirmitatis, an debeat habere salarium. 215.
Potestate ab offi.remoto an salarium residui temporis debeatur assessoribus & comitibus. 216.cum sequen.
Tex.§ culpa.l.si merces loca exornatur. 217.
Aduocati an transmittant sal. residui temporis ad heredes, & quid de aduocatis repertis ignorantibus, & de aduocatis & schola. S.Petri. & quæ quantitas salarij sit licita in aduocato. 218. cum sequen.
Doctor supra in verbo reconductis. Lectores ibidem.

In l. diem Functo. ff. de offic. assesso. Interpretatio Patauina.



ANC pulcberrimam legem in Taurino. olim felici Academia primis annis, quibus ad onus lecturæ assumptus sui repetij anno quinto ac vigesimo iā
1 reuoluto † indeq; impressioni dedi. nūc precibus vestris auditores, dilectissimi in hoc celeberrimo Patauinorū Gymnasio iterū legendam assumpsi & cognoscentes, quanta ferant anni venientes commoda secum.

2 Creatura fuit Pap. † splendidissimi Iurisconsulti nunquā satis laudati viri de quo plura scripsi tam in frontispitio prædictæ repetitionis quàm in proœ. florum. & in tit. de orig. iur. floruit ac obijt sub Seuero & Ant. Caracallo Rom. Imper. post CHRISTVM natū annis. 200. circiterúe sub acutissimo Sceuola professus, cuius discipuli postmodum fuere Pomp. Pau. Vlp. & alij fere omnes iurisconsulti legū vertices, quorum monumenta iuuat diurna nocturnaq; versare manu, vt ex Elio Spartiano in vita Antonini caracalli & Lampridio in historia Alex. principis apparet.

Materiam istius legis subtiliter tractauit Bart. in. § diuus l. j. ff. de var. & extraor. cog. hic vero satis leuiter, ideò Alex. hic. 6. col. & infra in rub. de acqui. hæreditate cōcludit hanc
3 lecturam non fuisse Bart. † propter diuersitatem stili & rationem adductā ibi per ipsum, quem alij scribentes hic sequuntur, cuius rei fortissimum mihi videtur argumentum, quòd doctrina ipsius Bar. ibi differt à lectura super hac lege posita tanquā aurum ab Aere mosq; Bar. fuit in difficilibus
4 oppositionibus incipere prout ibi fecit † ferro. n. quasi viam aperit qui per contraria transit teste Bal. in. l. precibus col. 6. C. de impu. & alijs subst. hic aūt id minimè fecit, ergo, &c.

In præsentis legis expeditione procedā apostillando textum, præfationes nonnullas faciendo, notando, absoluendo gl. dicta Bart. attributa, Alexan. Dec. & aliorum secundum ordinem solitum.

Diuiditur in duas partes principales, prout ponit duas decisiones secūda ibi diuersum, summari diuersimodè posset secundū diuersitatem intellectus, veritas summarij dependet ab intellectu tenendo. Sed si ante excusionem ipsorū intellectuū ocius illud desideraueris retento cōmuni intellectu potes summare vt hic per Bal. & Iaso. sed secundū verū intellectū infra ostēdendū alio modo oportebit summare.

Rationes dubitandi, & decidēdi possent assignari ex his quæ contra Fulgos. scribunt hic Ias. colum. antepen. versi. v. mouentur Moder. Bon. colum. j. & Taur. sexta arti. vlti. vel aliter dicas dubiū fuisse in prima parte. l. quia cessante causa cessat effectus. l. adigere. §. quamuis infra de iure patro. cap. cū cessante de appella. ideò operis, & seruitijs comitū cessantibus finito officio morte legati videbatur, pariter cessare debere salarium pro operis debitum.

Ratio aut decidendi oppo. est, quia per eos non stat quin seruiant, propterea stipendium residui temporis eis præstandum vt hic & infra locati. l. diem functo cum alijs adducendis in primo notabili. nec casus contingens in personam legati damno comitū esse debet. hinc est quòd si operas suas alijs locauerint salarium prædictum petere non possunt, vt his iuribus dicitur. tum quia stat tunc per eos quin seruiant, duobus enim seruire non possunt. tum quia tunc cessat eorum interesse cum ab alijs salarium accipiant. Ex quo patet responsio ad rationem dubitandi. Ad versicu. fina. leg. nostræ ratio dubitandi adhærendo communi intelligentiæ assignari potest, quia renuntio legati ab officio damnū stipendij comitibus afferre nō debet. l. si quis in suo. §. legis. C. de in offic. testa. l. non debet infra de regu. iur.

Ratio decidendi opposi. quia præses culpa assessorum remotus præsumitur, ideò mirum si salarium residui temporis eisdem assessoribus denegatur, hunc tamē communem intellectum non esse tenendum luce clarius infra probabimus, accommodātes alium nouum, & verum intellectum ad versicu. finalem legis nostræ. Et ibi assignabimus veras rationes dubitandi & decidendi.

Diem functo exorditur hic Papi. fungor ablatiuo cōmuniter iungitur aliquādo accusatiuo, vt hic sed antiquitatem sapit, sæpeq; apud Plautū & Terentiū reperitur, & Euphoniæ gratia id hic Papi. fecisse credendū est, Iocundius. n. est
5 ad aurem † qua ratione nonnunquam à regula receditur, vt pulchrè per Aul. Gel. ad finem. 7. cap. lib. primi. Est autem fungi dignitatem, aliquam vel officium habere regereq; vt patet hic & alijs in locis, quandoq; est finire vnde vita functus dicitur qui vitam finiuit, vt per Lactātium. lib. quarto.

6 In eodem tex. ibi legato, † id est præside prouinciæ secundum glo. primam, nec malè interpretatur quū Iurisconsultus sic exponat in. l. pen. supra de offi. præsid. Intelligi tamen potest & locum habet in omni olio legato, de quo infra in titu. de legat. secundum cōmuniter doctores infra super gl. prima. eadem enim est ratio salarij comitibus cuiuscunque legati præstandi post mortem legati ante finem officij quæ est defuncto præside vt statim dicemus, ergo eadē iuris dispositio per iura vulgata. Secundo quia hoc iudicat & patitur proprietas verbi legati de quo in textu, nec repugnat natura titu. de offic. assess. sub quo posita est hæc lex, quia ad titulum satis facit, non solum enim habet locū in præside legato, assessores de quibus hic titulus tractat secū conducente, sed generaliter in omni legato comites secum similiter conducente, de quibus in hac lege etiam fit mentio.

7 In eod. text. † ibi salarium. i. stipendium & honorarium, quamuis enim vulgares hoc vocabulo cōmuniter vtantur, latinum tamen est eoq; vtitur iurisconsultus hic in. l. fin. infra eodem, & in. l. infra de var. & extra. cognit. & in. c. statutum. §. assessorum de rescriptis in sexto & alibi sæpe.

8 In eod. text. ibi comitibus † eodem vocabulo vtitur iurisconsultus in prædicta. l. j. in versic. sed & si comites. Accurs. vbiq; pro assessoribus verbum accepit Ange. Ias. Dec. Aquen. Cur. & alij cōmuniter etiam in alijs comitibus generaliter intellexere, & respondet Dec. argumento sumpto à natura titu. vt per eum suadetur hæc intelligentia ex vi, & proprietate ipsius vocabuli comitū, est enim comitari aliū se maiorem sequi, secundū Ciceronem & alios sed non solum assessores sequuntur legatos & præsides, verumetiam

multi alij illis necessarij,quę quidē declaratio de plano pro-
cedit tantum ad primā partem legis, sed vltima pars secun-
dum communem intellectum, nō videtur posse intelligi in
omnibus comitibus,sed in assessoribus tantū,eo quòd ratio
negligentiæ, ac culpæ propter quam legatus ab officio fuit
remotus, quæ secundū scribentes communiter in dubio ad
scribitur assessoribus, qui debebant legato bene consulere,
illumque rectè instruere, vt infra videbimus, cessat in alijs
qui non sunt iurisperiti nec pro consiliarijs conducti,sed vt
inseruirent in alijs legato necessarijs,ergo cessabit etiam le-
gis dispositio,& illis præstandum erit salarium,licet legatus
ab officio remotus fuerit, nisi appereret eorundem comitū
culpa remotum fuisse legatum, quia tunc nec ipsis debere-
tur salarium residui temporis, Argumēto textus in.l. quod
quis ex culpa infra de reg. iur. sed secundum verum sensum
per me infra aperiendum alia est intētio Pap. in fine nostræ
legis, secundum quam nihil refert, loquatur text. in præce-
denti parte de assessoribus an de alijs comitibus, & sic gene
raliter potest intelligi de omnibus comitibus,secundū pro-
priam significationem vocabuli.
9 In eo.tex.ibi † præstitum est,hoc verbum magnam ob-
scuritatem ac difficultatem in lege ista causauit.quidā enim
legunt præstitum,vt communiter habuerunt glo. & docto
res in antiquis codicibus, sed patitur multas difficultates, &
plures accōmodantur per doctores intellectus, ad hūc tex-
tum, vt dicam statim, alij præstitutum legendū esse conten
dunt,ad tempus relationē facientes,legatis pręstitutū, id est
præfinitum tempus, vt hic per Budeum in annotationibus
suis,& Moder.Medio.libr.iiij. dispun.cap.20. facientes ta-
men relationem ad salarium, & secundum prædictā decla-
rationē Budei, legem hanc ita intellexere prius ambo De-
cij & Cur. hic. veritas patebit ex discusione intellectu ad
hanc legem statim facienda. Miror quòd nullus ex mode.
viderit super hoc text.literam florentinam, & quomodo in
illa habeantur verba ipsius legis retulerit.
10 In eod.text. ibi † debetur vtrum ab hæredibus legati vel
à Republica.hoc intelligi debeat, doctor. communiter di-
cunt ab hæredibus legati per alium deberi, vt hic per Alex.
colu.prima,& Curt.tertia.& eundem Curt.in rubrica supra
eodem de quo latius infra videbimus.
In eod. text. ibi eodem tempore, de residuo intelligitur
de quo supradixerat pro quo salariū petitur vt est tex. aper-
tus infra loca.l.diem functo.
In eod. text. ibi diuersum in eo hic versic. finalis legitur
11 etiam multis modis, vt infra statim dicam, † Sed anteà vi-
deamus vtrū Papi.bene dixerit diuersum,&c. determinan-
do in fine legis contrarium eius quod in prima parte in co-
mitibus dixerat respectu salarij comitum, videlicet ꝙ licet
mortuo legato salariū residui temporis comitibus, & asses-
soribus pręstandum sit,tamen si fuerit ab officio legationis
remotus legatus, non sit præstandum secundum intel.gl. &
docto. videretur debuisse potius contrariū quam diuersum
dicere, quum prædicta vocabula multum differant.l.nemo
probibetur.ff. de excep.l.iij. ibi diuersis vel contrarijs cum
ibi notatis per glo.& Bar.ff.vt leg.not.tradunt Bald. Decij,
Aquens. & omnes scribentes in.l.fi. per illum textum.C.de
eden.& Bald.in.l.prima.C.de furtis,colum.iij.contraria di-
cuntur opposita, & repugnantia quę simul stare nō possunt,
puta quòd eadem scriptura vera sit & falsa, Item approba-
tio & reprobatio circa eandem rem.l. vbi repugnātia.ff. de
reg.iur.l.prima.C.de furt. Item si vnus testis dicat me con-
traxisse,alter neget de necessitate vnus verum dicit,alter fal
sum.l.optimam.C.de contrahen.& committen. stipul. Bal.
loco proximè allegato.diuersa sunt separata, vt diuersa iura
ex diuersis fontibus aut personis orta.l. hęreditas materter-
ræ.C.de pet.hæred.& dicta lege nemo prohibetur cum ibi
notatis de exceptionibus, ponit Salyce. in præalleg.l.prima
colum. secunda, exemplificādo in exceptione pacti iurisiu-
randi,& rei iudicatę sed Papinianus hic de oppositis dispo-
sitionis præstandi & non pręstandi salariū pro residuo tem-
pore loquitur, ideò &c.

Dici potest quod licet cōtraria directo propriè dicātur,
quando sunt penitus opposita ac priuatiuè omni respectu,
& casu vt per glo.in præalleg.l.tertia.Bald.& Salyce.in.d.l.j.
C.de furt.ac diuersa propriè separata dicantur,tamen in iu-
re nostro diuersum ponitur sæpe pro cōtrario, vt in lege le-
cta versi. sed cum sortis infra si cer.pet. notant omnes mo-
derni in.d.l.fi.C.de edendo, idque est largè sumpto vocabu
lo.legistæ enim non ita dialecticant in verbis, sed rerū exi-
tus ponderant,Bal.in.d.l.prima colum. tertia, nimitum igi-
tur si hic diuersum pro contrario ponitur, vel aliter quòd si
diceretur mortuo legato, salarium residui temporis deberi
comitibus, & salarium nō esse debitum comitibus mortuo
legato ante finem officij,hęc essent penitus directò & pro-
priè contraria, sed dicere quòd mortuo legato debeatur sa-
larium residui temporis comitibus,& quòd remoto legato
ab officio non debeatur sibi salarium, nō sunt propriè,& di
rectò contraria,sed diuersa, propter diuersitatem persona-
rum & factorum præallega.l.tertia cum glo.vt leg.no.caue.
declarat pulchrè Aquens.in.l.si cum dotem, colum.iiij. an-
tepen.infra solu.matr. Bald.loco præalleg.& Bart.in.§.vtrū
l.si is qui ducenta de rebus dubijs, dicit quòd ad hoc vt po-
sitiones propriè dicantur cōtrariæ,necesse est, vt de eodem
subiecto prædicentur in eadem qualitate positiuè & priua-
tiuè, vt Petrus currit & Petrus non currit, sed quādo varia-
tur qualitas subiecta, licet prædicata sint opposita, positio-
nes non dicuntur contrariæ, sed diuersæ. vnde in terminis
nostræ legis, quum varietur qualitas subiecta & factum le-
gati ante finē officij mortui, & legati ab officio remoti de
salario residui temporis comitibus debito, ad salarium ipsi
legato debitum, vt infra declarabo, rectè & propriè Papin.
diuersum esse dixit.
Pro intelligentia legis & materię nonnulla præmittenda
12 sunt.in primis † quòd assessores de quibus loquitur hic titu
lus, dicuntur illi qui iudicibus assistunt eosque instruunt ad
procedendum & rectè iudicandum.l.j.supra eo. &.l.j.C.de
assessoribus. inuentum est enim officium assessoris, vt impe
ritiæ iudicantium succurratur iuribus præalleg. &.l.fi.C.eo.
ex quo plura inferri possunt, vt per Deci. supra in rubr. qui
assessor multis alijs nominibus nuncupatur, vt hic per Ias.&
modernos & paridem in tractatu syndicatus car. 24. in ver
13 bo assessor. & Deci.in consi.8. † & dicitur aliquando iudex
sed impropriè & largo modo,quum nō habeat iurisdictio-
nem à qua iudex denominatur capitu. forus, de verborum
significatione.sed eius officium est habentibus iurisdictio-
nem consulere,iuribus præalleg.vt per Iaso.in rub.præsen-
tis tit.Et Dec.in.l.j.colum.prima,supra eod.& in.d.consi.8.
14 colum.secunda, officialis autem propriè potest dici, † vt in
aliquibus locis nuncupatur ab officio,quod habet,maximè
quum terminus officialis latissimus sit Geminianus in cap.
vt officium de hæret.lib.6. Dec. & omnes in rubr.de offic.
deleg.& etiam supra in rub.de offic.eius.
15 Qualis debeat esse assessor, † habetis tam per leges nostri
tituli,quàm per leges codicis.de assessoribus. per Iaso.Cur-
tium,& alios Moder.in rub.supra eo.& Deci.in cap.2.in.5.
&.6.quęstione de iudicijs,& secundum scrib. in locis pręal.
laicus nō potest esse vicarius Episcopi, quia laici in clericos
iurisdictionem habere non possunt, ca. Ecclesia S. Mariæ
de constitutionibus,assessor tamen esse potest, quia non ha
bet iurisdictionem,& ideò in Ciuitate nostra Vercellarum
coniugati,& laici, sæpe assessores sunt Episcoporum.
16 Nunquid tale officium sit dignitas, † doctores commu-
niter concludunt quod non per.l. secūdam supra eo. iuncta
l.j. C. ad.l. visce. vbi liberti qui non poterant habere digni-
tatem ab officio assessoris non repellebantur, hodie liberti
non prohibentur habere dignitatem in auten.vt de cęte-
ro.lib.collatione.6.vt per Moder. in rubr.supra eodem, Pu-
teum in trac.præall.& Deci.in.d.l.ij.facit quia (vt dixit) as-
sessor nullam habet iurisdictionem quę dignitatem tribuit,
vt habetur in.l.infra.§. titu.j. nisi esset quis assessor & consi-
liarius Principis,à cuius latere illustraretur iuxta legem vni-
cam.C.de proposi.labo.lib.12.ibi quos nostri lateris comi-
tatus

tatis illuſtrat, & l.quiſquis. C.ad l.iul.maieſtatis vbi Ange.
17 notat, † nec mirũ quia etiam coquus principis dignitatem
habere dicitur, vt per Rom.in ſing.ſing.655.incip.nunquid
eſſe coquum, & ideò Enſeb. Cæſar. & alij Hiſtorici digni-
tati id attribuentes, ſcribunt Vlpianum aſſeſſorẽ fuiſſe Ale.
Seue. Romanorum Imperatoris, Eſt tamen honor & offi-
cium honorificum aſsidere quod multi illuſtres iuriſcon-
ſulti exercuere in hoc ſe gloriantes, & ſi principibus non aſ-
ſiderent vt patet ex his quæ ſcribunt Iaſ. & alij in rub. ſupra
18 eo. Pau. Caſt. Dec. & alij in d.l.ij. † licet ergo quis non ſit do
ctor, & ſic in dignitate conſtitutus aſſeſſor tamen eſſe po-
terit modo ſit iuriſperitus, niſi ſtatuta particularia doctora-
rum requirerent vt probatur per leges iſtorum titulorum
de aſſeſſoribus, tradunt Paris loco præall. in verbo poteſtas,
Curtius ſupra in rubr. & Modet. Tauri. in hic in.3.art. Iaſo.
in le. filiæ licet colu.3.C. de colum. & Felyn. in proœ. Gre-
gor. colum. iiij.
19 Aetas verò legitima in aſſeſſore, † quicquid dicant præfa
ti Moderni hic in ſeptima col. eſt poſt annum.17. per tex. in
§. initium l. primæ. infra de poſtulando, vt poſt Bald. Card.
& Imolam, ſcribit Barb. in ca. cum viceſimum de offi. de-
legati nec obſtat lex quidam conſulebat cũ notatis per Ale-
xandrum infra de re iud. quia loquitur in iudice. in quo fun
datur iuriſdictio nos in aſſeſſore ſecundum pręallegatos.
Nec aſſentior dicentibus aduocatum ex malo conſilio
non obligari quum oppoſitum verius videatur vt per Car-
dinalem in cle. ſępe ad finem principij de verborum ſigni-
ficatione Soc. in lege quidem col. ſecunda, infra ſi certum
petatur Fely. in cap. primo. col.12. de conſt. & Deci. in lege
conſilij col. prima. infra de reg. iur.
20 A quibus autem eligatur aſſeſſor, † quidam conſtituunt
differẽtiam inter ius ciuile & canonicum eo quod ordinarij
de lege ciuili poſsint ſibi aſſeſſores eligere. le.j. & l. liceat. C.
eo. & in auct. de mand. princ. §. feſtinabis. l. ſecunda. §. poſt
deinde cum cẽſus de origine iuris vbi dictator magiſtrum
militum ſibi eligebat non autem illum conſtituebat popu-
lus, & notat Dec. infra eo. in lege fina. ſecus de iure canoni-
co capitulo quum ab omni de vita & honeſtate clericorum
delegati vero ſic iuxta formam c. ſtatutum. §. aſſeſſorum de
reſcriptis in ſexto, ſed Abbas & alij in dicto capit. quum ab
omni col. fina. oppoſitum volunt quod etiam de iure cano-
nico ordinarij poſsint eligere ſibi aſſeſſores & ita ſeruatur
de conſuetudine, nec text. præallegati cap. refragatur quum
ſolum prohibeat ſalarium nomine aſſeſſorum exigi nõ au-
tem prohibet electionem & aſſumptionem aſſeſſorum. &
eſt ratio quia dicti ordinarij tenentur per ſe canones ſcire
vnde ſi volunt aſſeſſores aſſumere qui eos inſtruant de pro-
prio ſatisfaciant. Et etiam delegati de iure ciuili poſſunt aſ-
ſeſſores eligere, quicquid dicant præfati ſcribentes. vt per
Bart. in aucten. in iud. in prin. nec requiritur conſenſus par-
tium in electione & aſſumptione aſſeſſoris Abba. Felynus
& alij in cap. ſuper quæſtionum in. §. verum de offic. dele-
gati Philip. fran. in dicto. §. aſſeſſorem, col. prima. vbi etiam
per alios cano. poſſet autem Reſpublica vel ſuperior magi-
21 ſtratui electo aſſeſſorem cõſtituere ac deputare, † quod eſſet
vtilius ipſis magiſtratibus iuxta notata per Alexãdrum in l.
ſecunda. col. fina. infra quod quiſque iuris, puteum & Mo-
dernos in locis pręallegatis.
22 Sed an † poſsit quis cogi ad aſſumendum officium aſſeſ-
ſoris, aliqui ꝙ nõ per legem primam. C. eo. & quia in patria
propria aſſeſſor quis eſſe nequit. l. iij. ſupra eo. & l. in conſi-
liarijs. C. eod. titul. & extra territorium iuſdicentis impunè
nõ paretur. l. fin. infra titu. j. quomodò igitur poſſet ordina-
rius cogere aliquem ad aſſumendum officium aſsidẽdi? In
contrarium tamen eſt veritas argumento. l. ſi quis magi-
ſtratus cum ibi not. ff. de mun. & hono. & l. munerum in. §.
iudicandi quoq; neceſsitas. illo eod. titu. & ita tenet Alb. de
Roſa. in l. j. ſupra eodem & Paris ſupra allegato verbo pote
ſtas, Nec obſtat ꝙ in patria ſua quis aſsidere nõ poſsit, quia
reſpondeo, ꝙ imò intra quatuor menſes lege permittente
id faciet. d. l. in conſiliarijs, quo tempore poſſet ob ordina-
rio ibi cogi. Prætereà diſpoſitio prædictarũ legum de con-
ſuetudine non ſeruatur vt per Dec. in d. l.3. Rurſus per Prin
23 cipem & ſuperiorem poteſt quis cogi, † ad aſſumendum of-
ficium ſi idoneus ſit iuxta gl. no. in l. dotem. ff. ſol. matri. tra-
dit Bald. in. l. ij. l. quod quiſq; iuris in. l. ſi quando colu.3. & in
le. hi qui ad officia col.3. C. de appella. & Fely. in rub. de te-
ſtib. cogendos, ergo ad aſsidendum, etiam extra propriam
patriam, & ad legem primam. C. de aſſeſſor. vbi aſſeſſores
ſpe pręmiorum non metu aut neceſsitate aſſociandi ſunt:
Reſpondeo ſtudiorum laborem id mereri, tamen ſi beni-
gnè inuitati & honeſtis ſtipendijs aſsidere nollent non pro-
hibet tex. quin poſteà cogi poſsint. ſed in hoc minimè la-
borandum eſt: quando quidem hodie non ſolum talia of-
ficia quærentes verumetiam ementes vbique inueniantur.
24 Rurſus pulchra & vtilis inſtat difficultas, † quis de ſala-
rio ſe debeat aſſeſſoribus prouidere, ſeu à quibus cõſequi
debeant ſalaria, Seue. hic in quæſtione.10. & 14. poſt Fulg.
tangens non diſſoluit, dicendum ꝙ iudices ordinarij id fa-
cere debeant, ſiue ſint ſeculares, ſiue eccleſiaſtici. de ſecula-
ribus probatur hic & infra loca. l. diem functo, nec refraga-
tur. l. fi. infra eo. &. §. feſtinabis in auctenti. de manda. Prin.
& in aucten. iuſiurandum quod præſtatur ab his in princi-
pio. ij. collatio. quod de publico ſeu à fiſco ſalarium anno-
naſq; accipiunt iudices, vt tenẽt per illa iura, Alb. Fulg. Seue.
& Dec. vt per Seue. infra in quæſtio.10. &.14. Dec. Mode.
Bonon. in l. fina. j. eo. quia intelligitur, ꝙ aſſeſſores & ordi-
narij de publico accipiant ſalarium pro ſe & comitibus ſuis
quibus deinde quod iuſtum eſt ſoluant. Ita ꝙ conſiderato
effectu & mediate de publico ſalarium habent, immediatè
verò ab ordinarijs & rectoribus dicuntur accipere. Et iſta
eſt communis oppinio doct. vt poſt gloſam tertiam hic &
Ci. volunt Bar. & Alexã. col. j. Paris loco præalleg. Curtius
ſupra in rub. Abbas in d. cap. quum ab omni, Moder. tauri.
infra in. ij. col. vlt. art. & Moder. Bonon. ſupra glo. in verbo
legatis ad finem, & ita ſeruatur de conſuetudine, quia Prin-
ceps vel ſuperior de ſalario comitum præſidis vel rectoris
ſe non impediunt, ſed ipſi rectori id onus remittunt proui-
dentes illi de competenti ſalario pro ſe & familia ſua.
Quæ concluſio procedit etiam ſi ſuperior, cum magi-
ſtratu ordinario eligeret ac deputaret aſſeſſorem, quicquid
dixerit Alb. vt per Corneum in conſi.201. lib.4. Mod. taur.
loco præallega. & Dec. in d. l. fi. vbi vult ꝙ indiſtinctè per-
cipiat ſalarium de publico, quod intelligi debet iuxta ſupe-
rius dicta vt magiſtratibus detur ſtipendiũ pro ſe & comi-
tibus ſuis, De iudicibus Eccleaſticis ordinarijs ꝙ ipſi teneã
25 tur prouidere aſſeſſoribus ſuis de honeſtis ſtipendijs, † mi-
nus dubium eſt, quia ipſi tenentur ſcire canones per ſe, vnde
ſi egent alterius conſilio, aut aſſeſſores habere velint, ex pen
ſis proprijs accipiant, quod probatur in. d. c. quum ab omni
cum notatis ibi per Abbatem & alios, & per ſummã An-
geli. in verbo iudex verſic.16. & ita ſeruatur de conſuetu-
dine, quia epiſcopi de competenti ſalario aſſeſſoribus ſuis
26 prouident, † ſed delegati in cauſis particularibus aſſeſſori
& conſultori expenſis partium de ſtipendio prouident pręal-
leg. §. aſſeſſorem cum ibi notatis per gloſ. & ſcribentes &
per Dec. infra eod. in. le. fina dummodo delegatus fraudu-
lenter non diceret ſe egere aſſeſſore, aut in lucro participa-
ret, quod illius conſcientiæ remittitur. d. §. aſſeſſorem cum
gloſ. vt per ſummam Angel. & Modernos in locis præalle-
gatis, ſunt tamen in pluribus locis ſtatuta vel conſuetudo
ſtatutis æquiparata. le. de quibus ſupra de legibus, quæ loco
ſtipendij de publico exoluendi permittunt datam aut ſpor-
27 tulas à partibus accipere. valentque, † vt per Romanum in
ſingu. ſing.183. incip. tu ſcis ꝙ ius canonicum. Corſe. ſing.
ſuis in verſiculo ſportulæ, ſed ſi habent ſufficiens ſtipen-
dium nõ poſſunt nec debent à partibus quicquam accipe-
28 re, † etiam ꝙ eſſent eſculenta & poculenta de quibus in
lege ſolent. §. fina. ſupra de offic. proconſ. & legati & in lege
plebiſcito cum gloſ. ſupra de offic. præſidis & in auc. de Bi-
liſario Vicario conſulis collat. ij. & in auctent. iuſiurandum
quod præſtatur ab his, & c. tradit Alex. in conſi.206. col.3.
lib.2.

libr.2. nisi statutum vel decretum principis, aliud fortassis
disponerent prout in ditione Illustriss. Principis nostri Sa-
baudiæ ducis, vt patet in decreto posito sub rubrica vt sine
subditorum.lib.2.& in decretis nouissimis. Caroli secundi
sub rubrica nil recipiant vltra stipendia, Ad quorum decla-
rationem plura scribuntur per Alexan.Corn.& Modernos
29 præallega. Dicit tamen hic Alber.† ꝙ si assessores non ha-
beant ab ordinarijs stipendium, vt sæpe contingit, possunt
illud à partibus petere, ne officium sit eisdem damnosum.
idem voluit Sal.in.l.iubemus ad finem.C.ad.l.Iul. repetun.
& Corse.loco supra allega. sed Curtius supra ad finem rub.
tutius esse putat in consciẽtia se ab officio abstinere, nisi de
publico constituatur sibi salarium.§.festinabis præalleg. &
le.fi.infra eod.Si tamen princeps non posset officialibus de
competenti stipendio prouidere, deterius esset Rempubli-
cam sine iudicibus relinquere, quam sportulas vel salarium
à partibus accipi, ideò non crederem tunc accipientẽ con-
tra conscientiam facere, præallega. capitulo quum ab om-
ni. à contrario sensu cum alijs adductis per Corsetum loco
præallegato.
Item limita.prædicta vbi partes peterent consilium pe-
30 ritorum in aliquo articulo, †quia simplex assentiri velit, non
enim cogitur nisi statutum aliud disponeret, vt per Dec.in
cap.intimasti col.j.de appen. Tunc expẽsis partium peten-
tium id fieri debet vt per Ias.in.le.prætor ait.in.§.his etiam
infra de re.iud.& Dec.j.in fin.ꝙ si altera pars tantum petat
expensis petentis fiet, quicquid dicat Ias.in.d.§.is etiam vt
per Deci. loco proximè allegato, nisi allegationes partium
dubitationem causassent, quia tunc vtraque pars in expen-
31 sis contribuere teneretur, † vt pulchrè per Saly.in.le.verba
colu.j.C.de adult. partibus autem non petentibus, quando
iudex dubitat potest petere se instrui & consi. sapiẽtis cau-
sam committi vt per Dec.c.intimasti col.penul. sed hic fa-
cere debet suis expensis per prædicta.
32 Tertio limi. † quando magistratus non haberet assesso-
rem ex natura & qualitate officij non apti supportare onus
assessoris iurisperiti, vt in potestarijs villarũ & Castrorum
tunc enim licet ipsi ordinarij de publico salarium recipiant,
tamen assessorem & consultorem assumunt expensis par-
tium, ne si de proprio deberent accipere, officium esset eis
dãnosum, contra legem siquis ex signatoribus infra quem-
admodum testamenta aperiantur & ita in Italia de cõsue-
33 tudine seruatur, † Quando verò alter ex litigantibus soluit
pro parte aduersa sportalas à iudice taxatas pro consi.asses-
sorijs si vincat, illas ab aduersario recuperabit. vt per Bar.in
d.l.iij.C.de adul.& Dec.infra in.l.fi.ad finem.
Præmitto propius ad textum accedendo quod hæc lex
diuersimodè à scribentibus intelligitur tam in princ. quam
34 in fine legis, & nescio an Petrus ille baiardi, † qui iactabat
se de quacunq; difficili.l.sanum extracturum intellectuum
id hic faceret aut forsitan per verbum nescio responderet,
prout fecit in.l.penul.C.si. regu. secundum Accur.ibi.
Volo discutiamus in primis intellectus per scribentes ac
35 commodatos ad principium legis, † postmodum alijs qui
dantur ad versiculum finalem & Deo fauente à capite (vt
aiunt) ad plantas bene hanc legem intelligatis, Fui quando-
que opinionis ꝙ Papin. diuini ingenij vir & iurisconsultus
splendidissimus dilucidè legem hanc composuisset prout
refertur infra locati in lege diem functo, & ea quæ hic dif-
ficultates causarunt & obscuritatem, prout verba illa quod
legatis præstium est, & verba fina.versic.addita fuissent per
36 Tribonia. & socios pandectarũ compilatores, † de quibus
in proœ.digestorũ.ac insti.& in.l.j.ac.ij.C.de vet. iur. enuc.
quemadmodum sæpe alibi fecerunt, vt per glo.primam in
ru.supra de ius.& iu.in.l.si iudex in verbo legitima, infra de
iudicijs.& in.l.si nõ mortis in verbo repleatur, infra de in-
officioso testamento, quæ quidem potestas addendi, detra-
hendi, & mutandi prout expediens videretur, Tribonia.&
socijs cõpilatoribus supra nominatis specialiter & expressè
per Imperatorem concessa fuit, prout sæpe dicitur in.d.l.j.
col.3.C.de vete.iur.enuc.nunc ab ea opinione discedo quia
diuinationem non modicam continet, & infra ostendam
legem ipsam secundum verum sensum Papin. declaratam
recteq; intellectam pulchrimam, & elegantissimam esse,
iurisconsultus hic contradictionem implicare videbatur.ꝙ
assessoribus & comitibus debeatur salarium, quod à legatis
pręstitum est, si enim pręstitum & solutum fuit amplius nõ
debetur, & potius de repetitione quã de petitione tractan-
dum videbatur.
37 Primus intel.fuit glo.hic, super verbo legatus, † vt vo-
luerit Papin.dicere ꝙ mortuo legato, seu Præside, durante
officio salarium residui temporis quod à legatis præstan-
dum est, debeatur comitibus ipsis, pro toto tempore offi-
cij, cum quo intellectu transeunt hic Bar.Pau.Cast.Alexan.
Seuer.& Ias.col.j. dicens communem & necessarium, qui
quidem intellectus verissimus est in se, probaturq; secun-
dum præfatos scrib.in.leg.diem functo, infra locati.Sed ad
hunc textum accommodari non potest, nec tenendus est,
quia verba legis pœnitus refragantur, exponi enim deberet
verbum præstitum, id est, præstandum contra proprieta-
tem vocabuli, Secũdò multa subaudire oporteret circa ver
bum legalis, primo.præpositionem à, quę non est in textu,
secundò dictionem quondam, à legatis, scilicet quondam,
Quandoquidem ab ipsis legatis mortuis salariu mpræstari
nequeat, tertiò verbum est pro erat præteriti temporis, vi-
delicet præstãdum erat à legatis quondam, quæ expositio-
nes & subauditiones quantam ineptitudinem & absurdita-
tem contineant, quis est, qui non videat. ita vt valde mirer
ꝙ doctores communiter hunc primum glossatoris intelle-
ctum approbauerint, Sed solent doctores nostri aues imi-
tari contra primam volantem sequuntur cap. in apibus.7.
quæstione.1.tradunt Dec.in consil.481.colu.fina. & Curt.
Iu.in consi.63.& dixi in leg.in versiculo quod ad magistra-
tus, supra de orig. iur. ꝙ in.§.fina.legis vnicæ, infra si quis
iusd.non optempera. nec satisfaciunt, quæ ad nonnulla ex
præscriptis dicunt tenentes & sequentes prædictum intel-
lectum, ad primum enim dicebat Ias.hic colum.prima ne-
cessarium esse exponere præstitum, idest, præstandum per
textum in.d.l.diem functo infra locati, qui verbo præstan-
dum vtitur, sed est consequentia in baroco, quia lex illa dif-
fert ab ista tanquam lux ab vmbra illa clara & sine difficul
tate, ista obscura & hactenus per nullũ qui scripsererit in-
tellecta. hicq; plura leguntur quæ ibi non sunt, vt verbum
legatis præstitum, & versic.fina.Est igitur violentia expo-
nere præstitum, id est præstandum & diuinatio extraneũq;
tot verba vt supra dicebam subaudire, Nec obstat, ꝙ in le-
ge diuortio infra de neg.gest. & alibi similis expositio fiat,
vt per Alexan.& Mode.Bonon.super glo. in verbo legatis,
quia nusquam fit tanta subauditio pręposîtionis & tempo-
ris prout fieri deberet in lege nostra, secundum prædictum
intellectum, sed solum subauditur in.ll.allega. per præfatos
quondam quod in conueniens non est, quum id fere pateat
ex ordine literæ loquentis de eo quod fuit, ideò expositio
illa quondam, scilicet non extranea, secus in pręposîtione à,
& quondã in terminis nostræ legis, sciuisse æquidem legis-
lator id dicere si voluisset iuxta vulg. textum leg. vnicæ in
versiculo sinautem ad deficientis.C.de cad.tol.prætereà re-
fragatur quod proximè dicebam & pariter quod statim di-
cam, nec etiam satisfacit respon.Iaso.& Alexan.ad tertium
quod verbum est adaptetur etiam ad præteritum leg. ver-
bum erit.ff.de verb. sig. quia illud non est ex propria signi-
ficatione vocabuli, sed ex coniecturata mente loquentis vt
vice præteriti fungatur ita vult text. & glos. ibi, & declarat
Gellius in capitulo septimò lib.17.quæ coniecturata mens
non apparet hic. prætereà illud procedit vbi verbum est
determinat participium captum aut surreptum, nam con-
funditur cum præterito & desinit esse præsens, sed quando
determinaret participium præstandum futuri temporis vt
in teminis nostris capere pro præterito, vt mihi videtur es-
set album pro nigro exponere, & si dicas incõueniens istud
cessare, secundum intelligentiam & declarationem Alex.
hic super glo.legalis & æqui. Aquens.in principio cõmenti
ꝙ verbum

ꝙ verbũ legatis in genere accipiatur non de legato & præside mortuo, volueritq́, Pap. dicere, ꝙ mortuo legato ante finem officij, salarium quod communiter à legatis assessoribus & comitibus pręstãdum est, debeatur comitibus legati mortui pro toto tempore officij, Quæ intelligentia bona non videtur, quia non salarium solutum dari à legatis comitibus suis præstandum est ipsis assessoribus & comitibus legati mortui, sed in primis attenditur conuentum lege semper in stipulationibus infra de reg. iur. l. j. §. si conueniat. de do. & voluit Bar. j'. in. j. col. prætereà militant alia de quibus supra quia oporteret subaudire præpositionem, & dictionem quondam & exponere præstitum, idest, præstandum.

38 Secunda lect. † vt hæc lex intelligatur, ꝙ mortuo lagato ante finem officij, salarium residus temporis. quod hæredibus videlicet legati præstandum primò est, debeatur inde assessoribus & comitibus legati per eius hæredes, cum qua lectura transeunt Bar. & Seuer. hic in principio vera est in se, vt per Bar. j'. in versi. ego autem reuoco, non conuenit tamen legi nostræ, primò quia in textu præstitum est. non autem præstandum, secundò quia mortuo legato non esset sibi præstandum salarium sed hæredibus, de quibus in textu nostro nullum verbum, sed tantum de legatis, prætreà, hæc lectura presupponit ꝙ salarium non fuerit aliquo modo præstitũ, nec debuisset solui ipsi legato in principio sed in fine officij, quod durum est vt in superioribus dixi.

39 Tertius intellectus, † ꝙ loquatur hæc lex de salario ipsi legato pręstito, & similiter eo mortuo assessoribus & comitibus per hęredes legati præstando pro residuo tempore, cum per illos non steterit quin seruierint, & hunc intellectum approbant & sequuntur Barto. & Paul. Cast. hic & Moder. bon. super glo. legatis, & ego pariter secutus sui in repe. Taur. quia non sit violentia literæ nec subaudiunt ea de quibus supra & verbum pręstitum in propria significatione commoratur. sicq; planè omnia procedere videntur, quasi hæc lex in specie ponat casum secundum contingentiam facti, quod salarium legato solutum fuerit, & concordat cum alia infra locati supra allegata, ꝙ comitibus legati soluẽdum sit salarium residui temporis, quum per illos non steterit quin seruierint, quicquid dicant Alexan. Ias. Mode. bonon. hæc tertia lectura differt à prima, quia in primo intellectu agitur de salario præstando assessoribus & comitibus per hæredes legati mortui, sed de præstito vel præstando ipsi præsidi nihil dicitur, at in tertio præsupponitur præstitum legato & præstandum comitibus per hæredes ipsius lega. Nũc iste intellectus mihi nõ placet, primò quia vt ait Seue. in. j. col. est de indubitabili, quia si pro toto tempore solutum fuit pręsidi pro se & comitibus suis, quare per hæredes legati pro residuo tempore ipsis comitibus solui non debetur, præterea iste intellectus vnum præsupponit quod non est verisimile & cõsequenter minimè admittendum, lege non est verisimile infra quod meta. causa, aliud quod est falsum, primò ꝙ salarium de publico fuerit integrè præstitũ legato & pręsidi ab initio pro se & comitibus & tamen vt infra dicam vix soluitur in fine.

Itẽ præsupponit quod debeat in principio solui alioqui princeps vel superior suum iactasset soluendo ante tempus, contra vulgatam regulam legis cum de indebito, infra de proba. est autem sallum ꝙ totum salariũ in principin officij soluẽdum sit legato vt in quarto notabili dicam. Postremò quia relatio de qua in textu ibi quod præstitum non debet nec potest intelligi facta de salario sed de tempore vt in vltimo intellectu demostrabo, ergo, &c.

40 Quartus fuit intellectus Fulgosij dicentis, † hũc textum in verbo præstitum est, intelligendum esse & exponẽdum, idest, pręstitutum, taxatum, & determinatum, Alexan. in. ij. col. aliquibus medijs improbat, quibus tamen respondere nituntur Ias. in. j. col. Dec. in. 4. sed non respondent vrgentiori motiuo Alex. ꝙ in hoc textu non est præpositio à, & verbum quondam vt Fulg. in suo intellectu voluit, & si responderi posset figuram esse & ornatum loquendi modum legatis pręstitum hoc est per legatos. Ias. in. j. colu. reprobat prædictum intellectum Fulgo. quum non reperiatur ꝙ verbum præstitum hic positum significet præstitutũ, seu ordinatum, prætereà vt dicebam & infra probabo illa verba quod pręstitum est, non sunt relatiua salarij sed temporis.

41 Quintò loco, † Bud. hic in annot. præstitutum legẽdum dicit, vt ad tempus referatur legatis præstitum, id est, præfinitum, prout capitur in. ll. hic allegatis per Alex. in. ij. colu. & hunc intellectum tenuerunt multi ex doctoribus nostris antequam Budeus nasceretur, & vt infra dicam, procedit etiam ꝙ in textu non sit præstitutum sed pręstitum, prout communiter reperitur multo magis ergo & clarius quando legeretur pręstitutũ vt dicebat Iaso. in. j. col. Ex litera. n. florentina hoc cognosci & iudicari posset, & in secreto, & conscientię magis conueniret elegantiæ iurisconsulti. essetq́ue principium nostrę legis candidum & extra omnem labem, † Moder. medio. libr. 4. dispon. cap. 20. dicunt falso hic legi prestitum, legendumq; esse præstitutum. i. constitutum & assignatum, quum enim aiunt Imperatores legatum in prouinciam mittebant, salarium constituebant & assignabant sibi & suis assessoribus & comitibus mortuo legato ante finem officij, assessores & comites salarium eis assignatum non debent amittere, ideò illis debetur istud est quod Pap. hic dixit secundum eos.

Sed vt dixi isto in textu legitur pręstitum, non pręstitutum, Secundò non probatur iure consideratio prædictorum modernorum ꝙ à Principe vel à Repu. constitueretur & assignaretur salarium Legato & comitibus, & illud sit quod dicitur peti per comites, quinimmò constituitur vt nunc etiam fit ipsi Legato, & inde per eum distribuitur pro meritis familię comitibus suis. Tertiò illud relatiuum quod refert tempus non salarium vt statim dicam, ergo prædictus intellectus ad. l. hanc. non est tenendus.

43 Septimus intellectus Curt. hic in. 5. col. † referentis verbum pręstitum ad salariũ quod hęredes pręsidis solum debeãt salarium sibi pręstitum pro comitibus & assessoribus, secundum naturam tit. residuum habeant petere à Repub. postquam de publico debetur. §. festinabis supra allegato & l. fi. j'. eo. Qui quidem intellectus minus placet quia quòd partem debeant comites salarium ab hęredibus legati petere, & partem aliam à Republica hic non dicitur, nec est verbum vllum de Repub. secundò quia vt dixit relatio quę hic fit per illud relatiuum quod, est de tempore non de salario, tertio quia dubitatio in hac lege non erat à qua persona pręstandum esset salarium assessoribus & comitibus, sed an pro residuo tempore à morte legati vt ex tex. clarè apparet, ideò, &c.

44 Octauus & vltimus fuit intel. † ꝙ iste textus legatur cum verbo pęstitum prout communiter habetur & verè dicere hic Papi. qui mortuo legato aut finem officij salarium residui temporis quod videlicet tempus legatis pręstitũ est, idest concessum, indultum, & tributum, debetur assessoribus & comitibus non obstante præmatura morte legati, quæ contigit ante finem officij, quia per eos non stetit, quin seruierint, secũdum hunc intellectum non fit aliqua violẽtia literæ, nec impropriatio verborum legis nostræ. capiturq́; præstitum quod hic communiter, & antiquitus legitur secundum propriam significationem, secundò vt conuenit fit relatio ad magis proxima, iuxta legem si idem cũ eodem in fine. infra tit. 1. cum simil. tertiò, fit ad principale dubium quod erat in lege de salario residui temporis post mortem legati, qui comites salarium illud consequi debeant, & quòd tota dubitatio legis esset solum respectu salarij residui temporis. Patet ex verbis textus ibi residui tẽporis, & ibi modo posteà comites cum alijs eo. tempore non fuerint, siue ergo salarium sit solutum in principio officij, aut soluendum in medio, vel in fine officij, iurisconsultus vult deberi ipsis comitibus pro toto tẽpore, quia per eos non stetit quin seruirent. hunc intellectũ tenuerunt hic ambo Decij & Budeus in annotationibus vt supra retuli, legendo tamen præstitutum, idest præfinitum tempus, quo verbo in hoc textu stante lex in prima parte clara esset, vt

inquit

inquit Iaso. supra in.j. colu. Idem tamen esse dico quamuis
45 præstitum vt communiter habetur legamus,† Iste est verissimus & tenendus intellectus, secundum quē cessant omnes amaritudines, & cuncta planè procedunt, siue sit præstitutum vel præstitum, nec obstat quod secundum hunc intellectum salarium deberetur comitibus rectori legato tēpe præfinito, quod absurdum videbatur, cum pro tempore conductionis eorum tantum non vltra salarium consequi debeant, stentq; simul q sint diuersa tempora legato & comitibus per ipsum legatum inde præfinita vt hic per Curt. col.4. quia respondetur legem ad communiter contingentia se referre, iuxta legem nam ad ea infra de legibus, sed legati & rectores qui peregrè proficiscuntur assessores, & comites accipiunt communiter, secumq; conducunt pro toto tempore sui officij ac absentiæ vt quotidie etiam fieri videmus. ideò text. hic rectè dixit comitibus deberi salariū pro toto illo tempore legatis præfinito, & in consequentiam etiam ipsis comitibus, & q verbum prestitum propriè exponi possit ac significare concessum & tributum inuenietis apud Cice. lib.3. officiorum & Liuium lib.6.

46 Veniamus nunc ad versi. fina. † qui est magis dificilis & obscurus quàm sit principium legis, primus intellectus fuit Accursij hic in principio glo. vlti. intelligentis hunc textum in assessore ab officio remoto, vt nō possit petere salarium residui temporis, damnum enim quod quis sua culpa sentit sibi & non alijs imputare debet, cap. mora. cap. damnum de reg. iur. in sexto & l. quod quis ex culpa infra de re. iur. cum isto primo intellectu transire simpliciter videntur Bart. hic & Seuer. col.j. & Alex. vlt. Iasi. in. ij. colu. post. Fulg. & Latius Dec. in gl. fina ab isto intellectu recedunt, quum non conueniat verbis literæ, vt per eos, & licet ad rationes Decij responderi posset & q sumus hic in claris, & q textus relationem facit assessorum & comitum de quibus supradixerat, quia verba illa diuersum in eo possunt intelligi tam de assessore quàm de comite siue sua culpa ab offic. remoto, vt à petitione salarij residui temporis excludatur, tamen hæc lectura prima non sapit, nec est tenenda, quum sit de indubitabili, cui enim vnquam dubium fuit, quod ille qui sua culpa ab officio remouetur non possit petere salariū residui temporis, quum ex culpa sua nō debeat quis lucrum reportare? lege siue hæreditaria in fine infra de nego. ge. & damnum quod quis sua culpa sentit, vt dictum est sibi debeat imputare, sintq; sermones nostri rebus sensu, & intellectu fruentibus adaptādi. l. si ita in fine ibi quod nemo sanus probabit, infra de euictio. cum accumulatis per Barb. in consi.6. colū. 4. lib. 1. hic ergo primus intellectus nō verisimilis & de indubitabili tenendus non est, † immo assessores & comites
47 tenentur legato & rectori ad omnia damna quæ paterētur ob remotionem talem vt voluit hic Seuer. in. ij. colu. quæstione. 23. & Cur. in vlt. col. secūdo quia versiculus diuersus referri debet ad principale dictum sicq; ad dicta in principio vt hic per Dec. col. iij. & per consequens prædicta verba potius intelligenda sunt de legato de quo principaliciter hic dicitur, tertiò quia Papi. supra proximè locutus est in plurali de comitibus, dicere q nūc ad singularem transeat numerum, & loquatur variato modo sermonis de eisdem comitibus verisimile non est, quartò & fortius, quia successo-
48 rem accipere vt hic dicitur,† legati & rectoris est non comitum. l. meminisse supra de offi. procon. & lega. verba ergo ista qui successorem ante tempus accepit clarè ostēdunt legem hanc in fine loqui de legato qui successorem accipere dicitur non de alijs comitibus, in quibus non reperitur lex quæ probet id cadere, aut dici, concludamus ergo hanc primam lecturam legi nostræ nullo modo conuenire, nec quadrare sicq; minimè procedere.
49 Secundò modo legitur, † vt intelligatur in eo scilicet prę side & assessore ita vt ad vtrunq; fiat relatio vt hic per Ias. colum. ij. sed qui sic legant prçter eum neminem inuenio. refragantur q; & repugnant verba legis ibi in eo qui successorem accepit, si de duobus videlicet de legato & assessore loqueretur absque dubio dixisset in eis non in eo prout voluit Ias. ipse & Deci. infra in glo. fina Item dixisset acceperint in plurali. secundo non conuenit, quod de accipiendo successore vt proximè deducebā hic dicitur tertium quia non tantum in assessorē loquitur verum etiam in alijs comitibus vt diximus supra.
50 Tertius intel. † q loquatur in legato remoto ante finem officij, & conuenit verbis Papi. ibi diuersum in eo scilicet legato, de quo supra dixerat, sed difficile est rationem reddere cur mortuo legato ante finē officij salariū residui temporis debeatur comitibus & tamen aliud sit, si remoueatur.
51 si enim fuerit iniustè remotus, † iniuria ei facta comitibus obesse non deberet. l. Lucius infra de euictio. l. si vnus. ante omnia infra de pac.

Si verò iustè maior videtur ratio vt debeatur salarium residui temporis comitibus, quam in casu mortis, propter delictum aut culpam legati remoti: propterea hic tertius legendi modus in legato remoto multipliciter variatur, primo enim intelligitur, in legato simpliciter remoto ante finem officij, vt assessoribus salarium residui temperis non debeatur, eo q legatus præsumatur remotus, culpa ipsorum
52 assessorū qui nō bene rectèque consuluerūt legato, † prout erat officium suum. l. j. supra eo. & l. j. C. de asses. & l. ij. infra titu. 2. vnde eisdem assessoribus factum & neglectum ascribitur, habent igitur de se conqueri, non autem stipendium pro delicto petere. Hanc primam intelligentiam post glos. nostram fina. & Ci. sequitur Barto. infra in colum. fina. Pau. Ca. & Seue. tam in. j. colum. quam in. 23. & 27. quæstione. Ias. colum. ij. Aquens. fina. Cur. penul. Dec. consi. 8. col. iij. & alij communiter scribentes: ideò nisi assessores probent legatum & præsidem fuisse residui temporis consequi non poterant, quod reputat nota. Seuer. loco prællega. Sed iste intellectus non videtur posse stare nec procedere, quia culpa non præsumitur neque dolus, & allegans id, onus pro-
53 bandi incumbit. l. quoties. §. qui dolo infra de proba. † à veritate igitur alienum esse videtur q assessores dolū aut culpam comisisse præsumantur, propter quod remotus fuerit legatus. & lex secunda supra in oppositum allegata loquitur in casu claro, quando apparebat de ignorantia & imperitia assessoris. Iaso. tamen hic in. ij. colum. & Moder. Taur. pen. volentes defendere hanc tertiam lecturam respondent q in assessoribus omittentibus facere id quod ad eorum officium spectabat legatum, videlicet instruere præsumatur
54 dolus. §. dolo. l. si procuratorem. infra. man. † qui dolus ex cōiecturis & præsumptionibus probatur. le. dolum cum ibi notatis. C. de dolo trad. Rom. in consi. 54. & 68. Fely. in. c. sinautem. de rescriptis Parpal. in repet. legis si quis maior in vltim. colum. sextæ quæstionis princ. C. de transac. & Dec.
55 in consi. 60. colum. fina. & 245. colum. penul. † Ideò secundum Pau. Alexan. & præfatos post Cæpol. in cautela. 213. assessores videntes aliquid iniustè fieri à magistratibus resistere debent. & protestari se non consentire. vt etiam per Aquens. in repet. legis vt vim colum. viij. supra de iust. & iure, & Dec. in consi. 8. & ita limitari dicunt. §. qui dolo. Quę responsio non subsistit nec procedit, licet. n. dolus ex coniecturis & præsumptionibus probetur, tamen q assessores defecerint in pertinentibus ad officium eorum, sicq; reliquerint præsumendum non est vt infra per soci. l. meritò & capi. estote misericordes de regu. iur. prç terea si legatus
56 deliquerit, † faciendo aliquem torqueri, vel suspendi, aut omittendo in actu momentaneo vt hic per Seue. ad finem quartæ quæstionis non potest assessoribus culpa ascrib. tertiò quia hęc lex generaliter loquitur, non tantum in assessoribus, verum etiam in alijs comitibus in quibus cessat ratio dictę consultationis, quia eorum opera in consulendo non est, sed in seruiendo ipsi legato ita quod præses illorum culpa remotus dici non posset, & tamen decisio generalis est etiam in alijs comitibus, nec Bar. infra ad finem commenti loquens de culpa officialium voluit prędicta procedere in omnibus officialibus, quicquid aliqui dixerint, sed intelligi-
57 tur de assessoribus in quibus stat pondus officij, † & consilio quorum vniuersa gerunt vt hic per Seu. in quęstione. 27 & 47.

& 47. vnde Alexan. & hic & in dicta lege secunda circa fi-
nem saluando prædictum communem intellectum dixit,
id procedere vbi contra legatum & præsidem lata esset sen
tẽtia priuationis, & appareret ex actis cõtigisse propter cau
sam concernentem debitum officij assessoris, quod consi-
stebat in rectè consulendo ipsi præsidi. præalle. l. j. supra &
C. eo. & sequuntur hic Aquens. & Deci. in vltim. colum. &
Aquens. in. d. l. ij. ad finem atestantes istud communiter te-
neri, quę declaratio & si vera sit in se, tamen ad hanc legem
non procedit. quum ex omni parte diuinationem cõtineat
& destruat quod hic simpliciter dicit, præterea q vt supra
vidimus, hæc lex loquitur non tantum in assessoribus, sed
etiam in alijs comitibus, in quibus non versatur officium
consulendi, nec culpa remotionis, propterea considerari
posit in eis, Sunt igitur diuinationes maximę q pręses cul-
pa assessoris remotus præsumatur, & q ex sentẽtia vel actis
appareat de causa remotionis quæ concerneret officium
assessorum. propterea refragatur quod de comitibus gene-
raliter dicitur ponderando vt supra fecimus.

Ex quibus confunditur similiter quod dicebat hic Cur.
in penul. colum. saluando prędictam intelligentiam, quum
verum non sit, quòd in dubio censeatur remotus legatus
assessorum culpa, nisi ex sententia & actis aliud liqueret, se-
cundo quia non solum hic agitur de salario assessorum sed
& de salario aliorum comitũ quibus ratio remotionis de-
fectu rectè consultationis vt diximus, ascribi non potest.
tertiò quia non tantum fictione seruitutis fundatur decisio
versiculo fin. Verum quia per eos non stetit quin seruierint
vt dictum est supra, quæ ratio militat etiam legato ab of-
ficio remoto.

58 Quartus, † fuit intellectus glossatoris hic in fine legis, q
textus noster loquatur in præside remoto culpa propria tan
tummodò, & diuersum sit ab eo q in præcedenti parte le-
gis deciditur, quia assessores & comites residui temporis sa
larium consequi debent, licet eodem tẽpore cum alijs fue-
rint, operasq; suas successori vel alteri locauerint, & conse-
quenter salarium à duobus perciperent, nec primus iustè con
queri poterit, quum remotionem ab officio culpa sua sen-
serit; secundum quam intelligentiam lex ista singularis &
notatu dignissima secundum scribentes redderetur. Cum
quo intellectu transeunt hic Bart. & Pau. de Cast. Sed Ful.
Alexan. & Ias. in vlti. nabili Aquens. & Moder. taur. in pen.
& vlt. colum. reprobant, & si credimus Aquensi, intellectus
est communiter damnatus, quia nec lege nec ratione pro-
batur, super hac lege fundamentum fieri non potest, quum
habeat plures intellectus vt per Alex. eo maximè hic nulla
est mentio de culpa legati, nec de consecutione duplicis sa-
larij, item quia relatio facienda est ad dictum principaliter
in lege vt hic per Dec. colu. iij. non autem ad accessorium
seu ad illud quod dicitur. incidenter ergo fieri nõ debet, ad
id q incidenter dictum fuit in versi. si modo posteà. sicuti
fieret secũdum hunc intellectum. præterea nulla ratio sua-
det vt comites consequantur duplex salarium, licet legatus
59 culpa propria remotus ab officio fuisset, † nam satis comi-
tibus esse debet, si damnum & interesse lucri cessantis con-
sequantur, indemnesq; conseruentur iuxta text. in lege. do-
minus horreorum in fine. infra loca. non autem facere tot
lucra vt hic per Fulg. & Dec. in prin. & in fine. secundæ col.
Iaso. in. vj. & Aquens. in penul. respondentes per Fulg. cui-
dam rationi factæ in oppositum per Alexã. accedat textus
not. in. l. tutori. C. de nego. gest. ibi satis est sicuti vel in pau-
cis amici laboribus consulatur, quem tex. extollit Alexan.
in consi. 29. ad finem lib. sexti. & quod solum consideretur
interesse, vt præfati scribentes dicunt in casu isto, probatur
in. d. l. sed addes in fine, ibi si mercedem ab alio non accepi
sti, & in lege quæ ibi sequitur cum nostra concordanti ibi
modo posteà comites cum alijs non fuerint. & In dicta le-
ge dominus in fine, per quæ confunditur distin. Seuer. circa
finem quæstionis. 23. dum concordando opiniones distin-
guebat factum ab omisso, vt si legatus fuisset remotus pro-
pter delictum in faciendo consistens commissum propter
furtum, puta, aut barattariam vt dicit Bart. tunc procedat
doctrina glo. impius Bart. secus si propter culpam in omit-
tendo cõsistente, cum grauius sit delictum in committen-
do quàm in omittendo glo. & doct. in. l. si mora. j. sol. ma. &
sequi videbantur hic Dec. colu. iij. versi. & tenendo contra
Paulum & mod. bon. super glo. fin. quæ tamen distinctio &
concordia in proposito nostro vera non est, quum tota vis
in interesse & indẽnitate cõsistat vt dixi. satis igitur comiti-
bus esse debet si ob culpam legati indemnes conseruentur.

60 Ex quibus etiam apparet, † non esse veros nec procede-
re illos tres effectus singulares quos post alios refert hic Ias.
in vltimo notabili in sexta col. quia fundantur principaliter
super intellectu supra reprobato: quo corruẽte corruũt de-
fectus ex eo illati cap. cum Paulus & cap. principatus prima
quęstione. j. & vltra Ias. q decisio Pau. de Cast. de pensione
petibili non obstante locatione rei alteri facta quando con
61 ductor eius culpa à re locata cecidit, † aliena sit, à veritate
firmant hic Deci. & Curt. in vlt. col. & pro veritate contra
Pau. Castren. videtur mihi casus rectè intelligendo in fine
dictæ legis dominus horreorum prout etiam Deci. & alij
ponderarunt.

62 Quintus fuit intel. Ful. dicentis, † versiculũ istum finalem
intelligi, quando legatus ab officio ex causa per principem
remotus fuit ante finem officij vt salarium residui tem-
poris non debeatur comitibus, quia factum principis præ-
sidi nocere non debet. nec pręsumitur illum voluisse alteri
63 † præiudicium facere. lege. ij. §. merito. &. §. si quis à prin-
cipe infra ne quid in loco publi. cum multis de quibus per
Paul. Castr. in consil. 160. In antiquis Anchar. consi. 161. &
164. colu. fin. vbi dicit quod in rescriptis principis subintel-
ligitur propterea semper clausula saluo iure tertij. Alexan.
consi. 122. &. 123. ad finem lib. 5. Fel. in. c. causam quæ col.
9. versi. interpretatio. de rescri. Dec. in. c. quę in ecclesiarum
col. ij. constit. in. l. j. col. ij. si cer. pet. in consi. 580. &. 689. Ias.
consi. 19. col. ij. lib. 3. & Mod. medio. in trac. præsump. char.
182. licet igitur princeps ex aliqua honesta causa, vel quia
sic sibi placuerit, & per cõsequens potius ex volũtate quam
culpa legati, vt in dubio est præsumptio, argumento legis
merito infra pro Soc. notat Cur. infra in penul. colu. remo-
uerit pręsidem ab officio ante finem, id non debet illi no-
cere etiam quoad salarium comitum pro futuro tempore
cum potius de principe habeant conqueri, & sic vertic. di-
uersum refertur ad pricipale dictũ legis nostrę non ad illud
quod immediatè incidenter supra dicebatur secundũ Dec.
infra in. 3. colum.

Hunc intellectum Fulg. reprehendit Alexã. infra in vlt.
col. eo. q factum principis iniustum soli legato nocere de-
bet cui infertur iniuria: non autem alteri. arg. legis lucius. j.
de euictio. ergo non debet comitibus nocere. Ita q regula
dicti. §. merito. videtur potius facere pro comitibus, quia
princeps illis pręiudicare velle non præsumitur. Alexan. ta-
mẽn malè percepit mentem Fulg. vt declarat hic Iaso. in. 2.
col. & vltra Fulg. non loquitur quãdo princeps remouet de
facto & iniustè id quod in principe pręsumendum non est,
sed loquitur quãdo princeps legatum remoueret ex aliqua
64 iusta causa, † quæ in dubio semper præsumitur in eo. l. rele-
gati cum glos. vlti. infra de pen. cum plenè accumulatis per
Alexan. consi. 98. col. fi. lib. 3. & Barb. consi. 2. vol. 7. & cõsi.
26. colu. ij. lib. 4. Fely. in. d. c. quę in ecclesiarum col. 22. & in
cap. nulli. de sen. excon. Iaso. in. l. quominus colu. ij. infra de
flum. Aquen. in. l. gallus in. §. & quid si tantum colu. ij. infra
de lib. & posthu. & in suo spec. feudorum in tit. qui feudum
dare possunt. fol. 2. Seuer. hic in quęstione. 26. quæstionem
dubiam dicens se extricare nescit Iaso. col. ij. & Dec. vltim.
defendunt intel. Fulg. respondentes motiuis Alexan. vt per
Dec. Mod. bon. supra glos. fina. & si vacillent tenent tamen
contra Fulg. sed malè illius mentem intellexerunt vt verba
eorum clarè ostendunt, quia vtrũ princeps id possit facere
vel ne, teneatur assessoribus & comitibus satisfacere vel nõ
ad intel. Fulg. nihil facit, quia non quęrit nec dubitat de hoc
sed solũ de legato an eo casu teneatur comitibus satisfacere,
& respon-

& respondet q non ita intelligens hunc text. Pro habenda
65 veritate istius notabilis articuli, † cõsiderandi sunt nonnulli
casus, inde videbimus an intel. Fulg. possit ad hunc tex. pro-
cedere. quandoque ergo (vt incipiamus à clarioribus) prin-
ceps remouet præsidem tanquam suspectum vel odiosum,
& tunc ius assessorum & comitum ad salarium residui tem
poris contra magistratum remutum debet esse saluum arg.
§. culpæ. l. si merces. ij. loc. Seuer. hic quæstione. 26. faciunt
not. per Sozi. in. l. quod te colu. iij. infra si cert. pe. & Aret. in
consi. 139. quia. Intelligo quando culpa & defectu legati id
contigit, cũ tunc remotus censeatur ante finem officij cul-
pa sua, quo casu absque dubio tenetur soluere comitibus
salarium residui temporis, quia delictum suum sibi & non
alijs vt diximus nocere debet, secus quando odium fuisset
66 iniustum, † inimicitiæq; ex causa iniusta contractæ argu-
mento eorum quæ pulchrè nota. Alexan. in consil. 20. colu.
fina. lib. 5. vbi vult non procedere hoc casu quod dicitur. in
d. §. culpæ, si conductor. damnum euitare etiam vigilando
non poterit, quicquid in. §. culpæ dixerit Pau Ca. facit quod
statim dicemus. secundus casus est quando princeps remo-
ueret legatum propter culpam officialiũ & comitum suo-
rum, & tunc clarissimi iuris est, dictis comitibus residui
temporis salarium non deberi, quinimò legato remoto ad
omnia damna & interesse eos teneri, circa primum intel-
67 lectum istius versi. fin. † Aliquando cõstat & apparet prin-
cipem iniustè remouisse legatum ab officio, & tunc remo-
tus cui à principe illata fuit iniuria, non tenetur soluere sa-
larium residui temporis comitibus, cum sit factum, cui re-
68 sisti non potest, & censeatur, † casus fortuitus, de quo con-
ductor non tenetur vt per Barto. in. l. si vno in. §. item cum
quidam in prima quæstione. ij. locati. Seuer. hic in quæstio-
ne. 26. Dec. col. fina. & Mod. Bon. in glo. vult per text. in. l. si
merces in. §. vis maior infra loca. ad quem multa accumu-
larunt Deci. in cõsi. 312. 552. & 555. & Cur. Ir. in consi. 85.
& quicquid hic dicat Alexan. hoc casu opinio Fulg. verior
est & æquior. si Seuerino credimus, princeps tamen ad sa-
larium & omne interesse de iure tenebitur secundum Se-
uer. & Bon. præallegatos. sed si princeps conseruaret sala-
rium præsidi remoto pro se & comitibus assignato, tene-
tur pariter ipse legatus comitibus ad solutionem salarij re-
sidui temporis, vt hic per Dec. col. fina. saluantem hoc casu
69 Alexan. † tamen verisimilius est assessores & comites cum
accessore remoti remanere permissurũ, hoc modo indem-
nitati illorum cõsulendo cum minori ipsius dispendio, istud
est quod dicebat Fulg. principi remouenti se persuasurum
vt hic refert Seuer. in quæstione. 26. & Iaso in secunda col.
70 † Quartus casus est quãdo non apparet vtrũ præses fue-
rit remotus odio ipsius vel facto iniusto Principis, sed esse-
mus in dubio, & isto casu maior videtur difficultas nunquid
legatus & preses teneatur comitibus ad solutionem salarij
residui temporis. Dec. & Curt. in penultima & vltima co-
lumna, post Fulgo. dicunt q licet non præsumatur culpa le-
gati, præallegata lege merito, tum quia in Principe vt dixi-
mus præsumitur iusta causa remouendi, & factum Princi-
pis casus fortuitus iudicatur, de quo conductor vt dictum
est non tenetur, propterea dicendum videtur legatum ab
officio remotum non teneri soluere salarium residui tẽpo-
ris dictis comitibus, sed in contrarium videtur veritas, quia
culpa comitum vt dictum est, alio non apparente, legatus
non censetur remotus, nec etiam iniustè per Principem in
quo semper iusta causa esse præsumitur, vt supra probatum
fuit, ergo præsumetur remotus culpa propria, & sic tenebi-
tur satisfacere pro residuo tempore comitibus, cum per eos
non steterit quin promissa adimpleuerint, iuribus supra al-
71 legatis. † Ex quo enim Princeps legato remoto non con-
seruauit honorem ad maiora, puta illum promouendo, aut
salarium illi conseruando. legatum propter eius culpam
remouisse cẽseri debet, alias eidem iniuriam fecisse dicen-
dum esset. quod absonum est per supra allegata. Ex quibus
72 verò causis, † possit magistratus ab officio remoueri, ponunt
doctores in. le. iudices. C. de digni. lib. 12. Roma. consi. 467.
& 492. Seueri. hic in quæstione quarta & 22. Paris. in tract.
syndicatus chart. 26. in verbo barattariæ, Aquens. in. leg. ex
hoc iure. colum. j. & ij. supra de iustit. & iur. Curt. consil. 1.
colum. 12. & 13. Petrus de monte in sua monarchia, Abba.
in capit. venerabilem de elect. Deci. in consi. 151. Corse. in
repeti. cap. grandi de supplen. negl. præla. lib. 6. fol. penulti-
mo & fina. Moder. taurin. in rubri. titulo sequen. in quibus
locis inuenietis de remotione ab Imperio, Episcopatu, &
Papatu quando & per quos fieri posset. Quantum ad in-
73 telle. Fulgo. † non est tenendus, primò quia diuinat, cum lex
ista loquatur generaliter in legato ab officio remoto. Se-
cundo quia verba illa diuersum in eo, &c. de legato intelli-
guntur, & secundum intellectum Fulgo. quòd assessores
& comites in casu versiculi finalis non consequantur sala-
rium residui temporis, Papin. non dixisset diuersum in eo,
scilicet legato, sed diuersitatem posuisset in assessoribus &
comitibus.
Sextus fuit intell. Moder. mediola. libr. 4. dispun. cap. 20.
74 † quòd tex. noster intelligatur in præside remoto ob peruer
sos mores. & in eius contumeliam, ideò omnes comites ab
eo vt ab improbo electi cadunt, sed est penitus diuinatiuus,
& maior ratio debendi salarium comitibus residui tempo-
ris est quoad legatum sui culpa remotum, quàm in casu
præcedenti, nec legati improbitas comitibus obesse debet,
verùm tantum sibi vt hic per Barto. & Paul. Cast. ac omnes
secundum Seuern. infra in 23. quæstione, & alios Moder.
Dabam hic ego aliàs in Taurinensi lectura nouum intel-
lectum ad hunc text. qui nunc mihi non placet, ideò non
refero, sed meliorem & planum si non fallor, nec mirum,
quia vt inquit Hieronymus bos senior grauius figit pedẽ.
75 † Dico igitur in fine legis nostræ non esse quæstionem de
salario comitum legati vt glos. & docto. intellexere, nimi-
rum immodum se circa hoc torquentes, sed mentio tan-
tum est de salario ipsius legati, qui ante tempus successo-
rem accepit, voluitque Papin. hoc dicere q mortuo legato
ante finem officij, residui temporis salarium debetur co-
mitibus, modo eodem tempore operas suas alij non loca-
uerint, quia per eos non stetit quin seruierint. Diuersum in
eo, scilicet legato seruatur, qui ante tempus successorem ac-
cepit, quia salarium residui temporis sibi non debetur. po-
tius enim pęnam meretur, quàm pręmium propter remo-
tionem ab officio, quæ in dubio non solet fieri, nec facta à
superiore præsumitur, nisi ex legitima causa vt supra dixi,
Iste est realis, planus, & verissimus intellectus ad hanc le-
gem, non visus per aliquem qui vnquam scripserit, & ver-
ba illa in eo, &c. planè & sine violentia intelliguntur in le-
gato de quo supra dixerat. & verbum diuersum stat pro-
priè, quia attenta diuersitate personarum & factorum, re-
ctius dictum fuit diuersum quã aduersum seu contrarium,
vt ex apostilla per me ad textum facta apparet, nam in prin
cipio legis loquitur de salario residui temporis debito co-
mitibus, mortuo legato ante finem officij, hic de salario re-
sidui temporis ipsiusmet legati, q si ab officio fuerit remo-
tus, eidem non debeatur, cessat enim ratio in superioribus
assignata pro assessoribus & comitibus, quia per eos non
stetit quin seruierint. Quando enim legatus remotus fuit,
dici potest per eos stetisse propter eius culpam ob quam
censetur remotus, quamuis ergo nõ præsumatur delictum
& culpa vt. l. marito. supra allegata, tamen vbi quis ab of-
ficio per superiorem remouetur absq; conseruatione sti-
pendij, præsumendum est eum ob culpam suam remotum
fuisse, quum superior, vt dixi, ex causa legitima præsumatur
illum remouisse, postquam non reseruauit, nec conseruauit
ei salarium, quia si sine culpa sua id contingeret, Princeps
vel superior conseruasset salarium, & honorem præsidis,
quandoquidem alicui iniuriam facere non soleat, nec præ-
sumatur. Nimirum igitur si residui temporis salarium ei-
dem non debetur, diuersumq; in eo seruetur, &c. prout hic
in fine dicitur. Est autem diuersitas inter assessores & comi
tes mortui legati, ac ipsum legatum ab officio remotum,
respectu salarij residui temporis, quia comitibus debetur,
ipsi

ipsi verò legato in fine legis posito nequaquam & secun-
dum hunc intellectum, ratio dubitan.di erat, quia quum cul
pa non præsumatur, videbatur ꝙ legatus non obstante re-
motione salarium residui temporis habere deberet, prout
& comites in casu principij legis, ratio decidendi opposi-
tum, quia ex quo fuit simpliciter remotus, nec sibi reserua-
tum ac conseruatum salarium, præsumaturq; in actu facto
per Principem semper iusta causa, mirum non est, si culpa
sua remotus præsumitur, & ideò non possit consequi sala-
rium residui temporis.
76 Noto nunc primò ex principio legis, † secundum docto-
res quòd mortuo legato ante finem officij salarium residui
temporis debetur assessoribus de quibus hic titulus tractat.
ad idem. §. fin. l. sed addes. & l. diem functo, cum l. qui ope-
ras infra locati, & §. diuus. l. primæ infra de var. & extraor.
cogni. si præstitum non fuit debetur & solui debet dicitur
hic & in d. l. diem functo. si verò præstitum fuit repeti non
potest, quia debitum erat. §. diuus. & l. qui operas supra alle.
cui enim datur actio fortius retentio vulgato. §. j. legis inui-
77 tus infra de reg. iur. Videamus primò, † rationem notabilis
& huius principalis decisionis, deinde discutiemus nonnul-
las pulchras difficultates cadentes circa ipsum nota. ex tex-
tu sumptum Barto. hic. in. j. col. rationem esse dicit, quia lex
fingit assessores seruisse residuo tempore, cum per eos non
steterit, sed per casum mortis contingentis in persona lega-
ti, cum qua ratione transeunt scribentes vt hic per Alex. in
princ. commenti & ad fin. ij. colum. Seuer. in quæstione. 14.
& seq. Iaso. in notabili. 3. 4. &. 6. & per alios Mode. Dec. ta-
men hic col. j. prædictam rationem improbat, quia mors
omnia soluit, & sic verè comites non possunt legato serui-
re, ergo nec per fictionem, quia fictio non introducitur vbi
veritas locum habere nequit. l. qui ad certum infra loca. cui
motiuo desendendo Barto. faciliter responderi potest, vt
78 alias dicebam in lectura Taurinensi, † allegando not. doct.
Bart. in. l. si is qui pro emptore col. 1 a. infra de vsucap. quàm
doctrinam sequuntur ibi communiter scrib. pleneque tra-
dunt Mod. medio. in tract. præsump. in primis char. decla-
rantes quomodo & quando lex fingat super impossibili,
quam responsionem sensit etiam Curt. hic colum. j. qui ta-
men alio medio nititur rationem Bar. improbare, eo ꝙ lex
non fingat nisi suadente necessitate vel æquitate, quę hic
non videntur subesse, vt per eum, ergo, &c. Sed respondeo
subesse æquitatem fingendi, cum non steterit per comites
quin seruierint, sed per casum mortis legati, ideò perinde
esse debet ac si seruissent. l. iij. infra de condi. instit. & l. iure
ciuili ibi perinde habeatur infra de condi. & demonst. sunt
79 enim verba illa Improprietatis & fictionis nota. † nihilomi
nus quemadmodum dicunt Dec. & Cur. leges aliam ratio-
nem videntur considerare, quia videlicet per eos non stetit,
non autem fundant se in fictione, sed reddunt dictam ra-
tionem claram & palpabilem, quia per eos non stetit quin
operas promissas impenderint, ideò congruum est vt inte-
grum salarium recipiant, & pro veritate hæc ratio clarissi-
ma adducitur semper per iurisconsultum, vt patet in l. sed
addes ad finem, in le. qui operas & in. §. diuus præallegatis,
quamuis igitur ratio Barto. pulchra & subtilis fuerit, defen-
dique possit, alia tamen de qua proximè dictum est magis
80 clara est, & tenenda, † quũ clariora pręferenda sint, maximè
in. l. vt patet in tribus primis cõst. C. ac in. l. j. & ij. de vet. iu.
enu. Contra tamen prędictam rationẽ obstare videtur tex.
81 nota. in. l. legatum. C. de cond. infer. † vbi legatũ mulieri re-
lictum si titio nupsisset, mortuo titio ante contractũ matri-
monium deficit, licet mulier parata esset nubere. sicq; lex
eam nupsisse non fingit, ergo nec deberet fingere assessores
seruire mortuo legato, cui erat inseruiendum. Respon. ter-
minos esse multum diuersos, hic loquimur in dispositione
& obligatione purè contracta, ibi in conditionali legato, &
conditione mixta, cuius defectu, vitatur legatum vt ibi di-
cunt scrib. & Soz. in cõsi, 68. & seq. lib. 1. & Dec. consi. 485.
& 620. vbi etiam ait rationem dictæ. l. regatũ esse, quia ces-
sante causa cessat effectus, causa legati fuit matrimonium
quo cessante cessabit etiam legatum, & si dicatur, seruitium
legato pręstandum fuit causa salarij comitum, & tamẽ ipso
seruitio cessante non cessat salarium. respon. ꝙ imò causa sa
larij comitum fuit cõtractus initus cum ipsis comitibus ad
seruiendum legato, qui contractus consumatus fuit & obli
gatio ad id contracta non cessat mortuo leg. ideò, &c.
82 Prima dubitatio, † circa prędictum notabile, quia locans
rem non transitoriam ad hæredes, non obligat ipsos hære-
des vt. j. loca. le. si quis domum. ibi quia hoc euenire posse
prospicere debuit. vti fructuaria in qua habebat vsum fru-
ctum in quinquennium locante, si ante completum quin-
quennium decesserit hæres eius, non tenetur cõductori ad
expensas in ipso fundo per eum factas, quasi quinquennio
fruiturũ. quia id per mortem, s. fructuarij posset euenire, vt
toto tẽpore prædicto re frui non posset, prospicere debuit,
similiter legato conducente assessores & comites videba-
tur nõ debere hæredes obligari. mortuo legato ante finem
officij, quia cum ipsum officium non sit ad hæredes tran-
sitorium iuribus hic allegatis per Ale. in. j. not. id posse eue-
nire debuerunt prospicere, ex quo. n. electa est industria per
83 sonæ officium ad hæredem non transit. † vt vltra supra alle
gata probatur in. l. vnica. §. sin autem. C. de cat. le. quia talc. j.
solu. matr. cum accumulatis per Aret. in. l. nemo est qui ne-
sciat infra de duo. re. & Fely. in. c. 1. col, penul. de sump. trin.
ac Iaco. de S. Georg. in trac. feu. in. iij. col. At Curt. hic col. j.
respondet casum esse diuersum quia licet officium hic non
transeat ad heredes legati. transit tamen salarium secundum
doct. vt. j. dicitur. Similiter debet transire obligatio contra-
cta cum comitibus prætextu salarij eisdem præstãdi ex sti-
pendio, præsidi pro se & comitibus dato. Ego clarius & in
forma respondeo ꝙ in. d. l. si quis domum, fructuarius rem
in quinquennium locauit tãquam fructuarius, & sicuti non
transitoriam ad heredes. §. finitur, insti. de vsuf. ideò nimi-
rum si hæredes non tenentur mortuo locatore ante finem
quinquennij. imputetq; sibi conductor si vt ibi dicitur hoc
posse euenire non præuidit, hic autem in locationẽ & con-
ductionem nõ fuit deductũ officium ad hæredes non tran
sitorium, sed operæ & salarium, & cum comites operas pre
stare possint, nec stet per eos, rationi & iuri consonum est
vt salarium residui temporis pro operis promissum ei solua
tur, quę promissio & obligatio. bene potest ad hæredem
trãsire, vt hic & in alijs iuribus supra allegatis. maximè cum
hęredes legati integrum salarium de publico consequãtur,
& sic tam pro legato defuncto, quã pro comitibus. iniquum
ergo esset ꝙ pars ipsorũ comitum non persolueretur comi
84 tibus. † Et per textum dictæ. l. si quis domum, in pręallega-
tis verbis hoc posse euenire, prospicere debuit. notabiles
quasdam quæstiones determinant Anch. in consi. 402. Fel.
in. c. 1. in. 4. not. de iud. & Dec. in. c. 9. col. viij. eo. tit.
85 Secunda dubitatio, † vtrum decisio nostræ legis de qua
supra. locum habeat non solum in assesso. verũ etiam in alijs
comitibus, videbatur ꝙ non, arguendo à natura tituli lo-
quentis de offic. asses. sed oppositum concludunt commu-
niter scrib. per hunc tex. vt dixi apostillando super verbo co
mitibus, imò conclusio procedit in quocunq; locatore ope
rarum, vt quamuis moriatur conductor ante pręstitas ope-
ras, tamen salarium integrum debeatur locatori. ratio est in
promptu, quia per eum non stetit. §. fi. l. sed addes, & l. qui
operas supra allegatis. vt hic per Ias. in. iij. not. Curt. & alios
colu. ij. Dec. pulchrè super gl. comitibus & in consi. suo. 78.
& 108. vbi ad notabiles quæstiones infert limitatq; vt per
86 eum. † Notandum tamen est quòd licet prædicti à pari pro
cedant respectu consecutionis salarij pro operis debitis, vt
eis omnibus integrè satisfieri debeat, licet non præstiterint
operas, quum per eos non steterit, eademq; ratio militet in
prædictis omnibus, tamen valde differunt in transmissio-
ne salarij ad hæredes suos facienda, quia assess. leg. defuncti
ante finem officij, ratione dignitatis, ingenij, & doctrinæ,
quorum intuitu salariũ eis præstatur, ad heredes illud trans-
mittunt argumento. dicti. §. diuus cum alijs infra allegat.
87 † aliud tamen est in reliquis comitibus, locatoribusq; ope-
rarum

rarum, quibus salarium propter laborem principaliter prę-
statur, si operas præstare non potuerint. l. ijs scholaribus &
le. penul. in fin. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. tradit Barto.
in. d. §. diuus colu. ij. & sequuntur communiter scrib. vt per
Alexan. infra colu. iij. & iiij. Seuer. quæstione. 10. 20. & 45.
cum seq. Dec. 5. & 6. & Cur. 7. etiã q cũ labore versaretur
industria personæ, vt in militibus & artificibus. l. j. C. de re
mili. & præalleg. l. penul. ad finem cum alijs de quibus per
Seuer. in locis proximè allegatis, quia ex quo non datur sa-
larium propter sciẽtiam & probitatem intellectus, sed pro-
pter laborem & ad illorum propriam vtilitatem non me-
rentur honorari respectu promissionis ipsius salarij ad hæ-
redes, vt per præfatos scribentes vt quicquid dixerint hic
Mod. Tauri. in. iiij. colu. pen. char. nec obstat doctrina Bart.
§. diuus colu. ij. in tertio casu, quia loquitur in præfecto mi-
litum, ad id promoto principaliter, propter animi discre-
tionem, & intellectum regendi, conseruandiq; numerum
militum sibi comissum, vt ibi Bart. met. declarat. non sic in
familiaribus legati, exceptis assessoribus & iurisperitis. Ter
88 tia quęstio notabilis, † nunquid asses. & comites quibus de-
betur salarium, mortuo legato ante finem officij, possint
statim integrum salarium petere & consequi, vel debeant
expectare tempora quibus legatis tenebatur salarium sol-
uere, Ias. hic in. 3. nota. tenet cum Bald. & Pau. Cast. contra
Alexan. q non teneantur expectare finem officij, verum
statim possint petere rationibus per eum adductis colu. 14.
secundum Mod. taur. hic in vlt. art. colum. 10. & seq. tenent
hoc cõmuniter scrib. Sed non est recedendum ab opinio-
ne Alex. quæ verior est & comunior, vt statim dicam per
tex. legis in illa & ratione ibidẽ assignata. j. de verb. obl. vbi
quando obligatio est sub cond. & in diem, licet conditio im
89 pleri non possit, pro impletaq; habeatur, † superest tñ dies
qui expectari debet, sic in proposito nostro vt. j. per Deci.
col. fi. Item quia plus cõsequeretur comites mortuo legato
quam eo viuente fecissent, & minus laborarent, quod ab-
sonum est, ergo fugiẽdum. l. nam absurdum. j. de bon. libe.
Et ad. §. si domus. legis si in. l. j. locati. & rationibus Ias. clare
respondent omnes tenentes contra hanc opin. in locis. j. al-
legandis, & cum Alex. tenent. hic Seue. in quæstio. 19. Dec.
col. vlt. Aquens. 2. Curt. 3. Mod. bono. in quo nota. & Taur.
loco prealle. sicq; non solum vt dixi verior est opinio, sed
etiam cõmunior, & si dicas pręsupponi vnum falsum q sa-
lariũ asses. soluendum non sit in prin. respõdebimus. j. dum
examinabimus quæstionem illam vtrum salarium legati &
comitum solui debeat in principio officij vel in fine.

90 Quarta difficultas, † quantum prædictis assess. & hære-
dibus eorum pro salario pręstandũ sit, & solui debeat, quam
quæstionem plenè tractant diuersimode cõcludentes Seu.
hic in quæst. 30. Iaso. col. iij. Aquens. 1. & Moder. taur. in. 2.
quæst. vlt. arti. Casus vnus clarus est vbi de certo salario con
uentum fuisset contractu tunc ex conuentione legem ac-
cipiente. §. si conueniat. l. primæ infra deposi. & l. contract.
infra de regu. iur, cum multis similibus ibidem per me ac-
cumulatis. Quãdo verò circa certitudinẽ & quantitatẽ sa-
larij nulla fuisset inita pactio, nec statuta prohiberent, con-
siderandi sunt nonnulli casus pro clara intelligentia articuli.
Aut enim consuetudo prouidet de certo salario officiali,
91 † & illi standum est, & secundum eam censetur cõtractum
l. licet cum notatis infra. C. locati. l. quod si nolit, §. qui assi-
dua infra de edil. edic. cum notatis per Seuerin. & Iaso. &
Aquens. præallegat. Barba. in. cap. q translationem colu. de
offic. legati & Alexan. in consi. 3. col. fina. & consi. 206. viso
lib. 2. aut consuetudo varia est, & subdistinguas, aut assessor
vel officialis alias cõductus extitit sub certo salario & post-
92 modum simpliciter reconductus ad idem officium, † tunc
intelligitur reconductus cum eodem stipendio, quo pri-
mum conductus fuerat secundum Iaso. Aquens. & supra
93 allegatos, † arg. tex. in. §. vxor. l. pe. infra solu. matr. vbi vxor
quæ reuertitur ad virum post diuortium censetur, illi con-
stituere dotem quam in primo contractu matrimonij de-
derat, nisi mutata foret qualitas & condictio personę con-
ductæ. vt quia excellentior factus fuisset. tunc enim pari-
ter augeri deberet stipendium, quemadmodum & scientia
aucta fuit. ita Corsetus in singularibus in litera, scilicet in
singulari incip. dum audirem, quia tamen donum scientiæ
qualitas est extrinseca quæ non præsumitur iuxta glo. in. c.
si forte de elect. in. 6. de tali augumento liquere, constareq;
94 deberet. † Quantum autem ad textum præallegati. §. vxor
& articulum illum repetitæ dotis in. 2. matrimonio. pote-
stis videre quæ plenè ponunt Barb. in consi. 13. colu. penul.
lib. 2. Cors. consi. 157. 172. & 254. vol. j. Bald. nota. in tract.
dotis fol. 11. speciali. 14. & fol. 25. in speciali. 71. leg igitur &
rationi consonum est & consuetudo Magnific. & Illustris.
Reformatorum huiusce inclitæ vniuersitatis Pataui. qui in
reconductionibus doctorum legentium pro meritis labo-
ribus & fama augent illis stipendia.

Si verò non agatur de recondutione, sed de conductio-
ne & de salario non sit facta mentio, tunc quicquid dicant
Mod. taur. male intelligentes mentem Iaso. & Aquens. hic,
casus valde dubius est, Ias. determinare non audet. Aquens.
95 vult taxari debere salaria, † pro qualitate personæ & officij.
arg. §. in honorarijs. la. prima cum notatis per Barto. ibi &
in. §. sed & si comites. j. de var. & extraor. cog. Seuer. hic in.
30. quęstione testatur se vidisse secundum illam theoricam
Bart. sępe practicatum. Mode. tau. in. v. col. vlt. art. vltimam
96 consuetudinem inspiciendam esse dicunt, † per tex. no. in. §.
sed si alimenta legis mela. j. de alimentis legatis cum nota-
tis ibi per Bart. plura alia similia congerit Fel. in. c. eam tex.
col. fi. de rescri. & Roch. Curt. loco statim allegando. tamen
§. sed si alimẽta nõ probat, quia procedit vbi facta est men
tio de solito vel de eo quod loquens faciebat prout melius
intellexerunt Iaso. & Aquens. ac Alexan. in consi. 5. colu. fi.
lib. 5. Aret. consi. 11. col. fin. & Curt. in tract. de consue. lo-
co infra, allegando, nos loquimur quando simpliciter quis
conductus fuit. vnde cum casus sit omissus, nec per legem
decidatur, relinquitur dispositioni iuris communis. l. com-
modissimè. infra de liberis & posthu. arbitrio igitur iudicis
decidendus venit. argumento legis primæ infra de iure de-
liberandi pro qualitateq; conductæ personæ & officij sala-
rium taxandum erit, argumento. §. in honorarijs prout di-
xerunt Seuer. & Aquens. supra relati. Et quomodò intelli-
gatur illud q in dubio conductio doctoris intelligatur fa-
cta secundum consuetudinem, vide pulchrè Pau. de Castr.
in consi. 319. visis in antiquis. vbi loquitur de detractioni-
bus quæ de stipendijs lectorum fiunt hic Paduę... Si verò
conductio facta fuisset pro salario solito, vel secundum sa-
larium solitum, & variè fuisset pręstitum. nouissima atten-
deretur præstatio, & quod postremò factum fuisset. d. §. sed
97 si alimenta, alias conuentio ambigua remaneret, † & hæc
videtur communis scribentium sententia vt per Bald. in. l.
binos hic per Iaso. allegatam. Aquens. hic colu. j. Alexan. in
pręalle. consi. v. col. fin. Aret. consi. 2. col. vlt. latè per Roch.
Cur. in repe. c. fin. colum. 65. in quarta limita. de consuetu-
dine vbi plura similia cumulauit, ad cõprobationem istius
dicti. Intellige primò prædicta nisi extraordinariè ex aliqua
speciali causa præstatio illa vltima sic facta fuisset, quia non
98 attenderetur, † per text. nota. in. l. Seio in. §. modico. infra
de ann. le. secundum Aquen. hic plura similia de extraordi-
narijs de quibus non censetur actum, nec cogitatum ponit
Fely. in cap. sedes colum. 3. de rescrip. & Barba. in. capit. ve-
99 rum. col. ij. de fo. compe. † secundò intellige nisi frequentius
quis aliud facere soleret, quia quicquid dicat Aquens. illud
tunc attenderetur, non actus vltimus, per notata in. ca. quod
trãslationem, de officio legati in. l. nam ad ca. & in. l. de qui-
bus supra de legibus & in. le. certi conditio in. §. si nummos.
ibi cum quotidie credituri infra si cer. pet. cum alijs addu-
ctis per Parisi. in consi. 12. secundi volum. secundum Deci.
in rubr. extra de consue. Ad textum in. d. §. sed si alimenta,
100 † qui oppositum probare videtur, quòd attendi debeat no-
uissima præstatio. & actus vltimus. respon. Dec. loco pręal-
legato & in. l. vt liberis. colum. ij. C. de colla. accommodan-
do nouum intelle. ad illum tex. qui non conuenit illi literæ,
immò

immò est contra verba text. ibi eius temporis, & ibi eam
præstationem quæ nouissima fuit, quæ quidẽ verba in vni-
co actu verificantur, propterea Curt. in dicta rubri. de con-
suetudine quæstione quinta considerationem, & intellectũ
Decij bonis rationibus improbat. Tenendo igitur conside
rari debere quòd frequentius seruabatur ad. §. sed si alimen
ta responderem intelligi nouissimam præstationem esse in-
spiciendam. etiã quòd minus præstaret, quando variè præ-
stitit, nisi frequentius vno modo præstare consuetus esset,
quia tunc id dicerem attendendum, & eo casu illum tex. re-
stringerem, ad frequentiorem præstationem, & esset not.
decla. ad illum tex. Quando ergo legatus promisisset asses-
sori salarium secũdum quod solitus erat alijs præstare, tunc
non attẽderetur quod vltimo loco præstitit, sed quod com-
muniter & frequentius solitus erat facere, sed si præses con-
ducens assessores verbo cõsuetus vsus fuisset, non posset ta-
lis sermo in vno actu verificari, vel in vnica præstatione, sed
ad minus duo actus requirerentur. l. tertia in fine. C. de epis.
audie. l. prima, in verbo frequenter. c. quæ sit longa consue-
101 tudo, † & sic ista potest esse differentia inter solitum & con
suetum, quia solitum verificari potest, nõ solum in pluribus
actibus, sed in vno tantum. d. §. sed & si alimenta quicquid
dixerit Matth. de afflic. in decisione regni. 305. & Dec. in. l.
vt liberis colum. secunda. C. de coll. consuetum in pluribus,
tantum vt per Curt. in præalleg. quæstio. 5. & Moder. tauri.
in. l. rogasti in. §. si tibi colum. 13. infra si cer. pet. quæ nota-
te, quia intelligitis quæ sit differentia inter solitum, & con-
suetum de quo Bar. in. l. prima. C. quomodo & quando iud.
se nunquam clarum fuisse fatemur & doct. in locis prælle-
gatis dictis vocabulis promiscuè communiter vtuntur, nõ
aduertentes, prædictam differentiam. Quinta quæstio an
102 mortuo legato, † asseso. & comites expensis hæredum le-
gati, aut suis reducendi sint domum, Seuer. hic in. 31. quæ-
stio. post Bar. in. l. penul. C. de iure fis. libro decimo tale onus
in legatum, & eius successores reijcit, & in duabus sequen-
tibus quæstionibus idem voluit, idem tradit Ias. in. l. si non
sortem in. §. libertus colum. penul. infra de condi. indeb. sed
Barto. se fundat in consuetudine quæ est facti & probanda,
ideò de iure oppositum verius est, & tenẽdum, quòd asses-
sores & comites suis sumptibus id facere debeãt, immò &
saalere durante officio, vt post Ang. videtur dicere Alexan.
in. d. §. libertus. colum. vlti. Cuius rei fortissimum est argu.
text. l. suo victu. ff. de oper. libe. quòd vbi quis habet aliquid
facere, intelligitur si aliud non dicatur quòd expensis suis id
faciat Arch. in. c. cauendum decima quæstione tertia. Rom.
consi. 346. colum. tertia Barba. consi. 62. char. j. volu. 4. & in
clemen. causam nume. 66. de elec. Rimi. in. l. edita col. j. C.
de eden. Felyn. in cap. 3. colum. fin. de re iudi. & in cap. j. col.
fi. de lib. ob. & Dec. in. c. bonæ col. 2. de appellat.

Propterea legati, assessores, & doct. sint cauti clarè & ex-
pressè super prædictis conuenire, videte etiam circa prædi-
cta quæ dicit hic Seuer. in. 33. quæstione.

103 Ex prædicto notabili infertur, † quòd casus contingens
in persona conductoris nõ nocet locatori, cui pro toto tem
pore in locatione comprehenso salariũ debetur, iuribus su-
pra in primo notabili allegatis. Et modus iste procedendi
inferendo ex notabili vt feci magis sapit quàm secundo lo-
co id ex tex. notare, vt fecerunt Seue. & Dec. quum non sit
nouum notabile, sed ex præcedenti sequatur.

104 Infertur ex prædictis † secundum Portium in. §. fin. inst.
loca. ad notabilem quæstionem, quidã scholaris cœpit duo-
denam pro anno vno, mortuus est ante finem anni, integrũ
pretium duodene debitum erit patrono, per quem non stat
quin faciat duodenam promissam, sed Deci. & Curt. in se-
cunda col. causam scholaris tuentes oppositum tenent, quia
solum consideratur interesse, & hic & in iuribus supra alle-
gatis, nõ ergo integrum duodenæ pretium soluendum erit,
sed interesse tantum præstãdum, exemplificando vt hic per
ipsum Deci. & cessante ipso interesse, vt quia alium schola-
rem pro eodem pretio loco mortui, in duodenam accepis-
set nihil soluendum esset patrono duodenæ secundum eos,
idem si potuisset aliũ scholarem accipere & noluisset ei im-
putaretur glo. infra in verbo eodem cum allega. in sequenti
not. dummodo non haberet iustam causam illũ recusandi,
105 vt quia discolus, vel difficilis solutionis, † Dum tamen De-
ci. vult quòd si scholaris sine causa discederet. eum teneri ad
interesse tantummodo, Cur. improbat dicens ad integrum
pretium duodenæ eum teneri, cũ per eum stet allegat doct.
Bar. in. l. si vno in. §. item cum quidam colum. secunda infra
loca. est in versic. tamen vt istam ibi propter factum condu
ctoris, sed ego non recederem ab opinione Deci. per eius
rationem, quia in obl. facti. succedit tãtum obligatio ad in-
teresse iuribus hic per eum allegatis, & decisio Bart. intelli-
gitur, quando interesse conductoris totã pensionem capit,
ac totum pretium aliàs secus, vt per Dec. hocque satis clarè
probant. iura ibi per Bart. alleg. videlicet lex sed addes in fi-
ne ibi si mercedem ab alio nõ accepisti, & lex sequens cum
lege nostra ibi modo comites non fuerint posteà cum alijs,
eodem tempore, se interesse patroni duodenæ totum pre-
tium ipsius duodenæ non capit, vt Deci. deducit, & plusquã
clarum est: ergo, &c. Item quia cum aliena iactura efficie-
retur locupletior, si integrũ duodenæ pretium cõsequi pos-
set, contra. l. nam hoc natura infra de cõdi. inde. male tamen
106 sentit Deci. hic in alio †, dum vult solitũ negotiari non pos-
se cõsequi interesse lucri cessantis, nisi probet certitudinem
lucri aut potentiam propinquam, idque in pluribus alijs lo-
cis firmauit, sed est à veritate alienum vt dixi in. l. quatenus,
infra de regul. iur. & in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, &c.
quòd sufficit probare quem fuisse solitum negotiari, & lu-
crari, & quòd alij similis conditionis & qualitatis à commu
107 niter accidentibus tantũ lucrãtur & lucrati fuissent. † Quia
si scholaris recederet timore pestis aut belli non teneretur,
ad pretiũ, nec ad interesse pro residuo tempore post reces-
sum per text. in. l. item quæritur in. §. exercitu in. l. ex condu
cto in. §. primo, & in. l. habitatores in. §. fin. infra loca. sicuti
nec ad pensionem conductæ domus per iura præallegat. vt
hic per Seuer. in quæstio. 40. Alexan. in apostì. ad Barto. in
præallega. §. item quum quidam Sozi. in consil. 44. colum.
secunda volum. 1. Ripam in tracta. de peste fol. 3. & quarto.
Ex Christofo. porc. in. §. fin. instit. loca. vbi idem vult in re-
cedente à domo conducta propter timorem malorum spi-
108 rituum. Dicit tamen not. Seue. loco præalleg. † sanè intel-
lig. esse id quod de pensione non soluenda, in casum reces-
sus ob pestem, vel bellum dictum fuit, quãdo recedens re-
nunciasset domum iuxta. d. §. exercitu. & consignasset cla-
ues domino domus, & eo acceptare nolente de mãdato iu-
dicis fuissent penes aliquem depositæ & remissæ quæ deci-
sio. no. est & vtilis in pract. vt in lect. Taur. dixi, & illum se-
quitur ad sydera extollens Curt. infra in fi. commen. & in. l.
si quis nec causam in fi. infra si cer. pet. vbi perpetuò no. re-
putat ꝙ ad hoc vt recedens propter pestem excusetur. ac li-
beretur à solutione pensionis domus, residui temporis duo
requiruntur. Denunciatio recessus. & consignatio clauium
facta domino domus, faciũt quæ de denunciatione scribũt
Bart. & alij in. l. de pup. in. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. no.
nun. & in. §. morte. Seue. tamen loquitur per modum con-
silij & sic non videtur præcisè velle quòd nisi prædicta duo
obseruentur pensio debeatur, & errat. Et ideò Ripa loco
præalleg. tenet non denegari conductori remissionem pen
sionis, licet non denunciauerit recessum. nec claues domus
consignauerit. argum. l. quòd si domus in. §. primo, infra lo-
ca. quamuis conductor si patiatur damnum. & interesse, &
omissam denunciationem, id totum actione locati possit à
conductore consequi. d. §. exercitu &. §. fi. l. dñs horreorum
infra loca. Et sic prædicta denunciatio, protestatio, & consi-
gnatio clauium vtilis erit ad euitandũ exceptionem prædi-
cti interesse passi, qua omissa, exceptio ipsa retardabit exe-
cutionem remissionis, donec de ea sit cognitũ. Et pro ista
opi. pondera ꝙ in. §. fi. d. l. habitatores, præal. nihil dicitur de
denunciatione, nec de consignatone clauiũ domus, & si re-
spon. suppleri per te. in. d. §. exercitu qui loquit̃ denunciatio
ne recessus, vt per Cur. in. d. §. res quæ in fi. Dico ꝙ loquitur

de interesse passo. ad quod bene tenetur recedens prędictis
non obseruatis, vt dixi. nō autem de remissione pensionis
Nisi respondeas ꝙ si non denunciauerit, remiseritq; domū
vacuam & expeditam cum clauium consignatione, licet re
cedat, videtur adhuc possessionem domus retinere, ergo te
nebitur ad pensionem.l.si merces.§.j.cum simi.infra loc. Et
clarius procederet conclusio ista. quando recedens propter
pestem, vel bellum teneret domum occupatā, & in illa res
suas, quia nō diceretur tunc conductionem deserere ac re-
109 linquere, † & migrare, de cuius vocabuli significatione vl-
tra iura præalle. & titu.infra de migran. videte Laur. Val.in
suis elegan. cap.397. Ad hoc ergo vt conductor liberetur à
solutione pensionis residui temporis, est necesse quòd relin
quat vacuā possessionem domus, certificato de hoc domi-
no domus per denunciationem, signa ergo decisionem Se-
ue. quæ faciet tibi honorē si scieris practicare, sunt tamen
in multis locis statura in prædicta materia loquentia.
Nec intelligas ꝙ propter pestem licitū sit à locatione pe-
110 nitus discedere, † sed pro tempore pestis tantū fit remissio
pensionis, vt per Abb.& Barb.in.c.propter sterilitatem ex-
tra de loca.& Ripam loco præalle. Et per prædicta dicebat
111 Seuer.loco supra proximè alleg. ꝙ assessor † recedens pro-
pter timorem pestis, consequi debet salarium pro tempore
absentiæ, quia timor pestis præstitit iustam causam fugæ.&
consuluit plenius Corn.in consi.5.col.pen.lib.4.faciunt quę
112 scribit Deci. in consi. 70. † Sed vtrum in casu conuerso ad
casum de quo supra mortuo patrono duodenæ, aut impedi
to facere scholari duodenā posit scholaris agere ad interes-
se, contra hæredem patroni, ac contra patronum in secūdo
casu vide Portium loco præall.concludentem ꝙ non. facit
doctrina Bar.in.d.§.item quum quidam colum.ij. versicu.
quæro ergo, pecunię tamē forte pro duodena patrono datę
pro rata tēporis proportionabiliter repeti poterunt.l. si pe-
cuniam &.l.si.infra de cond.ob causam.l. si quis fundum.§.
113 imperator infra loca. Secundò not. † ex isto tex.secundum
Bald.Ful.Pau.Seue.Alex.Iaso.Dec.& alios ꝙ mortuo lega-
to seu pręside finitum est officium, liberatique sunt assesso-
res & comites, ab omni obligatione, cum legato prætextu
exercitij prædicti officij contracta, ita ꝙ pro libito possunt
recedere, nec cogūtur remanere ac restare cum successore,
etiam ꝙ sit filius secundum Alex. patet quia vt hic & in iu-
ribus supra allegatis dicitur, possunt operas suas alijs locare,
quod eis non concederetur si ex primo contractu adhuc ad
seruiendum obligati essent arg.l.sicut.C.de act.& obli.cum
not. per Seuer. infra in quæstio.13. Quantum ad officium
legati ꝙ finitum sit indubitati iuris est, cū mors omnia sol-
uat.§. deinceps in aucten. de nup. nec huiuscemodi officia
in quibus eligitur industria personę ad hęredes transeunt.c.
vno delegatorum de offic. delegat. cum adductis supra per
Alexan.in.1.not.& Dec.in.2.& Curt.in consi.66.cum alijs
quæ allegaui supra circa primam difficultatem, primi nota.
Quantum autem ad obligationem per assessores & comi-
tes contractam an & quomodo finita sit, maior est difficul
tas, & contrarietas inter scrib. vt hic per Dec. ipsi contrariū
in secundo not.& in penul. col. Pro habenda veritate istius
114 puncti † considerabā duos casus. aut enim assessores & co-
mites nolunt exigere salariū residui temporis, nec retinere
vltra portionem sibi debitam pro rata temporis, quo seruie
runt, si forte illud à princ.recepissent, nec volunt successori
seruire, licet sit filius & hęres legati defuncti, & tunc dicam
cum Alex. hic finitam esse obligationem comitū per hanc
l.& supra allegata, aliàs nō possint assessores & comites ope
ras suas residuo tempore alijs locare, prout possunt, hocque
æquitate suffultum est, ne comites cogantur alijs inuiti ser-
uire, quibus non promiserunt contra vulgatam regulā prę-
alleg.l.sicut &.l.in re.C.man. sicut etiā in matrimonio per-
petua contrahitur obligatio instit.de pat. potest. in princ.&
tamen mortuo viro mulier soluta est à lege viri.c.pe. de se-
cun.nup.ita legato mortuo, comites à conuentione cū lega
to cōtracta soluti erunt, cum mors cuncta dissoluat, & præ-
dicta quando nō curant de salario, & hoc menti doctorum
videtur consonū in articulo sequenti, nam disputantes vtrū
assessores & comites teneantur successori seruire, respondēt
quòd sic vt statim dicemus dummodò iustam causam recu
sandi nō habeant, si volunt habere salarium, vt per Aquen.
& Dec.infra colum.penul.& Dec.in secundo not.& Mod.
Tau.colum.penul.volunt ergo à contrario sensu, quòd si de
salario non curent, ab omni obligatione sint liberati. Nec
obstat quòd filius cēseatur eadem persona cum patre, & sit
idem officium, quia hoc est solummodo per fictionem nō
vere.l.fi.vbi omnes scribētes not.C.de impub.& alijs sub-
stit.ex quibus liquet non subsistere considerationem Mod.
Bono.ad finem vlti.not.opinantium solū pacta & conuen-
tiones non durare, quando alteri operas locarunt, & hære-
des legati exonerarunt, hoc casu dicebant videri per legem
nostram obligationem dissolui, aliàs secus, quia immò mor
tuo legato statim sunt liberati per mortem ipsius, ab omni
obligatione si de salario, vt dixi curant, etiam quòd operas
non locauerint, & per consequens tota vis est in remissio-
ne salarij quasi æquum sit, si residui temporis salarium ha-
bere velint, seruiant eo modo quo fieri potest, si iusta cau-
sa recusationis non sit.
115 Aut comites volunt residui temporis salarium, † & tunc
maior est inter doctores contrarietas, nam Dec. & Moder.
taurin. in antepen. & pen. colum. ac Bonon. supra glos.eo-
dem tempore, post Romanum per eos relatū, ac post Alex.
infra in pen.colum.voluerunt non teneri successori seruire,
nec alij operas locare, primò per regulam.l. quod fauore.C.
de.ll. quia in eorum fauorem introductum & sancitum est,
quòd possint operas alijs locare. non debet ergo in eorum
odium retorqueri, vt cogantur inuiti. Secundò quia inten-
tionem fundatam habent per hāc.l. & alias supra allegatas,
quia per eos nō stetit quin legato iuxta promissa seruierint,
quę ratio solū cessat, quando cum alio se locarunt, nō quan-
116 do se locare noluerūt etiam quòd potuerint, † Tertiò quia
non debēt cogere personā cum qua initus fuit cōtractus.l.
si mandato meo.§. primo, infra man. facit regula legis nec
emere.C.de iur.deliber. &.l.fin.C.de vsu & habi. Pro con-
117 traria opinione facit, † quia si assessores & comites possunt
operas suas successori vel alteri cōmodè locare & nolint, vi
detur per eos stare, ideo non debere posse cōsequi salarium
ab hæredibus legati mortui. argu.l. labeo scribit si mihi bi-
bliotecam infra de contrah.emp.l.iure ciuili infra de condi.
118 & demon.&.l.nepos proculo infra de verbo. signifi. † Se-
cundò quia tenetur quis facere quod sibi nō nocet, & alteri
prodest, vt per Bart. & scrib. in.l. secunda in princ. infra sol.
mat. ergo in proposito nostro successori, vel alteri seruire si
commodè posit, maximè suggerente ęquitate propter ca-
sum mortis legati, & ita post gl.hic super verbo eodem tem
pore.& Bart.in.§.diuus tenent Fulg.& Alexan.infra in pen.
colum.Seue.in quæstio.17. Aquen. in prima & pen.colu.&
Dec.sibi contrarius in secundo not. & sic est cōmunis opi-
nio, vt fatentur tenentes contrariā partem, ab ea igitur non
erit recedendum. Non obstant modo adducta in opposi-
tum. Ad primum.de.l.quod fauore quia responsio Alexan.
improbatur per Dec.& præfatos Moder.respondeo negan
do id fuisse dispositum fauore assessor. & comitum, immò
mista fauore eorundem ac hæredum legati, qui tunc exo-
nerantur à solutione salari residui temporis, ad quā quidem
regulā dictæ.l.quod fauore potestis videre quæ scribit De-
ci.in consi.232.colum.fina. & 457.colum. fin. Ad tertiam
rationem sumptam ex lege nostra respondeo, quòd si asses-
sores & comites nollent successori, aut alteri absq; iusta re-
cusationis causa seruire, satis diceretur stare per eos quin prę
starent operas promissas, ergo perinde esse debet, ac si fuis-
sent cum alio, vt non posint salarium residui temporis con
sequi, argum.l. labeo. &.l.iure ciuili supra allegat. Ad ter-
119 tium de.l.si mand.§.primo, † quicquid dicat Deci.respon-
dent Alexand. & Seuer. quòd ibi non suberat aliquod ne-
cessarium impedimentum debitoris. & æquitas faciendi
in vtilitatem alterius quòd sibi non nocebat, prout in termi
nis legis nostræ. subsistente enim iusta causa non procedit
dispositio

dispositio dicti.§. primi. & cogitur quis mutare personam,
cum qua cõtraxit.l.vsuras cum glo.C.de sol. Notat pulchrè
Aret.in.l secunda in princ.in vlti.colum.infra sol.mat.deci-
sionem autem dicti .§. primi .l. si mandato declarare mul-
tumque ornare posse si quis voluerit videat Saly. in.l.fi. ad
fin.C.de serui.& Aquen.Fulg.in cons. 128. Alexan.in.l.qui
Romæ in prin. in tertia colu.infra de verb.obli. Lan. Deci.
in.l. pacto successorum ad finem.C. de pac. Iaso. in.l.ij.§.j.
colu.fin.infra si cer.pet .Sozi.& alios in.d.l.secunda in prin.
sol.ma. Dec.in.l.si pater.C.de col.& in.l.plus cautionis cum
alijs quæ ibi scripsi . Nec obstat replicatio Moder. Bonon.
hic loco supra alleg. quia non subsit æquitas exonerandi hæ-
redes legati.ex quo ipsi de publico pro se & comitibus sala-
rium percipiunt, æquum videtur quod soluant assessoribus
& comitibus, licet cum successore nõ remaneant, quia im-
mò æquitas subest propter impedimentũ mortis legati,fa-
ciendi videlicet quod sibi non nocet & alteri prodest, & quia
propter æquitatem aliquando quis cogatur emere contra-
here & distrahere ponunt scrib.in.d.l.nec emere, Non ob-
stat regula præall.l.fi. quia ibi non agebatur, de damno fru-
ctuarij , nimirum si nõ auditur volens rem in melius com-
mutare contra voluntatẽ proprietarij,hic agebatur de dam
no hæredum legati euitando, ita quòd ratio non est par.§.li
centia.l.fin.C.de in.deli. & æquitas de qua supra illa est quæ
facit, vt contra voluntatem propriam cogatur quis facere,
maximè quum iam cum alia persona comites, id fecissent .
120 † ad declarationem autem dictæ.l.fi.plura scribit Bart. in.l.
Paulus versic. sed contra.vbi etiam Ang. & Imo. infra de
sol. Alexan. in.l.Marcel.§.res quæ colum.fin. infra ad treb.
in.l.cum quid colum.primo,si cer.pet. & in consi.55. ad fin.
lib.secundo,& Dec.in.c.ex parte colum.ij.in fin. de rescrip.
Limitatur prædicta conclusio communis secundũ Fulg.
121 Alex. Seue.& omnes Mod. præallega. † vt procedat sicuti
dictum est quãdo assessores & comites , commodè saluoq;
honore,ac dignitate possent cum successore remanere , vel
alteri vt requiritur operas locare,aliàs secus, quia non dice-
rentur id posse, quod commodè & cũ honore non possent.
argumento dictæ legis nepos,proculo, maximè quãdo ve-
risimiliter cum tali persona nõ contraxissent.vel se aut suos
simili personę nõ credidissent,vel locus de quo ageretur nõ
esset salubris, quæ omnia arbitrio iudicis secundum præfa-
tos scrib.committuntur . Item limitant quando culpa lega-
ti comites non perseuerassent , quia licet operas alijs locas-
sent , deberetur eis salarium residui temporis, cuius tamen
contrarium tenui supra excutiẽdo intellectus legis . Sed hic
122 moueo notabilem dubitationẽ, † nunquid assessoribus aut
comitibus cum successore legati remanentibus, & ab illo sa
larium recipientibus , salarium forte legato à princ. datum
etiam pro comitibus, cedat lucro hęredum legati, vel repu-
blicæ, vel principi restituẽdum sit, crederem restituendum
quantum ad partem comitum, quia quum fuerit præstitum
pro illis & non detur, & sic cessat causa, cessare etiam debet
effectus vulgato.§.quamuis.l.adigere, infra de iur.pat. & .c.
cum cessante, de appel. Item quia esset penes hæredes lega-
ti sine causa, ergo debet posse repeti.l.dedi.& toto titu.infra
de condi. ob causam, & hæredibus legati sufficere debet, si
mortuo legato salariũ ipsius, pro residuo tempore cedat lu-
cro ipsorum,non autem lucrari velle etiam partem comitũ
cum damno alterius.cum ergo hæredes legati de lucro tra-
ctent,& respu.de damno euitando,causa publica pręferen-
da est.l. non debet actori.§. in re obscura infra de regu. iur.
pro qua opi.videtur text.l.secunda,ibi reip.potius debet in-
123 ferre.C.de leg.libr.10. Quartò noto † ex isto text.in verbo
præstitum est quòd salarium legati, & officialium solui de-
bet in princ. officij pro toto anno officij , tamen infra loca.
in.l.diem functo in verbo præstandũ probari videtur quòd
solum in fine officij solui debeat, articulus est dubius & di-
sputabilis,nam glo.& Bart. in supra allegato.§. diuus. Bald.
Pau.Alex.hic in secundo not.& Cur.col.quarta,& commu
niter scriben.vt præallegati attestãtur,plura adducentes qui
bus absque magno labore posset responderi , vt patet ex his

quæ scribunt hic Iaso.colum.tertia Dec.& Moder.Bonon.
colum.j. & secundũ prædictam opinionem tenent quòd so-
lutio fieri debeat in princ. officij,pro qua opinione,quia lex
nostra vnde præfati doct. not.colligunt plures habet intel-
lectus, ita quòd super ea non potest fieri fundamentum per
ea quæ dicunt Bart.& alij in.l.in ambiguo infra de reb.dub.
& ad eam multipliciter responderi potest,aut quòd ponitur
facti contingentia,vel quòd non debet esse in tex. præstitũ
sed præstandum, vel si præstitum non refertur ad salarium,
sed ad tempus, vt supra dixi ea propter pro hac parte, fortius
124 stringunt infrascripta, † in primis text.l. vnicæ.C. de suffra.
ibi promissa restituant & soluant , quum ea quæ optauerint
cõsequantur patrocinium , videlicet prout ibi traditur ergo
à princi. patrocinium causæ patrono solui debet . Secundo
quia vbi pro opera & impensi pecunia soluitur,vt in salario
legati & officialium terrarũ,quod pręstatur pro opera offi-
125 cialiũ,& expensis quas in officijs faciunt, † solutio fieri de-
bet in princi. mediante cautione ab officialibus præstanda,
de seruiendo.l.insulam.§.fin. infra loca.l.si verò non remu-
nerandi.§.fin. infra man. Tertio quia vbi salarium debetur
non ex dispositione contrahentiũ strictè intelligenda iuxta
.l.semper in stipulationibus,infra de regul.iur.&.l.quicquid
126 astringendæ infra de verbo.obliga. † Sed ex dispositione.l.
aut statuti large interpretanda, & cum qua mitius, ac beni-
gnius agitur salarium in initio officij persolui debet.d.§.di-
uus. vbi Bart. colum.prima,& alij scrib.hic.sed sic est quòd
salarium præstatur legato & officialibus virtute capitulorũ
loci,& sic.l.particularis,vel ex conuentione,quę succedit &
subrogatur in locũ dispositionis legalis, vt notatur in.l. fori.
C.de aduo.diuer. iud.& voluit Bart.loco præallega. ergo in
princ. debet solui per prædicta.Contrariam opin.quòd so-
lum in fine anni soluendum sit salarium officialibus,tenue-
runt hic Seue. Iason. Aqueins.& Moder. Bono.& alij relati
per eos,ac Ioan. de Plat.in.l.prima.C. de primipi. lib.12.&
ambo Deci. hic . pro qua quidem opinione in primis dicti
127 scribi adducũt tex.in.l.prima proximè allegata,† licet enim
militia non sit dignitas,& stipendiũ detur militi propter la-
borem principaliter, tamen vbi militia est cum præpositu-
ra,vt in pręfecto militũ.seu capitaneis nostri temporis,tunc
militiæ dicitur adiecta dignitas.l. vnica cum ibi notatis, per
doct.C.de equest.dign. lib.12. & sic primipilatus de quo in
præallega.l.j. dignitatem annexam habebant . eratque pri-
mipilus centurio qui multos milites sub se habebat , prout
in lectione euangelica habetur . Sæpeque apud Liuium &
Vegetium de re mili. & Moder. in.d.l.prima de primipi. &
tamen talis miles in dignitate constitutus , non conseque-
batur salarium , nisi post finitam administrationem , vt ibi
dicitur, ergo in fine offi. Secundò videtur probari infra lo-
cat.in.l.diem functo. in verbo præstandum. Tertio per re-
gulam vulgatam quòd illud quòd debetur anno , soluẽdum
est in fine anni.l.qui hoc anno cum ibi notatis infra de ver-
128 bo. oblig. † quartò quia quælibet pensio conuentione ces-
sante, & consuetudine circunscripta solui debet in fine anni
l.eadem cum glo.C.loca.vbi Bart.& alij Ioan. de Plat. in.d.
l.j.de primipil.Alex.hic colum.j.vbi Dec. fin.& Hiero.Gi-
gan.in tractu.de pensione quæst.93. quintò & vlti. quia lo-
cator operarũ pro parte sua primo adimplere debet, nec an
tea agere potest, vulgato.§.offerri.l.Iulia.infra de act. emp.
ergo in fine temporis cõductæ solutio stipendij fieri debe-
bit. Et tenendo hanc opin.quę in puncto iuris verior vide-
tur contra communem, ad primum argumẽtum supra pro
129 ipsa communi opinione factũ de.l. vnica de suffragio, † re-
spond. potest non vrgere immò in cõtrarium posse retor-
queri secundum alium intellectum , vt hic per Alexand. &
Seue. loco pręallega. de quo textu vide quæ scripsi in.l.ij.de
ori.iu.& Moder.in secundo paradoxorum.c.14. Ad secun-
cundum argumentum respondet Deci.colu.ij. Ad tertium
Alex.& pręfati Moder.quòd tex.dicti.§.diuus. non probat
quia sic ibi contingit à casu & de facto fuisse in prin. pręsti-
tum salarium, non quod de iure ita fieri debeat ex ęquitate ta-
men dicendũ esset,nec in prin.anni nec in fine deberi solu-

tionem dicti stipendij, sed deligendam esse quandam me-
diam viam, vt hic per Seue. Deci. Mod. Bon. & alios super
qua quidem quæstione vlterius non est insistendum nec la-
borandum, quia cõmuniter deciditur, vel per se statuta vel
per conuentionem partium, aut per consuetudinem.
130 In aduocato † quicquid dicant Ias. & Aquen. post relatos
ab eis receptior sententia est solutionem salarij fieri debere
in princ. quia non tantũ pro mercede laboris, soluitur quan
tum ob probitatem scientię & intellectus, sapitq; prouisio-
nem legalem, & ideò fit larga interpretatio, vt in principio
temporis soluatur. d. §. diuus. cum notatis ibi per Bart. col. j.
Alexan. hic. 2. Seue. quæst. quinta, & alios Moder. ac Dec. in
consi. 70. quemuis disputando respõderi pesset, vt supra di-
131 ximus. In medicis certum est solutionem salarij † fieri de-
bere in fine non in prin. secundũ dispositionem iuris com-
132 munis. l. archiatri. † vbi glossat Bart. & docto. C. de profes.
& medi. lib. decimo vbi asignatur ratio doctoribus legen-
tibus qui multos instruunt ad iustitiã, quibus propterea ma-
gis fauendum est q̃ aduocatis, vt infra dicetur. concluden-
dum esset solutionem fieri debere, sed non seruatur de con
suetudine statutaque circa hoc communiter prouident, aut
vsu Taurini dimidia pars stipendij soluitur in primo termi-
no, altera dimidia in Secũdo. Papię in quatuor terminis an-
ni diuiduntur præstationes. hic Paduæ in singulos menses,
133 in fineque cuiuslibet mensis. In assessoribus † Pau. Aquen.
& alij communiter dicunt solutionem stipendij fieri debe-
re in fine officij, cum ipsi pro parte sua contractum imple-
uerint iuxta regulam dicti. §. offerri. Sed verius est opposi-
tum quòd immò in princ. officij debeat fieri solutio salarij,
cum ex cõtractu subrogato in dispositione legis præstetur,
ac propter probitatem scientiæ & intellectus, sicuti legatis
& præsidibus, maximè quando solueretur ipsis rectoribus,
in prin. officij idẽ ius seruare deberent, ergo & assessoribus,
suis, vt iuxta. l. primam infra titu. 1. prout hic latius tenent
Seue. quæst. 6. & Bo. circa finem secundi nota.

Quintò noto ex isto textu ibi modo comites, posteà cũ
134 alijs eodem tempore nõ fuerint, † quòd si assessores & co-
mites operas alijs locauerint, siue post mortem legati cum
successore vel alio legato cum stipendio fuerint, non debe-
ri sibi salarium residui temporis ab hæredibus legati mor-
tui, ad idem præallegata. l. diem functo infra locati, & ratio
est secundum Barto. hic quia cum officia sint incompatibi-
135 lia ex quo duobus dominis, † nemo seruire potest. l. fin. C.
de assesso. cum alijs hic alleg. per Dec. lex non potest fictio
nem introducere prout in prin. legis fingendo comites tũc
seruire primo legato cum id sit impossibile, & lex super im-
136 possibili non fingat, † & quicquid dicat Deci. in vlti. not.
cuius motiuo patet solutio ex dictis Moder. medio. in trac.
præsumpt. sol. 2. & tertio rationem Barto. in superioribus
defendimus vnde nimirum, si hoc casu non debetur comi-
tibus residui temporis salarium ratione seruitij veri, vel præ
sumpti debitum.

Rursus tamen ratio Bart. non videtur, bona. quia finito
officio legati morte, liberati sunt ab omni obligatione cum
legato contracta assessores & comites. Ergo ratio opera-
rum primo legato præstandarum, non est amplius haben-
da in consideratione, liberatione obligationis, per mortem
legati ab ipsis operis inducta secundum Alexan. & Moder.
Bono. supra in. 1. not.

Responde verum esse illos liberari, si salarium nolint ab
hęredibus legati consequi, vel receptum pro residuo tem-
pore parati sint restituere, aliàs non liberantur, quia per eos
stat quin seruiant, vt diximus supra ita quòd fictio prędicta
136 induci non potest, † legalior tamen & palpabilior est alia ra
tio deficientis interesse assessorum, & comitum ac æquita-
tis, consequendi salarium ab hæredibus legati, ideò nimi-
rum si illud consequi non possunt, vt hic per Iaso. in quarto
not. Deci. i. & Aquens. colum. penult. & ita considerat pro
veritate iurisconsultus, vt patet hic, & in legibus supra alle.
Nec obstat quòd ea ratione attenta sequeretur, secundum
Moder. Bono. quòd comitibus operas suas alijs locare va-
lentibus, & non facientibus deberetur eis salarium, ex quo
prætendunt interesse, quod tamen est falsum secundum gl.
& docto. infra in glo. eodem tempore, quia respondetur es-
se tunc illis imputandum, cũ per illos steterit, propterea nõ
possunt tunc licitè interesse prætendere, vt in tertio not. su-
137 pra diximus, † iccirco si comites minus consequerentur ab
alio quàm à legato consecuti fuissent illud plus resarciendũ
esset per hæredes legati defuncti, ita vt indemnes comites
præseruarentur, & tamen si plus consequerentur illud resti-
tuere non essent obligati, nec dare hęredibus legati mortui,
138 ne industria sua esset eis nociua, † contra text. l. fi. C. de allu.
& palu. cum accumulatis per Brunum in tract. de angu. fol.
29. colu. quarta, vt hic per Seue. quæst. 16. & 17. & Aquens.
colum. penul. & Moder. Bon. in quinto not. ex quibus con-
firmatur, quod dicebat Seue. in quæst. 18. ꝗ si ille cui asses-
sores primi legati operas locarunt, pariter decessisse duran-
te adhuc tempore officij præfinito, id est legato & hæredes
soluendo non essent, dari in subsidium regressum assessori-
bus, contra hæredes primi legati arg. l. tertia, infra de eo per
quem factum erit quia tunc nõ deficit eorũ interesse, quod
vt diximus cõsideratur in pręsenti materia, & si dicas post-
quam hęredes primi legati liberati sunt, facta locatione ope
rarum per assessores, & comites alij personæ amplius tene-
ri non debere per. l. fin. infra de pac. & quia actio semel ex-
tincta nõ debet amplius reuiuiscere. l. qui rem. §. aream in-
fra de solutionibus, nec dandus sit regressus remittentibus,
actiones suas. l. quæritur. §. si venditor infra de edil. edic. &
in. d. l. tertia contingit liberatio absque voluntate creditoris,
immò contra voluntatem, ideò dari ibi regressum ex æqui
tate contra primum debitorem, sed in quæstione nostra fa-
cto comitum cum alia persona locantium operas, liberum
contingit, ideò cessare æquitatem restituendæ actionis con
sideratam ibi. Responde. considerari interesse assessorum
& comitum quod hoc casu non cessat: ideò, &c. & sic libe-
ratos esse hæredes primi legati, non purè & simpliciter, sed
si eodem tempore cum alijs fuerint, vt hic, & infra loca. d. l.
diem functo. sed mortuo successore, vel alio cui operas lo-
carũt, ac finito officio ante tempus: nõ possunt dici eodem
tempore cum alio esse, & consequenter hæredes primi le-
gati non possunt dici esse liberati, considerato interesse co-
mitum, sicuti facit lex prout supra dictũ est, sed debent esse
cauti assessores & comites antequam recedant ab obligatio
ne, quam habent contra hæredes primi legati, cum eis pa-
cifici, vt saluæ sint eis actiones suæ contra ipsos hæredes, si
& quatenus ab alio legato, vel suis successoribus salarium
eorum consequi non possint, & sic extra omnem dubita-
tionem rem in tutum ponere, facit quòd in simili scribit,
hic Seue. in quæstio. 17.

Sextò noto ex fi. l. secundum communem intell. de quo
supra quòd assessores quorũ culpa legatus ab officio remo-
uetur, salarium residui temporis non possunt à legato con-
139 sequi, † quia ex actu per quem damnantur premium cape-
re nõ debent. l. siue hæreditaria in fine infra de neg. ge. cum
140 reatus † omnem prærogatiuã excludat. l. prima, in fi. C. vbi
sen. vel clar. cum alijs de quibus per Signo. in. l. princeps. co-
lum. tertia supra de. ll. Barba. in. c. dilectus el primo colum.
quinta, de rescrip. & Iaso. in. l. si à furioso colum. tertia infra
si cert. pet. immò ipsi assess. & comites tenentur legato, ad
141 interesse, † ob talem remotionem forsitan passam, vt hic
per Seue. in quæst. 23. & dixi supra, hæcque in se vera sunt,
sed non probantur per legem nostram, cuius sensus alius est
vt supra demonstraui.

Septimò noto secundum vltimum intellectum, glossa-
toris, quòd remoto præside ab officio propter eius culpam,
salarium residui temporis debetur assessoribus, & comiti-
bus, etiam quod eodem tempore operas alijs locauerint,
ita quòd à duobus duplicatumque consequentur salarium,
142 quod est notandum secundum Alexand. & alios, † ex quo
multi notabiles effectus sequerentur, vt post Paul. Castr.
ponunt hic Iason. & Deci. in vltim. nota. sed quia præ-
dictus intellectus, nec verus nec sustentabilis est, prædi-
cti effectus

cti effectus super illo fundati vna cum eo corruunt, vt dixi
supra circa declarationem versicu.fin. In quarto intellectu.
143 Octauo & vlti. noto † secundum meum nouum intelle
ctum ad hunc text.in fine magnam differentiam esse in ter
minis nostræ legis, in consecutione salarij residni temporis
inter assessores & comites defuncti legati, & ipsum legatũ,
ob officio remotum, quia ipsi legato remoto non debetur,
salarinm residui temporis,alijs autem prędictis sic.ratio est,
quia vt dixi supra mortuo legato per assessores & comites,
non stat quin seruiant pro residuo tempore, ideò nimirum
si pro illo stipendium illis debetur. Sed quando legatus an-
te tempus fuit remotus sine conseruatione stipendij,& ho-
noris, vt supra dixi,id factũ censetur culpa ipsius legati,ideò
nimirum, si à petitione salarij residui temporis excluditur,
quum potius pœnam quàm commodum & emolumẽtum
ob talem remotionem mereatur,vt latius dixi in.6.not.

Glossæ omnes expeditæ fuere in apostillis & excursione
intellectum, nihilominus potes diuidere glos. super verbo
præstitũ,in quatuor partes. In primo timore contrarij ta-
citi exponit & interpretatur verbum præstitum,id est præ-
standum, quia si præstitum fuisset amplius non deberetur,
ideò pręstitum pro pręstandum capiendum dicit. In.ij.ex
declaratione facit illationem, tacitæ obiectioni occurrẽdo.
In.ij.contra prædicta opponit & soluit. In.iiij.& vlt.ponit
aliam declarationem ad text. nostrum. Secunda ibi, & sic
duo tertia ibi sed contra quarta ibi vel dic.

Iu quantum glo. exponit præstitũ, id est præstandũ ma-
lè facit,dic ergo melius,vt in euidentialibus circa excursio-
nem intellectuum dixi. Secundò dum glo.vult hanc.l.loqui
de salario præstando,tam hæredibus legati quàm assessori-
bus & comitibus,aduerte,quia vt hic dicunt doct.de hære-
dibus legati verbũ nullum,& loquitur hic Papi.quãdo mo-
ritur debitor,quæstio glo. quando moritur creditor secun-
dum Bart.& sic in casu istius legis comites parati erant ser-
uire,nec per eos stabat, secus in quæstione gl. cum potestas
mortuus esset,ita quòd conclusio gl. vt hic dicit Seue. col.j.
quęstionis decimę nullo modo probatur in hac.l.Sed si quę
144 ratur vtrum † mortuo ipso legato ante finem officij hære-
dibus legati debeatur salariũ residui temporis, pulchrè spe-
culationis est, & quæstio ad vtranq; partem disputabilis, &
ex principalioribus articulis istius.l.ideò Bar.& scrib. plenè
tractarunt. Et ego latius in lectura Tauri.nunc vero clarius
ordinatè magis procedam.

Quando de hoc inter partes, conuentũ fuisset casus cla-
rus esset secundum Bart.& alios, cum contractus legem ex
conuentione accipiant.l.prima.§.si conueniat infra de po.l.
contractus, vbi plene scripsi infra de regu. iur. casus dubius
est,vbi de hoc nulla inter partes facta esset cõuentio. vt di-
xi,gl.concludit integrum salarium residui temporis deberi
145 hæredibus legati, pro qua opinione plura adducuntur, † in
primis.l.nostra volens deberi salariũ pro toto tẽpore quan-
do non stetit per debentem operas quin seruierit. Secun-
dò lex post duos.C.de aduo.diuer. iudiciorum,vbi aduoca-
tus fisci decedens transmittit,ad quoscunque hæredes sala-
rium anni inchoati officij,ergo similiter legatus,vel præses
debent transmittere ad hæredes salarium illius anni quo ser
uire cæperunt,& administrare. Tertiò arguitur ab incon-
uenienti euitando, vt facit Bart. quòd argumentum fortis-
simum est in iure.l.nam absurdum infra de bon.lib. Iniquũ
enim foret hæredes legati cominbus, teneri soluere salariũ
residui temporis,prout in hac lege dicitur,ipsis autem simi-
liter pro toto illo residuo tempore nõ deberi. Quartò prę-
dicta conclusio probari videtur in.§. diuus. & in.l.qui ope-
ras in fine supra allegatis vbi hæres aduocati honorario ad-
uocati gaudet prout aduocatus ipse si vixisset. Quintò pro-
bari videtur in.l.prima.C.de primipil.lib.12.vbi commoda
primipilatus debita primipilo transmittuntur ad hæredem,
& in.l.matriculam.C.de agentibus in rebus libro.12.vbi si
quis de numero ducennariorum qui.48.singulis annis con
stituebãtur decederet sicuti ipse viuens fructum & stipen-
dia capiebat.Ita successores eius,& sic ad hęredes transmit-
tit salarium,& similiter in.l.si quis in sacris.C.de pro.sa.scri.
lib.12.vbi si quis ex proximis sa.scri. ante completum pro-
ximatus actũ ex hac luce migrauerit stipendium proxima-
tus residui temporis,ad hæredes sine diminutione transmit
tit, cur diuersum statui debet in legato, vel præside ante fi-
nem officij mortuo? vlti.facit quia vbi stipendium debetur
nõ propter laborem principaliter, sed propter dignitatem,
aut probitatẽ scientiæ & intellectus debetur pro toto tem-
pore, ita quòd moriens illud ad hæredem transmittit.l. qui
operas,&c.§. diuus præallega. cum doctrina Bart. vt hic per
Alexand. colum. quarta,sed salarium pręsidis,vel potestatis
146 tale est,ergo,&c. † Et prædictam conclusio.glo.secuti sunt
Guliel. de cune. Bart. Ang. Saly. Rom. Alex. Ias. Dec. &
alij moderni, & quemadmodum prædicti scribentes atte-
stantur. communis est, & receptior sententia & respondet
Bart.ad vnum argumẽtum quod faciebant tenentes oppo-
situm,& est secundum argumẽtum. ad alia autem minimè.
147 Contrariam opinionem, † quòd hæredibus legati non de-
beatur salarium totius temporis residui, sed pro rata tempo
ris operarum præstitarum, tenuerũt multi ex antiquis quos
hic referunt Alex. & Ias. colum. tertia & septima, & inter
alios Bertrandus de monte fauentino,vt Bart.& pręfati re-
ferunt qui Bertrandus fuit magnus iurisconс.& collega Gu-
lielmi de cuneo,vt per Bart.in.d.§.diuus colum.iij. & Seue.
hic in decima quæstione inde factus Cardinalis, & in cetu
Cardinalium magnæ authoritatis, vt hic referunt Alber.&
Iason.quam opinionem meliorem in puncto iuris dicit hic
Dec.colum.v. & sequenti. & tanquam meliorem multi se-
cuti sunt,vt per Alex. Seue. Ias. & alios.
148 Pro hac parte,† allegatur in primis text. not. in.l. Seio in
prin. infra de ann. lega. vbi eatenus diminuendam esse pen
sionem pro labore constitutam dicitur, quatenus diminui-
tur labor,cũ tam labor quàm pecunia pro labore debita di-
uisionem recipiant,sicq; proportionabiliter, & pro rata fie-
ri debet diminutio, ac debitum ob causam regulari secun-
dum causam annexam, vt ibi per Bart. & Alexan. & Bald.
in.l.prima in secunda oppositione.C. de lega. In quæstione
ergo nostra hæredibus legati salarium totius temporis non
videtur deberi, sed fieri debere diuisionem, & diminui pro
rata temporis, pro quo legatus operas non pręstitit nec ser-
uiuit. Secundò hæc opinio probatur,quia casus fortuitus in
persona vnius contingens alteri nõ nocet, nec debetur pen
sio nisi pro rata.l.si vno.§. item cum quidam.l.si quis fundũ
§.imperator.l.sed addes.§.fina.cum.l.sequenti infra loc. sed
hic casus mortui legati fisco, vel reipublicæ noceret, si hæ-
redibus legati salarium residui temporis, soluendum esset.
Tertiò pro ista opinione Aquens.citat text.l.penul.in fin.&
l.scholaribus.C.de eroga. milit. ann.lib.12.vbi salarium de
publico debitum vsque,ad diem mortis officialis duntaxat
149 præstatur,† Quartò probari videtur per.l.primam.C.de re
mili.libr.12.vbi casus capturæ militis,qui vt patriam & pa-
rentes saluet vitam continuè pro republica exponit iuxta.l.
aduocati.C.de aduo. diuer. iudiciorum. nocet ipsi militi ab
hostibus capto, ne pro tempore captiuitatis quo seruire nõ
potuit, cõsequatur stipendium,ergo nec casus mortis legati
inducere debet. vt hæredibus prædictis debeatur salarium
pro tempore, quo non potuit ob mortem seruire, Quintò
probatur per.l.fin.C. de dome. & protec. lib.12. per locum
à speciali, domestici enim & protectores principis, de qui-
bus ibi emolumẽta primiceriatus ad hęredes transmittunt,
habenturq; perinde ac si superstites vsque ad extremũ per-
mansissent,in dictis personis speciale est,ergo vt hic ait Bar.
in contrarium erit ius commune. Sextò facit,quia promis-
sione pecuniæ & salarij pro operis futuris recipit tacitã con
ditionem, si operæ præstentur.l. interdum infra de verbor.
obli. morte legati intercedente impossibile est operas præ-
stari posse,ergo,&c. Septimò,quia data contraria opinione
pro vera respublica grauaretur duplici onere præstandi sa-
150 lariũ hæredibus legati defuncti, & nouo successori, † quod
graue est, & absonum reputatur, etiam in priuato.l.priuatæ
C.de excu.mun.libro decimo, cum accumulatis per Barba.

in consi.74.col.v.lib.3.& Sozi.in consi.151.& subscriptio-
151 nibus sequentibus lib. 1. † Octauò, quia hæredes legati ex locato tantum possunt agere, ad stipendium eis debitum, vt patet in d.l.sed addes.§.fin. cum.l. sequen.&.d.l. qui operas,
152 † quæ actio ad interesse competit.l. ex conducto in prin.& §.fin.l.dominus horreorũ infra loca. mortuo legato cessant multæ expensæ quas pro se, & familia in officio habebat facere,remanetq; tantũ impensa salarij comitum. cessante ergo interesse,cessabit tam actio locati,quæ pro interesse dat: (iuribus præal.)quam respectu salarij integre consequendi, & per consequens non videtur q hæredes legati possint habere totũ salarium residui tẽporis,sed tantummodo quantũ sua interest. Nonò,quia aliàs sequeretur q doctor ad legendũ decretales puta in quinquenniũ cõductus, annuo stipendio forte ducatorum.c.si in prin.quinquennij decederet hæredibus suis.petitionem stipendij totius quinquennij transmitteret,quod secũdum Aquens. hic absonum esset dicere, ergo fugiendum præallegata.l.nõ absurdum. Decimò,quia negari non potest quin in quæstione proposita licet nõ contrahatur contractus locationis,& conductionis,resultet saltem innominatus, do vt facias iuxta.l. naturalis in.§. aut.n.
153 do.infra de præscrip.verb. † quo casu altero non implente, etiam per casum fortuitum locus est, repetitioni.l. si pecuniam in prin.infra de condi.ob cau.ergo à fortiori hæredes legati sunt excludendi à petitione prædicti salarij, cum facilius concedatur retentio quàm detur petitio iuribus vulgaribus. Et tenendo hanc partem ad ea quæ pro cõmuni adducta fuere facile responderi potest. ad hãc legem, vt supra inductam respondent Bart. & præallega. q nihil facit,quia hic non est verbum præstandum, sed præstitum, præterea loqui quãdo moritur debitor, & sic de salario præstãdo comitibus legati viuentis, qui casus clarus ex quo per illos non stat quin seruiant, ideò nimirũ si residui temporis, salarium debetur eisdem. quæstio nostra est quando moritur creditor & de salario præstãdo hæredibus legati mortui vbi cessat prædicta ratio, quòd per eum non steterit quin seruierit quum per casum contingentem, in persona sua impediatur seruitium ac præstatio operarum,sunt ergo casus penitus diuersi,& ex diuersis malè infertur.iur.vulga.Ad secundũ motiuum de.l.post duos resp. Fulg. Deci.Cur. Mo. bo. col.14. & alij speciale esse in patrono fisci, non dico in fisco, sed in aduocato ipsius fisci. vt ad hæredem transmittat salariũ nõ integrè pro residuo tẽpore aduocatię,sed pro vno anno tantum vt per præfatos.nec mirum, quia in aduocatæ fisci plura alia sunt specialia,vt per gl.in rub.C.de aduo.fisci.& in.ll. ipsius tit. Tertia ratio Bar. supra allegata cõmuniter reprobatur. vt hic per Fulg. Alexan. Deci. Aquen. Curt. & alios Moder. ad motiuum Bart. multipliciter respondentes. Ad quartum de.§. diuus, &.l. qui operas respondet Fulg. quem referunt Dec.& alij Mod.quòd loquitur in retentione quæ
154 fauorabilior est.& facilius conceditur,† quàm petitio detur l.inuitus.§.j.infra de reg.iur.l.si in area. infra de condi. inde. vel aliter potest responderi speciale esse in aduocatis,vt post gl.ibi dicunt Aquens. hic colum.ij.Seue.q.8.col.secunda,& Mod. Bononien. colum. 14. propter fidem de defendendo causam clientuli ab aduocatis datam Gell. tamen per Seue. allega.non loquitur in aduocato simpliciter,sed in patrono, qui in fidem receperat clientem, quę inter se multum differunt,vt dixi in.l.secunda,de orig.iur. sed istæ solutiones confundi videntur per rationem in illo textu assignatã,quia per eum non stetit,quæ ratio similiter militare videtur in legato,vel potestate ab hac luce subtractis, nisi dicas quòd ratio
155 illa,† consideratur in retentione iuxta terminos ipsius legis vt hic per Dec.colum.quarta, sed Curt.eam rationem videtur impugnare, qnia bona voluntas non habetur pro pacto
156 ad consequendũ premium,vt per eum, sed respondeo † nõ fundare se in bona voluntate,sed quia aduocatus impeditus fuit per casum mortis, ne quod facturus erat faceret, ideò cum per eum non steterit non est mirum si ad hęredem salarium transmittit. aliter etiam respondet loco præallegato Cur. quòd ibi labor & præmium nõ recipiunt diuisionem,

quia electus fuerat aduocatus ad defensionem alicuius causæ,quę erat indiuidua nec dimittebatur certo tempore.quo casu quia merces non cõmensuratur tempori,totum transmittitur ad hæredem,vt etiam ibi per Bart. colum. secunda in versi.tertio casu.& colum.tertia,versic.non obstat & per Aquens.hic. in.ij.colum. Pro quo intellectu ac responsione ponderari potest text.d.§.diuus ibi quo minus causam ageret,quæ verba similiter fuerũt posita in.d.l.qui operas in fine. prædictæ opinioni & sententię adhęrere videntur Dec. & Aquen.hic propter gl. ibi dicentes quòd.§.diuus non loquitur de salario annuo, sed in salario semel dato aduocato, qui patrocinium se præstare obtulit paratum, ita quòd non stetit per eum,sed per clientulũ, propterea iustè lucratus est stipendium, ponderando verbum steterat præteriti temporis in textu illo positum,sed Papi.met.in.d.l. qui operas. vtitur verbo steterit, quod adhuc ex præcedẽtibus declaratur, vt intelligi debeat, nõ quia aduocatus obtulerit se paratum præstare patrocinium,vt post glo.ibi. Dec.& Aquen.prox. relati diuinando dicunt, sed propter casum mortis in aduocato cõtingentis, ideò coniungendo solutionem Fulg. cum alijs supra relatis dici potest,quòd prędicta iura loquuntur de salario præstito aduocato, ad defensionem vnius causæ sine præfinitione temporis,assumpto quod non est per hæredes aduocati restituendũ,quia nõ stetit per eum quin causam ageret,sed propter mortem ipsius aduocati, concurrente fauore retentionis iam dicti ac recepti salarij. nec videtur vis facienda in indiuiduitate & inseparabilitate causæ & salarij, vt diuinando faciebant Curt. & Aquens. nam licet aduocatus nihil fecisset in causa, salarium nõ debet restitui,cũ per eum non steterit,quin causam ageret. vt per Bar.in prædicto.§.diuus.colum. tertia. ergo tota vis erit in casu mortis, quæ fuit impedimento defensioni per aduocatum promissæ,ac in retentione honorarij,quæ fauorabilia sunt. Ad iura in quinto fundamento adducta, quæ etiam fuerunt allegata per Bart.in.d.§.diuus colum. secunda, per quæ Curt. hic in.vj.colum.tenebat prędictam opinionem,vno modo respondet Aquens.in secunda col. quòd continent specialia incerto in genere personarum, cuius contrarium erit de iure communi,vt hic etiam per Deci.colum.v. & Mod. Bonon.15.diuersimodè respondentes motiuo Alex. in oppositum facto.attamen ad.l.j.C.de primipilo magis placet responsio Dec.quòd loquatur de emolumentis in vita acquisitis quæ ad hæredem transmittuntur. Nam illa administratio erat completa, vt ibi voluit glo.pro qua est notabilis doctrina Bart.& doctorum in.l.secunda in.§. creditum. col.ij. infra si cert.pet. Ad.l.matriculam Dec.accommodauit eandem solutionem,sed refragatur illi text.ibi locũ initiu successorum vacare, ergo seruitium non erat completum, nec salarium adhuc in vita acquisitum. teneas ergo ad illũ textum solutionem Aquensi. & prædictorum mod. Ad sextũ & vltimum responderi potest, conclusionem Alexan. non probari in dictis.ll.cum loquantur in casibus specialibus, vt hic per Aquens.colum.secunda,& Bon. 15. diximusque su-
157 pra. In iudicando tamen & consulendo,† ab opinione glo. & communi non esset recedendũ per.§.diuus.&.l.qui operas.quę iura pro veritate non fundant se in fauore retentionis,sed quia non stetit per aduocatum ob mortem eius.quę ratio (si nolumus verũ inficiari,) locũ similiter habet in legato,& potestate defuncto, in quibus cõcurrit & maior dignitas quàm in aduocatis, & maius expensarum onus quas coguntur facere in princ. officij. Secundò per text. in.d.l.j. C.de primipi. vbi cõmoda primipilatus ad hęredem transmittuntur, mortuo primipilo administratione pendente. quamuis enim verba illa post administrationem intelligantur,scilicet finitam,vt ibi per glo.& Dec.hic colum. quinta, tamen mors primipili contingit ante administrationem finitam, vt apertè videtur ibi dici prius rebus humanis extimatur, &c. Ita quòd salarium & commoda non erant adhuc in vita acquisita administratione minimè cõpleta iuxta regulam.§.offerri. leg. Iulian. infra de actio. empt. quicquid hic dixerit Deci. comprobo, quia si salarium, & commoda

modo fuissent ibi primipilo, viuenti acquisita, text. ille esset de indubitabili, quum ad hæredes nostros transmittamus omnia iura nostra.l. cum hæredes infra de acquirenda possessione, nec etiam procedit responsio Aquens. & aliorum supra alleg. ꝙ sit ibi speciale quum sit miserorum refugium, eo modo soluere ratione specialitatis non assignata, bene est speciale, & in.l.post duos. ac in.l.matricula supra al legati, quod transmittatur salariũ residui temporis ad hęredes propter dignitatem, & scientiæ, intellectusq́ue probitatẽ, hoc est quod in præsenti quæstione nostra dicimus. tertio generaliter, quia vt habetur in iuribus vulgatis à communi opinione non est recedendum.

158 Non obstant modo adducta pro contraria parte. † nam ad.l.Seio.cum præallegatis in prin.multipliciter responderi potest, vel prout post Alex.& Ias. respondet hic Dec. col.v. & sequenti.& Brunum astensem in tractatu de diminutione, & deterioratione colum.8.9.& 11.quòd ibi commodũ pecuniarium debebatur propter laborem principaliter, vt ex vicibus testatoris ibi relatis apparet.ideò eo diminuto, ac cessante minuitur & commodum, sed in quæstione nostra non tantum propter laborem & tempus, quantum propter dignitatem, honorem & probitatẽ intellectus præstatur salarium, ideò aliud est, vel quòd loquitur in legato conditionali, quod deficit deficiente conditione, etiam casu fortuito.l.legatum.C.de cond. inser. sed Cur. hic colum.vj.& fuit Seuer.inter consilia Sozi. primi voluminis in consi.68.col.fin. tamen text. ibi non considerat conditionem, sed quòd labor & pecunia diuisionẽ accipiunt, item cõditio illa mixta, apposita fuit fauore hæredum in.d.l. seio. ideò nimirum si ea casualiter deficiente, deficit similiter legatum secundũ Seuer. præalleg. & Sozi.ibi in consi.sequen. Ad textum dictæ.l.seio. vide etiam quæ scribit Bar. in secunda colum.§. diuus. vbi inuenies solutionẽ quæstionis, hic relictæ in decisæ per Ias. Quare magis hic debeatur salariũ residui temporis comitibus non seruientibus. per quos nõ stetit, quàm in casu huius.l.seio.vbi etiã non stetit per ipsum seium legatarium quin seruiret, nam lex illa loquitur in vltimis voluntatibus, & in legato conditionali mixta conditione, vt dixi, textus iste in contractibus in quibus facta promissione statim debetur, licet ante diem quòd promissum est exigi nõ potest, sed legata annua debentur duntaxat in prin. cuiuslibet anni. Nec obstant dicta eiusdem Bart.in.l.si seruus communis meuij in.§.fin.infra de stipul.seruo.& in.§.fi.l.si sterilis infra de act.em.dum voluit obligationem operarũ pro pluribus annis non dici vnã, sed quot sunt anni, tot esse obligationes vbi stipulator habet aliquid facere quod eius personæ cohęreat, ideò etiã in contractibus non cedit dies pro sequentibus annis, vnde nõ videtur verum quòd si quis pro annis puta decem operas eius locauerit, quòd mortuo conductore ante finem decennij, locator operarum prout esset famulus, exempli gratia, habere debeat integrum salarium totius temporis, cum pro annis sequentibus nõ cesserit dies vt dixi supra in vltimis volũtatibus. Responde quòd im mò respectu obligationis, dies dicitur cessisse.l.cedere diem infra de verb.sig.licet respectu effectus præstationum, & solutionum non dicatur venisse dies, & cum tot censeantur stipulationes, quot sunt anni quantum, ad effectus resultantes ex distributione annorum, vt per Dec. hic colum.vj. Alex. in.l.si stichum in.§.si stipulatio colum.2.de verbo. oblig. & Barba. consi.9.volum.3. & prædicta differentia inter contractus, & vltimas voluntates posset etiã aliter probari, nam in contractibus mortuo conductore antè præstitas operas, locator interesse residui temporis, quod vacuum ei remaneret prætendere posset, ideò suadente æquitate fingitur seruire, vt totum stipendium consequatur, ex quo per eum nõ stetit, sed in vltimis voluntatibus relictum petitur, vt merũ lucrum, & dictũ interesse non est probabiliter considerandum, ideò cessante æquitate, fictio illa non inducitur, sed si fingendi subesset æquitas, puta fauore alimentorũ aut præsumptæ voluntatis testatoris, etiam in vltimis voluntatibus prædicta fictio induceretur.l.prima cum ibi, notatis.C.de legatis. Sed quid in casu legis seio.legatarius obligasset se ad seruiendum iuxta formam testamenti, & sic nõ esset in facultate eius recedere, vt quando sine obligatione simpliciter seruire cepisset, videretur idem quòd in cõtractibus, per eandem rationem. oppositum tamen verius videtur, quia stipulatio inter posita, super aliquo actu secũdum naturam ipsius actus intelligitur.l.j.§. bellissimè infra vt legatorum nomine caueatur. notant omnes Mod.in rub.infra de verbo.obli.ergo qualitas obligationis per talem stipulationem non mutatur, præterea licet legatarius seruire promisisset, non promisit hęres prętationem legati, quod si fecerit. secundum formam testamenti fecit, ita quòd conditio obligationis nõ mutatur: & circa.l.seio. Ias. hic in septima col. malè per Barto.& doc. dicit illam allegari, in altero ex locis hic per eum allegatis. Responde.quod salarium residui temporis, sicq; integrum ad hæredem legati transmittitur non obstante possibili diuisione salarij, & temporis in fauorem dignitatis & probitatis intellectus, inductum fuit, vt dictũ est.& sic ideò.d.l.hoc casu non attenditur sed quando legatus sua culpa ob officio remouetur, reatus omnem honorẽ, & dignitatem excludit.l.prima, ad finem.C. vbi senatores, vel clarissimi. ideò cessat fauor & respectus dignitatis, succeditq́ue quod dicitur in.d.l.seio.de tempore & pecunia diuisionẽ recipientibus, & consequenter vt pro tempore prętterito in quo non deliquit consequatur salarium, pro futuro non, quia vbi non est culpa, nõ debet esse pœna.l.sancimus. C.de pœ. c.cognoscentes de consti. iniquissimũ, ergo esset ꝙ pro præterito tempore quo bene se gessit in officio, pro eo tempore officialis debitum stipendium non consequeretur. Ad secundum motiuum Ias.respõdet hic Dec. in.l.seio à fortiori probare, quia cum ibi non debeatur salarium nisi pro rata temporis, licet viueret seius cui debebatur salariũ, nec staret per eũ quin seruiret, à fortiori hoc nostro casu nõ debet salarium præstari mortuo legato, cui debebatur cum per eum stare videatur. Quantũ tamen ad quęstionem nostram responsum fuit, ad illum textũ in superioribus, ꝙ procedit in salario debito propter laborem principaliter, Item in legato conditionali conditione mixta, quod deficit defi-
159 ciente conditione. † Ex prædictis, inferri potest ad multas quæstiones. Bar.in.d.l.seio in prin.infert ad notabilem quęstionẽ de famulo qui cępit seruire tribus scholaribus, vt duobus recedentibus non debeat tantũ pro salario habere quantum ab ipsis tribus consequi debebat, quia duobus recedentibus diminutus est labor, ergo pariter diminui debet salarium, quum hęc omnia, vt ibi dicitur diuisionem recipiant, cum Bart.ibi transeunt Lan. Dec. & Alex. in apostillis, intellige sanè, quando famulus cæpit seruire scholaribus simpliciter, nulla de salario conuentione facta, eo casu diminuto labore & opera debita, diminui debet etiam salarium, arbitrio tamen boni viri constitui debet sibi salarium, vt ibi eleganter docet Bart. facit text.l.prima, infra de iure deliberandi, quod vbi quid nõ est determinatum à iure, relinquitur arbitrio iudicis, sed quando fuisset conductus famulus, sub certo salario, nõ deberet diminui per recessum quorundam ex scholaribus prædictis, cum per eum non stet, & seruire paratus sit, per hunc text. & dictam.l.qui operas, & ea quæ scribit Paul.de Cast.in.l.tertia, supra eo.& Bar.met.supra in princ.quæstionis dum alleg.§. si conueniat, licet aliter senserit hunc punctum malè intelligẽtes Cæpol. in trac. de serui.vrbano.prędio.sub rubr.de Furno & Bru.in trac.de augumen.in secunda limit.12.conclusionis, & in præalleg. trac.de diminutione loco supradicto, quorum opinio confunditur per iura præallegata, nec esset recurrendum ad arbitrium boni viri, sed ad conuentionem.d.§. si conueniat, & l. semper in stipul. infra de regu. iur. & à scholari qui remansit consequi posset famulus salarium pro rata ipsum tangente tantum.vt per Bal. in auct.habita in fine.C.ne fil.pro pat. Aduertite tamen quia si in quæstione Bart. famulus, non fuit conductus cum certo salario, verum simpliciter, vt dixi seruire cæperit, quomodo possit cadere diminutio salarij, videtur impossibile, cum priuatio præsupponat habi-

tum.l.decem.de verbor.oblig. nisi dicamus fuisse aliquibus
mensibus, forsitan vniformiter ipsi famulo per dictos scho
lares præstitum salarium, & ita eodemq; modo pro futuro
tempore, seu pro tempore decurso post recessum dictorũ,
scholarium sibi solui ab eo qui remansit, petebat. Respon-
detur per Bart.& doctores malè petere, quia diminutus est
labor, & arbitrio iudicis cõstituendum esse salarium, habita
consideratione ad onus laboris diminuti, in casu verò è con
160 uerso ad casum Bar.† quando famulus cępit simpliciter ser
uire tribus scholaribus, sicuti diminuto labore per recessum
aliquorum diminuitur salarium, ita alijs adiunctis aucto la-
bore augeri debebit per regulam correlatiuorum, de qua in
l.fi.C.de ind. vid.toll.secundum Alb.in.l.idem in fi.C. locat,
etiam quando à prin.taxatum esset certũ salarium, vt etiam
per Bru.loco supra allegato, referẽtem ita dicere Bar. in.d.l.
Seio.quod non est verum.licet Albe. id velit. potest tamen
dici ex mente Bart. ibi ꝙ famulus poterit petere augeri sibi
salarium aucto labore arbitrio iudicis arg. dictę.l.Seio cum
notatis per Bart.dum de diminutione loquitur. faciunt quę
scribit Rom.in consi.25.Sozi.in.l.qui duobus in fi.j.de con
di.& demon.& Dec.in c.ex literis col.pe. & fi.de probatio.
161 † Dicebat etiam per prædicta Pau.Cast.in.l.iij.supra eo.tit.
ꝙ si vniantur duo territoria, vel duæ prouinciæ, & vnus re-
ctor remaneat alio sublato, augendum esse sibi salarium cũ
augeatur labor, & similiter si vnum territorium in duo diui
datur.& constituantur duo iudices diminuetur salariũ, dimi
nuto labore, quod dicit procedere, in officiali nouo non in
antiquo quod tamen non placet Albe.Bru. in dicto trac. de
augmen.loco præallegato, quia in nouo nõ cadit dubitatio,
nisi quando cõuentio refragaretur. Per prædicta videtur ꝙ
in pręiudiciũ antiqui non debeat fieri diminutio per ea quę
diximus de salario famuli seruientis scholaribus, mediante
certo salario, quod nõ minuitur licet aliqui recesserint & id
quod Brun. ait posset procedere quando officialis, & iudex
cæpisset simpliciter seruire non constituto certo salario, vt
de famulo diximus, licet Paul.de Cast. videatur loqui in his
terminis quem eo casu non sequeret. Dixit etiam Franci-
scus de Alberg.relatus per Seuer.in consi.supra allegato per
dictam.l.seio in prin.ꝙ vbi voluntas alicuius ponitur in con
ditione intelligitur de voluntate cum actu, vt ibi per eum.
Postremò quia iuriscõsultus in.d.l. seio, de habitatione reli-
cta cũ annuo legato nihil determinat, respectu diminutio-
162 nis, † quæro quid iuris. Responde illa non diminui in casu
illius.l. per mortem filiorũ ibi nominatorũ ita videtur mihi
sensisse iuriscõsultum ibi dubitando duntaxat de annuo le-
gato pecunię relictę. cũ inclusio vnius sit exclusio alterius.l.
cum prætor.j.de iudicijs & c.nonne.de præsumptio.& pro
batur ratione, quia habitatio est, indiuidua.l. vsus pars iun-
cta.l.si habitatio.j.de vs.& habit.gl.notab.in.§. si vsus, fru-
ctus.l.j.infra ad.l.fal. ideò nimirum si legatum habitationis
163 ibi non minuitur propter mortem filiorum, † Scias autem
esse magnam differentiam inter legatũ habitationis & reli-
ctũ, vt posit quis habitare, vt plenè & pulchrè tradit Deci.
in consi.355.& hæc satis, ad illam pulcherrimam.l.seio ad-
ductã per Bertran.in quæstione nostra.non prętermisso ta-
men ꝙ omnino eiusdem limit. Scribit Aquen. in.l.de diui-
sione in fi.in sol.ma. Ad secundum motiuũ duntaxat Bar.
ad finem istius quæstionis respondit, ꝙ in casu nostro lega-
to, vel potestati debetur salarium nõ solum intuitu personæ
suæ, sed etiam assessorum, & comitum quos habent necesse
conducere secum. & congruè de stipendijs prouidere, qui-
bus comitibus impedimentum nõ superuenit, & illis satis-
fieri oportet, ideò nimirum si integrum salarium pręstandũ
sit hæredibus legati mortui.inde per eos comitibus ipsius le
gat.quæ ideo cessat in casibus legum allega. supra in secũdo
fundamẽto partis cõtrariæ. pro qua responsione facit, quia
sæpè consequitur quis ex persona alterius quod ex sua con-
sequi nõ posset.l.si communem. infra quemadmodum ser-
uit.amitt. hæc responsio non concludit quoad partem sala-
rij legato debitam, vt illá consequantur hęredes legati pro-
pter aliam partem assess.pręstandum vt hic per Alex.col.4.
versi.sed ista responsio.& Aquen.secunda, & regula dictę.l.
si communem. procedit tantum in materia indiuidua, non
autem in materia diuidua, & vbi fieri potest separatio, vt in
terminis nostris. Roma. consi.195.cum multis alijs, addu-
ctis per Dec.in.l.si emancipati col.iij.infra de colu.cum er-
go salariũ legati seu potestatis à salario comitũ diuidi posit
non est dicendum ꝙ hæredes potestatis ex personis comi-
tum consequantur quod ex persona potestatis consequi nõ
164 posint, quoad partem salarij potestati spectantem. † Re-
sponde igitur melius, ꝙ iura pręallegata loquuntur vbi sala-
rium ex cõtractu fidei propter laborem principaliter debe-
tur, quia licet de publico præstetur vsq; ad diem mortis of-
ficialis tantummodo.l.penul. & l.iis scholaribus in fin.C.de
errog.milit.anno.lib.12.&.l.j.C.de re mil.lib.12. nos loqui
mur quãdo præstatur ex dispositione legis, vel cõtractu sub-
rogato in locũ dispositionis legatis, & propter dignitatem,
aut probitatem scientiæ & intellectus, gratia honoris & be-
neficij remunerãdi, quo casu largior fit interpretatio quàm
in cõtractibus & in operibus mechanicis.l.si longius in fi-
ne infra de iudicijs cum notatis per Bal.in.l.vnica.C.de suf-
fra.mitius enim agitur cum.l. quàm cũ homine.l. celsus in-
165 fra de arbit.scientia enim & probitas intellectus † omnem
prærogatiuam meretur auct. habita.C. ne filius, pro patre.
Bart.in.d.§.diuus colum.ij. per illum text. sequuntur Alex.
Seue.Ias.Dec.& alij hic. Mirum igitur nõ est si casus mor-
tis legati nocet etiam principi vel reipublicæ, respectu trans
missionis salarij ad hæredes legati. Et per regulam dicti.§.
166 item cum quidam † consuluit Anchar.in consi.414. viso ꝙ
siquis emerit dacium salis in comitatu Imolæ suscipiẽdo in
se pericula, & inde aliqua loca ab obediẽtia se subtraxerint.
Ita ꝙ non respiciant Sal iuxta solitum, hoc nõ nocere em-
ptoribus, seu conductoribus datij salis, quia fieri debet re-
missio pensionis pretij pro rata tangente loca prædicta, ab
obedientia subtracta, quia casus contigit in persona locato-
rum, ideò nocere non debet conductoribus.d.§. item cum
quidam cũ præallegatis. Per eandem regulam.§. item cum
quidam, deciditur alia not. & frequens quæstio de operarijs
& laboratoribus in vineam alterius ad laborandum condu-
ctis, si pluuia, aut alio casu impediantur ne posint tota die
laborare, vt talis casus eis habeat nocere. non autem condu
ctoribus.& ideò proportionabiliter pro rata tẽporis, & pe-
cuniæ fieri debeat diuisio gl.est not.in.l.si quis domum.§.j.
in verbo operas, infra loca. Notat Firmia. in suo repert. in
verbo operarius.nu.15.facit regula pręallegatę.l. seio quic-
quid dixerit Ioan. An. in addit. ad spec. in titu. de loc. in.§.
postquàm colum.8.versic.quid si Faber. Nec obstat text.in
l.iij.C.de agen.in reb.lib.12.ibi laborum eius fructũ & in.l.
fin.ad fi. de domest.& protec.eo lib.ibi milite fructum.vbi
probatur fieri debere transmissionẽ stipendij, pro toto tem
pore, & tñ propter laborem principaliter debebatur, prout
etiam habetur in.d.l.ijs scholaribus ibi laborum intuitus, ni
hil igitur facit, quòd salarium debitum sit intuitu laboris po
tiusquã dignitatis, quæ vt cætera extinguitur morte.§. de-
inceps in auctẽn. de nup. secundum Aquens. hic. quia & si
prædicta iura salarium appellent fructum laborum, princi-
paliter tamen debetur propter dignitatem, vel scientiam,
167 †, quæ non possunt haberi sine magnis laboribus.l. vnica in
fi.C.de professo.qui in vrbe Constantino.li.12.l.fi.in princ.
C.vbi sena. vel clar. ibi sudoribus magisteriæ præsentis fa-
ctus clarus, iccirco.l. fructum laborum appellat principali-
ter tamen inspicitur dignitas, ideò fit transmissio salarij, ad
hęredem pro residuo tempore in casibus prędictarum.ll. vt
vult Bart.loco præalle.nam si ad laborem principaliter ha-
beremus respectum, non posset assignari, ideò cur ibi fieret
transmissio salarij ad hęredes. habetur ergo respectus ad di
gnitatem præteritam.l.post duos.C. de aduo. diu. iud.l. fin.
infra de decur. sicuti ad labores præsentes iurisconsul.l. pri-
168 ma.C.de aduo. di. iud. † propter quod reprobatur glo.c.li-
cet.2.quæst.tertia, quæ volebat nõ licere doctori sine reuo-
lutione chartarum consulenti præmium capere, quum ha-
benda sit ideò ratio prædictorum laborum, vt per Barba.
consi.34.

conſi.34.nume.34.lib.ij.Bolog.in.d.auct.habita colu.33.&
Deci.c.cum in cunctis col.ij.de electione. Ad allegata in.3.
fundamento reſponſum eſt ſupra quia loquuntur in ſalario
propter laborem principaliter debito. Ad quartum de.l.j.
de re milit.reſpon.Alex.Iaſ.& alij.Moder.quod loquitur in
ſtipẽdio propter laborem militaré principaliter debito. d. l.
his ſcholaribus ſecus ſi propter prudentiam vel dignitatem
169 principaliter deberetur prout in.l.j.de primipilo, † ex quo
inferunt quod condoctor militum, vt capitanei noſtri tem-
poris decedentes ſtipendiũ ad hæredes tranſmittunt vt per
Bart.in.d.§.diuus colu.ij.text.tamen dictę.le.j.de re milita.
170 † loquitur in alijs terminis videlicet in milite ab hoſtibus
capto, cui ſtipendium non debetur pro tempore captiuitatis
quo non præſtitit reipublice operas, quia nimium grauare-
tur reſpublica vel ſuperior propter multitudinem militum
vt hic per Iaſ.in antepen.colu.& Cur in viij.ſed glo. in.d.l.j.
approbata per Io. de pla. & Seuer. hic in.q.34.dicunt illum
textum procedere in milite ſua leuitate aut culpa capto cui
poſtea reſtituto denegatur ſtipendium pro tempore capti-
uitatis quando abſque culpa ſua captus fuiſſet per tex.§.ſed
ſi ex improuiſo.l.iij.&.l.pe.infra de re milit. & quicquid di-
cat Cur. hæc opinio melior videtur in puncto iuris per tex.
clarum in.d.l.pen.vbi reſtituto militi ſolui debent ſtipendia
medij temporis & ſic quo fuit captiuus. bene verũ eſt quod
de cõſuetudine hoc non ſeruatur ſed nos loquimur de iure.
poſſet ergo dictum argumentum in contrarium retorque-
ri quia vt miles abſque culpa captus ſalarium de iure conſe-
qui debeat & ſic pro tempore quo vere nõ ſeruiuit, eodem
modo hæredibus legati defuncti multo fortius dicendum
videtur deberi ſalarium reſidui temporis. cum caſus mortis
culpa ipſius contigerit & ſalariũ debitũ ſit propter digni-
171 tatem principaliter, † quibus addas quod legati in itinere
ſpoliati aut capti illeſi & indemnes per rempublicam con-
ſeruandi ſunt pulchre per Bart. in.§.q; vero.l.ſi ſeruus infra
de furtis & Bal.in conſi.21.lib.3.Illuſtriſsimi & prudentiſ-
ſimi Veneti vt intellexi ſecrete indẽnes legatos ſeruos con
ſeruant publico ere non redimunt quia poſſet Reſpu.nimis
grauari. Ad quintum de.l.fi.de dom.& protec.vno modo
reſpondet Alex.hic col.4.& ſubtilius Iaſ.& Cur.col.vj.con-
ſiderantes aliter ſpecialitatem quod ſpeciale ibi ſit. vt non
ſolum trãſmittatur ſalariũ illius anni ad hæredem ſed etiam
ſequentis anni. tranſmiſsio vero ſalarij quoad primum an-
nũ non ſit priuilegiata per.l.illam ſed per alias.d.l.poſt duos.
Ad ſextum argumẽtum facilis eſt reſponſio ſed aduerten-
dum eſt in primis quia iura Bart. male videntur eius inten-
tionem probare. nam.l.interdum loquitur quando promiſ-
ſum non erat in rerum natura vt fructus futuri, vel quod in
vtero erat. tunc ex ipſa rerum natura promiſsio dilationem
capit & actio efficaciter incipit competere. quando id quod
promiſſum eſt præſtari poteſt, ſed voluit Bart. dicere quod
ſicut ibi promiſsio pura tacitã habet conditionẽ cum quod
promiſſum fuit præſtari poſsit ita promiſſum pro futuris
operis tacitam habeat conditionẽ cum operę præſtitę fue-
rit tex ſi à colono ſolum vult verba præſentis temporis ad
futurũ non referri alia duo iura multum à remotis veniunt
ſi fructuarius tantum ſibi dari ſtipulatus fuerit quantam pe
cuniam dediſſet etiam quoad acquiſitionẽ in pẽdenti ſtare
quia ſi ſoluat de pecunia fructuarij ipſi fructuario acquirit
ſi verò de pecunia proprietarij ipſi proprietario vt in dictis
ll. dicitur ita per capillos trahendo voluit Bar. dictum quod
acquiſitio ſtipendij ſortiri debeat effectum operis demum
per legatum præſtitis. Item aduerte quod dictum Bart. de
promiſsione futurarum operarum quod habeat tacitã con-
ditionem confundi videtur per.§.ſi operas ab eo alleg. vbi
ſtipulatio ad proprietarium tranſit ſemel fructuario quęſita
quamuis ſtipulatio non ſoleat tranſire pro opinione Bar. eſt
melior tex.in.l.ſi ſeruus communis medij in.§.fin.de ſtipu.
ſeru. vbi Bart. miratur de eo & nititur ſoluere. ſed prædicta
ideò Bar. clarius probatur in.§. Item cum quidam præalle.
& dictis ibi per Alex.in apoſtil.ad Bar.incipi. famulus, ve-
rum reſpondeo prædicta omnibus illa procedere vbi pro-
pter laborem principaliter ſalarium debetur.d.l.his ſchola-
ribus &.l.pe. in fi.C.de ero. mil. anno.lib.12. ſecus quando
debetur propter dignitatem aut probitatem ſcientię & in-
tellectus.l.qui operas &.§.diuus cũ notatis per Bart. ibi col.
3.& Ale.hic.4. Ad ſeptimum de onere duplicis ſalarij quo
grauaretur reſpublica. Reſponde hic per Seueri. in.q.20.
172 Alex.col.5.Iaſ.& Deci.antepen. & Cur. ix. † nec eſt ibi in
communis quemadmodum reſpublica duplici ſalario gra-
uatur in.d.leg.poſt duos & ſimiliter priuatus duplici ſalario
aduocati.l.qui operas &.§.diuus. perperamq; loquantur qui
dicunt loco defundi nullum eſſe ſubrogandum ante finem
officij vt hic per Deci.colu.vj. & Seuer.q.21.eſſet.n.maius
detrimentum reipublice ſi locus ſine rectore remaneret
173 † quàm ſi duobus ſtipendium præſtetur iuxta tex.§.pen.in
auct. de adminiſtratoribus &.l.illud ſupra de officio præſi-
dis. vbi dicitur nec per vnam noctem prouinciam ſine re-
ctore eſſe relinquendam. & hæc publica vtilitas referri de-
bet alteri publicę vtilitati cõſiſtenti in commodo pecunia-
rio vt per Bar.& ſcri. in.l.j.charta pe.infra ſol.matr.& Cur.
infra colu. vij. Ad octauum poteſt reſponderi ſecundum
Bar. col.v.poſt Salic. quod in iſtis actibus virtuoſis non ca-
dit actio locat. ſed offi.iud, cum id quod pro operis debetur,
174 non appelletur merces ſed honorariũ.d.l.qui operas. † non
ergo datur actio ex loca. ſed offi.iud. aut actio in factum.l.j.
in princ. cum notatis ibi per Bar.& Alex. infra ſi menſor.fal
mo.dixerit & Fel.ac Mod.in.c.quia iudicanti col.ij.de prę-
ſcriptionibus quæ reſponſio non tollit argumentum de in-
tereſſe ſecũdum De.hic col.v.Cur.ix.& alios Mo. maxime
quia offi.iudic. fundatum eſt in equitate.leg. quod ſi epheſi.
infra de eo quod cer.lo.& non videtur equum ſalarium in-
tegrum heredibus locatoris vel quaſi deberi qui nõ potuit
ex ſui parte implere contractum operaſq; debitas præſta-
re. ſiue ergo cõpetat actio ex loca. ſiue offi.iud. idem in pro
poſito noſtro dicendum videtur Dec.hic col.v. duobus mo
dis reſpondet ſed melior ſolutio Bar.in.d.§.diuus quam tan
dem ſequitur. Cur.hic colu.ix.& Bono.17.quod in actibus
virtuoſis prædicta nõ procedant per tex.d.§.diuus cum.§.
ſequenti dum facit differentiam inter aduocatum & nutri-
cem & debetur integrum ſalarium ex diſpoſitione.l. vel ex
contractu ſubrogato in diſpoſitionem.l.pro reſiduo tem-
pore officij in ſolatium perſonę mortuę.l.ſi quis in ſacris in
fine.C.de prox. ſacro ſcri.&.l.matriculam in fine de agen.
in re lib.12.Ex quo etiã patet ſolutio ad aliud motiuũ curtij
& aliorum de contractu innominato quod debeat cenſeri
ſaltem contractus innominatus, do vt facias iuxta.l.natura-
lis.§.aut enim do infra de præſcr.ver. ergo videbatur quod
vbi vnus nõ poteſt implere contractum caſu fortuito alter
poſsit petere ac repetere.leg. ſi pecuniam infra de cond.ob
175 cauſam. † illud.n.non procedit in præmio dato ratione di-
gnitatis vel ſcientię.d.§.diuus.&.l.qui operas. ſecundũ Mo.
præallegato. Ad nonum argumentum reſponde. negando
præſuppo. quod reſulter aliquod incõueniens & abſurdum.
iſtud enim eſt beneficium ſpecialiter à lege conceſſum ob
dignitatem vel probitatem ſcientię & intellectus ideò be-
nigne agitur & larga fit interpretatio vt hic per Seuer.in.3.
col.q.x.Alex.col.v.& Iaſ.pen.cum alijs ſupra adductis imò
intereſt reipublicæ ita fieri vt ſpe præmiorũ animati ſurgãt
viri docti & probi in republica iuxta.l.j. cũ ibi notatis. in-
fra ſolu.matri. præterea, licet conductio vnica ſit pro tem-
pore quinquennij promiſsio tamen ſtipendij eſt pro quo-
libet anno diuiſa. ideò fit tranſmiſsio ſalarij tantummodo
pro anno quo decedit, vt ſtatim dicam in ſequenti limit. Ad
decimum & vltimum reſpõdent hic Cur.col.9. & mo. bo.
17. dixique ſupra reſpondendo ad octauum arg. partis. Ex
prædictis conclu.glo.& communis quod ad hæredes legati
& poteſtatis traſmittatur ſalarium reſidui temporis. rema-
net defenſata de iure, de facto non eſt diſputandum, vt
enim dicebat Fulgo.& refert Iaſ.col.8.in.4.motiuo, † hæ-
176 redes rectoris mortui vix ſalarium ipſius temporis cõſequi
poſſunt quia ſuperiores cum quibus habẽt agere ius ſibi fa-
ciunt, prout volunt, ſed vt dixi ego de iure loquor, quemad-
modum

modum ad iurisconsultum attinet. Limitatur nunc cõmu-
177 nis conclusio.j.vt procedat,† quando vna tantum pręstatio
salarij pro toto tẽpore officij fieret,exempli gratia taxatum
erat pro tempore officij stipendium ducatorum mille,tunc
decedens ante finem officij , salarium residui temporis &
sic totum ad hęredem transmittit,secus si plures præstatio-
nes erant faciendæ vt quia salarium legato dandum erat &
soluendum singulis mensibus aut annis,per text.in.d.l.post
duos vt post Iac.But.& Saly.in.d.§.item cum quidam dicit
hic Dec. col.x.alijque.tunc enim hęredes potestatis solum
consequi deberent solutionem illius mensis vel anni quo
moritur legatus vt per eos. Contrariam opinionem tenet
Barto.in.d.§.diuus col. ij.& fin. quia cum vna sit obligatio
& vna conductio,licet cõditiones & præstationes per men
ses vel alia tempora diuisæ sint.tamen salarium debetur pro
vna obligatione & pro toto tempore, ideò debetur totum
argu.dicti.§.diuus &.l.nostrę vt hic per Seue.in 10.q.Alex.
col.4.Iaso.pen.Mod.bon.17.cum sequenti & Tauri.col.3.
chartæ pen.Ad.l. post duos vbi aduocatus fisci qui pro biẽ-
nio saltẽ eligebatur.l.sancimus illo eo.tit.tamen ad hęredes
suos salarium vnius anni tantum transmittebat. Respon-
deo ꝙ licet electio & assumptio ad officium aduocati fisci
pro biennio fieret . honorarium tamen & stipendium an-
nuũ erat seu pro quolibet anno,prout etiam hodie fit,obli-
gatioq; ac promissio stipendij talis.vt ibi per Barto.& Ale.
hic col.v.versi.secundo casu.ideò fit transmissio tãtum pro
illo anno ad hæredes.etiam ꝙ pro pluribus annis assumptus
fuisset vt dicunt Bald.& Aret.in dicta.l.post duos.& in.l.pe
titionem ad finem per illum tex.cod.titu. & Iaso.in.l.si sti-
chum in.§.si stipulatio col.j.de verb.obli. Aliam rationem
assignat Barto.in.d.l.si seruum communis.§.fi.de qua statim
dicam.saluari igitur potest opinio Butr.& Saly.quando po-
testas assumptus fuisset pro pluribus annis assignato sibi sa-
lario mille ducatorũ,puta quolibet anno prout faciunt Illu-
strissimi domini Veneti in conductione lectorum Paduæ
178 quæ licet communiter fiant ad triennium,† certum tamen
stipendium cõstituitur pro quolibet anno,tũc potestas de-
cedens non transmitteret ad hæredes stipendium omnium
annorum , sed illius anni tantum quo moritur vt per scrib.
in locis præallegatis : Cautela ergo esset secundum eosdem
ꝙ fieret promissio & obligatio stipendij mille ducatorum,
exempli gatia ꝙ pro officio potestariæ solutiones per men
ses aut annos diuiderentur,sed hoc nõ seruatur nec fit,quan
do cõductio est pro pluribus annis. Dec. hic in.vj.&.7. col.
sequitur opinionem Iaco.Butr.& Saly.per doctri.Barto.in
d.l.si seruus cõmunis & in.l.si sterilis in.§.fin.infra de actio.
empt.cõcludentis ꝙ licet stipulatio annua dicatur vnica.d.
§.stipulatio . secus sit vbi ille qui stipulatur ex aliquo facto
personæ eius cohęrẽti obligaretur,quia tot essent stipulatio
nes quot tempora, sequitur Iaso.in.d.§.stipulatio.col.fin.&
scri.communiter in.l.si ex toto.§.fin.infra de lega.j.Iccirco
in potestate & lectore qui obligatur ad operam & factum
eorum personis cohærentia,obligatio illa multiplicari vide
tur in pluribus præstationibus, sed in magnis officijs Deci.
saluat Bart. vt integrum salariũ indistinctè debeatur,etiam
ꝙ per tempora distributæ diuisæq; essent præstationes sed
Alexan.hic col.ij.versic.3. casu & Seuer. ad finem decimæ
quæstionis ab illa doctrina Bart. recedunt sequentes deci-
sionem eiusdem in.d.§.diuus col.vlti.quòd attendenda sint
verba contractus à quibus non est discedendum.l.non ali-
ter, infra de lega.3.l.semper in stipul.infra de regu.iur.& ad
doctrinam Barto.allegatam in contrarium responderi po-
test ꝙ procedit in stipulatione annua sed vnica sicet solu-
tiones & præstationes diuisæ sint per tempora vt per Alex.
in.d.§.stipulatio.col.ij.Barba.consi.9.lib.3. & Bolog.consi.
71.ꝙ licet respectu effectus solutionũ stipulatio multiplex
videatur,quia plures fieri debent stipulationes,respectu ta-
men obligationis vnica est propter vnam verborum con-
ceptionem secundum præfatos,sed si obligatio est tantum
vna, tam aduocatiæ quàm lecturæ , licet solutiones diuisæ
& subdiuisæ in annos aut mẽses,quare mortuo officiali vel
lectore in prin. locationis & conductionis non transmittit
179 salarium totius residui temporis,† ad hæredes, arbitror se-
cundum vigorem iuris & punctum rationis illud fieri de-
buisse.quia tamen hoc esset nimis graue reipu.vel superiori
quando conductio & assumptio ad officium est ad annos,
propterea statutum est & dispositum fieri transmissionem
salarij illius tãtum anni. quo doctor vel officialis moritur.l.
post duos.l.3.in fi.C.de agen.in reb.&.l.fin.C.de domest.&
protec.lib.12.vbi specialiter conceditur personis ibi nomi-
natis vt ad hæredes transmitant . non solum emolumenta
anni quo decedunt, verum etiam anni sequẽ. Limitatur se-
cundò prædicta cõclusio.secundum Bar.supra in prin.quę-
stionis nisi aliter conuentũ esset per regulam dicti.§.si con-
ueniat.l.j.infra de po.& est sine dubitatio.
Tertiò limita nisi salarium fuisse promissum cõditiona-
liter, si operæ præstarentur , quia tunc conditione non im-
pleta non deberetur salarium le.legatum.C.de condit.inser.
cum adductis supra & adducendis infra circa finẽ cõmenti.
180 Quartò limita quando cõsuetudo aliter disponeret,† cũ
omnes actus regulentur à consuetudine.l.quod si nolit.§.
qui assidua infra de euic. cum notatis per Fel. in proœ. de-
cretal. in.c.1.col.8. vt lite non conte.& in.c.j.col.6.de pro-
bat.vbi etiam per Dec. Quinto & vlti.limi.in potestatibus
villarum vel castrorum qui quasi ad naulum & vecturam
operas suas passim locant, in quibus cessat omnis pręroga-
tiua,honorq;& respectus dignitatis vt hic per Seue.in quę-
stione.45.Iuxta prędicta pro declaratione tex.nostri & ma
181 teriæ.quæritur,† vtrum hæredes asses.mortui habere simi-
liter debeant salarium residui temporis, & quicquid dicat
Pau.de Cast.& Mod.Bon.hic in col. 19.cum sequenti con-
182 cludendum est ꝙ sic,† cum asses.non tantum intuitu labo-
ris verũ scientię & probitatis intellectus, detur stipendium
vt patet ex.l.j.supra &.C.eo.ideò illud transmittet ad hęre-
des vt facit aduocatus fisci & etiam priuati.d.l.post duos.§.
diuus &.l.qui operas & ita tenet Bart. in.d.§.diuus. col.2.&
in.l.fin.de dome.& prote.lib.12.& sequuntur communiter
doctores vt hic per Seue.in.q.x.Alexan.col.antepe.per Ias.
183 Dec.& Mod.per eundem Dec. consi.70.† Idem dicentis
in lectore mortuo ante finem anni studij seu omniũ lectio-
num ipsius anni vt integrum salarium eiusdem anni ad hæ-
redes suos transmittat, quod in facto sępe contingit vt in-
quit Ias.sequuntur Mo.de ripa in trac.de peste.col.4. & se-
quenti trãscribentes dicta Decij in consi.70.cum enim le-
gendi officium & onus diuidantur per annos , stipẽdiumq;
annuatim assignetur . licet solutiones fiant per menses aut
alia tempora secundũ diuersas consuetudines, ad hæredem
trasmitti debet , cum non stet per lectorem quin legat in-
tegro anno , sed per casum mortis prout dispositum est in
aduocatis fisci & priuati,in quibus quidem lectoribus mili-
tat ratio scientiæ & probitas intellectus,nec minor debetur
184 illis fauor , † quàm aduocatis prædictis, cum enim multos
instruant ad iustitiã, dici possunt beati,& propterea vt scri-
bitur Daniells cap.12.Fulgebunt sicut stellæ in regno Dei
dictum fuit Andreæ de Iser. in proœ. feudorum refert &
sequitur Aquen.in.l.j.supra de iust.& iu.cui ergo dubium ꝙ
lectores ante finem anni decedẽtes,salariũ illius anni ad hę-
185 redes suos transmittere debent,† habentq; pręfati docto-
res legentes multas alias pręrogatiuas & pręeminẽtias su-
pra aduocatos & alios simplices doctores vt per Deci. &
alios in.l.cum quid infra si cer.pet.in.ca.clerici.de iud.& in
consi.70.ad finem:& ad quædam motiua hic in cõtrarium
per Ias.facta clarè respondent Dec. & Ripa in locis præal-
legatis . & vbi Princeps & superiores rigorosi essent versus
hæredes lectorum,ad minus fieri deberet diuisio stipendij
& lectionum lectarum iuxta dictam.l.Seia.de annis legatis.
Ita vt hæredes lectorũ consequerentur stipendium pro rata
temporis & lectionum vsq; ad diẽ mortis,pro numero ve-
ro lectionum restantiũ post mortem lectoris ad finem vsq;
anni cum non seruierint secundum omnem rigorem.pro
186 tempore.n.infirmitatis, † sine dubio consequi debent sti-
pendium vt per Bar.in.§.diuus.col.fi.& vbiq; seruatur imò
& pro

& pro toto integro anno ſi illis non fiet iniuria. Et idem eſt
quando doctores recederent ante finem anni & completi
ſtudij illius anni propter peſtem ſeruientem in loco ſtudij,
quia cum per ipſos non ſtet quin perſequantur, ſed per ca-
ſum peſtis ibi vigentis, nõ debent denegari eius ſolutio ſti-
187 pendij reſidui temporis per hunc tex. & præal. † vt hic per
Seur. in. q. 40. & Mo. de ripa loco præallegato, niſi inter par-
tes aliud conuentum eſſet, quia hoc attenderetur. §. ſi con-
uenias ſupra allegato, intelligendo prædicta quando doct.
incepiſſent legere, aliàs ſecus. arg. tex. in. d. l. poſt duos. ibi ex
quo officium peragere cœperit. l. j. de primipilo lib. 12. & §.
vxori. l. qui concubinam de legatis. iij. ita voluit Bar. in. d. §.
diuus col. ij. in. 2. caſu. & Dec. hic col. 7. & in cõſi. 70. & Bol.
conſil. 71. pro qua opinione pondera verba illa ſalarium re-
ſidui temporis de quibus hic & intra loca. in. l. diem functo.
ergo inceperant adminiſtrare: & principium cuiuſq; rei di-
citur eſſe pars potẽtiſsima. l. j. ſupra de ori. iur. & tamen hoc
videtur poſſe confundi per text. §. diuus & l. qui operas vbi
indiſtinctè dicitur quòd aduocati nõ compelluntur redde-
re honoraria quando per eos non ſtetit quin cauſam age-
rent. Ita ꝙ in iſtis actibus virtuoſis videtur ſufficere, ꝙ non
ſtet per debentem ſeruire, quin ſeruiat, niſi reſpondeas prę-
dicta iura loqui in retẽtione, quæ vt diximus fauorabilis eſt,
vel in ſtipendio debito pro cauſa vna vel lite tempore non
limitato, ſecus in ſtipendio annuo, quia requiritur ꝙ credi-
188. tor ſeruire cœperit vt dixi, & ſtatim etiam dicam. † ſi verò
diſtuliſſent legere de licentia ſuperioris, haberentur pro le-
gentibus prout conſulerunt Dec. in conſi. 70. & Bologn. 71.
& ſequuntur dicti Moder. de ripa loco præallega. & pariter
189. doctor legens qui ex cauſa recedit, † ex licentia ſuperioris
cõſequi debet ſtipendiũ pro tempore abſentiæ. vt poſt alios
ſcribit hic Iaſo. in penult. col. Seuer. q. 34. Dec. & Bologn. in
conſi. præallega. quia propter licentiam ſuperioris habentur
pro præſentibus pro qua opinione eſt caſus apertus in. l. hac
lege. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. ibi vt qui liberam proficiſ-
cendi licentiam prænunciatione commeatus indepti fue-
rint, ſine qualibet ſtipendiorum aut emolumentorum de-
ductione peregre degant. ſecus ergo ſi abſque licentia ſu-
190 perioris diſcedant, † immo hoc caſu nihil habere deberent.
ſed ſtipendium totius anni perderent, vt hic per Iaſ. in pen.
col. Sed quid ſi ſint vacationes tempore receſſus Seue. loco
præal. & Bal. in. d. auct. habita. colu. 4. verſi. ſed quid de do-
ctore. dicunt ꝙ pro tẽpore abſentiæ non debet habere ſti-
pendium, niſi de licentia ſuperioris abſens ſit, quod non vi-
detur mihi verum: cum ex tali abſentia non impediatur ſer
uitium debitum ceſſantibus eo tempore lectionibus, ergo
nec ſtipendium tolli nec diminui ſibi debet. arg. §. quamuis
le. adigere de iur. Patro. & cap. cum ceſſante, de appell. & ita
ſeruatur hic Paduæ. quia tempore vacationũ doctores pro
libito diſcedunt, & nihilominus percipiunt emolumenta &
ſolutiones ſtipẽdiorum ſuorum per menſes diſtributas. Sed
191 maius dubium eſt, † de compromotionibus quæ ex forma
ſtatutorum aliarum vniuerſitatũ à condonandis laurea co-
rona percipiuntur, vtrum ad hæredes tranſmittantur. Cur.
ſenior diuerſimodè iudicatũ refert. ipſe ſequitur diſtinctio-
nem Bart. in quæſtione ſequenti ꝙ aut cõuentus, & docto-
ratus erat inchoatus facta præſentatione: & tunc fiat tranſ-
miſsio ſalarij ad hęredes, alias ſecus. C. Iun. hic col. 7. tenet
oppoſitum fieri trãſmiſsionem commodi compromotio-
num illius anni quo doctor moritur indiſtinctè per dictam
le. poſt duos ibi vniuerſa ſolatia totius anni. Et quia deben-
tur in pręmiũ virtutis, præteritorumq; laborum, ergo trãſ-
ſmitti debent ad hęredem per doctr. Bar. in. §. diuus de qua
ſupra, nec refragantur quæ in. l. poſt duos ſubijciuntur ibi id
officium peragere cœperit, quia doctor dicitur incepiſſe ex
quo lectiones aliquas abſoluit anni prædicti. & dicũtur cõ-
promotiones quid acceſſorium ad ſalarium lecturæ. iverò
de eis iudicari debet, prout de municipali ſtipendio lectu-
ræ per regulam acceſſorium de regu. iu. in. vj.

Ego in lectura Taurinenti ſecutus ſum prædictã diſtin-
ctionem Cur. ſenioris, quam veluti ęquam & rationabilem
etiam in præſentia ſequor. ex quo. n. doctor ante præſenta-
tionem quod in eo actu pro laurea conſequenda potiſsimũ
erat, minimè præſtitit teſtimonium ſufficientiæ, videlicet
ad ſubeundum rigoroſum examen, pro conſecutione do-
192 ctorei gradus, prout requiritur, † iuxta ea quæ ſcribit Bart.
in procœ. ff. orum. ad finem principij & Dec. in. c. propoſuiſti
col. fi. de probationibus ſicq; in fine multum defecerit, non
debet poſſe commodum illud compromotionis tranſmit-
tere. ſolum. n. ad hæredes iura in nobis radicata tranſmitti-
mus. l. cum hæredes infra de acqui. poſ. Ad. le. poſt duos re-
ſponde loqui in ſtipendijs quæ fiſci aduocatus à Principe
conſequitur in, quibus contra concedentem larga fieri de-
bet interpretatio. l. fi. ſupra de conſti. prin. maximè in fauo-
rem aduocati ipſius fiſci, qui habet multa ſpecialia vt. ſupra
dixi, ſecus in alijs, præſertim vbi agitur de præiudicio tertij
vt ſcholaris in propoſito noſtro. ſatis ergo eſt ſi tranſmittat
commodum compromotionum poſt præſentationẽ, præ-
tereà. l. poſt duos, loquitur in ſtipendio annuo certo, cõpro-
motiones verò non ſunt certæ nec promiſſæ, & licet de-
beantur in pręmium pręteritorum laborum ac virtutis. at-
tamen ex quo in actu proximo & potentiori ex quo com-
promotiones capiuntur nihil actum fuit, nihil pariter con-
ſequi debet.

193 Quærit poſteà immediatè Bart. † ſi poteſtas nõdum in-
greſſum fecerit, ſed ſe præparauerit ad ingrediendũ & mor
te prouentus id facere nõ potuerit, vtrum petitionem ſala-
rij ad hæredem tranſmittat, prout in quęſtione pręcedenti,
quando mortuus eſt ante finem officij, & facit duos caſus,
aut per aliũ ſe præmittente ingreſſus eſt, aut nullo modo, nec
per ſe nec per aliũ, primo caſu concludit integrum ſalarium
deberi quũ perinde haberetur ac ſi ipſe ingreſſus fuiſſet, ſe-
194 cundo caſu non debeatur. † Contra primam cõcluſionem
vrgere videtur text. le. finalis de excuſatione tutorum vbi à
tutela, ita demum excuſabantur qui erant in collegio piſto-
rum ſi per ſe piſtrinũ & artem illam exercebant, non ſi per
alios, ergo poteſtas qui per alium ingreſſum ad officium fe
cit. non debet ipſius officij ſalarium poſſe conſequi ſecun-
dùm Roma. hic. faciunt alia iura in propoſitio allegata per
Seue. infra in. q. 44. circa finem, ſed non reſpondet Rom. ad
fundamenta & rationem Bart. à quo non eſt recedendum,
nam cũ eo tranſeunt cõmuniter ſcribentes vt hic per Alex.
col. antep. Iaſ. pe. Seuer. q. 8. & 44. Dec. col. vij. Aquẽtis. pen.
195 Cur. 8. & communiter Mod. nam, † In primis quia in caſu
iuſti impedimenti poteſt quis per ſubſtitutum ſeruire. le. in
filijs. l. neminem. C. de curionibus lib. 10. le. de pollicitatio-
nibus infra de pollicit. Aret. plenè. in. l. nemo eſt qui neſciat.
col. fi. infra. de duo. re. & in. l. continuus in. §. ſi ab eo. col. ij. j.
de verb. obl. Fel. in. c. 1. in. 2. no. de ſum. tri. & Dec. hic col. 7.
196 ſecundò quia in terminis vt dicitur terminantibus, † leg. ex
cauſa iuſti impedimenti vel neceſsitatis concedit licen-
tiam ingrediendi prouinciam & adminiſtrãdi officium per
alium. leg. aliquando ſupra de offic. procon. & leg. §. ad hoc
verſi. antequam verò in auc. de collator. nec mirum quia ex
cauſa neceſsitatis recedimus à regulis iuris cõmunis. l. j. ſu-
197 pra de offi. conſol. † imò hodie legatus id facere poteſt pro
libito voluntatis ingrediendo per alium officiũ ſeu capien-
do poſſeſsionem ipſius officij per aliũ non ſubliſtente ali-
qua cauſa impedimenti, caſus eſt in. d. §. ad hoc in verſi. an-
tequam verò & notat glo. in. d. l. aliquando. Ad textum di-
ctæ. l. fin. reſponde vt hic per Dec. col. 7. poſt Alex. quod lo-
quitur in voluntariè ſubſtituto, nos quando ex neceſsitate
vt dixi. ſed in terminis noſtris prædicta refragari videntur
cum etiam abſq; neceſsitate per alium poſsit quis prouin-
ciam ingredi. ideò melius reſponde vt hic per Cur. col. 8. ꝙ
ibi exercens artem per ſubſtitutum non gaudet priuilegio
illius artis, quia ceſſabat ratio priuilegij cum daretur excu-
ſatio propter impedimentum piſtrini, quod non adeſt in eo
qui non exercet illam artem ſed per ſubſtitutum. quicquid
hic tamen ſentiant Alex. Dec. & alij non crederem ꝙ im-
peditus exercens per alium piſtrinũ in caſu dictæ. l. fi. excu-
ſaretur à tutela, & ſic perinde eum haberi ac ſi per ſe exer-
ceret,

ceret, quia priuilegium illud conceſſum fuit ſolummodo
propter impedimentum piſtrini, à quo lex noluit ob aliam
cauſam quempiam auocari, cum agi videatur de vita ho-
minis & pariter ſubſtitutus in quæſtione de qua ſupra per
Bart. habebit ſalarium aſsignatum poteſtati ſecũdum Dec.
hic col. vij. poſt. Ange. per eum relatũ, quod eſt contra con
cluſionem Barto. & docto. hic, quia haberetur perinde ac
ſi fuiſſet ingreſſus. & acquirit ſalarium ſibi & ſucceſſori-
bus ſuis quibus illud tranſmittit, ergo non debetur ſubſti-
tutis ingredientis cui tamen conſultum erit vel ſecundum
conuentionem partium iuxta. §. ſi conueniat. l. j. infra depo.
vel ſecundum conſuetudinẽ, aut officio iudicis ſi aliter non
ſit determinatum iuxta. l. j. §. in honorarijs. infra de var. &
extraor. cog. ac ea quæ ſupra diximus in articulo quantum
debeatur pro ſalario aſſeſſoribus. ſi de illo non fuerit con-
uentũ. Ex prædictis etiam haberemus ꝙ primus caſus. ſeu
prima concluſio Bart. quicquid ipſe ac Alexan. Deci. & alij
ſentiant procedit etiam ꝙ quis prohibito voluntatis non ex
cauſa iuſti impedimenti feciſſet ingreſſum per alium ad of-
ficium, ſecundus caſus ſeu concluſio Bart. ꝙ poteſtas nullo
modo lucretur ſalarium quando non fecit ingreſſum; nec
per ſe, nec per aliũ, quãuis feciſſet præparamenta pro futu-
ro ingreſſu per tex. in. l. ſi pecunia & in. §. vxori. per ipſum
198 allega. † ſed non reſpondet Bar. ad rationem ſupra per eum
in contrarium factam de deſtinato ad præparatũ ad ingre-
diẽdum, vt pro ingreſſo habeatur per. l. cum verò ad finem
prin. infra de fidei commiſſarijs liber. vbi deſtinata libertas
ex caſu ſubſecuto intercedere nõ ſolet, ſed interim pro da-
ta habetur. Cõtrariã opin. tenuit Bar. in. §. diuus col. 4. quia
199 huiuſcemodi maiores magiſtratus, † à die electionis digni
tatis ius conſequuntur. l. j. C. de conſul. lib. 12. cum allegatis
ibi & eſt glo. no. per illum tex. in præal. verſi. antequam ve-
rò. ſecundo pro hac opinione facit ratio in hac materia aſsi
gnata per iuriſconſultum in. d. §. diuus. & in. l. qui operas, ꝙ
per eũ non ſteterit, ſed per caſum mortis. tertiò quia tranſ-
miſsio huiuſcemodi ſalarij fit ratione dignitatis ſecundum
communem opinionẽ ſcribentium de qua ſupra, à die ergo
ſaltẽ acceptati officij & conſequenter iuris ſibi quæſiti de-
betur, iuxta notata per Bart. & doc. in. d. §. diuus col. 4. & in
le. abſenti. ȷ̃. de donationibus. quarto quia ſi poteſtas iam fe
cerit præparamenta res integra non eſt, ergo, &c. l. manda-
200 tum. C. mandati, † maximè cum idem iudicemus de tem-
pore præparationis ad abſentiam, quod de tempore ipſius
abſentiæ. l. ab hoſtibus. §. ſi. infra quibus ex cau. maio, ac de
præparante quod de præparato. l. ij. cũ ibi notatis per doct.
C. de tranſ. tradunt omnes in rub. C. de ede. & in rub. extra
de iudic. ac de exiſtente in via ad actum quod exiſtente
in actu. leg. pen. cum notatis. infra de milit. teſta. cum no-
tatis per Sozi. in conſi. 7. colum. fina. libro. 4. & prædictam
opin. ſequitur Aquenſ. hic in pe. colum. & videntur tenere
Dec. & Cur. hic in. vij. & viij. colu. Ad. le. ſi pecuniam Re-
ſpon. Alex. Dec. & Cur. poſt Bart. in. §. diuus ꝙ poteſtas qui
præparamenta fecit pro ingreſſu ſatis dicitur incepiſſe ad
quod adduco text. not. in. l. j. §. ij. infra de pollicit. ibi cepiſſe
ſic accipimus, ſi fundamenta iecerit. tamen non dicitur in-
cæpiſſe officium nec adminiſtrationem ipſius officij. ideò
reſpondeo aliter, ꝙ poteſtati nõ debetur ſtipendium pro-
pter laborem principaliter, ſed contemplatione dignitatis
quo caſu nõ procedit reguli dictæ. l. ſi pecuniam. ſicuti nec
præall. l. Seio in prin. de ann. legat. per. §. diuus & l. qui ope-
ras vt in quæſtione ſuperiori diximus. Ad tex. in. §. vxori re
ſpondent hic Dec. & Cur. retorquentes illum tex. in oppo-
ſitum dum in fine dicit deberi legatum mulieri ſi per eam
non ſteterit quin habitaret & cõſequenter idem dicitur ꝙ
in. §. diuus & l. qui operas, prætereà legatum ibi fuit condi-
tionale: ideò nimirum ſi ceſſante conditione deficit. l. lega-
tũ. C. de. vendi. infer. item pecunia ibi non præſtabatur pro-
pter dignitatem vel ſcientiam prout in propoſito noſtro,
nimirum ſi requiritur vt aliquanto tempore habitauerint,
ſicq; incæperit, & tamen adhuc in caſu illo ſi per mulierem
non ſteti ſſet quin habitaſſet debitum ei fuiſſet legatum vt

ibi in fine dicitur facit tex. in. le. iure ciuili. infra. de cõdit. &
demonſt. nun intelligas tamen quòd in fine dicti. §. vxo-
ri corrigatur quod I rebat. ſupra ibique relatus dicebat in
verſic, quantolibet tempore dum cum vitanda ſit corre-
ctio, ſed vlt. iuriſconſul. ibi generalius ꝙ etiam ſi mater nõ
ſtetiſſet ibi cum filio aliquo tempore, dum tamen per eam
non ſteterit, conſequi debeat legatum. Ad. l. poſt duos quia
reſponſio Bart. in. d. §. diuus non ſatisfacit, reſpondent præ-
fati, ꝙ ſatis dicitur inchoaſſe & cæpiſſe poteſtas propter præ
paramenta ad hoc facta; per dicta in ſuperioribus, ſed non
eſt recedendum à concluſione Bart. hic per tex. in. d. le. j. de
primipilo in verbo poſt adminiſtrationem per quem text.
tollitur reſpõſio Dec. hic quia loquitur in ſtipendio aſsigna
to propter dignitatem principaliter, non propter laborem
& tamẽ requirit cæpiſſe adminiſtrari. ſecundò per tex. dict.
le. poſt duos ibi ex quo hoc idem officium peragere cęperit
cum notatis per Dec. in conſi. 70. tertiò quia plura reſulta-
rent inconuenientia vt hic per Seuer. in. q. 8. quæ euitanda
ſunt. l. nam abſurdum. ȷ̃. de bon. libe. quartò per tex. clarum
in auct. de adminiſtratione. §. pe. collat. 7. ibi & non ex co-
dicillis cinguli indicare tempus; ſed ex quo in prouinciam
ipſam acceſsit illius accipere reipublicæ emolumẽta, & nul
lum alium accipere, ergo qui præſentialiter non acceſsit in
prouinciam, licet ſe præparauerit ad ingrediendum emolu-
menta officij non percipiet, & prædictam concluſionem
Bar. ſequuntur Bal. & Imo. relati per De. col. 7. Seu. hic in. q.
8. & 44. Alex. col. antep. Iaſ. pe. Dec. 7. & communiter alij,
licet diſputatiuè loquẽdo ad rationes Bart. reſpondeat Dec,
& iſta opinio Bart. hic ſeruatur in practica, contraria verò
non, vt poſt Imolam referunt & atteſtantur Alex. hic colu.
pe. & Deci. 7. facit quod in articulo præcedenti poſt Ful. &
Iaſ. diximus, ꝙ hodie poteſtates vix poſſunt cõſequi præſen
tis temporis ſalarium, quanto minus futuri; pro quo adhuc
operas non præſtiterunt.

Non obſtant nunc adducta in opp. ac primum, quia re-
ſpon. Ang. & Alex. non procedunt vt hic per Dec. colu. vij.
ideo reſpon. ꝙ quãuis à die electionis præſentationis. & ac-
201 ceptionis officij electo ius acquiratur, † hoc tamen intelli-
gitur quãtum ad effectum ne caſſari reuocariq; poſsit, non
quantũ ad perceptionẽ ſalarij, ad quod conſequendum, re-
quiritur ꝙ rector ad prouinciam accedat, & cęperit admi-
niſtrare ita voluit ipſemet Bar. in. d. l. abſenti circa finem vt
hic per Seue. in. q. 8. & Dec. col. 7. de quo videtur tex. aper-
tus in. d. aucten. de adminiſtratoribus loco ſupra allega. De
textu autem dictæ. l. j. de conſul. ſupra alleg. plura ſcribunt
Sozi. & Dec. in. l. cum quid infra ſi cert. peta.

Non obſtat ſecundum & tertium argumẽtum in ratio-
ne. d. §. diuus & l. qui operas. iuncta doctor. Bar. ibi quia re-
ſpondeo ꝙ procedit diſpoſitio prædictorum iurium in re-
tentione quę fauorabilis eſt, non in petitione, quę tanto fa-
uore nõ eſt ſubnixa, vt in ſuperioribus dixi, vel aliter quòd
loquntur iura illa in ſtipendio aduocati præſtito principali-
ter propter ſcientiam, quæ iandiu radicata erat in perſona
aduocati, & habetur ratio pręteritorum laborum, attento
ꝙ per eum non ſtetit iuxta text. l. j. C. de aduoc. diu. iudici.
ibi fructum præteritorum laborum conſequantur, non ſic
in poteſtate cui debetur ſtipendium propter dignitatem,
202 quam plene non conſequitur, † niſi per adminiſtrationem
le. ij. C. vt digni. ordo ſeruet. lib. 12. & ſic poſtquam acceſsit
in prouinciam ſibi decretam vt in præalle. aucten. de admi-
niſtratoribus, facit glo. no. in. l. apud eum ſuper verbo poteſt
203 infra de manumiſsio. † quod iudex exiſtens extra locũ ſuæ
adminiſtrationis eſt tanquam priuatus, tradunt plenè Barb.
c. accedens col. iij. vt lite non conte. Cor. in conſi. 193. col.
fi. lib. 2. Aret. in. c. ſi qui teſtium col. j. de teſtibus Fel. in. cap.
cum inferior col. j. de mai. & ob ed. & Rui. in conſi. 155. lib.
4. Communis ergo doctorum concluſio, ꝙ tranſmiſsio ſa-
larij ad hæredem fiat propter dignitatem, intelligi debet in
potentiori ſignificatu, & ſic vbi eſt cum adminiſtratione, vt
videntur loqui iura in hac materia allegata. l. j. de primipil. l.
iij. C. de agen. in reb. li. 12. ibi laborum eius fructum. tex. l. ſi.
C. de

C.de dome.& protec.lib.12.ibi militiæ fructum &.le.j.C.
de adu.diuer.iud.& quicquid ſit in aduocato de quo loquun
tur præallegata iura in magiſtratibus,quibus propter digni-
tatem ſtipendium datur, ꝙ requiratur aſſumptio decretæ
prouinciæ & actualis adminiſtratio eſt tex.in præalleg.au-
cten. de adminiſt. quia alias nimium poſſet reſpublica gra-
uari . Ad quartum motiuũ cum rationibus ibi adductis re-
ſpõderem,adhuc rem dici integram reſpectu requiſitæ ad-
miniſtrationis,quæ nõdum cępta fuerit, & æquiparatio illa
de exiſtẽte in actu ac in via ad actum, & de tempore abſen
tiæ ac præparationis ad abſentiam de deſtinato & exiſtente
204 in actu,† continet materiam brocardicam de qua per Bar.
Cępol.in repe.l.ſi fugitiui.col.ij.&.12.C.de ſeru.fugi. Barb.
in.c.iurauit.col.14.de probat.& Fel.in.c.cum adeo.col.ij.&
iij.de reſcrip.iudicandumq́; potiſsimè eſt ſecundum ſubie-
ctam materiam , vt præfati concludunt . & ad propoſitum
noſtrum concluſio illa non procedit , vbi facti eſſentia re-
quiritur.l. in tantum.§.fi.cum.l.ſeq. & ibi notatis per Bald.
ſupra de rer.diuiſ.&.l ſi omnino dũ vbi Bal.C.de furtis,per
quæ iura Bal.ibi & Alex.in conſi.98.colu.fi.vol.3.limitant
regulam de cingendo vt habeatur pro cincto , ac de deſti-
nato vt habeatur pro impleto & facto , non procedere vbi
acti exiſtẽtia requiritur,ſed in caſu noſtro & ſupra diximus
requiritur ꝙ poteſtas cęperit adminiſtrare ad hoc vt con-
ſequatur ſalarium & ad hæredes tranſmittat, ergo non ſuf-
ficit ꝙ fuerit in itinere & via proficiſcẽdi in prouinciam, &
hoc modo reſponde ad argumẽtum factum ſupra per Bar.
de tex.in.l.cum verò, ad finem principij infra de fideicom.
libertati. licet Bart.argumentũ inſolutum relinquat , & ma
gis particulariter ad illũ text. poteſt reſponderi eſſe ibi ſpe-
ciale fauore libertatis . vt iuriſconſultus ibi innuit , notabis
205 tamen diligenter † illum textum pulchrum & ſingularem
in.§.j.dum ait plerũq; enim per ignauiam vel timiditatem
eorum quibus relinquitur libertas fideicommiſſaria, vel per
ignorantiam iuris ſui, vel per authoritatem, vel per dignita-
tem eorum à quibus relicta eſt, vel ſecius petitur vel in to-
tum non petitur: quæ res obeſſe libertati non debet. verba
ſunt ad multos caſus allegabilia . Redeundo ad quæſtio-
nem ſupra motam , credo releuandos eſſe hæredes pote-
ſtatis mortui ab expenſis factis per eum , maximè quando
iam itineri accinctus & in via fuiſſet per tex. illum no.in.d.
le.ſi pecuniam & voluit Corſet.in ſingularibus in verbo ſa-
larium.iij. Limita nunc prædictam cõcluſionem niſi ex li-
centia ſuperioris poteſtas diſtuliſſet ingreſſum officij & ad-
miniſtrationẽ, quia ſalario gaudere deberet , illudq́; conſe-
206 qui & trãſmittere,ac ſi ingreſſus fuiſſet.† l.hac.l.C.de prox.
ſacr.ſcri.lib.12.cum adductis per Dec.in conſi.70.col.fin.&
Bolog.conſi.71.Iuxta prædicta opportune quæritur,quãto
tempore poteſtas officium exercuiſſe debeat , vt ad hære-
des ſalarium tranſmittat,& ſimiliter doctor legens,quanto
207 tempore legiſſe debeat,† ſunt qui quartam anni partem re-
quirant . & ſic per tres menſes ſeruijſſe per doctori. Barto.
in.l.filius ad finem infra de legat.argu.l.ſed & milites in.§.
quandoq; infra de excuſatione tutorum , ſed non probatur
iure,& cũ ſufficiat incepiſſe.d.l.poſt duos,contra propriam
ſignificationem vocabuli eſſe videtur,tempus determina-
tum requirere . nam etiã ſi vna die fuerit in adminiſtratio-
ne & officio , dicitur ingreſſus & incepiſſe adminiſtrare vt
patet ad ſenſum, facit text.in.d.§.vxori in verbo quantoli-
bet tempore cum gl.ac notatis per Dec.in.d.conſi.70. col.
fi.quamuis in.§.vxori etiam ꝙ aliquo tempore nõ ſteterit
cum matre legatum illius anni cõſequatur ſi per ipſam ma-
trem non ſteterit,vt iuriſcõſultus in fine ſubdit.& tex.dicti
§.quandoq́;.non loquitur in materia cõſequendi ſalarij de-
biti reſpectu dignitatis principaliter vel ſcientię vt in pro-
poſito noſtro.ſed in alia materia pęnitus diuerſa vt clarè ibi
208 apparet.Succeſsiue quærit Bart.† vtrum magiſtratus culpa
ſua remotus amittat ſalarium & concludit ꝙ ſic pro futuro
tempore non reſpectu pręteriti quo bene & fideliter ſerui-
uit,quum tempus & pecunia diuiſibilia ſint.præall.l.Seio &
approbatur hic communiter per ſcribentes , vt per Seuer.
in.q.23.Alex.fi.colu.vlt.Iaſo.fina.Dec.7.Curt. 8.& per alios
Mod.& licet Dec.pungat Bart.dum citat dictam.l.Seio.di-
cens ibi non probari dictum Bart. cum hic præſupponatur
officialem deliquiſſe, & ideò remotum , ibi legatarius non
deliquit,optimè tamen loquitur Bart.nam tex.illum addu-
cit in ratione ꝙ tempus & pecunia ſunt diuiſibilia,vt ibi di-
citur , & ſic conuenienter adaptatur ad quæſtionem Barto.
pro quo facit,quia pœna non debet egredi metas delicti.le.
ſancimus.C.de pę.l.reſcrip.infra de ijs quibus vt indignis.l.
ſi fundus.ÿ. locat.c.cognoſcẽtes extra de conſt. ſicq́; officiũ
nõ debet eſſe oneri in amiſsione ſalarij tẽpore pro quo non
deliquit,quia pęna egrederetur delictum.Limitatur primò
dicta concluſio vt non procedat in eo qui remouetur pro-
pter negligentiam cõcercentem curam ęrarij publici, quia
priuatur ſalario totius temporis.l.iudices. quæ eſt pen.C.de
anno.& tribu..lib.10.cum notatis ibi per Bar.& Io.de plat.
quod intellige quãdo officialis remoueretur propte delictũ
concernens vniformiter totum tempus officij , alias ſecus,
quia pro parte temporis quo non fuit negligens & in culpa
deberetur ſibi ſalarium ſecũdum eoſdem ibi,quod eſt ratio
nabile per rationem dictæ.l.Seio. & ſequuntur doct. vt per
Corſe.in ſingularibus in verbo ſalarium, ſingulari incipiẽte
iudici delinquenti.& in repe.d.ca.grandi.charta vlt.col.j.&
prædicta de negligentia aut delicto concernẽtibus vniuer-
ſaliter totũ tempus officij diuerſimodè exemplificari poſ-
ſunt vltra terminos dictę.l.iudices.Seue.hic in.q.23.exem-
plificat in medico & milite ſtipendiario vt per eũ,Bar.in.§.
diuus col.fi.exemplificat in officio indiuiduo , declarãdo vt
ibi pulchrè per eum. tunc niſi totum fiat nihil releuat quod
factum eſt.ea propter nihil conſequi debet.l.ij.C.de leg.lib.
10.Hinc eſt quod peccans in vno fit omnium reus.cap.de-
fleat de re.iu.in.6.nam ad neceſsitatem ſalutis omnia diui-
na præcepta ſeruanda ſunt, ſiquidem materia indiuidua eſt
209 vt ibi habetur . † ſimiliter teſtis deponens falſum in parte
totum teſtimonium decolorat & inficit, & in omnibus re-
putatur falſus vt tradunt ſcribentes in.l.pe.C.de tranſa.quia
depoſitio teſtis vt ibi dicunt doc. propter iuramentum ve-
ritatis dicendæ indiuidua cenſetur,faciunt notata per Fely.
in.c.paſtoralis in.§.quoniam col.fin.de reſcrip.dum tractat
de actu officium pariformiter reſpiciente, vtrum in omni-
210 bus cõmiſsis iuriſdictionem perpetuet , Hinc etiã eſt, † ꝙ
legatum non poteſt pro parte acceptari & pro parte repu-
diari.l.nim inem infra de lega.2.l.etiam ſi patris infra de le.j.
vbi excuſans ſe à tutela partis bonorum prouincialium pu-
ta,repellitur in totum à legato quod illo teſtamento datum
fuerat vt poſt Alex.tradunt hic Dec.in pe.col.& etiam alij.
nec obſtat ꝙ in materia legati labor & pecunia,diuiſionem
recipiat,d.l.Seio ex quo videbatur diuiſionem poſſe deberi
fieri in caſibus prædictis.vt.n.dixi legatũ reſpectu accepta-
tionis & repudiationis indiuiduum eſt iuribus pręal.quem-
admodum & hæreditas.le.j.&.ij.ÿ.de acqui.hære.nam ab-
ſurdum cẽſetur eiuſdem rei partem velle, partem nolle, ſed
in.d.l.Seio.legatarius nolebat diuidere legatum acceptando
partem & partem repudiando , imò totũ volebat quia per
eum non ſtabat quin ſeruiret ad formã teſtamenti & nihil
ſibi imputari poterat: ſed quia deceſſerant duo alij,& labor
legatarij diminutus fuerat.pro duabus partibus ex tribus.cũ
negotijs illorum non poſſet amplius interuenire , prout te-
ſtator ordinauerat iniquum eſſet legatarium diminuto la-
bore integrum.l.intuitu,laboris factũ conſequi,& ſimiliter
abſonum totum admittere , cum tempus & pecunia vt ibi
dicitur diuiſibilia ſint. diminutio illa fit proportionabiliter
ita effectu in lectura Tau.iam.20.annis prætei itis dixi.poſt
Rapha.comenſem & alios in.d.l.etiam ſi patris & poſt ſcri-
pta mea ad verbum fere tranſcripſere hic Mod.Pap. col.ix
Ex prædictis patet ſolutio ad motiua Aquẽ.hic contra Bar.
& communem , procedunt.n.quæ dicit in materia indiui-
dua, vbi nihil actum reputatur cum aliquid ſupereſt agen-
dum , nec ex facto partis cenſetur alteri aliquid adeſſe , vbi
actus non proficitur, ſecus in materia diuidua.ſi.n.poteſtas
ſex mẽſibus puta exercuit officiũ , inde fuerit remotus,pro
allis

illis sex mensibus salarium habere debet cum eo tempore
211 seruierit & superior pro illo tẽpore vtilitatem senserit, † li-
cet pro futuro si lęderetur respublica vel superior ex remo-
tione propter culpam præteriti causatam officialis ad inte-
resse teneretur Bart.in.§.diuus ad finem commenti cũ alijs
in superioribus adductis, nec obstat q iudices iurent fide-
liter administrationem sibi traditam exercere. vt in auct.
iusiurandum quod præstatur ab ijs collat.ij.omniq́ue emo-
lumento iurati contractus priuetur periurus.l.si quis maior.
C.de transac. ergo videbatur quod potestas ratione incursi
periurij priuandus esset omni commodo resultante ex eo
officio assumpto cum iuramẽto exercendi fideliter ipsum.
quia responderi potest vt alias dicebam q.le. si quis maior
non procedit vbi præstatur iuramẽtum ex necessitate l.vel
statuti, quemadmodum probat text. ibi nullo cogente Im-
perio cum nota.per omnes scrib.sed officiales iurant ex di-
spositione.l.vel statuti,ergo, &c.Maximè cum remouean-
tur inuiti ab officio,nec refragatur q culpa sua remotus fue
rit propter quod videbatur debere perdere totum salarium
vt volebat Barto.in.le.nesennius cum.l.seq.ĵ.de excu.tut.&
Cur.hic col.ix.quia cum culpa non esset ad hunc casum or-
dinata, non debet facere vt salarium totius temporis etiam
præteriti amittat.§.fin.le.secundæ. cum notatis infra si quis
cautionibus,item quia prout dicebat idem Bald.in.le.vnica
quæstione vlt.C.de suffrag.& Seu.hic in quæstione.23.col.
j.&.ij.quando culpa non remouet vtilitatem officij ab actu
generalis nõ debet quis priuari, nisi quatenus deliquit,si po
testas seruire nollet. vel doctor legere per tempus promis-
sum & statutum,nõ procedent prædicta.imò de salario pro
eo tempore taxato & promisso nihil cõsequi possent etiam
212 respectu temporis præteriti quo seruierunt,† ita Bal.in.leg.
ędẽ.col.ij.C.locati Seuer.hic quæstio.33.Dec.colu.pen.&
in.d.consi.70.licet Barto.contrarium inaduertenter dixerit
circa finem . § . diuus . parificans quem culpa sua remoue-
ri ab offic. & nolle perseuerare ac seruire iuxta pręmissa.vt
respectu tẽporis præsentis proportionabiliter considerãdo
rem non perdat salarium & malè, quia quando remouetur
quis ab officio vel lectura non stat per eum quin prosequa-
tur vt hic etiam ait Deci. secus quando nollet in officio vel
lectura ad finem vsq; perseuerare secundum Bal. & præall.
nollens.n. prosequi & adimplere vsque ad finem temporis
præfixi,repelli potest exceptione implementi,facti non se-
cuti.le.Iulianus.§.offerri infra de act.emp.cum notatis per
Barto.in.l.qui insulam in.§.qui ędem.ĵ.loc.Sed quando quis
remouetur etiam interueniente eius culpa inuitus remoue-
tur,ideò magis succurrẽdum est illi ne totum salarium etiam
præteriti temporis perdat argu.l.primæ supra de offi.cons.
ita procedat communis doctorum conclusio de qua supra
prout etiam alias dicebam.

Postremò prædictam conclusio aq non debeatur sala-
213 rium potestati pro futuro tempore,† intelligas à die remo-
tionis factæ. si.n.post culpam toleratus fuisset officialis de-
beretur sibi stipendium vsq; ad diẽ remotionis vt post Pau.
Cast.scribunt Alex.hic col.pen.Seue.quęstio.23.& papien-
ses.9.transcribentes quæ ego in lectura taurinensi dicebam
vt apertè ex lectura apparet , dum ad comprobationem li-
mitationis allegabam quæ de excõmunicato tolerato scri-
bit Fely.in.c.si verò de sententia excommunica.& de ban-
nito similiter tolerato non offendendo scribit idem Fely.in
ca.quæ in ecclesiarum colu.ij.de constit. facit lex barbarius
cum notatis supra de officio prætoris. Nunc prædicta de-
claratio superflua mihi visa fuit ad conclusionem Bart.hic
satis.n.clarè loquitur pro tẽpore quo seruiuit & sic vsq; quo
actualiter fuisset remotus. Sed quid si officialis non fuerit
remotus neq; discesserit sed infirmitate aliqua laborauerit,
214 † idem de doctore legente,conclude deberi eis salrium re-
sidui temporis,etiam q per substitutũ non seruierint.quic-
quid dicat Aquens.hic in vlt. col.ita Bart.in.§.diuus col.fin.
per iura ibi per eum allegata & sequũtur communiter doc.
vt hic per Seue.quæstio.42.vsq; ad quæstio.48.inclusiuè,&
per alios probaturq; à fortiori.in.§.diuus & in.l.qui operas.

215 Ponit etiam Seue.supra post.Bar.† quid de famulo infirmo
an pro tempore infirmitatis cõsequi debeat salarium & di-
stinctionem Bar. per eum relatam tanquam notabilem se-
quitur etiam Pau.Cast.in.d.§.item cum quidam col.fi.Ale.
in.le.si cum dotem in.§.finsutem in seuilsimo colu.ij.ĵ.sol.
mat.& Aquen.l.infra ad fina.commenti, de qua quæstione
pulchrè etiam scribit Lance. Deci.in.le.opere. infra de vsu
216 fruc.lega.Successiuè quærit Bar.† vtrum remoto potestate
ab officio debeatur salarium residui temporis assessoribus.
& distinguit no.vt per eum quem sequitur ipse Seue.in vlt.
colu.quæstionis.23. quam materiam latius tractaui in eui-
dentialibus,primus casus distinctionis Bart.est quando prę
ses expresse fuit remotus cum tota familia,quo casu vult is
lem expressam remotionem ascribi culpæ assessorũ per.§.
culpæ.l.si merces infra loca.&.l.pen.infra sol.mat. quæ iura
non videntur intentionem Bart. probare secũdum aliquos
cum loquantur vbi culpa vnius cõsideratur ad interesse, &
commodum alterius, nos hic loquimur quãdo culpa asses-
soris habeat sibi nocere , veruntamen hoc modo inducen-
do probari dicunt si factum tertij nocet alteri cuius culpa
id euenit multo magis sibi nocere debet propriũ factum &
culpa propria. Mihi videtur vt etiam alias dicebã intentio-
nem Bart.ibi clarè probari,quia ibi propris culpa illis nocet
quorũ defectu in alienis rebus datũ fuit damnũ, vt de dam-
no dato teneantur,ita culpa assessorum sibi noceat circa pe-
titionem salarij residui temporis,quum talis casus culpę eis
ascribatur , nec est dubium quando eorum culpa contigit
remotio,quin à petitione salarij residui temporis excludan
tur vt etiam infra vult Bart. & dixi supra in euidentialibus
217 excutiẽdo intellectum versi.fi.† Ad declarationem autem
dicti.§.culpę vide Anch.in consi.414.Corn.consi.23.lib.2.
Are.consi.139.& Soz.in.l.quod te col.iij.ĵ.si cer.pet.Con-
clusioni Bar.videtur obstare,quia esse potest q assessor sine
sui culpa remotus fuerit propter culpam & delictum pote-
statis,ergo id sibi obesse non deberet secundum Mod.bo-
nosi.col.pen.Sed responde q quum familia expresse fuerit
remota non præsumitur magis culpa vnius quàm alterius
ex eis . Ideò omnibus nocet vnde si assessor probaret culpa
potestatis tantum remotionem contigisse,salarium residui
temporis consequeretur,quia vt dixi culpa vnius alteri no-
cere non debet . Secundus & tertius casus distin. prædictæ
quando potestas remotus est culpa propria , item vbi culpa
assessoris sine difficultate procedunt vt hic per Seuer. in.ij.
col.23. quæstio. & dixi latius in euidentialibus excutiendo
intellectum versi.fi.l.nostrę,tum culpa assessorum non no-
ceret alijs comitibus , quin potestas teneretur ad solutionẽ
salarij residui temporis argu.§.culpę & l.pen.in princ.supra
alleg. secundum Seue.loco pręal.facit optimè tex. in.c. co-
gnoscentes de consti.cum alijs in præcedenti quæstio.Bar.
adductis.Dum tamen Bart. facit hic differentiam an pote-
stas expresse remotus fuerit cum familia vel solus malè vi-
detur dicere secũdum aliquos,quia remoto potestate etiam
familia remota censetur vt hic voluit Bar.cadunt.n.omnes
vt alij volunt tanquã ab improbo electi . taciti autẽ & ex-
pressi par est virtus.l.cũ quid.ĵ.si cer.pe.ergo,&c.Sed respõ
de,q vbi familia expresse remota fuit.sumus in casu claro,
ideò Bart.hunc casum tanquam minus dubium præmittit,
maximè cum regula illa de tacito & expresso sit brocardi-
ca. prætereà Barto. eo modo locutus est propter subdistin-
ctionem immediatè per eum factam de remotione causa-
ta ex proprio delicto, vel ex delicto assessoris , quia quando
ex suo delicto tenetur familiæ salarium residui tẽporis per-
soluere. Vltimus casus Bart. quando sumus in dubio nec
constat cuius culpa contigerit remotio ab officio Bart.post
gl. & Cyn. concludit præsumi remotum culpa assessorum
vt per eum, ideò nisi assessores probarent potestatem fuisse
remotum culpa sua, residui temporis salarium cõsequi non
possũt vt hic per Seuer.2.col.23.quæstionis, & Bart.met.ĵ.
ad fin.commẽti.sed in hoc vlt.casu malè loquitur Bar. cum
culpa alterius non præsumatur.l. merito.ĵ.prosoc.ca. estote
misericordes de re. iur. nisi ex actis remotionis constaret
præsidem

præsidem fuisse remotum ex causa officium asses.concer-
nente vt per Alex.l.ij.circa finem infra quod quisq; iuris.&
dixi supra in euidentialibus aperiendo intellectum versi. si.
Subsequenter quærit Bar. quid de aduocato an residui tem
poris salarium ad hęredem transmittat iura, ex sequentibus
dictis Bart.colligitur licet inepte & confuse loquatur, me-
liusq; & vtilius distinguendo dixit in præalleg.§.diuus col.
218 ij.† communis conclusio doctorum est contra Bar. hic q
aduocatus prærogatiua scientiæ & intellectus indistinctè
ad eius hæredem ius salarij residui temporis trasmittat.siue
sit annuum, siue pro lite certa & causa debitum, & siue da-
tum fuerit, siue promissum, cum per eum non steterit, quia
causam, ageret & seruiret, vt post Bar.loco præal.volunt Sa
ly.in.d.l.post duos.Ale.supra ad finem quartę col. cum seq.
Seue.ff.in.ij.col.decimæ quæstionis.Mo.bon.& Pap.in vlt.
col.etiam q nihil cępisset gerere quando fuisset conductus
tempore non limitato, secus quando conductio esset anna-
lis pro omnibus causis, puta eo tẽpore occurrentibus, quia
tunc requireretur q cæpisset seruire vt probatur in.d.§.di-
uus.& in.d.l.post duos vt per Bar. & doc.in locis supra alle-
219 gatis,† quæ quidem conclusio à cessante ratione non pro-
cederet in aduocatis repertis ignorantibus vt hic per Seue.
in quęstione.46.facit quod de scholari abbatis S.Petri dixit
Bar.in.l.cum quid col.vlt.infra si cer.pet.& Are.in.c.clerici
de iudicijs. Item non procederet vbi promissio conditio-
naliter facta fuisset si pręstarentur operæ argu.l.legatum.C.
de condi.infer.l.Seio in prin.ff.de an.leg. Tradit Pau.Cast.in
præalle.§.item cum quidam in.3.oppositione & Dec.in.d.
220 consi.70. Quãtitas verò licita salarij, † in aduocato est au-
reorum centũ in singulis causis.tex.est in.l.j.in.§.licita.ff.de
var. & extraor.cog.& plus in criminalibus vt ibi per Alex.
in apostillis ad Bart.& aurei centum de quibus ibi ducetum
ex nostris faciunt.vt declarat Bude.lib.5.de asse & partibus
assis fol.155.& sequuntur Moder.medio.lib.3.dispu.c.9.
licet doct. nostri ad id non aduerterint, tempore tamen Iu-
stiniani & nostris aureus & solidus idem important, etiam
secundum præfatos, de quo est tex.clarus in.§.hæc iudica-
re in auct en. de defensoribus ciuitatum & sic tunc septua-
gintaduo aurei vt dicunt leges & communiter scrib.confi-
ciebant libram vnam auri, ex nostris autem nonaginta sex
ad minus requiruntur, in præsentia verò licita quantitas sa-
larij aduocati est tantum quantum potest capere. consequi
tamen summam cẽtum aureorum pro vna causa est de ra-
ro contingentibus.

Reliqua dicta Bart. expedita sunt in superioribus delen-
daq; & cancellanda sunt plura verba erroneè per impres-
sores hic in lectura Bart. inculcata. A verbo allegatur hæc
lex vsq; ad versi.item not.dicit glo.

Laus Deo Paduæ idibus Ian. MDXLVIII.

Ex.l.cum quadam Puella.

Puellæ iudicialiter conuentę non debent personaliter venire ad iudicium, litigareq́; debent enim interuentu curatoris.nu.2.

Mulier nupta viro alterius fori proprium amittit forum & efficitur de foro mariti latè.nu.3.cum sequentibus.

Maritus iens ad domum vxoris an & quando efficiatur de domicilio ipsius vxoris, & cuius loci statuta circa lucrũ dotis attendenda sint.4.cum seq.

Vidua quando censeatur in eodem matrimonio esse & perseuerare, retineatq́; forum domicilij mariti & gaudeat priuilegijs & prærogatiuis quibus gaudebat viuẽte marito. nu.5.vsq; ad numerum.9.

Mulier luxuriosè viuens, magis offendit memoriam defuncti viri & filios primi matrimonij, quàm transeundo ad secundas nup.8.

Meretrix ob id quòd meretrix sit nõ uenit priuãda iure suo 6

Vxor.efficitur propriè ciuis ciuitatis viri, & tamen remanet etiã ciuis ciuitatis cuius est ciuis pater, solũq; perdit domicilium originis in his in quibus distraheretur ab obsequijs matrimonialibus, alias non, ideò soluit onera realia in loco originis propria et vbi sunt bona.nu.11.&.20

Mulier ignobilis nupta nobili efficitur nobilis & vtrum nobilis nupta ignobili nobilitatem perdat.nu.12.&.15.

Filia nupta retinet omnia priuilegia, & prærogatiuas quibus gaudebat ante contractas nuptias, modo non distrahatur ab obsequijs viri, ideò remanet in potestate patris, de domoq́; & agatione paterna.nu.13.

Nobilitas trahitur à patre & non à matre, ideò descendentes à patre ignobili & matre nobili non sunt nobiles, sed ignobiles. nu.14 de qua quidem nobilitate vide supra in verbo filia & in verbo mulier.

Vxor vide in verbo mulier & in verbo filia.

Tex.l.fæmina de sena.declaratur.nu.12.&.16.

Monachus per ingressum religionis an nobilitatẽ perdat.17.

Domicilij forus potẽtior est foro originis.18. Et plura de ipso foro domicilij originis & contractus hic per totum.

Nupta uide in verbo filia in uerbo mulier in uerbo nobilitas.

Nupta remanet priuilegium concessum alicui & descendentibus mas.& fæmi.19.

Dotis lucrum an reguletur à statutis loci viri vel vxoris.21

Domicilij mutatio quomodo & quando operetur, ne quis in primo domicilio possit amplius conueniri.22.

Forus contractus & originis non tollitur per mutationẽ domicilij, pręterquàm in vxore, & quomodo ac quando possit quis conueniri in foro contractus.22.cum sequen. vbi plura de competentia fori.

Fori mutatio post sententiam, litis contestationem, aut citationem, non mutat instantiam, nec respectu causæ principalis, nec respectu executionis.23.

Sententia sine litis contest.non profertur validè, & arg. de indubitabili in.l.est valde debile.22.&.25.

Prorogatio iurisdictionis an illa firmet respectu executionis censeaturq́; facta cum qualitatibus suis, & an potentior sit quam ordinaria.26.

Tex.l.Episcopale.C.de episc.audie.declaratur.ibidem.

Clausula non obstante, nec requiritur vbi motu proprio principis facta est cõcessio, & derogatur iuri communi.si agatur de modico præiudicio, alias non.27.

Carnes comedere infra in verbo forensis.

Forensis Mediolani existens in prima hebdomada quadragesimæ an licitè possit carnes & lacticinia comedere.28.

Catallani ex antiquissima consuetudine licitè edunt carnes in sabbato, & similiter forenses qui in partibus Catelloniæ illo die sunt, vbi supra.

Concubina an sicuti vxor mutet forum, & in quibus à pari procedat cum vxore.29.

Concubina clerici an & quando efficiatur de foro clerici & ecclesiæ.30.

Tex.l.in libere infra de ritu nuptiarum declaratur.nu.31.

Concubinatus vtrum potius persumatur quã matrimonium ex cohabitatione masculi & fęminæ, & an filij ex prædictis descendentes legitimi sint vel ne.31.

Canonico iuri potius quàm ciuili standum est circa actus spirituales, nume.32.

Executio sentẽtiæ prolatę per vnum iudicem, quomodo, qualiter, & quando mandanda sit executioni per iudicem alterius territorij.33.

Sententiæ executio super in verbo executio.

Iudex requisitus vt in bonis sitis in suo territorio exequatur sententiam prolatam per iudicem alterius territorij, an quomodo & quando habeat id facere ibidem.

Clericus effectus talis post delictum cõmissum, vel bannum, an & quomodo per secularẽ iudicem puniri possit, & si cum iuramẽto attestetur, fecisse votum intrandi religionem ante delictum commissum an illi credatur.34.

L. cum quadam Puella.



VLCHRA nota. & vtilis est tota hæc lex: Summate & diuidite vsque ad. §. quoties vt hic per Bar. Bal. & alios. potest etiam elegáter diuidi principium istius. l. in duas partes principales. In. j. ponitur quæstio. in. ij. quæ est ibi dixi ponitur responsio quæ. ij. in tres particulas subdiuidui potest. in. j. iurisconsultus ponit respon. ad quæsitum. In. ij. respon. ampliat. In. ij. adhuc magis & generalius extendit, particulę satis de se patent. Casus figurari po
1 test vt in litera iacet. Ratio dubitandi hæc erat, † per mutationem fori puella ista desit esse de foro & iurisdict. prioris iudicis. Ideo nó videbatur posse amplius per priorem iudicem distringi aut cogi, per regulam. l. fi. j. eod. & .ca. secundi in fi. de constit. in. vj. Oppositum tamen decidit, ratio decisionis est, quia iurisdictio per inchoationem iudicij fundata radicataque erat in persona prioris iudicis. le. vbi cepium, cum. l. si quis posteaquam. j. de iudicijs, & .c. pe. de fo. compe. Ideò nimirum si non obstante mutatione fori sententia ferri potest, prolataque executioni mandari. Et si in territorio primi iudicis nihil sit in quo posit fieri executio, quomodo & qualiter extra territoriú ipsius iudicis exequi polsit dicam infra in glo. Ex qua ratione decidendi patet solutio ad rationem dubitandi illamq; sublatam esse.

Noto primò q puellæ quo non sunt matrimonio coniunctę iudicialiter cóueniri possunt, nec habet hoc dubium quia alias fieret iniuria creditoribus fauédo adeò puellis con
2 tra tex. in. c. ex tenore de fo. com. cum sim. † Personaliter tamen ad iudicium venire non tenentur, nec debent regulariter. ca. 2. de iu. in. vj. puella verò dicitur à decem & septem annis ætatis. j. l. j. §. pueritiam. j. de postul. declarat Gellius in noc. attic. c. 28. libr. 10. & sic præsupponendú est puellam hanc litigasse cum interuentu curatoris, alias non habuisset legitimam personam standi in iudicio, & acta fuissent nulla nec sententia exequenda. l. ij. & .iij. C. qui legit. perso. stan. in iu. non hab. etiam in causa dotis secundum Ias. in auc. quod locú in. 4. no. C. de colla. vbi etiá per Dec. col. 2. & sequenti.
3 Secúdo noto. †. q mulier nupta viro alterius domicilij efficitur de foro & domicilio mariti mutato suo proprio foro. quod etiam probatur in. l. fi. in. §. item rescripserunt mulierem infra ad muni. in. l. mulieres. C. de dign. lib. 12. ibi forum ex eorum persona statuimus & domicilia mutamus. l. exigere. j. de iud. & .ca. 1. de spon. Efficitur. n. vna domus & vnum corpus. l. j. §. si. vir infra ad sylla. cum alijs statim allegandis, caput autem mulieris est vir. c. fi. 32. quæstio. 6. & .c. manifestum cum seq. 33. quæstio. 5.

Magna est ergo virtus matrimonij quæ facit vxorē perdere forú etiam originis propriæ alias immutabilem. l. assumpt. ff. ad muni. secus in alijs personis quo ad forum originis vt hic per Bal. Alex. & Aquens. in prin.

Ampliatur iste text. & nota. prædictum pluribus modis Ias. tres ampliationes posuit, Dec. nolens cum Ias. more suo incedere húc ordinem spreuit, ponendo super gl. & minus bene. Igitur circa primam ampliationem Ias. & doc. vt procedat etiam in vxore non dum conducta ad domum viri. alij Mod. sequuntur vt hic per Curt. colu. j. sed fuit Accursij hic in glo. 3. sequitur Bal. idem Alex. col. 2. versi. sed hoc nó puto, immo Bart. in. d. §. item rescripserunt. quia translatio personæ mulieris ad domum mariti acquirendi domicilij non fuit causa. sed nexus matrimonialis secundum Bald. & præall. sicq; etiam copula non secuta quicquid aliqui dicát & vltra gl. hic & in. d. l. ea quæ la. 2. infra ad muni. probatur per tex. ibi de nuptijs loquétem iuncta. l. nuptias. j. de regu. iur. faciunt quæ scribit Fely. in rub. de spons. dum disputat an lucrum delatum à statuto mortua vxore locum habeat ea nondum ad domum viri traducta, intelligas tamen nexum matrimonialem id operari propter spem futuræ cohabitationis, aliàs secus esset per ea quæ contra Alexan. scribit hic Cur. in. j. col.

4 Circa illationem, † quádo vir it ad domum vxoris q attendi debeat domicilium vxoris, doc. se inuoluunt. vt post Bal. scribunt hic Iaso. Dec. Aquens. & alij. in primis col. inferentes ad quæstionem de lucro dotis, vnde pro habenda clara intelligentia istius articuli distinguo aliquos casus, primus est quando maritus it ad domum vxoris nó animo ibi permanendi, sed tanquam recessurus, secumq; vxorē iuxta consuetum ad domum suam conducturus, & tunc procedit tex. noster & dispositio. d. l. exigere, secundú doc. præall. cómuniter. Secundus casus est quando id fecit animo perpetuò ibi permanendi de quo constat, & tunc attenditur domicilium vxoris Bal. in. l. fi. C. si à non compe. iud. quem sequútur Ias. Dec. & Aquen hic nec est vlla ratio quæ aliud suadeat. Tertius casus est quando sumus in dubio, & de tali animo non constat, & tunc quantum ad cótractum ipsum attendimus forum & domicilium viri per rationem. d. l. exigere secundum Aquens. licet postmodum & ex interuallo maritus ad domum vxoris transierit, quia quantum ad ipsum contractum militat ratio pręall. l. exigere, cum nó censeatur habita consideratio ad domicilium vxoris, sed ipsius mariti, ideò nimirum si quantum ad contractú attendi debet domicilium viri, sed quoad forum & iudiciú cum maritus illic cum vxore moretur attendi debet domiciliú vxoris. imò viri ex quo ipse ibi illud constituit vt facere potuit le. nihil & .l. domicilium. j. ad munici. aliàs vir distraheretur ab obsequijs & seruitijs matrimonialibus quod fieri non debet vt hic per Alex. col. 2. vbi Cur. j. sed prius per Bar. in. d. §. item rescripserunt & Pau. Cast. in le. rei iudicatæ. §. socero infra solu. mat.

Secunda ampliatio etiam vbi vxor à viro conuenitur, approbatur communiter à scribentibus vt hic per Deci. & Aquens. in primis col. & est gl. quæ hoc vult per illum text. in. c. const. el. 2. in glo. j. de testibus vbi can. notant.
5 Tertia ampliatio est de vidua, † per text. l. filj. in. §. vidua. ad muni. cum per se mulier perseuerans in viduitate censeatur stare in eodem matrimonio, vt ibi per Bart. & q mulier Castè & honestè viuens fingatur, adhuc esse in priori matrimonio est text. not. in. l. fin. C. de bon. mat. de quo videte Alexan. in consi. 20. libro. 2. Barb. in. c. ex parte. quinta colu. j. & .ij. de foro competen. & Fely. in. ca. super eo. el. secundo de testib.

Limi. duobus modis, primo non procedere in vidua luxuriosè viuente, ne plus habeat luxuria quàm castitas, contra tex. in. §. fi. in auc. de restit. & ea quæ parit ac. l. his solis in fine de reuo. don. vt hic per Ang. Alex. & Aquen. attestantem communem quod clarius liquet ex notatis per Felyn. in. d. c. ex parte col. j. de fo. com. in procе. Greg. col. fi. in. c. significátibus col. fi. de offi. deleg. & in. c. pastoralis. col. 3. vbi Dec. vlt. de iud. Dec. hic colu. 2. & .3. post Fulg. tenet oppositum, eo q domicilium voluntate propria constituatur &
6 acquiratur de iure communi, † meretrixque ob id solum q meretrix sit iure suo priuanda non veniat. §. j. in auctent. quibus mod. nat. effi. legit. quum not. ibi per Angel. Item quia pœna priuationis locum tátum habet in casibus à iure expresis.

Sed non est à communi opinione recedendum, Et ad primam rationem respon. potest ex distinctione quam facit hic Aquens. vt quantum ad damnú & odium ipsius forum non amittat quin alibi cóueniri posit, secus quoad fauorem, nam quantum ad sui præiudicium & vt posit ibi conueniri ratione sui domicilij, hoc nó amittit ob luxuriosam vitam, sed non retinet priuilegium quin etiam conueniri polsit in loco originis suę, quod fieri nó potuisset si honestam vitam seruasset. Nó obstat quod in. 2. col. subiungit Dec. q etiam priuilegio competenti ex persona mariti mulier vidua luxariosè viuens non videatur priuanda, cum pœna priuationis vt dixi non habeat locum nisi in casibus à iure expresis. §. cum igitur. in aucten. de non eligen. secun-
7 do nub. vt hic per eum, † quia ex idétitate rationis & in pœnalibus fit extensio tex. est in. §. porro in tit. quæ fuerit prima causa benef. ami. Tradunt omnes scribentes in. l. j. C. de

transa.vt Mod.de Ripa in.l.fin. quæstio.41.C. de reuo.do-
nat.multo magis,ergo ex maiorit ate rationis . vt in propo-
8 sito nostro, nam vxor luxuriosè viuendo, † magis offendit
virum defunctum & filios primi matrimonij, quàm ad se-
cũda vota transeundo.d.l.his solis in ff. sed vt diximus tran-
seundo ad secunda vota amittit domicilium, & forum pri-
mi viri, ergo multo magis luxuriosè viuendo.

Secundò limi.prædicta ampliatio de vidua retinente do
micilium mariti,nisi recesserit à domo ipsius primi mariti,
& reuersa sit in patriam ad eius primum domicilium, cessat
enim causa acquisiti domicilij primi viri, quæ fuit propter
translationẽ personæ mulieris vt hic per Pau.Cast. & quic-
quid hic dicat Ale. verior videtur opinio ipsius Pauli vt hic
per Dec. & Cur.cum enim ibi constituerit prout potuit do
micilium, nec distrahatur ab obsequijs viri iam defuncti,si
conueniat in loco suæ originis ac domicilij, cur non debet
posse ibi conueniri, imò esset magis damnosum mulieri si
cogeretur litigare in primo foro mariti,vbi amplius nó re-
sidet,quàm si conueniatur in domicilio suo, vt docet expe-
9 rientia rerum magistra. † generaliter quãdo vidua retineat
priuilegia mariti defuncti si velles scire videbis Pau.de Ca.
in cons.12.in antiquis Corn.in consi.111.lib.3. Soz.12.col.
vj.lib.1.& Fely.in.d.c.ex parte, scilicet.colum.j.

Quartò ampliare prædictum secundum notabile, quòd
10 mulier forum viri sortitur,† non solum si maritus illum sor
tiatur de iure communi, verum etiã si sortiatur ratione ar-
tis aut priuilegij personalis,similiter vxor tali priuilegio gau
debit per text.not.in.l.pen.C.de fabricen.lib.11.ponit not.
Sozi.in.d.consi.12.colum.fin.

Quintò amplia vt mulier non solum dictum forum sor
11 tiatur, & efficiatur incola ciuitatis mariti, † verum propriæ
efficitur ciuis prædictæ ciuitatis vt per glo.& doc.in.l.ciues
C.de incolis lib.10.Cor.in.d.consi.111.& tamen non desi-
nit esse ciuis illius ciuitatis cuius est ciuis pater eius Alexan.
consi.20.viso ad finem lib.2.

Sextò amplia etiam quòd matrimonium non valeret vt
quia contractũ inter prohibitos ignoranter,tamen per tex.
in cap.2.qui filij sint legi.& in.l.si cum dotem in.§.fin.infra
solu. matr. cum vbique notatis secus,quando contraxerunt
scientes impedimentum.l.de iure.§.fin.ad mu.

12 Ex prædictis infertur, † q si mulier ignobilis nubat no-
bili, efficitur nobilis & eiusdem conditionis cuius est mari-
tus.l.mulieres.C. de dignit. lib.12.l. fœminæ supra de sen.l.
Princeps supra de.ll. & hoc propter virtutẽ nexus matrimo
nialis cum efficiãtur vnum & idem corpus iuris fictione, vt
in superioribus dixi, & pariter nobilis nubens ignobili no-
bilitatem perdit.d.l. fœminæ vbi Bald. & Alber. notant, &
Cur.senior in consi.40.col.antepen.ideò miratus quandoq;
fui de consuetudine Alemaniæ relata in.c.pen. de præb. di-
sponente non dari præbendas nisi nobilibus ex vtroq; pa-
rente, & similiter de ordinamentis præceptorũ Rhodij qui
non admittunt quempiam , ad confraternitatem suam nisi
natus sit ex vtroq; parente nobili , sed in prædictis cõside-
rant & attendunt præfati originem , imò domini Rodien-
ses plus volunt q tam auia paterna q̃ materna illius qui eo-
rũ religionẽ ingredi desiderat,sanguine fuerint nobiles, sed
quantũ ad mulierem nobilem nuptam ignobili, an cẽsenda
sit nobilis vel ne, quicquid hic distinguẽdo seq; inuoluendo
dicat Bald. mihi videtur q nullo modo efficiatur ignobilis,
13 † cum ista sit vera & cõmunis resolutio doctorum , q filia
nupta ex persona patris retinet omnia priuilegia, & præro-
gatiuas quas prius habebat, dummodò non distrahatur ab
obsequijs viri. Et ideò remanet in potestate patris,& dici-
tur adhuc de familia,domo,& agnatione paterna tex.est in
l.voluntas.C.de fideicom.in.l.familię.§.j.de verb.sig.vt in-
fra per Alex.col.fi.per scrib.in.d.l.voluntas Sozi.in cõsi.76.
col.viij.lib.2.Felyn.in.d.c.super eo.el.ij. col.j.de testi. Dec.
plenè.in.l.j.col.iij.&.4.C.vnde vir & vxor, & in.c.nouit.de
iudi.Mod.de Ripa lib.2.de resp. & princ. gra.cap.3.& Cur.
14 hic col.j. † quamuis descendentes ab huiuscemodi filia no-
bili nupta ignobili non sint nobiles,quia sequũtur familiam
patris non matris.d.l. familia.§.j. & ibi notant Moder. sed
15 prius Alex.hic col.ij.& Dec.in.d.c.nouit.colu.iij.† Ex quod
filia nobilis per matrimonium cum plebeio contractũ, no-
bilitatem perdere non debeat, nec iura nobilitatis à natiui-
tate, naturaque sibi acquisita probatur, quia iura sanguinis
immutabilia sunt,infra de reg.iu.l.iura sanguinis.Item quia
matrimonium est res licita instituente Deo introductũ, vt
habetur in locis vulgaribus maximè ibi relinquet homo pa
trem & matrẽ & adhærebit vxori suæ.quare ergo illud con
trahendo debet filia nobilis iura nobilitatis suæ , amittere,
nulla ratio id suadet,facit text. in.d.c.cognoscentes de con-
sti.Item quia pœna priuationis,non habet locũ nisi vbi ex-
16 primitur, ad.l.fœminæ † vbi videbatur oppositum probari
respon. q non loquitur de nobilitate & iure sanguinis ac co
gnationis ab ipsa natura venientibus, sed de quadam præe-
minentia & dignitate clarissimatus accidentali,quam habe
bant filiæ senatorum ex persona parentum suorum , quæ.l.
17 prohibente nõ transit in filias nuptas plebeijs. † monachus
verò per ingressum religionis, bene perdit nobilitatẽ , quia
pro mortuo habetur vt per Philip. Fran.in.c.fin.in princ.de
offic.deleg. lib.6. sed opp. verius est,& per Rotam in causa
ardua decisum, vt per Rom.in sin.37.vtrum nobilis,ex cu-
ius rationibus confirmatur optimè hæc secunda opinio , de
nobilitate nõ amissa per contractum matrimonij cũ igno-
18 bili, & si queras † an vxor sequatur solum domicilium ma-
riti,aut verò originis videtur quòd forum domicilij habita
tionis,vt hic per Alex.colum.ij. versi. & semper intelligas,
nam & si actiones mariti actiuè , & passiuè communicãtur
vxori.c.maritus de cogna.spir.potẽtior in proposito tamen
est forus domicilij quàm originis, quia in foro habitationis
conueniri quis potest,quamuis ibi non inueniatur,secus au-
tem est in foro originis, ergo iste attẽditur, vt hic per Alex.
colum.j.& Fely.in.c.fi.col.11.de fo.comp.vbi post Bal. di-
cit domiciliũ esse potissimam causam iurisdictionis . Mate
riam vero domicilij recollegit,& latissimè tetigit Sozin. in
19 d.c.fin. in glo.iij. Ex prædictis infertur, † & patet non pro-
cedere decisionẽ Bart. in.l.quoties.C.de priui. schol.lib.12.
q priuilegium cõcessum alicui,& descendentibus suis ma-
sculis & fœminis,competit etiã nuptis, quæ propterea non
desinunt esse de descendentibus talis personæ,& cõtra Bar.
quicquid dicat hic Iaso.est communis doc.sententia, vt hic
per Alex.Dec.Curt.& Aquens.in primis col. & per Dec.in
d.c.noui.col.5.& in.l.j.col.4.C. vnde vir & vxor limitando
20 vno modo vt post Bald.tradit hic in.ij.col.Aquen.† Rursus
ex prędictis quòd vxor solum amittat domicilium originis
quãdo distraheretur ob obsequijs viri, infertur limitatio ad
prædictum not. procedat quantũ ad iudicialia, secus autem
quoad onera realia & alios effectus, vt per Bal. hic & in.d.l.
fœminæ ad fin.vbi dicit id procedere in domicilio persona
lis conuentionis, secus in reali & mixta cõuentione de quo
est glo.not.in.§.item rescripserunt supra alleg.

Secundò intellige & limita opposita exceptione , sed si
non opponeretur exceptio procederet iudicium curã iudi-
cio originis mulieris,per ea quę post alios scribit hic Dec.in
prin.cõmenti,item quia videtur vxor renunciare tũc suo fa
uori iuxta regulã.l.pe.C.de pac. faciunt etiã prędicta ad not.
21 quęstionem de lucro dotis † an in eo attendendũ sit statutũ
domicilij viri aut vxoris de quo per Aquens.hic col.ij. Ra-
pha.com.consi.72.Cremens.singulari.75.Iaso.in.l.cunctos
populos in.2.lect.col.15.& 16.C.de summa trin. vbi etiam
alij Mod.Barba.consi.4.lib.2. Dec. consi.19.&.283.Mod.
in.d.l.exigere dotem cum alijs supra adductis.

22 Tertiò noto in isto text. † quòd mutatio domicilij ante
inchoationem iudicij operatur ne in .j. domicilio possit am
plius quis conueniri, iurã.n.dicentia ratione domicilij posse
ibi quempiam conueniri, vt in.l.2.C.de iur.omn. iud. in.ca.
dilecti. & in.c.fin.de for.comp.& in.l. si iudex posteaquam
infra de iudicijs. procedunt quando conuentus ibi domici-
lium tunc habet, aliàs secus , quia non posset dici conueniri
ibi ratione domicilij , cum nõ entis nullæ sint causæ & nul-
læ qualitates.l.pen.infra si cert.pet. domiciliumque mutari,

transferrique pro libito voluntatis posit.l.domicilium &.l.
nihil infra ad mu.cum not.per Dec.infra col.3.& per Aret.
pulchrè in consi.135.incip.Car.domine collat. ex multipli-
ci.vbi probat præsumi quem esse & fuisse in loco domicilij,
posseq; aliquem habere domiciliū in pluribus locis, nec il-
lud transferri nuda voluntate, verum facto opus esse, id est
rerum translatione, & ꝙ recedat quis cum rebus & familia
ad alium locum se transferendo. sed forus quem sortitur ali
quis ratione contractus, vt etiam originis, non tollitur, nec
mutatur per mutationem domicilij.l.ij.C.de iur.om.iud.&
c.fi.de for.comp.vbi per Can.traditur.hoc tamen non pro-
cedit in muliere nupta viro alterius fori,quia sicuti tunc mu
tatur forus originis aliàs immutabilis, ne ipsa distrahatur ab
obsequijs mariti.d.§. item rescripserunt, sic etiam mutabi-
tur forus contractus,ita quòd non poterit ibi conueniri per
eandem rationem, ne distrahatur à seruitijs mariti,secundū
Bart.in.d.§.item rescripserunt Bal.Alex. Dec.Cur.Aquen.
& alios Moder. hic. Et quod dictum est de foro cōtractus
in quo semper cōueniri quis potest intelligitur, dummodo
ibi inueniatur,aliàs secus vt hic per Alex.& Dec.col.j.Can.
in.d.c.fi.& est text.in.cap.j.in.§. contrahentes de fo.comp.
lib.6.Cur.in.l.ij.§.iij.& quarto,infra de iudi.

Limita prędicta de mutatione domicilij quę inducit mu
tationem fori ipsius domicilij,nisi quando tempore cōtra-
ctus contrahens habuisset domicilium in aliquo loco, quia
tunc ibi posset semper cōueniri non obstāte mutatione do
micilij,vt per Bar.& Imo.per Alex.relatos,per tex.in pręal.
l.ij.quæ opinio iure non probatur & à veritate aliena est se-
cundum Alex.Dec.& Curt.hic in primis col.& per Fely.in
d.c.pen.de so.com.licet Aret.in consi.135.incip. clarissimè
colum.ij.consulendo secutus sit opin.Bart.& Imol.

23 Quartò noto ex isto text. † ibi post susceptam cognitio-
nem ꝙ mutatio fori post sententiam, vel etiā post litis con-
testationem,vt ex pręcedentibus apparet,nō mutat instan-
tiam causę,nec respectu causę principalis, nec respectu exe
cutionis, vt hic per Bald. imò nec post citationem mutatur
instantia prędict.l.si quis posteaquam supra alleg. vt hic per
Alex.Ias.Dec.Aquen.& Cur. Sed obstare videtur iste text.
in prin. ibi litem susceperit, & ibi post susceptam cognitio-
nem ante sentētiam. videtur.n.de indubitabili si post solam
citationē idem fuisset,vt dici videtur in.d.l.si quis. secūdum
Iaso. hic. Sed Dec.& Cur.in.j.&.iij.col.respon. ꝙ tempore
istius.l. non erat condita. d.l. si quis quæ eiusdem iurisc.est,
videlicet Vlp.quæ consideratio non subsistit.cum.n.omnes
dictæ dispositiones eiusdem authoris sint, nō apparet illam
factam fuisse post istam. Item satis est eodem tempore in
pandectis fuisse per cōpilatores insertas,prætereà in regula
antiqua fundatæ sunt vt per glo.in prędicta.l.si quis posteà.

Minus sapit quod de recitatione & cōtingētia facti Dec.
subijcit, cū iurisconsultus super illa se fundet. vt enim scrib.
omnes volunt in.l.vnica.C.quando nō pe. par. à tali narra-
tiua licitum est sumere argumentū,nec etiam satisfacit con
sideratio Cur.hic in.ij.col. ꝙ in.l. nostra tractetur de feren-
da sententia, quæ sine litis cōtestatione validè proferri non
24 potest, ideò nimirum si cōtestationem litis exigit,† quia li-
cet id verum sit vt tradunt Bar.& alij in auct.si omnes.C.si
mi.ab hære.se absti.hic tamen dubitatio erat an attenta mu
tatione fori impediretur processus primi iudicis,ac prolatio
sententiæ. & respon.quòd non, & sic ad sententiam perue-
niri potest licet prolata nō fuisset. quod locum habet etiam
præuenta iurisdictione per solam citationem vt diximus su
25 pra. Propterea respon. † prædictum argumentum de indu
bitabili multum debile esse, pluribusque modis tolli posse,
vt per Fely.in cap. rex pacificus colum.fi. in proce.decreta-
lium & in proposito nostro ratione diuersitatis titulorū sub
quibus positæ sunt.ll. etiam quòd eiusdem tenoris, eorun-
demq; verborum essent. item vbi facta esset additio aliqua
quæ omnia in proposito nostro cōcurrunt,ideò,&c.& tan-
dem ad materiam prædicti not. videnda sunt quæ scribunt
Aret. Iaso.& alij in.l.si pluribus,infra de lega.j.

26 Diligenterque notandum est,† ꝙ licet præoccupatio iu-
risdictionis illam firmet,etiā quoad executionem, aliud ta-
men est in prorogatione iurisdictionis. quia illa non firmat
respectu iurisdictionis.l.Episcop.C.de episc.audien.vt post
Alb.Alex.& alios scribunt hic Ias.& Aquen.in.3.& vlt.not.

Sed in contrarium facit,quia prorogatio iurisd.cū quali-
tate prorogatæ iurisdictionis,facta videtur iuxta glo. com-
muniter approbatam in.c.pe.& gl.de offi.dele.cum accum.
per Fel.in.c.de causis.col.ij.illo eo.titu.& in.c. prætereà col.
14.de sponsalibus per Iaso.& alios in.l.lecta. in not. infra si
cer.pet.& Lud. Gomes super regulis cācellariæ in regula de
trien.possess.q.21.nu.5.&.q.22. circa finem commenti,vbi
etiā ponit an hoc ꝓcedat in odiosis,vnde si iurisdictio pro-
rogata sit ordinaria exequendi potestate munita cū eadem
qualitate exequendi,prorogatam fuisse merito censendū vi
detur vt hic per Dec.& Cur.col.ij.&.3.Alex.in.l.à diuo pio
in.§.j.col.4. infra de re iud. vbi etiam per alios Mod. & per
Aquen.in.l.vnica.§.j. ad fin. infra titu.2.& Curt.in.l.j.col.j.
&.ij.infra de iud.Ad dictam.l.episcopale respondēt omnes
scriben.in locis supra alleg.statimq; infra allegandis ꝙ pro-
cedit in Episcopo inter laicos ex iurisdictione prorogata iu
dicante, familia & potestate exequendi sentētiam inter lai-
cos carente,& per cōsequens si Episcopus familiam habeat
& exequendi eius sententiam facultatem ac modum,id fa-
cere non prohibetur. Et vltra supra adducta vide ad limit.
d.l.episcopale Abba.& Fely.in.c.causam quæ col.j.de re iu.
& Dec. aliter limitantem in consi.25. circa finem, est pari-
ter mirabilis text.d.l. Episcopale. quòd à sententia episcopi
ex prorogatione iurisdictionis à laicis facta iudicāte appel-
lari non posset, & sic potentior erat iurisdictio prorogata ꝗ
ordinaria ipsius episcopi. à cuius sententijs secūdum dispo-
sitionem iuris communis permissa est appellatio, super quo
laborat Curt. in.l.j. in duabus primis colu. cuius resolutioni
tex.d.l.Episcopale.manifestè refragatur, proptereà vide ra
tiones specialitatis per Pau.de Cast.in.d.l.Episcopale,quę
tamen non habebat fundamentum stabile, ideò correcta
fuit lex ipsa per auct. ibi sequentem & in corpore vnde su-
mitur, vide Pau.de Cast. ibi vbi etiam ponit de inuocatio-
ne brachij secularis de quo plenius dixi in princ.l. vnicæ in-
fra siquis ius dic. non obtempe.

Limi.principalem decisio. istius.l.de iurisd. præoccupata
quæ durat & perseuerat respectu diffinitionis,ac executio-
nis non obstante mutatione fori, vt non procedat qū ex li-
centia & concessione superioris, ac motu proprio mutatio
fieret per.l.idē Vlp.in fi.de excu.tut. quia licet actu princi-
pis intelligatur sine pręiudicio tertij.l.nec auus.C.de eman.
liberorum.l.ij.ne quid in loco publico.cū simili.tamen quia
mutatio ista necessaria est, & modici momenti ac præiudi-
cij, extinguitur iurisdictio iudicis qui præuenit, vt hic per
Alex.colum.j.in fi.Iaso.& Cur.in.2.col.Fel. in.c. cum inter
col.ij.de excep.& in.c.nonnulli col.21.versi.secundus casus
27 de rescr. † sicq; huiusce modi concessio ex certa scientia fa-
cta vim habet clausulæ non obstante, & iuri communi de-
rogat, secus si tractaretur de magno præiudicio, quia esset
tunc necessaria clausula non obstante.l.quotiés.C.de præci.
impe.offeren.vt per Alex.in.l.iij.in.§.si is infra quod quisq;
iuris,& Iaso.in.l.ij.C.vt lite pen. vbi tenet necessariam esse
prædictam clausulam non obstante, quod tamen verū non
est,vbi concessio motu proprio emanauit, & agitur de mo
dico præiudicio,vt per scrib.in locis supra alleg.

28 Dicebat etiam hic in.ij.col.Cur. † plerique alij post eum
per hunc tex.l.nostrę ꝙ forensis existens mediolani tempo
re carnispriuij potest licitè carnes comedere prima illa heb
domada Romanæ quadragesimæ quemadmodum ibi fa-
ciunt Mediolanenses ex beneficio diui Ambro.vt prius di-
xerat Christ. Por.in.§.sed quod principi in.fin. inst. de iure
natu.allegando similiter tex.not.in cap.illa.12. distinct. vbi
probatur illud vulgatum cum fueris Romæ romano viuito
more. tamen text. non videtur posse, in oppositum retor-
queri, nā hic attenditur locus mariti ad quem vxor se tran-
stulit, quia animo ibi perpetuò commoranti, ideò effici-
tur ibi ciuis & de loco illo, vt dixi, secus ergo quando esset
ibi vt

ibi vt forensis statim recessurus, vt dictum fuit supra de ma
rito contrahente, cum vxore tanquam statim recessuro, ꝙ
tunc non inspicitur forus vxoris sed mariti. d. l. exigere, &
text.c. illa procedit in consuetudine quæ non est contra ius
commune, prout est ista comedendi carnes tempore qua-
dragesimali. Magis ad propositũ facit quod in.d.c. illa post
alios scribit Card. Alex.in.2.col. quòd Tollosani reperien-
tes se in partibus Catalloniȩ carnes in sabbato licitè come-
dere possunt, quemadmodum Catallani, qui peccarent si in
sabbato Tollosæ carnes comederent, vt latius per Roch.
Cur. in rep.c.fi.de consue.quæstio.13. Mihi tamen videtur
quòd forenses existentes, nunc tempore Mediolani illicitè
carnes comederent cum illa consuetudo & obseruantia, sit
contra ius, propterea forenses ius commune sequi debent,
& obseruare regulam.non aũt exceptioni adhærere iuxta.l.
secundam infra si quis in ius voc. non iui.&.l.primam cum
ibi plenè notatis infra de re. iu. etiam quia forenses, ibi sunt
tanquam statim recessuri, ergo locus ille in quo reperiuntur
à casu attendi nõ debet, sed locus ad quem redituri sunt.d.l.
exigere. vt de marito, qui contraxit cum vxore tanquã sta-
tim recessurus supra diximus, nisi clare cõstaret de priuile-
gio omnibus existentibus, in ipso loco concesso, prout de
consuetudine illa Catalloniæ antiquissima clarè constabat.
29 Glo.j. ad finem concludit † concubinam nõ mutare domi-
cilium quemadmodum facit vxor per text.in.l.de iure.§.fi.
infra ad muni. & sic cõcubinatus nõ procedit in hoc à pari
cum matrimonio, & approbatur hic per Bald. Ange.Alex.
Iaso.Dec. Aquen.Cur.& alios, declarantes tamen, quòd li-
cet concubina non amittat forum originis sicuti vxor, nec
acquirat forũ domicilij concubinarij respectu concubina-
tus, acquirit tamen vi cohabitationis ita ꝙ quæritur ei do-
micilium non tanquam concubinȩ, sed tanquã cuilibet co-
habitanti, & tex.in.§.fin.supra. alleg.loquitur de dicto foro
originis, qui nõ mutatur. In puncto iuris oppositum verius
videtur, quòd.l. nostra de mutatione fori domicilij vxoris
loquens, procedat etiam in concubina.primò per tex.à do-
ctoribus allegatũ in.l.item legato in.§. parui.ff. de leg.3. ibi
sanè enim, nisi in dignitate, inter vxorem & concubinam
nihil interest, ergo idem erit in cõcubina quòd in vxore, ea
solutio Bald.Iaso.ac Dec.hic ad illum tex.quòd nihil inter-
sit, videlicet quantum ad affectionem hominis, non quan-
tum ad ea quæ veniunt ex dispositione legis, vt hic videtur
manifestè cõtra verba illius tex.ibi nihil interest quæ in le-
gato de quo ibi agitur parificat vxorem & concubinã, à qua
æquiparatione solummodo dignitatẽ inde excipit. Secun-
dò de iure ciuili cõcubinatus licitus erat & permissus, vt per
Bart. in.l.in concubinatu infra de concubinis, patetque per
totum illum tit.&.C.eo.si cõcubinatus permissus erat, ergo
in consequentiam, facta mutatione fori domicilij, censetur
& amissum originis domicilium, ne concubina distrahatur
ab obsequijs, & seruitijs viri & concubinarij sui, quæ ratio
causa est amissionis domicilij originis in vxore vt supra di-
ximus, & sic virtute concubinatus mutat cõcubina forum
originis. quo enim ad forum habitationis vt hic dicit Alex.
indubitatum erat, quum per habitationem acquiratur do-
micilium.l. nihil &.l. domicilium infra ad muni. & hic per
Dec.in tertia col. nec potest esse concubinatus absq; coha-
bitatione, ineptè ergo loqui videntur doctores volentes ꝙ
domicilium non acquirat concubina vi concubinatus, sed
virtute cohabitationis, cum vnum non sit sine altero. &.§.
fin.d.l.de iure. loquitur in vxore nõ legitima, nos autem in
concubina legitima.

Retenta communi opinione præfati scrib. duas limita-
tiones tradunt, prima fuit Bald. Alex. & aliorum de domi-
cilio habitationis, quod cõcubina acquirit, & est indubita-
ta, vt prædixi, ideò Dec. hic in.ij.col. ait limitationem verã
esse sed incongruam, quia domicilium non acquiritur ei vt
concubinæ sed virtute habitationis. sed vt supra dixi verius
videtur, quòd illi acquiratur virtute concubinatus, & coha-
bitationis permissæ. immò ne distrahatur ab obsequijs con
cubinarij perdit etiam domiciliũ originis, eo respectu, licet
communis sit ad oppo. Sed de iure canonico, quod in ista
materia attenditur aliud est vt statim dicam.

Secunda limitatio in concubina clerici, quæ efficitur de
foro ecclesiastico ipsius clerici, gaudetq; priuilegio fori, vt
30 post Roma. tradit hic Iaso. sed Dec.& Aquens. † oppo. fir-
mant ne ex sua turpitudine cõsequatur priuilegium & com
modum contra.l.siue hæreditaria in fi.de neg. gest. quodq;
in sui odium & damnum bene efficitur de foro ecclesiæ, vt
puniri possit, quamuis etiam per laicum id fieri valeat secun
dum Aquens.hic & Fely.in.c.cum sit generale colum.7.de
fo.comp.& latius in.c.ecclesia in.17.quæstio de consti. Mu
lieres verò quæ sunt de familia clerici licita & permissa gau
dent sine dubio dicto priuilegio fori, vt hic per Aquens. &
Felyn. loco præallega. Non procedit itaque quod prædicti
scrib. secundo loco limitando in cõcubina clerici dicebant,
quia quoad domicilium originis non perditur, ne ex turpi-
tudine & delicto concubina consequatur premiũ, quo ve-
rò ad forum clerici & ecclesiæ, non acquiritur ei nisi contra
se, vt puniri possit, & in eo loco ratione habitationis conue-
niri per prædicta. Et diligenter notandum est in materia,
31 † ꝙ licet ex cohabitatione masculi & fęminæ secundum.ll.
ciuiles præsumatur matrimonium, dummodo non sit ma-
gna disparitas inter cõcubinam & concubinarium, nec fue
rit facta protestatio in contrarium.l.in liberȩ cum glo.infra
de ri.nup.vt hic per Cur.col.fin.& si nonnulli dicant tex.il-
lum hodie correctũ per.§.quoniam. in aucten. quibus mo.
nat.effi.legit. vbi requiri videtur probari quòd cohabitaue-
rint simul tanquã vir & vxor, de iure cano. præsumitur po-
tius fornicatio & stuprum quàm matrimonium.c. is qui cũ
gl.& ibi notatis per Can.34. distin. imò longeua cohabita-
tio cũ copula concurrente etiã quasi possessione matrimo-
nij, vt quia cohabitantes se coniuges nominabant ac tracta
bant in eadẽ domo, puta mensa & lecto, viuendo vt coniu-
ges secundum iura canonica, hoc infert cõcubinatum non
matrimonium, nisi aliud probetur, i. fama viciniæ quòd pro
coniugibus tenebantur, & communiter reputabantur. tex.
est & ibi notant Can.in.c.illud de pręsum.& cõsuluit Alex.
lib.5.consi.150.colu.iij.& consi.151. & in hac materia sta-
32 mus iuri cano. † quia vbi lex ciuilis præsumit circa actũ spi-
ritualem, & lex.can.contradicit, standũ est iuri cano. vt ple-
nè per Dec.in.d.c.Ecclesia col.16.& cum seq. & Fel.in.d.c.
illud colum.fi. pulchrè dicentes, id procedere respectu ipso-
rum cohabitantium vt non pręsumatur matrimonium sed
concubinatus, ad hoc vt inducatur ad cõtrahendum palam
iuxta ordinationem Ecclesiæ. nõ autem respectu filiorum
suorum, qui legitimi præsumẽtur iuxta.d.l.in liberȩ. & ve-
nient ad successionem vti legitimi concurrentibus alijs ha-
bilibus ad validitatem cõtractus matrimonij, ideò dicit ibi
Fel. post Iob.& alios quòd inter personas honestas, & non
multum dispares, ad probandum matrimonium, sufficere
probare cohabitationem prædictã masculi & fœminæ, fa-
uore legitimationis filiorum arg.d.l. in libere. sed quoad ip-
sos viuentes fornicationem aut stuprũ potius præsumit ca-
no. vt inducatur ad contrahendum palam, intelligas tamen
nisi concurrat quasi possessio matrimonij cũ fama viciniæ;
vt per Alex.in consi. supra allegatis.

Glo. in verbo generaliter, quia duæ præcedentes nihil
habent, diuiditur in quatuor partes vt hic per Iaso. & repu-
tatur multũ notabilis per doct. vt hic per Aquen. Ego red-
dam eam auream colligendo ex ipsa circa fin. quinq; dicta
in actu practico valde notanda.

33 In primis colligitur, † sententiam esse exequendã per iu-
dicem qui eam tulit, etiam mutato foro, quia de qualitate iu
dicis vel partis non est quęrendum in executione, quum in
principali non fuerit quæsitum vt hic.& in.§.fi.l.inter quos
infra de damno infecto secundum Ange.

Secundò notanter, colligitur ex ista gl. ꝙ iudex ordina-
rius qui sententiam tulit pro ipsius executione, ad iudicẽ al-
terius territorij literas requisitorias dare nõ debet, si in suo
territorio potest ipse executionem facere, aliàs verò sic, &
per cõsequens tantummodo in subsidium id habet facere,

quando in territorio suo non sint bona in quibus, exequatur sententiam suam, aliter grauaret partem, quæ à tali grauamine posset appellare, aut ad superiorem per modū querelæ recurrere vt per Alexan. in.d.l.diuo. in.§.j.colum.3.& Aquenf.hic ad fin. ponderantes & reputantes ad hoc perpetuò, notandam glo. istam.

Tertiò ex verbis istius gl.ibi ad literas primi iudicis, colligitur, ꝙ petens executionem sententiæ per alium iudicem prolatæ. si venerit sine literis iudicis qui sententiam pronulit, repelli debet vt hic per Bald. Alber. & Pau. de Cast.l.Episcopale.C.de Episco.audie. Alex.in.l.diuo.§.j.in.3.colum. Iaso.2.Soz.in.c.pen.col.fin.de for. com. & hanc conclusionem probant multa iura de quibus in sequenti conclusione.

Limitatur primò hæc conclusio vt nō procedat quando iudex qui tulit sententiam, careret familia, & sic potestate exequendi, quia tunc sine literis suis alius iudex posset dictā sententiā exequi per text.in.d.l.Episcopale prout ibi tenent Bal.& Pau.de Cast.ad fi.primæ col.contra Alb. de Ros.ibi.

Secundò limita vt per Alex.in.d.§.j.col.3.fuitque remediū istud rationabiliter, & ex magna æquitate introductū, vt tradit Iaso. in.j.§. in.j.not. quòd si iudex qui sententiam protulit literas requisitorias nollet scribere, quid faciēdum sit ponit ibidem Alex.in.3. colum.

Quartò colligitur quòd sine literis primi iudicis qui sententiam tulit, non valet executio ipsius sententiæ per iudicē alterius territorij facta. vt hic per Iaso. Dec. & Aquenf. ac omnes scrib.in.d.§.j.vbi Iaso.colu. secunda, assignat rationem, probaturque hæc conclusio per tex. not. cum glo.in.l. cum vnus in.§.is qui infra de bo.aut. iu.posside. & in.l.properandum in.§.finautem reus vbi Ias.& alij notant.C. de iud. & est text. rotundus ponderatus ibi ad hoc per omnes Cano.in cap.t.in.§.contrahentes ad fi.de fo.comp.lib.6. Quæ conclusio quemadmodum & præcedens duobus modis de quibus supra ꝓximè limitari posset, Primò videlicet vt per Alexan.in.d.§.j.in tertia colu. Secundò vt per Bald. & Pau. de Cast.contra Albe.in.d.l.Episcopale. Tertiò limita conclusio.prędictam procedere vbi imploratur offic.iud.nobile pro executione sententię. secus quādo intentaretur actio in factū ex sententia ipsa oriens, quia tunc absq; literis prędictis, executio sententiæ in quolibet loco in quo reus condemnatus sortitur forum, peti posset, vt per Barto. & Alex. in præalleg.§.j. Alexan.vt Iaso. in.l. intra infra de re iudi. & Dec.in.l.fin.colum. t. C.de edi.di.hadr.tol. Quartò limita quando ex iussu principis, & superioris iudicis exequētis ad preces puta & requisitionem illius qui iudicatum obtinuit, executio facta fuisset, absq; literis prædictis, quia de nullitate executionis sine requisitione iudicis, qui iudicauit factæ dici non posset, cum mandatis principis parendū fuerit.cap. secundo de maio. & obed.& consimilibus, nec minoris roboris, authoritatisq; esse debet iussus superioris iudicis exequentis, quàm requisitio illius iudicis qui iudicauit, qui re quisitum non habebat iurisdictionem, cum par in parem non habeat imperium.l.ille à quo.§. intempestiuum, infra ad Trebel. secus in principe iubente, & vidi ita aliàs in actu practico obseruari.

Quintò colligitur quòd iudex alterius territorij requisitus, vt exequatur sentētiam alibi prolatam de viribus eiusdem sententiæ, cognoscere nō debet, sed solum exequi. Iudex enim qui iudicauit à.l. maior reputatur illo qui requiritur, vt faciat executionē in bonis in suo territorio sitis, quantum ad hoc ne pereat effectus sententiarum Bart. & Ange. hic in fin. & Alex.in.d.l.à diuo in prin.in.v.colum.vnde requisitus nollēs exequi per superiorem cogi posset ac puniri vt per Barto.Paul.Alexan.& alios in.d.l.à diuo in prin.& in §.primo per Iaf.& Aquen. infra circa finem commenti. Et quāuis iudex iste requisitus, pro executione non debeat iudicialiter & auditis partibus de viribus, sentētiæ prolatę per iudicem requirentem cognoscere, tamen non debet vello leuato, siue de bono & æquo.exequi, sed si iustum ꝙ numq; fuerit.aliàs non, & sic videre debet acta ad informationem conscientiæ suæ, pronunciareq; exequendam vel non exequendam.l.si prætor.§.marcel.cum ibi no.infra de iud.d.l.à diuo pio.§.j. ibi si hoc visum fuerit. & no. ibi Iaso. in.d.§.j. plura accumulans, ea propter quum annis præteritis requireretur à Senatu Illustriss. Principis mei executio quarundā sententiarum conformium Romæ prolatarū, contra quendam nobilem Vercel.ibi condemnatum ad dimit.relaxam. & restituendum quoddam castrum & territorium cum fructibus perceptis.senatus visis sententijs, & requisitione pronunciauit. non esse executioni demandandas rationibus in ordinatione expresis. De qua quidem materia executionis faciendæ per iudicem alterius territorij. vltra 00. per omnes scrib.in.d.l. à diuo pio.in princ. & in.§. primo, & in.§. contrahentes præallega. vide Roma.consi.5 t. Pau.Cast.in d.l.si prætor Rapha. com.consi.140. Sozin.in tract.de cita. art.24.& in cap.pen.colum.fin.de fo.com. Fely.in.c. de cętero.colum.ij.de re iud.in.d.c.postulasti colum.penu. de fo. comp.& in.c.pastoralis. in.§.quia verò de offic.deleg.Dec. in.l.fin.colum. to.C.de edic.diui.Cur.io prin.l. vtricæ col.v. infra tit.2.& Hyppo.de marsi.in prac.causarum crimi.in.§. postquam fol.23.in quibus locis multa consi. doctorum inuenies in hac materia citata & plures casus in quibus iudex requisitus non debet exequi.

Magistratus tamen, & iudex secularis cui ecclesiasticus condemnatum de hæresi remisit pro executione facienda, non debet nec potest de causa & condemnatione facta cognoscere: sed ipsius iudicis ecclesiastici sententiam exequi. tex.est in.c.vt inquisitioois. in.§.prohibemus de hæreti. in vj.quicquid dixerit Bart. & sequaces io.l. magistratibus supra eo.& in.l.diuus infra de custo.reorum vt per Alex.Iaso. Dec.& alios in.d.l.magistratibus, & Alex. in apostil. ad Bar. in.d.l.diuus Can.in.d.§.prohibemus Felyn.in.c.ad abolendam colum.fin. & .c.sequenti de hæret.traduot etiam omnes Moder.in cap.1.de offic. ordinarij tractātes materiam inuocationis brachij secularis, quomodo, qualiter, & quando concedi debeat. Et hanc communem concl. ampliat, vt per Fely.in.d.c.ad abolen. ad fin. vt teneatur perfecte exequi, nec posset commutare pœnam mortis in aliam pœnam corporalem, licet Barb.plura more suo effundens.in.d.ca.t. char.4.nitatur defendere opin. Bart.

Limi. præfati scrib.communiter prædictā concl. in crimine merè ecclesiastico, prout est hæresis, secus in criminibus mixtis, de quibus etiam secularis potest cognoscere. saluantes in his terminis opin.Bar.in.d.l.magistratibus, propterea dicunt quidam Mod.in.d.c.1.quòd dum inquisitor hęreticę prauitatis pronunciasset quandam mulierem, tanquā hæreticā, & tradidisset iudici seculari, qui parte instante viderat processum, in quo solummodo continebatur dictam mulierem fecisse quędam pocula amatoria, & erant contra illam indicia quarundam maleficarum deponentium, ꝙ in quodam lusu nocturno cū dæmonibus, viderant ipsam mulierem ludentem, choreasq; trahentem, quæ omnia negabat: asserendo se catholicam. Decisum fuisse iudicem secularem non debuisse exequi prædictam sententiam, quia de prædicto processu non videbatur inquisitorem potuisse cognoscere, & de iniustitia manifestè liquere.

Quia quo ad pocula amatoria delictum non erat hæreticum, nec ad inquisitorem pertinens, vt per Abba. in.c.1.de sortile. nec videbatur creden. dictis mulieribus, quæ erant participes criminis in causa sanguinis.cap.3. cum ibi not. de testi. Dec.in consi.189.& plene de hac materia Pau.de Castillione in tract.de hæret. & sortil.

Limitant etiam Abb.& Mod.in.d.c.t.de offi. or.prædictam cōmunem concl. de brachio seculari cōcedendo à requisito, pluribus modis, vt qñ secularis haberet certam conscientiam pro condemnato, sciens sententiam iniustam.vel qñ extraiudicialiter faciendo imploraret, vt ibi per Inn. & Can.io.c.li quando de rescript. sed ista non est materia nostra vide ibi & in alijs locis supra allegatis in quibus doctores enumerāt casus in quibus requisitus exequi nō tenetur.

34 Postremò † inducitur iste text. Cum prædictis ad not. quæstionem bannitus est aliquis, vel condemnatus de delicto, postea

cto, posteà effectus est clericus & alterius, fori quòd propterea non impediatur iurisdictio primi iudicis. Et sic per secularem puniri poterit Alexan.hic ampliando conclusionem Bart. idem esse dicit quando post citationem à iudice seculari factã delinquens clericus effectus fuisset, remissionibus contenti sunt deci. & alij quorum vestigia & nos sequemur, videte igitur Bart. post Ioan. Andr. & Can. latius tangentem articulum hunc & distinguẽtem in.l.prima, infra de pœnis Imo.in consi.118.Alexan. in apostillis & Bar. in.d.l.prima Fely.in c.fin.colum.pen.& seq.de consti. Moder. Brixien.in cautela. 24. vbi de iudæo effecto christiano post commissum delictum, an liberetur à pœna corporali pœnę tangit, sed articulũ principalem latissimè excutit Sozin.in ca.pen.in quatuor vltimis colum. de so.com. vbi refert omnes opiniones doctorum circa ipsum articulum postea sequitur distinctionem Ioan. Andr.& Bart.in.d.l.j.aliquibus additis vt per eum.

Et esset diligenter notanda lim. Iaso. hic in secunda col. de eo qui emisit votum religionis ante delictum, vt per iudicem secularem puniri non possit. & stetur dicto suo cum iuramento super voto ante perpetratum delictum emisso, & sequuntur Moder. Brixien. in cautela præcedente allegata supra sed quemadmodum hic docet Aquen. vera non est nec tenenda. Laus Deo.

Ex.§.quotiens.l.cum quadam puella.

Petitionis forma inspicienda est ad fundandam iurisdictionem iudicis, nõ autem est examinanda veritas, nisi postmodum pro reportanda victoria. nu.1. cum seq.

Iudex quando conuentus negat se contraxisse, vel deliquisse super eius territorio, vel iurisdictione, vtrũ teneatur de hoc saltem summariè cognoscere, antequam vltra procedat in causa, 2. cum sequ.

Tex. istius.§.notanter declaratur.nu.3. cum sequ.

Petere partem debiti de toto, an possit quis, & vtrum cogatur totum petere, reintegareque petitionem, aliàs repellendus sit, & quid si iurisdictio iudicis restricta & limitata, vt non possit super toto debito procedi, quid iuris.4. cum sequen.

Gabella seu data quæ soluitur de lite, an soluenda sit de summa petita, vel de summa debita.nume.5.

Hic text. pulcher est & not. ad multaq; allegabilis secundum Iaso. & alios, summari posset vt hic per Bal, Ang.Pau. & Iaso.quamuis satis breuiter & eleganter iurisconsultus seipsum summauerit, ita vt alio summario non egeat. Ratio dubitandi potest assignari, quia non sufficit petere. nisi petitio probetur.l.prima cum gl.in verbo dicatur, infra si quadrupes pauperiem, &c.l. qui accusare.C. de eden. ratio quã oppos. deciditur assignari potest, quia ad fundandam iurisdictionem iudicis ordinarij habentis præsumptionem pro se, attenditur petitio vt hic, & in alijs infra allegandis, secus quantum ad obtinendum in causa, ita procedunt allegata supra in assignatione dubitandi rationis prout latius, infra declarabitur.

Notò primo ex isto text.quosdam esse iudices habentes limitatam iurisdictionem vsque ad certam quãtitatem vel summam vltra quã iurisdictio non extenditur, & citra quã etiam non consistit vt in.l.si idem supra hoc eo.titu.in.l.j.C. de defen.ciui.in.§.audient.& in.§.& iudicare, in auc. de defen.ciui.& per consequens colligitur non solũ posse opponi declinatoria ex totali defectu iurisdictionis, sed etiam partis facit vulgata regula.l.quæ de tota.ff.de rei vendicatione.

Secundò noto, quòd quantum ad iurisdictionem iudicis fundandam non est examinanda veritas petitionis, sed so-
1 lum attẽdenda & inspicienda forma libelli, † videlicet quid, quantumque petatur, vt hic & in.§.tripli instit. de actio.& notant scriben. hic & ibi, proceditq; istud vt diximus supra quantum ad hoc, vt ad agendum pars admittatur, & de causa cognoscatur, vt patet ex tex.nostro, secus quantum ad figurandam cõdemnationem vt inquit Ang. siue quoad obtinendum in causa, quę probatio necessaria est.l.qui accusare cum præalleg.vt per Dec.in prin. item & secundo inspicitur forma libelli & petitionis, quia super non petito, licet debitum sit non fertur sententia.l.vt fundus infra communi diuidundo.l.fin.C.de fideic.liber.secundum Ang. hic.

Ratio dicti notabilis assignatur hic per Ias. in. 2. nobili.eamque nituntur defendere Moder. taur. sed parũ valet, quia non quærimus de meritis, sed de processu causæ, confunditurq; prædicta ratio per ea quæ infra dicentur contra decisionem Bart.in.l.secunda, infra si quis in ius voc.nõ ier.
2 & ibi meliorẽ assignabimus rationem, † dicebat ergo Bar. & Pau.de Cast.eum sequens in.d.l.secunda, quòd si conuentus ratione cõtractus vel delicti, coram aliquo iudice se ibi contraxisse vel deliquisse neget, posse iudicem alio non facto procedere, quia ad fundandam iurisdictionem attenditur, inspiciturque solum forma petitionis & libelli per text. nostrum hic.Iaso.tamen & Curt.in.d.l.secunda col.fi. contrarium tenent sequentes Bar. contrarium alibi sentientem volentesque iudicem adhibere debere summariam cognitionem super eo quod est fundamentum iurisdictionis suę. & ita pulchrè consuluit Alex.in cons.1.colum.ij.lib.quinto,
3 sequitur Dec. in.c. super literis. colum.fin. de rescri. † & sic non videtur attendenda forma petitionis, ad fundandũ iurisdictionem iudicis, sed probari debere fundamentum ipsius iurisdictionis, vt etiam post Bald. & alios scribit Phil. Fran.in cap.1.in.31.limit.de litis contest. in.6. dicens quòd quotiescunque ad fundandum iur. iudicis allegatur contractus, sine quo aliàs nõ est iurisdictio, exceptio ꝙ de contractu cõstet saltem summariè impedit litis ingressum. debereq; de hoc cognosci duobus temporibus, & modis vno in principio & summariè altero in meritis causæ & plenè, ad finẽ obtinendæ sententiæ vt ibi per eum. & Sozin. in.c.dilecti colum.10. in quæstio.9. de fo. comp. & tenendo opinionem hanc ad text.nostrũ hic, respondebat ibi Curt.non negari hic fundamentũ iurisdictionis, quia in omnem euentum litigantes de iurisdictione iudicis erãt, sed solum dubitari an summa petita intra metã suæ iurisdictionis esset, vel ne, quo casu petitionem solam attendimus, quæ responsio minimè placet, quia si summa debita maior fuisset, excederetque modum iurisdictionis prædicti iudicis eam limitatã habentis, litigantes in omnem euentum nõ essent de iurisdictione ipsius iudicis quantum ad illam causam præalle.§. & iudicare cũ.l.si idem supra tit.nostro. & sic causa non spectaret ad iurisdictionem iudicis qui aditus fuit. Dec. hic in versi.2.insertur.& circa fi. commenti aliter respondens dicit hunc. tex.parum facere ad quæstio.istam, quia hic constabat de veritate petitionis, nõ autem stabatur dicto actoris simpliciter, quia dum præsupponitur quòd plus deberetur, vt de veritate debiti petiti cõstare videtur, secus si hoc aut falsum esset, aut non constaret, saltem præsumptiuè secundum ipsum Dec.infra ad fin.quicquid secundũ eum dixerit Pau.de Cast. Credo Dec. loqui cõtra tex. nostrum ibi semper quantum petatur quærendum est, non quãtum debeatur, ergo non cõstabat de veritate petitionis, sed de ipsa petitione tantum; & consequenter non est verum præsupponi quòd plus deberetur vt volebat Dec. Scrib. hic communiter dicunt, ꝙ quæstio. iurisdictionis expeditur iuxta formam petitionis quæ attenditur, Alex. in præall. consi.1. colum.ij.tenendo quòd in quęstio.Bar.supra alleg.requiratur summaria cognitio & informatio antequã iudex in causa procedat, ad hunc text.nostrum respõdet, ad fundandam iurisdictionem iudicis non requiri veritatem debiti in summa petita, sed sufficere dubiũ esse, & super ea summa litem moueri vt hic, sed quando actor non vult accedere ad domum rei, prout teneretur regulariter, dicẽs rem petitam in territorio alterius iudicis, cui propterea cognitio super dicta re spectat, oportere de hoc prius constare.l.fi.C. vbi in rem actio.l.ij.C.de iur.omn.iud. & Alexan. sequitur simpliciter Dec. in.c.super literis colum.fin.de rescrip.

Sed hæc responsio diuersificat casus tantum, nulla assignata ratione diuersitatis inter vnũ & alium, prout faciendum est, quare.n.iudex in quæstio. Bart. de qua supra prius cognoscit summariè de fundamento iurisdictionis suæ con traxerit ne, vel deliquerit ibi conuentus vt ipse possit in ea causa procedere, quàm in casu.§. nostri. vtrum summa petita sit intra metam iurisdictionis ipsius iudicis additi vel ne, & consequenter an iudex ipse possit, de ea causa cognoscere vel non. Vnde super hoc pulcherrimo articulo ego dicerem quòd si iudex nõ posset cognoscere à tali summa infra prout in.d.§.& iudicare. vbi iurisdictio causarum simplicis iurisdictionis à.300.aureis infra pertinet ad defensores ciuitatum non ad clarissimos prouinciarum præsidis, & opponeretur, fori declinatoria per reum conuentum, dicentem quantitatem debitam minorem esse summma petita, & cognitionẽ talis causæ defensoribus suæ ciuitatis spectare, petendo, ad illorum iudicium se remitti, arbitrarer super hoc debere prius summatim præsidem cognoscere, quia circa id stat fundamentum iurisdictionis suæ per supra allegata, remittendo causam, parte actrice in expensis condemnata, si reperiat summam petitã minorem esse de qua nequeat ipse cognoscere, & si oppositũ comperiat retinendo causam. Iudex enim si non sit certus de fundamento iurisdictionis, suæ nulliter procedit vt per Bart. & Sozin.in.l. multum infra de condi.& de mon. si verò pars cõuenta nihil opponat, iudex aliud non inspiciet profundamento prædictæ iurisdictionis suæ quàm formam petitionis, quia veritatem negotij non debet quærere, nec discutere, nisi post litem contestatam c.1.vt lit.non cõtestata &.l.qui accusare.C. de eden. respectu verò iurisdictionis habet præsumptionem pro se, cum sit ordinarius & agatur de modico præiudicio, quia si verum non sit quod in libello dicit actor succumbet, & in expensis condemnabitur vt hic per Pau.Cast.& dixi supra, quia etiam præsumptio est pro petente quòd indebitè non petat, quantum ad fundandam iurisdictionem iudicis tantum, arg.l.merito infra pro socio, cum sit modici præiudicij vt diximus, & sic decisio iurisconsulti hic respicit solum iudicis iurisdictionem non partes, probatq́ue arguendo, nam tituli sub quo situata est lex de iu. om. iud. videlicet, itẽ quia opponere declinatoriã fori est facti, quod nõ præsumitur.l. si emancipati.C.de collat. vnde cũ de oppositione hic nihil dicatur, apparere præsumenda non est. Ex quibus patet dispositionẽ tex. nostri procedere parte non opponente, aliàs secus, quia saltem summariè super ipsa fori declinatoria cognoscendum esset, & causa remittenda, comperto illam nõ spectare ad iurisdictionem ipsius iudicis, coram quo lis mota fuit, quicquid hic dicant Iaso.& Dec. & prædicta procedunt in summa qui de minori facta oppositione nõ potest cognoscere, sed quãdo petitio fieret coram iudice minoris summæ qui de maiori non posset cognoscere procederet, pet. etiam parte opponente & requirente desisti à tali petitione pro eodem debito vexetur coram diuersis iudicibus, iuxta.l.nulli.C.de iudi.&.l. non est nouum. cum ibi notatis infra de act.empt. quia attenditur forma petitionis, & cum iudex de maiori summa cognoscere nequeat iudiciũ super summa petita impediri non debet. Ita per tex. nostrum voluit Bart.in.l.in commodato.§. duobus in fi.infra commodati & sequitur Dec. hic contra Alex.

4 Circa hunc notabilem articulũ, † de petente partem debiti tantum, puta de cẽtum decem prout faciunt Tudertini secũdum Ang. hic, ad hoc vt ex primo processu in quo fiat parua expensa informentur super tenendo, quid acturi sint potest secundum ipsum Ange. faciliter hæc practica deludi reo opponente contra partem, dicenteq; sua interesse non vexari in tot instantijs, aut actor petat totum, aut repellatur requirendo argumento.l. ne in plures, infra de exercito. vt cogetur actor integrare petitionem totumq; debitum petere, aut repelletur, & est communis scribentium sententia, vt hic per Alex. & Mod. taur. per Bald. in repet. Paduana.l. serica colum.15.Pau.de Cast.in.§.duobus supra alleg. omnes scriben.in.l.quidam æstimauerũt infra si cert.pet. Alex. in.l.j.ad fi.infra de acquir.hær. eundem Alex. & Aret.in.l.si mihi, in prin.in.ij.colum.infra de leg.j. in quibus locis concludunt præfati scrib. iudicium procedere parte non opponente, aliàs secus, nisi integretur petitio. Sed maior difficultas est quando iudex corã quo minor qualitas petita fuit, de maiori cognoscere non posset iuxta.§.audient cum.§.iudicare supra alleg. an. isto casu parte opponente procedat iudicium super summa petita, attento ꝙ de maiori iudex agnoscere non potest. Bart.in supra alleg.§.duobus ad fi.per hũc tex. nostrum tenet quòd sic, sequitur hic Dec. contra Alex. sed hic tex. euitari potest cum loquatur non opposita declinatoria fori vt supra dixi, vnde nõ recedo ab opinione Alexan. quæ contra Barto. communis est, prout attestantur hic Alexan.& Moder.taur. & plenius ipse Alexan.in.l.j. ad fin. infra de acquiren. hæred. saluari tamen posset opinio Bart. in duobus casibus, de quibus per Aret. in dicta.l. si mihi in principio in vltim.colum.

Rursus hic text. declaratus induci potest ad not. quæstio.
5 de gabella, sportulis, seu data litis † quę soluitur in multis locis ex forma statutorum quòd solui debeat de summa petita, non autem de debita, & rationi Decij hic ad oppo. factæ patet responsio ex dictis Ias. sequuntur Moder. taur. & alij, idem voluit ipse Iaso. & cæteri in.§. tripli. institu. de actio. Inducit etiam Aquen. hunc text. ad no. quæstio. vt per eum, quem sequuntur simpliciter Mod. taur. facit ad oppositum no. decisio Ang.l.si idem in.§.fin. supra eo.

Laus Deo: Paduæ.20. Martij. 1548.

EX L. FI. ff. DE IVR. OM. IVD.

Ratio dubitandi & decidendi quæ in hac.l. fuerit.nu. primo.

Iudex extra territorium existens aut supra iurisdictionem suam ius dicens, est tanquam priuatus, ideò illi impunè non paretur. nume. 1. & .4.

Territorium districtus comitatus & diœcesis quomodo describantur, ac inter se differant, plura in materia prædictorum quatuor terminorum. numero. 2. cum pluribus sequent.

Bannitus à territorio alicuius, an sit etiam bannitus à mari quod distringitur per superiorem illius loci, cui mare adhæret. num. 3. cum sequen.

Districtualium appellatione an & quando veniant Clerici. nume. 5. cum sequen.

Districtus vrbis Romæ quasi totum orbem complectebatur. ibidem.

Ecclesia & Monasteria an dicantur de territorio vel districtu loci, & vtrum ibi commissa, vel gesta, dicantur facta in territorio vel extra. nu. 6. & 13.

Territorij fines quomodo probentur, & quæ signa territorium diuidant, cuius quidem territorij ius habere est superioritatem non proprietatem rerum habere. numero. 7. & . 9.

Territorij fines ac terminos non transcendit potestas ius dicentis. 12. & sequen.

Exemptum esse locum, vel extra territoriũ esse an paria sint nu. 6. 13. & 14.

Statutum prohibens notarios non collegiatos recipere instrumenta, an comprehendat instrumenta per eos recepta in ecclesijs aut monasterys. ibidem.

Statuta an & quãdo porrigant effectum extra territorium, & comprehendant subditum facientem actum extra ipsum territorium, etiam quando id exprimunt. numero. 6. 14. 16. & 29.

Forum sortiri & statutis ligari an procedant à pari. 15.

Finitæ virtutis & potentiæ actus, non possunt producere effectum infinitum nu. 17.

Banni virtus non extenditur vltra nec extra territoriũ statuentium. 18. & 39.

Statutum

Statutum de occidendo bannitum impunè, an intelligatur in territorio, vel extra, & quomodo. ibidem.

Confederata loca censentur vnum corpus, attenduntur que capitula ac pacta confederationis, & liga ad cognoscendum qua & qualis inter confederatos oriatur obligatio. 19. & 40.

Fugientem an liceat insequi, & capere in alieno territorio, vel in ecclesia. nume. 20.

Statutum excludens filias dotatas, an porrigat effectum suũ ad bona extra territorium statuentium sita. nu. 21.

Iurisdictio & si magis cohæreat personæ quàm territorio, terminatur tamen ac finitur territorio, exceptis multis casibus. nu. 22. cum seq. & 33.

Iurisdictio voluntaria potest exerceri etiam extra territorium. nume 23. cum sequ.

Imperator an possit legitimare in terris ecclesiæ. 24.

Legitimatio & alij actus voluntariæ iurisdictionis aut potestatis prout creare militem, doctorem, notarium vel similia, an possint expediri extra territorium legitimantis uel eius à quo talis potestas dependet. 24. cum sequ.

Prorogatio iurisdictionis ideò est in actibus uoluntarijs. 53. nuncupatur potius submissio. 25.

Legitimatus an succedat in omnibus bonis patris vbiq; existentibus. ibidem.

Legitimatio an sit iurisdictionis vel legitimæ facultatis. 26.

Tutor pupillo datus in vno loco, potest administrare omnia bona pupilli vbique existentia. 27.

Testamentum porrigit vires & effectum ad bona vbiq; existentia & sic etiam extra locum conditi statuti. 28.

Episcopus extra propriam diœcesim existens vtrũ possit confirmare, infirmareque electiones. conferre beneficia, ordinare Clericos. 29.

Delegatio fieri potest etiam ab existente extra territorium suum. 30.

Tex. l. fin de offic. præsid. declaratur. ibidem.

Præses duarum prouinciarum, vel dominus & superior, an possit negotium vnius prouinciæ in alia prouincia expedire. 31. & 41.

Rex Franciæ & Dux Sabaudiæ de causis subditorum suorũ diuersarum prouinciarum in quibus locis possint, aut debeant cognoscere. 4.

Absolutio ab excommunicatione an sine causæ cognitione et citatione fieri possit. 33.

Excommunicatio an proferri possit sine citatione, & causæ cognitione ac extra territorium. 23. cum sequ,

Ea quæ sine causa cognitione ac iudice non sedente pro tribunali expediuntur, explicari possunt extra territorium. ibidem.

Iura & ea quæ non circumscribuntur loco censentur esse, vbique. 35.

Cautio de non offendendo aliquem quando sit præstanda, & an liget eum qui in quouis loco illum offendit. 36.

Citare subditum suum extra territorium existentem per nuncium aut per edictum, an quomodo, & qualiter possit iudex. 37.

Rogatio compromissi est voluntariæ iurisdictioni. 39.

Impossibile in specie nõ includitur in generali dispositione. 40

Iudici facienti aliquid vltra vel extra suum officium non paretur impunè, & potest illi de facto resisti, quamuis in dubio sit ei parendum. 43.

Iudex pronuncians se competentem in causa ad eum notoriè non competenti nulliter agit. ibidem.

Argumentum de loco ad quantitatem valet. 44.

Intellectus legis nostræ, seu plures modi intelligendi hunc tex. ponuntur per glo. & doct. 45. cum seq.

Iurisdictio limitata prorogari potest de infimo gradu iurisdictionis ad summum, sed nõ de vna specie iurisdictionis ad aliam speciem iurisdictionis. 46.

Sententia & iudicium quomodo & qualiter indiuidua dicantur, & an possint pro parte valere & pro parte non. 47 cum sequen.

Text. legis in hoc iudicio infra familiæ ercis. declaratur. 48.

Vtile per inutile non debere vitiari quomodo intelligendum sit. 49.

Tex. l. Carmelia pia infra de iure patron. declaratur. nu. 50.

Excessus cur potius tantum vitietur in casu. l. sancimus. C. de donat. quam in iudicijs vbi totum corruit. 51.

Delictum extra territorium cõmissum an quomodo & qualiter per iudicem domicilij vel originis puniri possit. 53.

Subditus delinquens extra territorium an per iudicem domicilij vel originis suæ puniatur. ibidem.

Foris existentia nihil ad nos pertinere quomodo intelligatur. 54.

Iudicis interest habere subditos suos pacificos & modestos nemini iniuriam inferentes. 55.

Delinquentes punire officium potius est pietatis quàm crudelitatis. 56.

In l. fina. ff. de iu. om. iud.

VTILIS & nota. est secundum Pau. de Cas. ad infinita allegabilis, propter quotidianam, & practicabilem eius materiam, & solent aduocati in foro, & palatijs eã semper in ore habere, ideò diligẽter aduerten. Diuiditur in duas partes, prout duo ponit dicta. secundo est ibi idem. Summatur diuersimode per doct. elegantissimũ prima facie videbatur summarium Albe. de Rosa. quod sequitur Iaso. sed mihi non placet, quia summat non solũ tex. verum quæ per doct. in materia dicuntur. Ita quòd non est summariũ. l. nostræ. ideò non est receden. à summario Ang. Paul. & Alex. quamuis vt inquit Bart. l. ista non egeat summario, satis se ipsum iurisconsultus summauit. Ratio dubitandi potest assignari, omnibus magistratibus parendũ esse certissimi iuris est, aliàs mulctari quis potest. l. vnica infra si quis ius dicen. non optemp. l. secunda, infra si quis in ius vocatus non ierit. l. non potest dolo infra de regu. iur. Ideò videbatur suppositũ iurisdictioni iusdicentis debere eidem semper & vbique parere: oppo. tamen hic deciditur quòd non ita generaliter & indistinctè paren. est, quia si iur. suam excedat loco vel re, puta si voluerit ius dicere extra territoriũ suum, vel vltra metam propriæ iurisdictionis, ei non paretur impunè, id est sine pœna & damno, vt etiam dicitur in

1 cap. 2. si. de consti. lib. 6. † Ratio decidendi, quia dictis casibus vbi extra territorium & supra iur. suam ius dicere vult censetur tanquam priuatus. l. tertia & quarta, cum glo. supra de offic. præsid. & l. fin. supra de offic. præfec. vrb. ideò nimirum si tunc ille impunè non paretur, ex quo patet respu. ad rationem dubitandi, quia dictis casibus non censetur iudex nec magistratus: ideo, &c.

2 Pro intelligentia, † & declaratione text. nostri, & materiæ viden. est quid sit territorium, districtus, comitatus, & diœcesis, & qualiter differant, quam materiam recollegit Felyn. in cap. Rodulph. de rescr. multa inculcans, ideò clarius, breuisq; eam Deo fauente explicabimus, territorium describitur per iurisconsul. in. l. pupillus. in. §. territorium, infra de verbor. significat. quòd sit vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis consistens, dictum ab eo quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est submouendi ius habet, propriè ergo territorium iuxta sonum, & verbi Etymologiam dicitur in terra, non autem in aquis, aut in mari, id quòd etiam ex descriptione clarè apparet, quum dicatur vniuersitas agrorum qui non in aquis, sed in solo & terra sunt, leg. quæstio est. de verbor. significat. ita

Bald. vbi etiam alij tradunt in.c. licet causam de probat. &
Cor. in consil. 152. libt. 4. Ex interpretatione tamen quia
territorium dicitur à terrendo, id est submouendo vt dixi,
quod conuenit etiam in mari & aquis, maximè quum ter-
ritorium, vt infra probabitur, dici possit latitudo quædam
iurisdictione munita, largè & in omni materia, sensu potius
quàm cortice verborũ inspecto, appellatione territorij ve-
nit mare super quo territorio dominus, vel superior potesta
tem habet, secundum communiter doct. vt per Præpositũ
& alios in titu. de cap. qui curiam ven. colu. 3. Aret. consi. 77.
col. ij. Barb. Fely. & Deci. in. d. c. licet causam in primis coll.
3 & Fely. in. d. c. Rodulphus col. v. & 12. † Ex quo infertur se
cundum Fely. in. d. c. Rodulphus col. v. & in. d. c. licet, quòd
bannitus à territorio, erit etiã bannitus à mari, quòd per lo-
cum illum distringitur. mare enim censetur esse eiusdem iu
risdictionis cuius est territorium adiacens. l. insulæ cum ibi
not. infra de iudi. glo. in. c. licet in fin. de ser. Barba. in. d. c. li-
cet causam. colum. quarta, & in rub. de for. comp. col. fi. vbi
forum tam de terra quàm de mari intelligi dicit.
4 Districtus † vulgare est plurium locorum secundũ Gos.
& Barb. in. d. c. licet causam quo vtuntur canones in. d. ca. li-
cet causam. & in. c. fin. de offic. deleg. lib. 6. cum infinitis si-
milibus, & quemadmodum territorium, vt supra dixi à ter
rendo dicitur, sic districtus à distringendo, arcendo, seu do-
minando secundum Bald. & scriben. in. d. c. licet causam. &
videntur synonyma, quæ sub diuersis vocibus & vocabu-
lis idem significant. c. vbi periculum. §. porro. de elec. in. vj.
cle. ne Rom. §. sanè. etiam de elect. ibi districtu seu territo-
rio cum not. per Cano. ibi & per Dec. in. d. licet. colum. ij.
& dicitur latitudo quædã iurisdictione munita, & sic distri-
ctus est etiam propriè in mari & aquis descriptione & pro-
prietate vocabuli non refragantibus vt post Bal. tradit Præ-
positus in titu. de cap. qui curiam ven. col. 3. Aret. consi. 77.
Corf. præall. consi. 152. Fely. in. d. c. Rodulphus. col. v. & 12.
cum seq. & alij in. d. c. licet causam. Et descriptionem distri
ctus ponit Barb. in. d. c. Rodulph. colum. j. & melius Aret. in
d. consi. 77. sequitur Dec. in. d. c. licet. colum. ij.
Videtis igitur vnam verbalem differentiam inter territo
rium & districtum, quia territorium propriè & secũdum so
num & proprietatem vocabuli est in terra. Districtus verò
etiam in mari. Altera est differentia realis, legalis, & substan
tialis, quia territorium non comprehendit nisi loca existen-
tia intra fines ciuitatis vel oppidi, ac intra vniuersitatẽ agro-
rum dicto. §. territorium. si verò locus non sit intra vniuer-
sitatem agrorum quamuis superior habeat ibi distringendi
potestatem, nõ potest dici de territorio, sed bene dicitur de
districtu prout in Pistoriensibus & Aretinis secũdum Ang.
hic qui dicebantur de districtu Florentiæ, quum per Floren
tinos distringerentur, nõ autem erant de territorio Floren-
tiæ secundum Aret. in præalle. consi. dicentem nunquã vi-
disse per alios bene declaratam prędictam differentiam in-
ter territorium & districtum, sequitur hic Deci. col. fi. dicẽs
5 id prius declarasse hic Ang. † Sed clarius & pulchrius exem
plũ poni potest in territorio, & districtu Romæ. Cuius ter-
ritorium intra centesimum miliarium tantummodo exten
debatur. l. j. §. cum vrbem supra de offic. pręfec. vrb. sed di-
strictus quasi per totum mundũ qui per Romanos distrin-
gebatur secundum Bart. in. d. §. cum vrbem. Differentiam
ergo inter territorium & districtum posuit prius ibi Barto.
& iuribus supra allega. vbi territorium & districtus pro sy-
nonymis ponũtur. resp. hic Dec. id esse propter subiectam
materiam, quæ ita locum habebat in territorio prout in di-
strictu nõ quòd idem sint, quicquid aliud sentiens scripserit
ipse Deci. in. d. c. licet causam, latius ergo patet districtus q̃.
territorium, plusq; sub districtu, quàm sub territorio com-
prehenditur, vt ex prædictis apparet, aliquando tamen op-
6 positum contingit, † nam ambitus territorij loca quædam
comprehendit, quæ non sunt de districtu, vt monasteria &
ecclesias, quæ quũ adhæreant vniuersitati territorij & in-
clauata sint in territorio, dñr esse de ipso territorio ac intra
territorium. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. cũ
adductis per Alex. in consi. 111. lib. 1. licet non dicantur de
districtu vt per Fel. in. d. c. licet colum. j. & in. d. c. Rodulph.
col. 12. versic. districtus, &c. & Hyppo. de marsil. in consi.
22. colum. ij. Ange. tamen in. d. §. fin. in auct. en. vt liceat ma.
& aui. dixit ecclesias esse extra territorium quod est contra
prædicta, prout latius scripsi in not. quæstio. in. l. si librarius
infra de regu. iur. Bart. tamen post Roma. & alios per eum
relatos in. c. licet causam præalleg. in. 4. colum. tenet contra
Bald. ecclesiam esse de districtu & clericos venire appella-
tione districtualium vt etiam per Philippum fran. in. c. fi. in
princ. de offic. dele. lib. 6. plenius per Fely. in. d. ca. Rodulph.
col. 12. vbi dubitat, & videtur velle quòd hoc procedat so-
lum in materia priuilegiatiua & fauorabili, secus in materia
odiosa strictèq; intelligenda, & est cõmunis conclu. Doct.
vt per Felyn. c. ecclesia. colum. 22. & sequen. in. 3. quæst. vbi
Dec. colum. 4. de constit. facit alia communis scribentium
distinctio. Nunquid statutũ comprehendat subditũ facien-
tem actum extra territorium, quando id exprimit, quia in
materia fauorabili illũ cõprehendit, secus in materia odio-
sa vt per Alex. in consi. 41. col. j. & ij. lib. v. & per Dec. infra
in. 3. col. versic. similiter si statutum.
Agrum autem esse de territorio talis loci, multifariã pro
7 bari potest, † sed præsertim probatur quando testes super
hoc examinati deponunt se vidisse per cõmune, vel domi-
num loci erigi ibi furcas, aut capi malefactores, vel homi-
nes agrorum obedire dicto communi, vel superiori, aut sol-
uere collectas, & subire onera, vt per Sign. in cons. 70. Alex.
in consi. 42. lib. 1. Barb. in. d. c. licet causam. col. quarta Sozi.
consi. 181. lib. secundo Iaso. in consi. 166. lib. 4. Ruinum in
consil. 173. in. 4. volumine.
8 Solentq; territoria diuidi † montibus, collibus, & flumi-
nibus qui sunt termini ab antiquo constituti, æterni & im-
mutabiles secundum Bald. in. c. cum causam de proba.
Sed oppo. probat Cor. in consi. 322. lib. 1. & hoc per ocu
larem inspectionem vbique videmus, nam in locis infinitis
distincta sunt territoria absque montibus & fluminibus, &
pariter montes & flumina conspiciuntur, quę tamen nõ fa-
ciunt distinctionem, & diuisionem territoriorũ nec est cu-
randum de dicto Bald. in. d. c. cum causam. quia locutus est
prout aliàs cõmuniter in decretalibus ex capite suo sine ra-
tione & lege vt Alex. Anto. de Butr. & alij soliti erant dice-
rę vt per Dec. in consi. 610. col. fin.
Territorij autem ius habere, est habere exercitium iu-
9 risdictionis, nõ proprietatem, † & dominium rerum in ter-
ritorio constitutarum, nec de vno ad aliud infertur Bald. in
. §. item si quis. per illum text. in titu. quibus mo. feu. admit.
tradunt plenius Sozi. in consi. 181. lib. 2. Iaco. de S. Georg.
in trac. feud. in verb. dictique vasalli promiserunt recogno-
scere. colum. tertia ponentes cuius præsumantur esse res in
territorio alicuius constitutæ.
10 Comitatus verò † nõ differt à territorio vt post Bal. scri-
bunt Fely. in. d. c. Rodulph. col. 4. in fin. & col. 12. & sequ. in
versi. comitatus, & Moder. Med. in. d. §. territorium. immò
hoc declarauit Bart. in. §. cum vrbem supra alleg. quo voca-
bulo non sunt, nisi iurisconsulti in pandectis. habemus ta-
men de eo vocabulo in titu. quis dicatur dux mare. vel co-
mes. in vsibus feudorum & in. c. pen. de præscrip.
11 Diœcesis græcũ est, † latinè dispositio & gubernatio so-
nat, de qua loquitur text. in. d. c. Rodulph. & in. c. vnico de
rerum pronunt. lib. 6. cũ infinitis similibus. Et differt à ter-
ritorio & districtu, quæ sunt laicorum & clericorum, Diœ-
cesis verò clericorum tãtum, quum sit territorium episcopi
spectans ad regulationem episcopi, qui ciuitati præest. c. si-
cut. cum tribus seq. 16. q. 3. cap. 2. §. j. de constit. in. 6. c. cum
episcopus. de offic. ordi. eo. lib. Et tradunt omnes scrib. in
d. c. licet causam. in. c. Rodulph. maximè Barb. & Felyn. &
Moder. in. d. §. territorium. Quemadmodum ergo dicitur
territorium quatenus iudex ius terrendi habet, ita diœcesis
quatenus episcopus præcipiendi, sacraque administrãdi ius
habet, & sic latius patet quàm alia de quibus supra præalleg.
q. 3. cap. licet.

Nunquid

Nunquid autem appellatione diœcesis comprehendatur ci-
uitas? late ponunt Barba.& Fely.in.d.capitu.Rodulphus in
primis chartis.
12 Not.j. ex isto tex. † id ad quod millies audietis eum alle-
gari, iudicis potestatem extra suum territorium non exten-
di.ad idem tex.in cap.ij.§.fin. de const.lib.vj.& in.l.si vnus.
in.§.is qui infra de bon.auctor.iud. possid.in.l.vnica.C.vbi
petâtur tut.cum alijs hic adductis per Ang.& Deci.in prin.
rationem assignaui supra in prin.l. & hoc procedit siue ex-
cedat iurisdictioné suam re, siue loco, siue persona aut tem-
pore, vt post Alb.de Rosa.tradunt hic Pau.de Cast.& Ias.&
idem est in loco territorij sed exempto, quia censetur esse
extra territorium vt hic per Pau.Cast.Iaso.Dec.& Curt. in
princ. limitantes in casu.l.si quis in hoc genus.C.de episco-
pis & cler. ratione per eos assignata sed si aliquis ibi delin-
quit locus non est exemptus respectu delinquentis cap.in-
ter alia. de immu. eccle.ergo.limit.inepta. Maius dubium
est de actu licito & qui sit de genere permissorum facto in
13 tali loco exêpto, † an censeatur factus in territorio vel ex-
tra.exempli grat.statutum ciuitatis disponit ꝙ instrumenta
recepta per notarios non collegiatos non valeât, & recepta
fuerint instrumenta in ecclesia vel alio loco à iur. statuen-
tium exempto per nota. minime collegiatum an subsistent
& sic statutum prædictum liget quoad instrumenta in tali
loco recepta per non collegiatum? prædicta faciunt quod
non, quia extra vtraq; iur.suam impune nô paretur. & pa-
ria sunt locum esse extra territorium:& esse exemptum.ca.
cum episcopus.de offic.ordi.libr.vj.cum alijs de quibus hic
per Pau.de Cast.Ias.Dec.& Cur.per Alexan. in consi. 151.
col.ij.lib.ij.Barb.in consi.4.in.ij.art.volo.j.& Curt.in consi.
206.vbi declarat an & quâdo ciuis possit collectari pro bo-
nis existentibus extra territorium collectâtium vel in loco
exempto sitis, sed extra territoriû statutû vires non porri-
git, ergo nec ad loca exempta. Oppo.tamen verius videtur
quia ecclesiæ & loca prædicta sunt intra territoriû & de ter
ritorio, propterea subijciûtur aliquâdo iurisd. iudicis secula
14 ris.d.l.si qui in hoc.C.de episcopis & cler. † secundo vbi se-
queretur absurdum non sunt paria locum esse exemptum
& esse extra territotium vt post Fede.de senis tradit Philip
pus fran.in.d.c.ij.§.statuto.col.3.& 4.sed in quęstione præ-
senti de facili eludi posset prædicta dispositio statuti si in lo
co ciuitatis exempto id permitteretur posse recipi instru-
mêta per notarios non collegiatos, quia in ecclesijs & locis
exemptis semper recipientur in terra per tales notarios: &
statutum ventosum & inane redderetur: quod lex in quali-
bet materia stomachatur.l.si.infra ne quid in loco publi.l.si
prætor in princ.de iud.l.si quis eum infra de arbitr. tradunt
Roma.consi.67.in fi.c.& 428.col.fi. Alexan.in.l.ij.infra de
lega.j.Fely.in.c.translato col.fi.de côst.& in.d.c. Rodulph.
colu.3.dicendum igitur est stat.locum sibi vendicare etiam
in instrumentis receptis per notarios non collegiatos in ec-
clesijs aut alijs locis exemptis per tales notarios: maximè
quando persona de cuius vinculo agitur est subdita vt per
Barb.in loco præalleg. ex quibus apparet non esse absolutè
verû nec procedere ita indistinctè quod supra dicebatur de
ecclesijs & locis exêptis, vt æquiparentur existêtibus extra
territorium, maximè quum sequeretur aliquod absurdum
vt dixi, & hanc.opi.tenui etiam in.l.si librarius infra de reg.
iur. & ita seruatur in ciuitate nostra Vercellarum & in ter-
ritorio, vbi præscripti tenoris extat statutum. Et sicuti po-
15 testas iudicis extra territorium suum non extenditur, † pari
ratione statutum non porrigit effectum suum extra terri-
torium.ca.ij.in fin.de const.in.vj.nam à pari procedunt fo-
rum sortiri & statutis ligari vt hic per Deci.in princ.& ple-
nius in.c.ecclesia S.Marię.col.ij.de const.sed existens extra
territorium qui non est de ipso territorio forum non sorti-
tur, ergo nec statutis loci ipsius territorij legabitur. Contra
tamen quam conclusionem sic arguo, ratione rei sitæ sor-
titur ibi quis forum.c.fi.de fo.côpet.&.C.vbi in rem actio.
le.fi.& tamen non efficitur subditus illius iudicijs, quamuis
ibi forum sortiatur vt per Fely.in.c.dilectus filius el.ij.colu.
penul.de rescrip. si non efficitur subditus non videtur ligari
statutis illius loci, quia statuta eos qui subditi non sunt non
ligant vt hic & in.l.cunctos populos. vbi latè.C.de summa
trini.& in.c.2.de consti.lib.6.Aquensi.j.ad fina. commenti
Alexan.con.151.col.ij.lib.2.& lib.3.consi.101.colu.j.Sozi.
consi.79.col.ij.lib.4.& Ias.plenè in consi.80.col.pen. lib.3.
Sed potest responderi ꝙ sicut sortitur ibi forum ratione rei
sitæ, ita statuta loci rem ipsam concernentia eû ligant, quan
tum ad rem prædictam.c.significatum.de præben.l.j.C.de
aureo coronario.cum not.ibi.per Bar.& alios lib.10. Deci.
consi.694.& Cur.iuniorem in consi.60.61.68.&.106.pul-
chrè no.Bald.in.l.iubemus nullam.C.de sa.san.eccle.dicens
ꝙ licet quantum ad ipsam rem statutum teneat, nô tamen
potest statutum facere, ꝙ ratione dictæ rei sit quis de foro
generaliter.vel subditus, quod reputat not.clerici tamen li-
cet sortiantur forum in loco non ligantur statutis loci vt per
Sozi.in consi.71.colu.pen.assignantem rationem.
Et prædicta conclu. ꝙ consuetudo vel statutû non por-
rigat effectum suum extra territoriû, de plano & sine scru-
pulo procedit quando statutum simpliciter loqueretur, non
faciendo mentionem de loco delicti vel contractus, licet
disponat circa personas, non comprehendit subditos con-
trahentes vel delinquentes extra territorium, & in dubio
intelligitur de côtrahentibus vel delinquentibus in territo
rio per le.nostram & alia præall.Bal.in consi. 62.libr.1. vbi
consuluit. ꝙ statutû loci & ciuitatis Tergesti puniens certa
pœna tenentem mulierem de loco contra voluntatem pa-
tris ipsius mulieris, nulla facta mentione de loco vel terri-
torio, seu districtu, intelligitur de tenente mulierem in ter-
ritorio tergesti non extra territoriû per prædicta. Sed quan
16 do statutû, † expressè & specialiter loqueretur de loco con-
tractus vel delicti, aliud dicendum esset.& quia materia fre
quens est & vtilis maleq; declrata per scribentes. vtrû sub-
diti contrahentes vel delinquentes extra territorium sta-
tuentium ligentur statutis de his loquentibus, & compre-
hendâtur sub eis: pro declarâda veritate articuli. Distingue
aut stat.vt supra dixi generaliter & simpliciter loquitur, &
tunc siue loquatur in rem siue in personam doct. commu-
niter concludunt vt dixi ꝙ non comprehenduntur subditi
contrahentes, aut delinquentes extra territorium per præ-
dicta vt per Bald.in prædicto consi.62. Lappum allegatio-
ne.91.Alex.consi.121.ponderatis.&.128.consideratis.col.
3.lib.1.Ias.consi.80.lib.3.Aquens.j.carta fi.Io.Cro.in.d.ca.
cum animarum in.§.j.de consti.in.6.Hyppo.de marsi.in.l.
de minore.in.§.plurium.colu.vj.j.de quæstio.Curt. iunio-
rem in consi.9.60.61.68.&.108.&.110.Roch.Cur.multi-
pliciter limitantem in repe.cap.fi.in.13.quæstio.de consue.
Dec.consi.457.col.j.Parisium consi.159.vol.4. latius Mo.
asten.in tracta.de stat.fem.& lineâ cognat. à suc.exclu.arti.
8.q.25.& sequêti, & Ludouicum Gozadinum in consil.49.
vbi præfati scribentes de consuetudine vel statuto Angliæ
loquentes quod disponit patrem non posse priuare filiam
certa parte hęreditatis, nec relinquere fratrem suum hære-
dem.dicunt, ꝙ non extendit effectum extra territorium
Anglicum, adeò ꝙ in alijs bonis extra Angliam existenti-
bus seruabitur dispositio iuris communis, non prędicti sta-
tuti.& clarius ista côlu.procederet quando ille de cuius bo-
nis agitur haberet domicilium in loco bonorû vt per Bru-
num asten.loco prealleg.& Gozadinum consi.49.col.fi. &
si bona existentia extra territorium consistant in rebus mo
bilibus, vel in nominibus debitorum an idem sit? vide Iac.
de S.Georg.in tract.feud.in verb.cum mero. col.pen. & in
tract.de Roydis.col.v.& Mod.asten.in locis præalleg.
Si verò stat.loqueretur specialiter & expressè de subdito
contrahente, vel delinquente extra territorium. Dec.hic in
1.col.post alios per eum alleg.concludit idem esse, & ꝙ tale
stat.non valeret per hanc.l.& præal.sed Alexâ. in consi. per
eum alle.hunc casum vti dubium indecisum reliquit, quan
do videlicet stat. in specie loqueretur & disponeret circa
personas subditas contrahentes vel delinquentes extra ter-
ritorium, an id facere possit, idem facit Cor.consi.89.col.3.
lib.3.

lib.3.& Gozad consi.49.col.pen.Angel.hic. colu.fi.versic.
hoc autem fallit.& Pau.de Cast.in.ij.col. tenent cõtrariam
opi. q vbi stat. expressè loqueretur de actu qui fieret extra
territorium, q ligarentur subditi per text. nota. in.l.fi..ff.de
decret.ab ordi.facien.sequitur simpliciter Dec.in cõsi.457.
ad fin.j.col.& fuit Bal.in.d.l.cunctos populos. colu.23.cum
alijs de quibus per Brunum asten. in prædict.q.25.colu.3.
& latius Alex.consi.41.colu.j.lib.5.& Soz.lib.2.consi.151.
quod secundum ordinem continuatiuum est.302.cum plu
ribus subscriptionibus sequẽtibus, vbi attestatur istam esse
communem opi.limitando vt per Sozin.& alios se subscri-
bentes in præalleg.consi.302.& Dec.in consi.694.Obsta-
re tamẽ videtur regula.le.nostræ in sui generalitate & quæ
pro ratione decisionis assignatur in.§.statuto.c.2.de const.
in.6.& similiter refragari videntur rationes I.appi.in.d.al-
17 lega.91.dum inquit,† inspiciendam esse virtutem & poten
tiam causæ efficientis vt possit operari in passum & susci-
pientem materiam, nec possit causa finita producere effe-
ctum infinitum.verum vt limitatur potentia causæ,sic limi
tari debet effectus.l.age.C.de transac.l.si arrogator supra de.
adopt. sed potẽtia & auctoritas statuentium non se exten-
dit vltra suos,nec extra territoriũ vt hic, ergo nec effectus.
sequitur Alex.in consi.128.lib.1.Cur.iunior.in consi.supra
alle.Brunus loco præal. & Roch.de Curt.in prædicta.q.13.
propter quod dicebant Alex. & præfati post Bal.in.l.vnica.
C.de mul. & in quo loco.lib.11. q ciuis non potest cogi in
loco originis soluere collectas pro bonis sitis extra territo-
rium suum,vt etiam per Dec.in consi.694.& istam opi.se-
quuntur & firmant Gemi.Philip.fran. & Ioan.Crot.in.d.§.
statuto.Dec.hic col.j.Curt.in.d.ca.fi.q.13.in.4.limit.plures
alios citans & latè Parisius in consi.159.col.j.lib.4. & Bru-
nus loco præalleg.itaq; durum fortè & difficilè esset discer
nere in isto art.quænam sit communis opinio. Sed non re-
spondent tenentes prædictam opin.ad.l.ex ea.cum glo.in-
fra de postul.ad.l.fi.de decre.ab or. fac. ad.l.ij.C.de eunuch.
ad.l.mercatores de commer. & merch.cum similibus,quę
probant quòd potestas statuendi inter subditos non circun
scribitur loco vt per Curt.Dec.& præallegatos,& per Bru-
num asten. loco supra alleg.colum.iij. Et ideò defendendo
præcedentem communem opin.ad adducta supra in oppo.
posset resp. q non loquuntur in terminis istius casus magis
dubitabilis,nec procedunt per iura præalle.& hoc vbi facta
est dispositio per stat.intra personas sibi subditas, quæ quo
cunq; vadant ligari per suum superiorem possunt,& quibus
in loco statuti. non autem extra territorium reddetur ius se
cundum ipsum statutum, aliter etiam respo. potest ad.d.§.
statuto vt ibi per Ioan.Crot.post alios in.iiij.col.& per Bal.
in.d.l.cunctos pop.col.pen. Temperanda tamen & restrin
genda sunt prædicta vt per Soz.in consi.302.lib.2. & Dec.
18 cons.694.Ex prædictis similiter infertur, † q stãte statuto
q bannitus possit impunè offendi & occidi, si occidere-
tur extra territorium non fieret impunè,quia statutum de-
bet intelligi de offendendo vel occidendo bannitum intra
territorium statuentium non extra per istum tex.& prędi-
cta vt hic per Ias.& Dec.col.j.& plenius per Io. Crot.in.d.
§.statuto.col.3. quia effectus banni non extenditur vltra &
extra territorium statuentium,& istud sine dubio procedit
respectu iudicis & territorij offensi,quia si ibi caperetur ve-
niret puniendus.secus esset respectu iudicis & territorij sta-
tuti,quia si ibi caperetur non esset puniendus,sed pręmium
statuti consequi deberet secundum Bal.in.d.l.cunctos pop.
charta.ij.Io.Cro.in.d.§.statuto. col.iij.& Hypp.de Marsil.
in suo not.124.& in consi.57.col.pe.& fi.& Ias.infra in.16.
limit.quod no.quia iure non probatur iudicio meo,& ideò
Nellus relatus per Ias. dicebat ita seruari de facto quasi de
19 iure secus esse sentiat.in locis autem confederatis,† Iaso.hic
in.7.limit.& Hippo.de Marsil. in consi.32.col.2.&.3.tenet
bannitum posse impunè occidi, sed Dec.hic in pe.col.intel
ligit quando in capitulis ligæ & confederationis id expri-
mitur,aliàs secus vt per eum, faciunt quæ infra in limit.di-
cetur.Si autem familia potestatis puta vel magistratus vo-
lens bannitum vel malefactorem capere in territorio suo,
20 ipsum fugientem insequuta,† alienum territorium ingressa
ibi cum cæpit,& extraxerit,an sit relaxandus,vel possit pu-
niri per iudicem territorij in quo deliquit Ias. hic col.j.post
Sæpius offenditur iurisdictio iudicis ex contumacia litigantium, & hæc est materia legis nostræ. Et dicitur offendi quādo impeditur sortiri effectum suum secundum Bal. infra in prin. l. in. 2. col. Et ex quolibet genere contumaciæ id fieri potest. Et in primis accidit id ex cōtumaciā nō veniendi. l. v. j. siquis in ius voca. non ierit quamuis in ditione Illustris. & Excel. Principis mei Sabaudię, &c. Ducis ex forma decreti secundi libri sub rub. quoniam magistratibus citatus sine pœna pro prima contumacia nullatenus puniatur prosequentibus vero plectitur pęnis in literis citatorijs insertis iudicantis arbitrio. Item ea offensio contingit ex contumacia non restituendi, non respondendi, non recedendi, non exhibendi, & non patiendi. l. contumacia in prin. cum glo. ff. de iud. l. siquis missos infra ne vis fiat ei.
4 Ex contumacia verò non probandi, † non offenditur
iurisdictio iudicis, nec ob id mulctari quis potest, secūdum Bal. loco præall. sed excluditur à facultate probandi. l. nō ex omnibus infra de arbit. nisi iudex suspicaretur partem calumniosè petere terminum seu dilationem ad probā. tunc enim comminari posset mulctam, si in probatione defecerit. & illam infligere vt per Alex. & Ias. infra in prin. legis in vlti. col. reputantes valde not. in practica, imò iudex tunc posset partem cogere si voluerit habere dilationē obligare se ad aliquam pecuniariam pœnā si in probatione attentata defecerit. Alc. post Bal. & alios in. l. j. §. editiones col. 5. infra de edē. Barb. cōsi. 18. lib. 4. Fel. in. c. fi. col. fi. de calū. Natta in rep. clem. sæpe in prin. super gl. in verbo dilationes de verb. signifi. facit tex. in proœ. instit. in princ. ibi calumniantium iniquitates expellat. cum alijs supra in princ. allegatis. Et ita sæpe vidi fieri & obseruari. sufficit tamen ad euitandā pœnam semiplenè probari, saltem per vnum testem. Fel. ca. j. & 8. colum. 2. de offic. deleg. & in submissione id quandoque solet exprimi de probando deducta saltem per vnum testem sub pœna prędicta, & quia probationes arbitrariæ sunt pendentes, videlicet ex arbitrio iudicis lege tertia. §. j. ibi tu magis scire potes. de testi. Paul. de Castr. in. le. admon. colu. penul. infra de iur. iur. Cano. in cap. ex literis de proba. Iudex ex multis coniecturis posset informari & credere id non fuisse factum animo calumniandi, sed verè probandi semipleneque probasse vt per Deci in consi. 448. 463. 510. & 596.

& 596. secus tamen esset vbi quis se obligasset, ad proban. plenè deducta, quod nunquam vidi fieri.

Ex contumacia autem non agendi non offenditur iurisdictio iudicis. nec ob id mulctari quis potest. sed tantum à facultate agendi excluditur. l. quũ titia, infra de accus. l. diffamari vbi plenè scripsi. C. de ingen. manumis.

Nec etiam offenditur per contumaciam non appellandi, sed potius defenditur. l. omnem honoré. C. quando prouoc. non est necesse.

Maius est dubiũ de contumacia nõ respondentis positionibus, vtrũ per eam offendat iurisdictio iudicis, ita vt mulcta possit infligi. Bald. j. in prin. l. in. 2. col. ꝙ sic ex quo contemnitur iudex, cui obst. videtur text. l. 2. ad fi. j. siquis in ius vocatus non ierit. vbi probatur mulctam nõ posse imponi qñ partis non interest aliquid factum aut nõ factum fuisse. sed ex contumacia non respondendi cõtumax habetur pro cõfesso. & sic nõ interest partis fuisse responsum: ergo, &c. & ita videtur sensisse Alex. in. d. l. 2. ad fin. j. col. sed Bald. sol. sensit, vt per Alex. infra in. §. j. in fi. Ias. & Aquen. ibidem in primis col. Fel. in. c. de causis col. fi. de offi. del. & in. c. cũ M. col. 2 1. in. 5. conclusione de const. Alex. in. d. l. 2. ad fi. commenti vbi respon. ad illũ tex. quamuis. n. ficta confessio partis aduersario satis sit, iudici tamen qui cõtemni non debet non est satis. & ideò si iudex perpenderet citatũ nolle venire, aut in contemptũ ipsius nolle respondere, vel contumacem esse malitiosè posset illũ mulctare ne iurisd. sua sit ludibrio contra legẽ si prætor. j. de iud. vt post dominos de rota pręfati scribunt. & sic cõtumax prędictus non posset puniri, nisi quando iudex perpenderet nõ responderi in sui con-
5 temptum. Populareq; est iudicium † actione cuilibet de populo competente vbicunq; iurisd. iud. offenditur. l. siquis id quod. cũ notatis ibi per Dec. in. 4. not. supra de iuris. om. iu.

Viso de offensione iurisdictionis, videndum esset de defensione, sicut enim multis modis offenditur, ita etiã multis modis defenditur Iurisconsultus. in hac. l. nostra ponit vnum pręcipuum modum eam protegendi per impositionem mulctę, sunt tamen alij non pauci de quibus omnibus dicam in nigro post Fulg. & Cur. in. j. colum.

Secundò pręmitto ꝙ ad hoc vt per remediũ istius edicti mulctari quis possit, requiruntur plura vt declarant Iaso. &
6 Aquen. infra in. §. j. l. nostrę vbi dicemus. † & secundũ Ang. infra in princ. titu. ex isto edicto mulctandus est contumax de facto. non autem contumax de iure gl. not. in cap. pro illorum in verbo contradictores de pręben. hinc est ꝙ clericus contumax à laico mulctari non potest, quia contumax est de facto non de iure, quũ non debeat corã seculari procedere, neq; etiam si vellet posset vt per Guidonem Papæ in quæstio. 450. & per omnes Mod. in. l. 2. infra siquis in ius vocatus. pro quo dicto videtur mihi tex. in. l. contumacia in fi. infra de re iud. Et hic secundum Zasium ad humaniores literas cuncta deflectentem infra in fin. l. à vetustis Romanorum moribus sumptus fuit, cũ per sententiam condemnati res occupatas restituere nollent, & manu forti opus esset iuxta illud Ennij relatũ per Gel. non ex iure manu consertum, sed mage ferro rem repetunt. Sed quũ ex quolibet genere cõtumacię nõ ex denegata restitutione rei tantummodo hoc edicto mulcta imponatur vt ex princ. l. apparet, & in superioribus dixi, modicum sapit consideratio Zasij.

Et nota quòd licet hic non obtemperare, non parere & contemnere synonima videantur, & pro eodem accipi, alibi tamen tanquam multum differentia ponuntur, vt per gl. & Cardina. Alex. in. c. quis dixit. 10. distin.

7 Tertiò sciendum est, † quandã esse obedientiam hominis ad Deum, quandam hominis ad hominem. hominis ad Deum est affectio voluntatis Deo coniunctæ. sicut è contrariò inobediẽtia est affectio volũtatis diabolo instrumentaliter copulatę, quia sicut homo per instrumentum operatur, sic diabolus per inobedientiam separat hominẽ à Deo. Obedientia quæ est hominis ad hominem, est debita quędam reuerẽtia minoris ad maiorem, vt per summam Ang. in verbo obedientia. per quam obedientiã probatur subiectio, qua remota remouetur similiter subiectio, vt per Cal. in consi. 3. sub tit. de priui. & Dec. cõs. 152. col. 2. Et ideò Papę ab omnibus CHRISTI fidelibus debetur obediẽtia. c. obedientiam. 93. dist. propterea Christiani Principes nouo Pontifici solent legatos ad hũc effectum mittere, in quibus autem cõsistit prędicta obedientia declarat ibi Card. Alex.

Quæ obedientia quantum sit meritoria plenè docent S. Thomas secunda secundæ quæstio. 104. artic. 2. & sequenti & quæstio. 86. art. vlti. & Archiep. floren. in quarta summæ cap. 11. Tit. 5. Inobediẽtia autem grauissimum peccatum. Abb. in cap. 1. col. 3. de iud. & quandoq; pœna mortis punitur, licet ad bonum fuerit commissa. l. 3. §. in bello. ff. de re mil. de quo tex. & materia plenè per Anch. consi. 175. Fely. in cap. causam col. pen. de iud. in. c. cum dilecta col. 12. in. 4. ampliat. de rescr. & in. c. illud de maio. & obed. Rochũ Cur. in rep. c. fi. col. 36. de consuet. Et Aul. Gel. c. 9. lib. 13. Non tñ omnis inobediens contumax dicitur vt per Fely. in. c. 2. col. fi. de ma. & obed. vbi declarat quomodo cognoscatur contemptus. facit ad intelligẽtiam vbi quis citatur responsurus intitulatis & intitulãdis, ratione inobedientiæ & contẽptus.

8 Dicen. etiam esset † qualiter puniatur cõtemptor legis & mandatorum principis vide text. cum gl. in verbo leges. C. de pet. bo. sub. l. j. lib. 10. Bar. in. l. 3. col. 2. C. de pig. Bald. in. l. fraus supra de. ll. Ang. in. l. j. in fi. C. de thesau. lib. 10. & fin. l. præall. Principis tamen mandatis parendũ semper non est, si enim contra ius rescribat id presumitur per importunitatem partis fecisse, ideò supersedẽdum est ab executione, & ipsi principi rescrip. & expectanda secunda iussio. §. & hoc verò iubemus in auc. vt nulli iudicum & l. sibi vindicari. C. de pœnis. c. si qñ cum ibi plenè no. per Fel. & Dec. de rescri.

9 Patriæ autẽ parentibus & maioribus † an & quando parere quis debeat, & si in illicitis paruerit quando excusetur, & alleuietur pœna, tradunt Bal. & alij in. l. veluti supra de iu. & iure Anch. cõsi. 175. alias 65. incip. filio Cępo. in caut. 40. summa Angelic. in verbo obedientia Deci. consil. 595. De quo est tex. no. in. l. seruos vbi doc. no. C. ad. l. Iulia de vi.

Postremò quomodo differat hic noster Tit. à præalleg. Tit. siquis in ius vocatus non ierit dicam infra in. §. j.

De Mulctarũ generibus, & mulcta dicenda plura scribit Gell. in noctibus atticis & Budeus in. §. fin. l. 2. infra de iud.

10 In text. rub. † ibi siquis. verbum hoc siquis tam masculos quàm fœminas complectitur vt dicit text. in. l. j. infra de verb. signifi. vbi per Bart. & scriben. imò etiam vniuersitatem cõprehendit vt dixi plenè in. l. siquis maior. C. de transact. & consulendo tradit Dec. in consi. 570. quicquid dicat in. l. si familia in. 5. not. supra de iur. om. iud. Et aliquando est signum particulare potius non distributiuum. l. si necessarias §. si annua infra de pign. ac. quandoq; distributiuum actum verbi cuilibet insolidum tribuens, vt per Bart. & alios in. l. qui filiabus. §. primo per illum text. de leg. j. Et hic stat. particulariter non distributiuè, quia vno non parente purificatur, & potest mulcta indici. l. si is qui. cc. §. verum de rebus dub. Moder. de Ripa. in. l. hære. mei in. §. cum ita col. tertia infra ad Trebel.

11 In eod. tex. † ibi iusdicenti iusdicens & iudex sunt synonyma ca. forus versi. iudex dictus de verb. signifi. l. j. iuncta rubr. supra titu. secundo. nam in eadem materia modo loquitur per verbum iudicis. modo per verbum iusdicẽtis. ex quo patet prædicta inter se non differre, & ita volunt Bart. Alex. & alij. in. d. l. j. in gl. j. Differunt tamen iusdicere & iudicare vt in rub. & nigro. C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. & in. l. quarta, in fin. infra de interrog. ac. primũ refertur etiam ad interlocutorias, secundum ad diffinitiuas. vt per Alex. & Rim. loco præallega. sed Dec. ibi in secunda colum. sequendo communem conclu. Barto. & doct. tenet non esse differentiam inter prædicta.

Et certè iudex diffinitiuè negotium determinans ius dicit. l. pen. in fi. supra de iu. & iur. Et consequenter ius dicere ad quemlibet actũ iudicialem etiam si sit diffinitiua sententia referri potest. d. l. pen. & sensit Aquens. in. d. l. j. colum. 2.

Et similiter verbũ iudicare ad omnia referri potest ver-

ſicu.iudex præſſe.c.forus eo quòd populo ius dicat aut iure diſceptet, iure autem diſceptare ſubijcit ibi tex. eſt iuſtè iudicare quod tam in interlocutoria quã in diſfinitiua verificari poteſt. Et hanc partem videtur probare tex.in oppo. à præfatis alleg.in.d.l.4.ad fin.infra de interro.ac. dum inquit ius eſſe eum locũ vbi iuriſdicendi vel iudicandi gratia iudex cõſiſtat. ſi dictio illa vel diſiunctiuè ſtaret,& ad diffinititias ſententias tantum adaptaretur: verbum autem iuriſdicenti ad alia præcedentia,ſequeretur locum vbi ius diffinitiuè dicitur non comprehendi ſub ſermone loci vbi prętor ius dicit quod eſſet contra tex. in.d.l. pen. Rectè igitur loqui videntur Doc.cõiter ſcrib.dicentes prædicta eſſe ſynonima.

Ex quo apparet iuſdicere & iudicare idem importare,& pro eodem capi,vt quum dicimus Alex. ſiue paris.l.2. infra ad.l.aquil.l.ad protegen.cum gl.C.de in litem iur.Et ita non obſtare rub.cũ nigro præal.C.ne quis in ſua cauſa.ſiue ergo interloquatur prętor ſiue diffinitiuè pronunciet,ſemper ius dicere poſſumus affirmare, & pariter vtroque caſu iudicare,quamuis interlocutiones iudicum differant à re iud. vt in rub.infra de re iudicata.& interloq.iudicum &.C. eod.titu. Ibi enim clarè apparet rem iudicatam capi. tantũ pro diffinitiua prout adhuc apertius iuriſc.declarat in.l.j.titu. præall.

Si tamen cõmunis vſus loquendi eſſet ad oppo. & ſecundum prædictam differentiã attenderetur eo prolato,vt per Fely.in proœ. decret.char. prima & ſecunda.

12 † Appel. verò iuſdicentis venit etiam delegatus.l.j.infra
de ſuſp.tu.l.& ſi prætor ſupra de offi.eius, vbi doc. inferunt ad quæſtio. ſtatuti loquẽtis de iuſdicente,vt comprehendat etiam delegatum,contra quod eſt doctrina Bar.& ſcribentium in prin.l.j.& Fel.c.de cauſis col.fi. de offi.del.dum concludunt delegatum non poſſe mulctare, & iuſdicens inobedientem vt hic dicitur mulctet, ergo delegatus non dicitur ius dicens , aliàs poſſet mulctare , niſi reſpondeas per.l.2.in fi.infra de iudi.dum inquit his datur mulctæ ius quibus publicè iudicium eſt & non alijs . ſed delegato non eſt iudiciũ publicè vt de ſe patet & tradit Dec.in.c. in literis in prin.de offi.del.facit.l.fin.C.vbi.& apud quem,ideò nimirũ ſi mulctare non poteſt quamuis veniat ap. iuſdicentis.

13 An autem † appellatione iuriſdictionis veniat ordinaria,
vel delegata, vel de vtraque intelligatur diſpoſitio. contendunt,cõtrarianturq; ſcribentes vt patet ex his quæ ſcribunt Alex.Iaſo.Dec.Cur.& alij Mod.ſupra de iur.om.iud.Alex. Iaſo. & alij in.l.ait prætor in princ. infra de re iud. Cano. in ca.tua de offic.vica. Anto. de Butri.Rim. Iaſo. & alij multi nomine iuriſdictionis ſimpliciter prolatæ ordinariam intelligi affirmant Alex.& Cur.tam ordinariam quàm delegatã comprehendi volunt . Dec.ex mente Alex. & aliorum ſecundum ſubiectam materiam rem debere iudicari dicunt. Nos omnibus diligenter conſideratis facimus concluſionẽ quam auctoritate lege rationeque probabimus.

Erit igitur concluſio ꝙ in dubio appellatione iuriſdictionis de ordinaria intelligitur. ita cõmuniter intelligunt doct. vt tenent Inno.& Ant.de Butr.in.c.tua de offic.vica. Alex. Hercul.& Iaſ.in.d.l.ait prætor. Rim.& Mod. tan.in rub. de iur.om.iud.Dec.in.c.ſane.el.2.col.2.de offic. deleg. & in.§. qui mandatam.l.j.ſupra de offic.eius.

Hæc communis opinio probatur.i. per vulg. regulam.§.
14 qui in perpetuũ.l.j. infra ſi ager vectig.vel emphy.peta. † ꝙ
verba in dubio intelligẽda ſunt in potentiori ſignificatu, nota ꝙ appellatione dominij de directo ibi non de vtili intelligitur,ergo de iur.ordinaria quæ firmior eſt, & potentior ꝙ̃ delegata vt per Alex. & alios in.d.rub.de off.eius.

Et licet Dec.in rub.de iur.om.iud. reſpondeat quòd arg. procederet quando iuriſdictio in vna ſpecie tãtum verificari deberet,videlicet in ordi.vel in del.ſecus quando diſpoſitio eſt generalis, vt in propoſito noſtro, quia in materia indifferenti ſub verbo iuriſdictionis , vtraq; comprehenditur arg.l.j.in.§.& generaliter infra de leg.præſt. item quia omnes ſpecies propriè comprehenduntur ſub genere argu.l. in toto infra de re.iur.tradit Bald.in.l.2.C.de iur.aur. annul.tamen pro reſpon. dicimus ꝙ non loquimur de vniuerſali diſpoſitione prout contra Iaſo.arguit Deci. ſed de indiffinita, verbaq; potius in ſpecie quam in genere intelligẽda ſunt, vt infra de leg.3.l.hor legatum cum ibi no.per Bart. & omnes ſcrib.in.l.certi cõditio in prin.infra ſi cert.pet. Et per conſequens de iuriſdictione in ſpecie nõ de iur.in genere, vt etiã per Curt.in.d.l.j.colum.10.de offic.eius & in.l.2. eod.tit. & per Fely.in.c.ꝙ ſedes vbi,limi.de offi.or.ſi de iuriſdi.in ſpecie ergo in ordinaria quę eſt ſpecies iuriſdictionis & fortior ac potentior prædicto arg.aliter reſpondebat Cur.in.d.rub. de iur.om.iud. quòd fortior & potẽtior erit ſignificatus ſub verbo iuriſdictionis vtranque comprehẽdere ordinariam videlicet & dele.quàm ſi ordinaria tantum comprehenderetur,facit not.doctrina Bart.in.l.ſi mater in.§.eandem col. fin.infra de excep. rei iud. & Soz.in.l. in cõditionibus in.§. ſi patronus in fin.de condi.& demon. & Fel. in rub. de pre-
15 ſcri. colum.3. † quòd appellatione dominij venit directum
& vtile, & ideò ille qui in lib. ſe dominũ dixit non probato directo obtinebit probando vtile. Ad tex. in.d.§.qui in perpetuum quòd appel. dominij nõ intelligatur de vtroq; dominio ſed tantum de directo reſpondet eleganter Bar.in.d. §.eandem col.fin.ꝙ ratione adiuncti ſeu ſubiectæ materiæ de direc. ibi intelligitur, quum enim conductores ad longũ tempus vtiles domini tantũmodo efficiãtur, vt ibi per Accurſium,& directum dominium penes municipes remanſerit.l.2.C.de iu.emph.c.fin.cum glo.de loca. Et dicat iuriſconſul.eos qui à municipibus fundum conduxerunt dominos nõ effici ratione ſubiectæ materiæ, oportet neceſſario intelligere directos prout ibi dicit glo.quum ipſum directũ dominium apud municipes remãſerit, nec eiuſdem rei duo poſſunt domini inſolidũ eſſe.l.ſi vt certo in.§. ſi duobus vehiculum infra commod. Et ſimiliter videmus alibi ꝙ ratione ſubiectæ materiæ appell. dominij venit tantum vtile, vt per Alex.in.l.ſi finita in.§. Iulia. colu.j.infra de dam.infect. Quę tamen conſideratio per Cur.facta de comprehenſione vtriuſq; ſpeciei iuriſd.ordinariæ & delegatæ,eo ꝙ is potentior ſit ſignificatus,non procedit vt ſtatim dicam. Aliter ad text.d.§.qui in perpetuum reſpon.poſſet ex dictis Rom. in conſi.26.col.2.& Sozi.conſi.vlt.col.fin.lib.2.& conſ.25. col.fi.vol.2.vbi declarantes tex.d.§. qui in perpetuũ dicunt. regulam illam de verbis in potentiori ſignificatu intelligendis procedere quãdo aſſumerentur in ſignificatu improprio niſi intelligeretur in potentiori prout ibid. ſed quando capi poſſent propriè.ſatis eſſe quãuis in potentiori ſignificatu nõ intelligantur , quum verba propriè ſint intelligenda.l.j.§. is qui nauem.ff. de exercit. vt enim dixi qui ad longũ tempus conduxerunt domini vtiles efficiuntur,iuriſconſul. ibi dicit eos nõ effici dominos , niſi intelligeremus verba in potentiori ſignificatu,videlicet directos . impropriè neceſſarium eſſet intelligere, quum dicti cõductores vtiles ſint domini. Sicq; in effectu ſentiunt voluntque Rom.& Sozin.quòd in d.§.qui in perpetuum illud ſit ratione adiuncti, & ſubiectæ materiæ. vt dicebat Bart.ſupra allegatus,facit quod Roma. Sozin.quę dicebãt, quia ſi ſatis eſt verba propriè intelligere , & ordinaria iuriſdictio propriè ſimpliciterq; talis eſt de ea intelligendus erit ſermo. prætereà dicta reg.de verbis in potentiori ſignificatu intelligendis,in vna ſpecie tantũ probatur in pluribus alijs locis , vt inſt. de iu. naturali gent. vbi appellatione iuris ciuilis intelligitur.de iure ciuili Romanorum in ſpecie ac in potentiori ſignificatu. non in genere de iure ciuili,nec in alia ſpecie,vt etiam per Dec. in conſi.685. probatur etiam in cap.ſi pater de teſt.in.6.& in.l.ex ea parte in.§.in inſulam infra de verbo.oblig.vbi mortis appellatio-
16 ne, † intelligitur de naturali, non autẽ de ciuili,id eſt de de-
portatione quæ naturali æquiparatur vt ibi notat Iaſ.nec de vtraque, quamuis ergo fortius & potentius eſſet ambas, iuriſdictiones ordinariam videlicet & delegatã comprehendere , tamen quia verba intelligenda ſunt in ſpecie non in genere,& in ſpecie fortiori ac potẽtiori. appellatione iuriſdictionis intelligemus de ordinaria , quæ fortior eſt, & potentior, non de vtraque, ſicuti mortis appellatio, vt dixi de naturali tantum.non autẽ de naturali & ciuili intelligitur, & ſic de

sic de vtraque. Quæ quidem conclusio de verbis in fortio-
ri & potentiori significatu intelligendis, pluribus elegantis-
simis decisionibus ornari posset. si libet videte Bart. in l. Lu-
cius infra de condi. & demon. Rom. consi. 26. col. ij. Pau. de
Cast. consi. 241. & 245. in antiquis Abb. & Barb. in cap. fin.
circa fi. vt lite non contest. Aret. consi. 58. col. 5. Barb. consi.
27. col. 7. lib. 1. Fel. in cap. qualiter & quando el. 2. §. fi. in vlt.
col. extra de accusa. Dec. in cap. j. in. j. not. de iud. & Moder.
Bonon. in rubr. C. de proba. colu. ij. Ex prædictis igitur re-
manet firmatum & roboratum primum fundamentum.
Secundò principaliter probatur conclusio prædicta, quia
verba per prius non per posterius, simpliciter nõ secundum
quid intelligẽda sunt. l. hoc legatũ infra de leg. iij. l. Lucius. §.
quæsitum cum ibi not. per Bar. eod. titu. tradit Pau. de Cast.
in consi. 241. col. iij. in antiquis. Sozi. consi. 29. col. 4. lib. j. &
in. l. quæ conditio in princ. col. ij. j. de cond. & dem. & Ias. in
l. j. col. pen. C. de suc. edic. sed iurisdictio delegata nõ est talis
simpliciter sed secundũ quid delegata, videlicet. l. j. §. cũ pro
priam vbi diximus supra de offi. eius. verba ergo simplici-
ter prolata intelligenda erant de ordinaria, quæ simpliciter
est talis non delegata quæ est iurisdictio secundum quid.
18 Tertiò cõfirmo; quia † iurisdictio delegata extraordina-
ria dicitur, quũ opponatur ordinariè & delegatus dicitur iu-
dex extraordinarius Bald. in. l. si quando per illum tex. C. de
dila. Iaso. in. d. l. ait prætor. col. j. Dec. in. d. §. qui mandatam
colu. j. sed sermo simpliciter prolatus debet intelligi de actu
ordinario non de extraordinario, & de solito potius quã de
insolito. l. seio. §. medico vbi Bart. not. infra de ann. lega. Fel.
in. c. ꝙ sedem colum. 3. de offic. or. & in cap. sedes col. 5. de
rescrip. Barb. in. c. quum sit generale. col. 2. de fo. comp. Ias.
in. l. sed & siquis in. §. quæsitum col. pe. ff. siquis caut. & Dec.
in cap. 1. col. 18. de iud. & in. l. si conuenerit in fin. supra tit. 2.
facit quia ille qui actum facit potius, ordinaria potestate vti
censetur quàm alio modo facere. l. 4. cum ibi not. per Alex.
& alios. C. de testa. mil. Rom. in sing. fol. 1. col. 3. & in consi.
343. 456. & Alex. consi. 55. lib. 5. eo maxime ꝙ iurisdictio
ordinaria fauorabilis est, del. odiosa. cap. 1. de reic. lib. 6. cap.
pen. & gl. de offic. del. ideò sub verbo iurisdic. potius fauo-
rabilis quàm odiosa veniet. facit. l. quũ quidam infra de lib.
& pos. & c. odia de re. iur. in. vj. & §. lut. tic. l. pen. j. de legat.
vbi legatis alimentis per testatorem omnibus libertis non
19 admittuntur illi, † quos habuit odio, quia odiosi censentur
exclusi à commodo. vt ibi per Bar. Bal. & Imo. de quo pul-
chrè Roma. in consi. 438. col. 2. Anchar. consi. 217. col. j. &
408. Soz. consi. 37. col. 2. volu. 3. & Dec. consi. 286. colum. j.
Mirum igitur nõ est si appellatione iurisdictionis, in dubio
de ordinaria intelligitur. Quæ quidem conclusio sine scru-
pulo procedit in statutis propriè strictéq; intelligẽdis. l. con-
stitutionibus cum ibi not. per Bart. infra ad municip. §. hæc
verba. l. 3. infra de neg. gest. Et in actu perpetuo non in tem
porali arg. l. seruus. C. de pe. Et sic in iur. ordinaria quæ per-
petua est, fauorabilis proprieq; & simpliciter iurisdictio. nõ
in del. quæ odiosa est, & iurisdictio cum adiuncto secũdum
quid ad nutum ꝙ delegantis reuocabilis. l. iudicium soluitur
infra de iud. Et ita tenent cõmuniter scrib. vt hic per Alex.
Dec. & alios in præall. rub. de iur. om. iud. Et pariter proce-
deret indubitanter prædicta cõclusio, quando de propria iu
risdictione mentio fieret quum delegatus propriam iurisdi
ctionem non habeat. d. §. qui mandatam & l. fi. versi. sed ne
20 quis, infra vbi & apud quẽ cog. rest. in integ. agen. sit † ver-
ba stare debeãt, cum misterio aliquid operãdi. l. si quãdo. C.
de inoffi. test. c. si Papa de priui. in. vj. & hoc in omni dispo-
sitione de mundo Roma. consi. 96. 14. 83. 180. col. ij. Aret.
consi. 148. paucis col. j. Alex. consi. 56. volu. 3. 133. col. fina.
lib. 5. Fely. in. cap. 1. col. 4. de const. in cap. 1. col. v. de rescrip.
in. c. causam quæ col. vj. eo. tit. & in. c. quã sit ad fi. de iudę. &
in. c. solitæ. col. 3. de ma. & obed. si enim delegata intelligere
mus superflueret verbum propria vt per Alex. & Aquen. in
præalleg. rub. de iur. om. iud. & Dec. in. d. §. qui mandatam,
imò vt ex prædictis, liquet esset contra mentem proferen-
tis verba quicquid dicant Rim. & Cur. in præall. rub. de iur.
om. iud. volẽtes delegatum habere iurisdictionem propriã
delegatam, s. vt dicitur in. d. §. qui mãdatam, fieriq; expres-
sionem de eo quod tacite inerat, ideò non posse dici super-
fluitatem esse, sed vt dixi illud intelligitur secundum quid,
hoc est iurisdictionem propriam delegatam, videlicet non
21 ergo iurisdictionem simpliciter sed secundum quid. † Simi
liter vbi per casum genitiuum fit sermo de ordinaria iurisdi
ctione intelligen. est secundum Alex. in præalle. rub. de iur.
om. iud. quia natura genitiui est, proprietatẽ importare. l. ij.
§. j. infra de reli. & sump. fu. quam proprietatem iurisdictio
nis non habet delegatus vt diximus, ideò, &c. quæ ratio nõ
est bona vt per Rim. Dec. & Cur. in dicta rubr.
Limitatur modo prædicta concl. secundum Alex. Rim.
Dec. alios in dicta rub. & Dec. in. c. sane. el. 2. col. 2. de offic.
del. nisi ratio subiectę materiæ aliud suaderet, quia tunc etiã
22 de delegata intelligeretur † arg. l. si vno in prin. infra loca. &
l. insulam. j. de præscr. verb. & ita intelligitur gl. in. d. rub. de
iur. om. iu. vt statim dicetur. hinc etiam est ꝙ dispositio lo-
quens de aliquo ente locum habet in eo quod est tale secun
dum quid vbi materia subiecta dictat. & ratio cõpetit etiã
ei quod est tale secundũ quid vt per Pau. Cast. in consi. 241.
col. fi. in antiquis & Soz. in consi. 129. col. 4. lib. 1. effectus. n.
rei & nõ nominis considerari debet. Et in omni dispositio
ne verba intelligi debent secũdum subiectã materiam, etiã
impropriando iuribus proximè allega. vt plenè per Roma.
cõsi. 509. Pau. de Cast. in. l. Arist. circa fi. prin. j. de don. Aret.
consi. 160. in. vj. dubio Alex. consil. 108. & 120. lib. 3. & 40.
col. 4. vol. 4. Bologn. cons. 54. Fel. in. c. nam cõcupiscentiam
fol. 1. de const. Soz. in. l. 2. in prin. in vlt. col. j. si cert. pet. & in
l. quibus diebus in. §. dominus per illum tex. de cond. & de-
mon. Dec. in. c. cum parati col. 1. de appel. in cons. 160. 164.
& 589. col. fi. Rim. & Iaso. in. l. j. col. 2. supra de iur. om. iud.
Quæ quidem limit. multipliciter potest exemplificari, s.
qñ ex præcedentibus vel sequentibus, id colligeretur arg. l.
si seruus plurium. §. fi. infra de leg. 1. nam ratio subiectę ma
teriæ suaderet sub verbo iurisdictionis, etiã intelligi de de-
legata, aut quando de mente loquentis id pateret iuxta glo.
præall. rub. de iur. om. iud. quã sic intelligunt ibi Alex. Rim.
& alij. facit. l. 3. cum no. C. de lib. præter. l. in condit. in princ.
infra de cond. & dem. vbi enim sermo de iur. est prægnans,
prout in textu prędic. rub. tunc in materia indifferẽti vtraq;
iurisdictio comprehenditur vt per Alex. Rim. & Dec. in. d.
rub. facit. l. Iulia. de leg. 3. & quia propriè omnes species sub
genere cõprehenduntur vt pulchrè per Alex. in. l. iurisgen-
tium in. §. sed si fraudandi ad fi. ff. de pac. Item quando esse-
mus in materia fauorabili fieret larga interpretatio, & com
prehenderetur etiam iur. delegata, quæ largo modo iurisdi-
ctio nuncupatur. c. quærenti. c. in literis de offi. del. l. fi. supra
de offi. eius & ita tenet Alex. in. d. l. ait prætor. col. 2. Rim. in
præalle. rub. col. fi. & Aquen. in. d. §. qui mandatã ad fi. quic-
quid dixerint quidam Mod. portug. in rep. l. imperium co-
lum. 84. Item quarto. vbi dispositio redderetur superflua si
delegata non comprehenderetur Rim. loco præalleg. facit
quod scribit Bart. in. l. 4. in. §. prætor ait infra de dam. infec.
& lex. i. in fin. j. de iud. & l. fundus qui locatus la picola cũ. l.
23 seq. infra de fund. instr. † vbi legato fundo cum instrumẽto
si domini & coloni adsit ibi instrumentum intelligitur lega
tum de instrumento domini, sed si nullum dominus ibi ha-
beat intelligitur de instrumẽto coloni, ne verba sint sine mi
sterio operandi, per quem tex. dicebat Pau. de Cast. In cõsi.
241. col. fi. ꝙ vbi verba simpliciter intelligi nõ possunt, in-
telligenda sunt secundum quid, ergo de delegata vbi de or-
dinaria non possent intelligi, quẽ tex. d. l. fundus qui locatus
aureum dixit Fel. in. c. 1. col. 5. & seq. de rescr. in. c. sedes col.
pen. in. c. postulasti col. 7. in. j. lim. de rescr. & in. c. Rodulph.
ad fin. j. col. eod. titu. Alex. in. l. j. col. 9. si cert. pet. & consi. 18.
col. 3. lib. 1. Aret. cõsi. 18. col. 2. Ias. in. l. qui Romæ in. §. duo
fratres col. 25. de verb. oblig. Dec. in. l. fi. col. 5. C. qui admit.
Considerabitis tamen si dispositio. d. l. fundus qui locatus
posset limitari qñ testator legasset fundum, cũ omni instru-
mento vt etiam colonij instrumentum tunc veniat per di-

ctum Bart.in.§.fi.l.serui electione infra de leg.1.& Ias.ibidem col.pen.& fi. quamuis.n. legans fundum sibi cum alio communem partem suam tantũ legare censeatur: si tamen omnem dixerit etiam pars socij compreheditur in legato. ergo pariter vbi legatus esset fundus cum omni instrumẽto veniret etiam instrumentum coloni ibi existens.

Nisi diceres ꝙ legato toto fundo tam ex mẽte quam ex verbis colligitur. voluisse testatorem legare etiã partem socij totũ dicendo. sed qñ legatus est fundus cum omni instrumento nõ infert de necessitate legatum fuisse instrumentũ coloni, quum legatũ possit intelligi de omni instrumẽto testatoris legãtis, faciendaq; videtur huiuscemodi stricta interpretatio in legatis.l. numis. de leg.2.§. qui rem.l. vnũ ex familia.ff.de.l.ij.cum his quę scripsi in.l.in testamentis.ĵ.de reg. iur. Diceretur etiam ratio subiectę materię suadere de del.pariter intelligi vbi verba fierent de habente iur. vt per Alex.loco præall.sed Ias.in.d.l.ait prætor improbat,& refragantur quæ in superioribus diximus: ꝙ verba intelligenda sunt in fortiori & potentiori significatu, & sic de ordinaria.

Ex prędictis colligũtur multi casus in quibus lim.de qua
24 supra exemplificari potest.† Vltimò cõsidera posse limitari qñ ex consuetudine aut cõmuni vsu loquendi appel. iurisdictionis veniret, seu intelligeretur etiam delegata. quum omnis dispositio à prędictis interpretationẽ sumat ac recipiat.l. ꝙ si nolit in.§.qui assidua.ĵ.de edil.edic.Felyn.in proce.decret.& in.ca.j.de proba. col.vj.vbi Dec.14.& in consi.225.

EX PRINCIPIO LEGIS vnicæ si quis ius dicenti, &c.

De Vlpia. plura dicta videbitis in princ.l.nume.1.

Iurisdictio iudicis multis modis, multisque remedijs defenditur. nume.3.

Iudex potest iurisdictionẽ suam defendere multifariam, ibid.

Magistratus appellatione qui veniant. vide nu.3.

Contemnens mandatum principis, vel sedis Apostolicæ literas, illius puta in contemptũ lacerando, vel negando peccata posse remitti à sede prędicta, aut imperium dependere ab ecclesia, potest puniri.nu.4. & 5.

Indignationis principis, vel sedis Apostolicæ pœna quæ sit, & cõsequenter cuius virtutis sit clausula quæ solet apponi in rescriptis principum, & literis Apostolicis, sub pœna indignationis nostrę vel Apostolorũ Petri & Pauli, nu.5.

Pœna priuationis non habet locum nisi in casibus, à iure expressis.6.

Mandatũ principis contemnens, quando non habet annexam comminationem extraordinariè punitur.7.

Arbitrium habens mulctandi & puniendi, id debet facere, secundũ qualitatem contemptus facti & personarũ.nu.9.

Mulcta imponenda est secundum taxam iuris, non pro arbitrio iudicis.10.& 11.

Tex.l. eos.C. de modo mulctarum declaratur, & multipliciter limitatur. ibidem.

Lex ista in verbis secũdum ius suæ potestatis, quomodo se referat ad taxam.d.l.eos. quæ de consuetudine non seruatur. numero. 11.

Lex semper loquitur, ratio antiqua exemplificatur per nouam pulchrè nume. 12.

Intellectus nouus & declaratio not.ad hunc tex.nu.13.

Mulctæ legitimæ excessus vitiat in totum, & iudex excedens punitur.14.

Mulctam nõ solum in facta sed etiam in voces imponi, etiam hodie contra garrulitatem & proteruiam procuratorum causidicorum.nu.16.

Mulcta Sabinum est & non latinum verbum.17.

Mulcta licet de consuetudine imponatur iudicis arbitrio, modus tamen consuetus seruandus est, aliàs potest appellari, & per iudicem appellationis ad congruum modum reducendo est res.19.cum seq.

Doctori quantumcunque excellenti consuet. attestanti non creditur.20.

Appellari potest ab his quæ commissa sunt arbitrio iudicis, & sic ab excessiuo modo mulctandi.21.cum seq.

Papa adiri potest in defectum iudicis superioris contra non recognoscentes superiorem, ut pro iustitia cogat partem ut ius dictat, non vt imponat pœnam fisco Ecclesiæ applicandam.24.cum sequen.

Episcopus an possit imponere pœnas pecuniarias, & laicos pro criminibus ecclesiasticis incarcerare.25.& 26.

Duumuiri de quibus in hoc tex. agitur. qui sint & de eis plura.29.cum sequ.

Tex. iste in principio an legi debeat, cum taxatiua, vel cum exceptiua.28.& 42.cum seq.

Taxatiuarum & exclusiuarum dictionum, natura quæ sit. 29.cum sequen.

Tex.l.ob Aes de prædijs minorum.C. declaratur.29.

Similia nunquam censentur exclusa etiam in pœnalibus.32.

Consueta nunquam censentur exclusa.43.

Testis deponens Titium possedisse annis decem tantum, an probet vel puniri possit, & ad hoc vt probet continuationem dicti temporis addere debeat continuis.34.cum seq.

Testis dictũ interpretari debet in dubio vt euitet periurium, non autem vt probet.35.cum seq.

Testis super negatiua deponens, etiam non interrogatus, debet assignare rationem dicti sui.36.

Testis deponens super mera negatiua, an de falso, vel alia pœna puniri possit, & quæ dicatur mera vel prægnans negatiua.37.& 37.

Implicatiuarum natura vt non solum, nõ tantum, etiam, & similia quæ sit.40.& seq.

Intellectus plures ad hunc tex. accõmodati discutiuntur.42. & sequen.

Castellani & minimi iudices an possint mulctare tam de iure quàm de consuetudine.43.cum seq.& 53.

Mulctandi ius à iurisdictione depẽdet ex quo infertur ad plures not. quæstiones.46.

Statuentes an & quando possint apponere pœnam statutis eorum. ibidem.

Intellectus verus ad istum text. ostenditur nume.50.

Tex.l.defensores nihil.C.de modo mulctarum declaratur.53

Tex.§.siquis ad pedaneũ.l.ij ff.nequis eũ qui declaratur.53

Mulcta & pœna longe inter se differunt.54.

Mulctæ paruæ & leues, quæ dicantur.55.

Delegatus licet regulariter non mulctet, fallit tamen in multis casibus.56.cum seq.

Statuendi potestatem habentes regulariter pœnam apponere non possunt.57.

Arbiter an & quando mulctam, ac pœnam possit indicere. 60.cum sequen.

Tex.cum glo.in.l.2.C.comm. viri. iud. quòd ea quæ non valent in vim iudicij & actus iurisdictionalis, in vim conuentionis propter consensum partium subsistunt declaratur & ornatur late. nume.61.

Arbiter electus ex necessitate statuti, an ordinario vel delegato æquiparetur.62.cum seq.

Arbitrator qui proxeneta nuncupatur non põt mulctare.54

Mulctare an, & quando cogatur iudex.65.cum sequ.

Edictum istud quodnam remedium produxerit.65.cum pluribus sequen.

Remedium descendens ex hoc edicto, quod & quale sit.66. cum sequen.

Libellus vbi imploratur officium iudicis an & quando requiratur.67.cum sequen.

Iurisdictio in iudice semper est cum necessitate.69.

Remedia

Remedia iurisdictionis defensiua plura sunt. 71. cum pluribus sequentibus.

Persona capi non potest pro debito ciuili, nisi prius excussis bonis. ibidem.

Audientia quomodo & qualiter propter cõtumaciam & inobedientiam possit per iudicem parti denegari. 72. & seq.

Monitio bina requiritur vt quis iure suo priuari possit. 73.

Tex. §. sed & si dum decreto. l. sed & si per prætorem infra quibus ex casu malo. declaratur. 72. cum seq.

Confiscatio bonorum nunquid fieri possit propter contumaciam. 74. & 90.

Executiua remedia, cumulari possunt pro consecutione sui iuris nume. 76.

Soluere promittens florenos cẽtum infra octo dies, aliàs dans insolutum ex nunc prout ex tunc & è contra talem fundũ creditori suo præsenti & acceptanti, faciendo de illo puram venditionem, in eũ casum elapso termino adhuc cogi potest ad solutionem dictæ quantitatis, si creditor noluerit fundum in solutum accipere, cum in sui fauorem prædicta remedia fuerint cumulata. nu. 77.

Iurisdictionem alienam an possit iudex defendere. 78.

Brachium secularis iudicis inuocat ecclesiasticus. 78.

Magistratus tẽporales, possunt pro tempore sui officij legem condere in suis territorijs. 80.

Præceptum sub certa pœna factum, non arctat iudicem quin possit maiorem, vel minorem pœnam imponere. 81 cũ seq.

Tex. legis interlocutio. & l. programma. C. cõmin. vel. Epistolæ declaratur. nume. 82.

Præceptum iudicis nudũ & non habens causam præexistentem non valet. 83.

Iudex an possit condemnare ad soluẽdum infra certum tempus & in quarto pluri casu quo condemnatus in solutionẽ prædicta deficiat. 84.

De præceptis factis cum clausula iustificatiua & si senseris te grauatum compareas, &c. 85.

Recognoscere feudũ vel emphyteusim sub pœna priuationis rei iussus, non recognoscendo an illam incurrat. 87.

Præcepta plura & diuersa fieri possunt secũdum subiectam materiam per ius dicentes in exercitio suæ iurisdictionis. nume. 87. & 91.

Præceptum sub pœna arbitrio iudicis statuenda subsistit. 88.

Tex. §. curare instit. de actionibus declaratur. nu. 89.

Electio iudicis est imperijs alternatiuè impositis. 92.

Opiniones communes nonnunquam repugnantiam continent circa idem, & necesse est alteram esse falsam. 93.

Mulcta maior quàm sit valor rei de qua contenditur non potest imponi. nume 93.

Iurare tenetur habens notitiã negotij sub pœna conuicti parte deferente, ibidem & 91. præcedenti.

Ex præceptis prohibitiuis cum vsu, & patientia longi temporis subsecuta, ius prohibenti per præscriptionem acquiritur. 94.

Appellatio à præceptis prohibitiuis aduersus ea quæ sunt merè facultatis facta aliàs nocent. 95.

Mulcta pro contumacia cõmissa coram eodem iudice imponi potest sine nouo processu sed non sine noua citatione quibusdam casibus exceptis. 96 cum seq.

Iudex repertum in fragranti crimine in leuibus delictis. item à se visum cum armis contra mandata sua, potest absque alio processu punire. 96. cum seq.

Pœnarum impositio ac incursus an requirat declarationem, & mitigationem. 99. cum sequ.

Pœna quamuis ipso iure imponatur, declaratio tamen requiritur. ibidem.

Iudex coram quo nõ est contumacia cõmissa vel potest absq; nouo processu punire. 102.

Iudex cui nihil constat nihil potest mandare. ibidem.

Mulcta propter paupertatem potest diminui, secus est in pœna. 103. cum sequen. vbi diuersitatis ratio assignatur.

Pœna semel imposita an possit diminui. ibid.

Appellari potest ab impositione mulctæ, non autem pœnæ quamuis bene à comminatione. 105. vbi assignatur ratio diuersitatis.

Mulcta & pœna an possint simul imponi. ibidem.

Clericus à iudice seculari propter contumaciam non comparendi coram illo nec mulctari nec banniri potest. 106.

Literas superioris non permittens legi aut exequi puniri potest. nume. 107.

Clericus qui deposuit habitum & tonsuram pro delicto commisso tempore quo gaudebat priuilegio clericali, an possit per secularem mulctari & puniri. ibidem.

Multæ cuius temporis censeatur fructus, & cui iudici acquiratur. nume. 108.

Mulcta pecuniaria est. Ideò concessa. potestate mulctandi non venit potestas banniendi. 109.

IN PRINC. L. VNICÆ, siquis iusdicenti, &c.



MNIBVS magistratibus, &c. hanc. l. in qualibet eius parte subtilem, & difficilẽ omnes scribentes prædicant, & practicabilem cõtinet materiam. Iccirco diligẽti studio, curaq; absoluẽda est. † Auctor fuit Vlpianus, qui ex splendidissima Tyriorũ Colonia in Syria phœnice originem traxit, quemadmodum in. l. j. infra de censi. ipsemet testatur, Cuius consil. Alex. seuerus. 24. Romanorum Imperator Remp. fœlicissimè rexit, cum illi amicus & gratissimus fuit, neminemq; solum admittebat præter præfectum suum & Vlp. quos propter summam iustitiam maximè diligebat, vt in Historia ipsius Alex. Principis Lampridius refert, discipulus fuit splendidissimi Papi. floruitq; post CHRISTVM natum annis ducentum plusq; vt ex eodem Lampr. Euseb. Cæsare, & alijs Historicis apparet, legem istã vt ex ea apparet edictũ prætoris interpretando composuit, multos enim libros ad interpretationem edictorũ reliquit, vt ostendunt pandectæ, testaturque Iustin. in. l. 3. C. de lib. præter. solebat cũ omni subtilitate disputare, vt inquit text. in. §. ne autem. l. vnicæ. C. de cadu. tol. tantumq; in hac nostra legali philosophia, effecit (quod ad Cæsarem Augustũ Furnius dixit,) vt omnes qui legali scientiæ operam damus viueremus, & moreremur ingrati, qui tot beneficijs in nos ab illo collatis paria facere nunquam poterimus. Diuiditur tota lex in quatuor partes per doct. hic, & quamlibet partem per se expediemus. Principium ergo istud subdiuidi potest in tres particulas, vt hic per Iaso.

※ Summari posset, principium istud diuersimodè secundũ varietatẽ lecturarũ, summariũ Bar. & Alex. sumptũ fuit ex cõi intellectu, de quo dicemus in glo. j. in hoc non stat magna vis, declarationeq; potius quã summario indiget, nam Vlpi. satis breuis fuit, & summauit ipse quod nobis tradidit vt in simili de illo tex. dixit Bart. in. l. fi. supra de iur. om. iud.

Pro figuratione casus huiusce principij, quia terra malos & superbos homines educat, & semper produxit, qui etiam iusdicentes cõtemnunt, quæsitũ fuit vtrũ magistratus quorum mãdatis nõ obtemperatur, aut iurisdictio cõtemnitur, possent iurisdictionẽ ipsam ab iniuria, aliquo modo asserere, & respon. iurisconsultus q sic, exceptis duumuiris secundum ius suæ potestatis, & consequenter non pro libito, sed pro modo imperij, qualitateq; cõtemptus ac inobedientiæ, vt statim dicemus. Cui. n. iurisdictio data est, ea omnia censentur concessa sine quibus iurisdictio explicari nõ potest. l. ij. supra de iur. om. iud. & per consequens defensio iurisdictionis per impositionem mulctæ. non obtemperãtes igi-

tur poterunt molctare ac punire,nõ pro voluntate & libito,
sed secundum ius suæ potestatis,ex quibus potestis colligere rationes dubitãdi & decidẽdi ad principiũ istius.l. nostrę,
Notò primò.ex isto text.omnibus magistratibus cõces-
2 sum fuisse ius mulctandi contumaces, & inobediẽtes † pro
defensione & conseruatione iurisdictionis suæ,facit text.in
d.l.ij.& infra titu.ij.l.ex quacunq; & infra de iudi. ad fi.l.ij.l.
aliud est fraus ad fi.infra de verb.sig.&.C.de spor.l.ij.& quę
de pęnalibus præceptis magistratuum tradunt scriben.in.§.
diui in vltimis col.& Guido Papæ in quęstio.359.imò possunt magistratus etiã per viam facti bellũ mouendo defen-
dere vt declarat Alex.infra col.fi.& mittẽdo in possessionẽ,
banniendo,denegando audientiã,excommunicando,si ecclesiastica potestate fungantur,vt per Pau.de Cast. & Ias.in
d.l.ij.infra tit.ij.col.j.& in quarto not. Bar.& alios in.§.fin.l.
illicitas supra de offic.pręsidis. & in.l.iubere supra tit.2.sunt
& alia remedia quibus magistratus, possunt eorum iurisdictionem defendere,de quibus post Fulg.meminit hic Cur.
in.j.colum.latius dicam in tertia quæstione Bart.
3 Qui autem † veniant appellatione magistratus, ponunt
Pau.Alex.& alij.in.l. eum qui supra titu.ij.dixi aliqualiter in
l.ij.in versic. quòd ad magistratus attinet supra de orig. iur.
4 Contemptor verò legis & mãdatorum principis, † an &
quomodo puniatur,dixi supra in rub.& secundum Oldr. in
consi.271.potẽst vt hæreticus puniri ille qui in cõtemptum
sedis apostolicę negat à summo pontifice peccata posse remitti,hinc etiam dixit Bart.in.l.j.in.§. præsides infra de requi.reis, q Dantes florentinus post eius mortem quasi condemnatus de hæresi fuit, eo q contra communem sententiam Cano.& Theolog.tenebat in monarchia sua imperiũ
non dependere ab ecclesia. vt hic per Iaso. in.j.col, & pariter qui in cõtemptum prędictæ sedis literas apostolicas laceraßet puniri poßet tanquam apostolicæ sedi iniuriam inferens,vt per Felyn.in.c.ex literis col.j.de offic. deleg.
Sumpta hinc occasione tetigit hic Ias.post alios per eum
relatos de virtute & importantia clausulæ,quæ solet apponi
5 in rescriptis principium † sub pœna indignationis nostrę,&
in rescriptis Apostolicis dum dicitur aliàs indignationẽ Petri & Pauli apostolorũ noueris te incursurũ,de qua est textus.in clem.exiui.in fin.de verb.sign.de prima & de iure ciuili est tex.extrauagan.ad reprimen.in fin.cũ notatis ibi per
Bar.& in tit.quę fue.prima cau.benef.amit.in.§.porrò.versic.item si delator. quidam dicebant q in rescriptis, summi
pontificis importabat pęnam priuationis beneficiorum, in
literis principum secularium pęnam priuationis feudorum,
Ias.vero hic concludit dictam clausulam nihil aliud importare quàm id quod expressè sonat, & q princeps non habebit vltra gratum illum cui talem comminationem fecit,seu
q illi erit indignatus vt dixit Bart.per eum relatus in extrauag.qui sint rebelles in verbo indignationem.Respon.pręd icti versi.item si delator vt hic per eũ & hanc opinionem
tenuit Bal. in auct.statuimus col.j.de epis.& cler.Firmianus
in repertorio in verbo indignatus Fel.in cap.2.col.pen.in fi.
de maioritate & obedientia, Aquen. & Moder.Ger.hic,&
Præpositus in.d.versi.si delator,volens q illa verba sub pęna indignationis nostræ nihil importent, sed sint simpliciter comminatoria respond. ad illum tex. aliter quàm faciat
Iaso. pro qua opinione primo facit quia sonus & proprietas
dictæ clausulæ nihil aliud importaut aut inferunt, quàm priuationẽ gratiæ dominicæ. ergo non est à tali significato recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.&.C. de lib.præter.l.3.cũ
vulgar. secundò quia in pœnalibus debet fieri stricta interpretatio.l.pen.infra de pœn.l. quidam infra de lib. & posthu.ca.odia de re iu.in.vj.tertio quia pœna priuationis nõ habet
6 locum nisi in casibus à iure expreßis.† §. cum igitur ibi nõ
est.l.tale quid dicens,in auct.de non eligendo secun.nuben.
cum accumulatis per Ias.& alios in.l.j. col.fi.C. de transa.in
l.quod te col.12.infra si cer.pet.per omnes can.in.c.2.de rescrip.& Parpaleam in.l. siquis maior not.17.C. de transact.
sed nulla.l. cauetur quòd clausula prædicta,importet priuationem beneficiorum aut feudorum,vt dicunt pręfati scriben. attamen Iacob. de S. Georg. excellens Doctor in sua
feudali inuestitura, in verbo dictique vasalli el primo in.3.
causa priuationis feudi,sequitur opinionem gl. Bal.& Alua.
in.d.versi.item si delator tenentium q prædicta verba beneficiorum ecclesiasticorum, & feudi priuationem importent,sequuntur etiam Moder. Germa. in vsibus feudorum
in.10.parte sub rubr.de feudi amißione fol.5.in fin.
Sed non videtur recedendũ ab opinione præcedenti per
rationes & fundamenta de quibus supra.item quia communis est,vt ex supra relatis apparet ad tex.versic. item si delator ex supra dictis & statim dicendis patet solutio.
Limita prædictam conclusionem, primò quãdo delictũ
cõmissum ex dispõne iuris priuationem feudi vel aliam pœnam mæreretur, quia tunc clausula secũdum ius commune
declarabitur. ita procedat tex.in.d.versic.item si delator secundum Ias. & pręfatos quod confirmatur arguendo à natura titu.sub quo ponitur,videlicet quæ su. pri. causa benef.
amitt. sed id causabitur potius, ex dispositione iuris quàm
vi prædictæ clausulæ.
Secundò limit.qñ diceretur q non obtemperans incurret indignationem sedis apostolicę. quia posset tũc admitti
q importet aliquid vltra, & q incurratur excõmunicatio.
hoc modo intelligendo text. in.d.clem.exiui in fi.secus vbi
diceretur per pontificem, q in obediens curreret indignationem suam;vel priuaretur eius gratia, quia posset intelligi
de gratia sua,quatenus est homo, nõ inquantum est in sede
Petri argu.c.si gratiosè de rescrip.in.6.secundum quosdam
Mod.sed põtifex nunquam id solũ dicit,imò de se ac mandatis apostolicis semper mentionem facit,nec ista limit.iu-
1 re probatur, militantq; cõtra illam rationes supra deductæ.
Tertio limit. quãdo aliter se haberet cõsuetudo, prout olim
erat in Germania,vbi pœna perdente dominicę gratię cõminata per dictam clausulam importabat, vt deueniri posset ad destructionem domus illius qui non parebat,licet hodie recesserit ab aula secundum mod.germ. hic.
Postremò aduertendũ est,quia videtur q prædictæ clausulę sint magni effectus, quum saltem pœna extraordinaria
poßit imponi secundum opinionem Bal. relatã hic per Ias.
id quòd similiter voluit Ioan. de Plat. in.l.ij. col.j.C. de pet.
bon.sublat.lib.10.tradit Fulg.in consi.191. Tertius. hinc etiã
7 scribit Bald.in.1.vol.consi.139.& 359.super eo,† q ille qui
mandatum principis, nõ habens annexam cõminationem
contemnit,extraordinariè plectitur vt etiam per Fel.in.c.2.
col.pen.de maior.& obed. ergo multo magis debet tali pęna poße plecti contemnens mandatũ principis habens annexam cõminationem suæ indignationis,& sic stante prædicta clausula ac admonitione, princeps iustius poterit procedere, ad puniendum extraordinariè inobediẽtem iustam
causam querelæ nullam habentem, pœna aũt extraordinaria extenditur vsq; ad mortem inclusiuè secundum gl.insti.
de iniur. in.§. in summa, super verbo extraordinaria Doct.
8 tamen cõmuniter † excludunt, ita q melius dixisset gl. exclusiuè quam inclusiuè,vt ibi per Ang. & alios. Bal.in consi.
præall.Rom.in rub.de arbitris col.9. Alex.consi.114.col.fi.
lib.1.Ias.in.l.& si legibus.C.si contra ius & in.l. qui iurisdictioni vbi etiã Aquen.supra tit.ij. Fel. in.c.inquisitionis col.
pe.& fi.de accus.& in.c.ex literis.col.10.cũ sequentibus vbi
Dec.pe.& fi.de consti. & per eundem in consi.100.col.fi.si
cõminatio indignationis ad pœnam extraordinariam obligat, & ea pœna ad mortem vsque exclusiuè extenditur,cui
dubium q non tantum fauoris & gratię principis iacturam
faciet ille cui princeps indignationis, pęnam cõminatus fuerit si nõ paruisset, sed beneficiorum ac feudi & aliorũ bonorum si principis animo sederit, & sic erit in voluntate & potestate principis qui eam pœnã comminatus fuit,feudo beneficijs ac alijs bonis priuare,vt etiã voluit Bal. in prædicto
9 consi.super eo in princ.vlt.col.† debet tñ princeps secũdum
qualitatem facti contemptus & personarum arbitrari ac statuere,vt per Ang.& Fel.in locis præall. facit tex.l.4.ibi cum
peccatũ grauißimũ erit.C.de mo.mulct. Quę aũt sit pœna
infractionis saluæ guardiæ principis posui in proę. florum.

in prin.circa.v.&.vj.colum. vbi plura de ea materia scripsi.
Secundò notandum est ex isto tex.ibi secundũ ius pote-
10 statis suæ, ꝙ magistratus non possunt inobediẽtes† pro eo-
rum voluntate mulctare, sed secundum ius potestatis suæ.i.
secũdum modum legitimum, qui quidem modus datur &
statuitur per.l.eos.C. de modo mulctarum secundum Paul.
Cast. Alex. Iaso.& alios hic. propterea dicit tex.no.in.l.cer-
ta.C.quando prouo.non est nece. certa ratione & fine pre-
fides mulctare posse, facit text. in prædicta.l.ij. infra siquis
in ius vocatus non ierit ibi mulcta pro iurisdictione iudicis
damnabitur, id est secundũ metam & modum iurisdictio-
nis, quãuis pluribus alijs modis exponi possit illa dictio pro,
vt per Gel. cap.3.lib.10.
Sed instat ardua difficultas quomodo possit hoc proce-
dere quod Vlp. hic se referat ad.d.l. eos quum.l. nostra fue-
rit Vlp. qui vt supra dixit floruit sub Seuero creato Impera
tore anno ab vrbe cõdita.974.vt per Pau.Oros.lib.7.c.11.
in fin.sed lex eos ab Archadio & Honor.vt ex inscriptione
sua apparet cõdita fuit, qui cœperunt regnare anno ab vrbe
condita.149.s.millesimum vt scribit ibidem Orosius.124.
& Paulus diaconus li.12.& 13. de gestis Rom. ac Eusebius
11 Cæsariensis in sua historia.† Quomodo igitur Vlp. hic po-
tuit referre distinctionẽm. d.l.eos. quæ per annos & secula
postmodum condita fuit, aliàs dicebam ꝙ dicta verba se-
cundum ius potestatis suæ. edita fuere per compilatores, vt
in simili dicit glo.in.l.si non mortis in verbo repleatur infra
de inofficioso testamẽto. & supra de Iustitia & iu.super ver
bo in nomine Domini, ideò mirũ si possit referre distin-
ctionem.l. eos, quod nunc minime placet, quia si prædicta
verba secundum ius potestatis, suæ à Vlp. imposita nõ fuis-
sent, malè locutus fuisset excipiendo duumuiros, qui & ipsi
mulctare possunt, vt infra dicam, nec exceptio de duumui-
ris subsisteret absq; istis verbis potestatis suæ, qua potestate
carent duumuiri vt infra declarabimus.
Cur. hic col.j. sentiens difficultatem dicebat, quũ lex eos
sit noua dispositio, quomodo de ea potuit ista somniare, re-
spondet exponi posse prędicta verba secundum ius potesta
tis suæ, i. in territorio suo, & intra terminos suæ iurisdictio-
nis, non extra, secundum terminos.l.fi.supra de iur. om.iud.
quæ responsio absona est, quũ hæc iura vt ex eis manifestè
apparet loquãtur in diuersis terminis, & cõtra huiuscemodi
responsionem est text.hic in exceptiua, nõ tamen duumui-
ris. quia etiã ipsi magistratus etiam infimi, in territorio suo
mulctare possunt leuibus tamẽ mulctis, vt infra declarabis
cuius contrarium diceret tex. prætereà cõfunditur talis de-
claratio per text. in.d.l.certa, & in.l.ij.j.titu.ij. quæ probant
ꝙ ista verba de taxa mulctæ, ac quãtitate intelligenda sunt,
non antẽ de loco iuxta terminos.d.l.fi. aliter etiam respon-
12 det Curt.† ꝙ.l. antiqua exemplificari potest secundũ.l.no-
uam cũ semper loquatur.l.arriani.C.de hęre.& in simili dñe
Bar.& doc.in.l.j.C.de eden.exemplificantes illum tex.in.§.
cæterum clem.j.de vsur.sed licet verũ sit legem generaliter
loquentem posse exemplificari.in.l.noua cũ potuerint cogi
tare in genere, de eo quod inducitur per.l.nouam: tamen ꝙ
lex antiqua possit referre vnã longam, inuolutamq; distin-
ctionem prout in.le.eos, quæ postmodũ facta longo inter-
13 uallo subsequitur impossibile est, & somnium videtur.† di-
co ergo ꝙ quamuis Vlp.de distinctione illius.l. diuinare nõ
potuerit, tamen habita consideratione ad tempus compila-
tionis corporis iuris ciuilis, quo tempore facta erat lex eos,
& in corpore iuris inserta, dici põt fieri hic relationẽ ad di-
stinctionem.d.l.eos, magis ex intentione cõpilatorum quã
Vlp. cuius temporibus erat mulctæ dicendæ magistratibus
præfixa meta, prout voluit hic ipse Vlp. sed quæ esset talis,
meta nobis est incognitum. sed hodie per.d.l.eos clarè appa
ret, propterea lex nostra vt supra dicebamus exemplificari
potest secundum terminos.d.l. eos magis vt dixi ex inten-
tione compilatorum quã ex concludenti dispositione Vlp.
Quòd si magistratus in dicẽdo mulctã excesserit modũ
14 iurisdictionis suæ nihil agit. totumq; viciatur.† tex. est not.
in.l.certa ratione.C.quando prouoc.nõ est necesse. vbi Bal.
& Pau.de Cast.notat.& Bar.l.ij.C.de re iudicata & Ang. in
consi.8.col.ij.in nouis. vbi respondent ad regulam vtile per
inutile, & ad reg.l.sancimus.C.de don. vt ibi per eos. Magi-
stratus, autem qui imponendo mulctam excesserit taxam
iuris punitur grauiter tex.in.d.l.eos. in versi.quòd siquis.
15 Limitantur modo prędicta ad.d.l.eos † tribus modis pri
mò vt non procedat in contumacia quę cõmittitur cũ agi-
tur de manubijs, de prędationibus, furtis.& grauioribus cri
minibus quæ non pertinent ad moderationẽ prędictæ.l. vt
ibi vult tex.in versi.nec tamen, & doc.supra alleg.similiũ.n.
criminum magnas fuisse mulctas etiã historici testificantur
vt per Gel.lib.10.ca.6.& lib.11.c.1.& 9.Budeum in anno-
tationibus.§.fi.l.4.de iud.& in tract.de asse.& partibus assis
lib.5.fol.145.cũ sequentibus, licet per omnia non rectè lo-
16 quatur, nec in facta modo,† sed in voces etiam petulantio-
res seuere antiquitus vindicatum est. Gel.supra alleg.cap.6.
dum refert historiam filiæ illius Appij ceci. à ludis, ait quos
spectauerat exiens turba vndiq; confluentis fluctuantisq;
populi iactata est, a cinde egressa, cũ se malè habitam dice-
ret. quid in me dixit nunc factum esset? quantoq; arctius, &
præssius conflictata essem si Claudius frater meus nauali
prælio classem nauium cum ingẽti ciuium nun. non prodi-
disset, maiore copia populi oppressa intercidissem, sed vtinã
dixit reuiuiscat frater meus aliamq; classem in Siciliam du-
cat, atq; istam multitudinem proditũ eat, quæ me malè nũc
misera cõuexauit, ob quę verba improba & in ciuilia ędiles
plebis grauem ei mulctã dixerunt vt ibi per Gell. dixit etiã
Bart.in.l.si qua pęna ad fi.infra de verbo.sign. ꝙ siquis non
paruerit præcepto iudicis vel nimis eridauerit (vt verbo suo
vtar) id quod hodie in auditorio causarum Taurini seruant
Pręsides & Senatores cõtra procuratorum garrulitatem &
17 proteruiam. mulctæ aũt vocabulũ latinum non est † sed sa-
binum. puniréq; significat vt per Gell. loco præalleg. sed ius
mulctæ dicendę ex.l.12.tabu.introductum est, cuius verba
refert Cic.in.3.de legibus. Bud.in anno. super.d.§.fi.& Mo
der.Med.in.l.aliud est fraus, infra de verb.sign.inferẽtes ꝙ
quũ à.12.tab.tale ius magistratibus sit concessum de muni.
quibus ea.l.dicta non erat, non posse intelligi ꝙ procederet
si de interpretatione.d.l.ageretur, & tempus eiusdem.l. con
sideraremus, sed quum postmodum per alias.ll.supra allèga.
etiam alijs iudicibus tunc incognitis ius mulctæ cõcessum,
fuerit nimis frigide in pręsentia inferri videtur ad magistra
tus municip. quibus non erat ea lex scripta.
Secundò limi.secundũ Ias. hic vbi iudex in pręcepto nul
lam expressisset pœnam, vt taxam.l.eos, nõ possit tunc ex-
18 cedere, † secus qñ in præcepto esset expressa pœna excedẽs
modum ibi taxatum, quia posset tunc illam imponere per.l.
siquis reum iuncta gl.fin.ff.de custodia reorũ, & fuit opinio
Hostiensis. Oldr.& Ioan.Andr. vt refert & sequitur Alex.
infra in.§.j.col.ij.contrarium tamen tenuit Imo.in locis al-
leg.per præfatos. & sequuntur eũ hic Ias. & Cur.& Aquen.
in.d.l.col.ij. quia lex siquis reum. pro cõtraria opinione ni-
hil facit, quinimmò gl.& Bar.ibi opp. volunt. loquuntur tñ
quãdo certa quantitas non fuit in præcepto comprehensa,
ideò à contrario sensu tex.ille cũ gl. pro opinione antiquo-
rum videtur induci posse, quòd vbi certa quantitas compre
hensa fuisset in pręcepto, tunc videretur pręsidem posse iu-
bere illa inferri, responderi tamen potest ex intentione gl.
ibi nisi esset supra vel vltra legitimum modũ mulctę. Item
quia aliàs esset in facultate magistratus, transgredi prædictã
metam, eludereq; dispositionem.d.l.eos. cõtra regulam cũ
quid vna via de reg.iur.in.6.cum vulgaribus, facit etiã text.
in.d.l.siqua pęna circa fin.j.de verb.sign. dum dicit in arbi-
trio iudicis esse quantã mulctam imponat nisi quãdo est à.l.
taxata, ergo transgredi non licet, Oldra. tamen in consi.15.
respondebat.l.eos. non constituere quantã mulctam dicat,
sed quantam non dicat, ratio.l.siqua pœna in illis verbis nisi
cum lege constitutũ est de illa non loqui, vnde fortius strin-
git ratio dictæ regulæ cũ quid vna via, & alia ratio Aquens.
in loco præall. ꝙ maior videatur ratio imponendi grauiorẽ
mulctam post contumaciam iam incursam, ꝗ ante per not.

in.c.cum cessante de appell.sed post cŭtumaciam nŏ potest
imponi maior ea quæ taxata est per.d.l. eos. ergo nec ante,
pro qua opinione videtur mihi tex.in.d.l. eos. ponderando
illum in multis locis. primo dum dicit prȩsides prouinciarŭ
vltra duarum vnciarum auri summă contumaces condem
nare non patimur. secundo ibi proconsularem verò pote-
statem, si mulctandi necessitas imminebit, senarum vncia-
rum auri summa cohibebit. tertiò dum subiungit, cȩteri ve
rò spectabiles iudices vltra tres auri vncias sibi intelligant li
centiam denegatam. in quibus locis, Imperator manifestè
prohibet magistratibus, ne imponant maiorem mulctam
quàm fuerit ibi taxatum. vnde absonum est dicere quòd iu
dex posit in præcepto comminari, & imponere mulctam
excedentem taxam illam. & deinde in eadem cŏdemnare.

Tertiò limito dictă conclusionem restrictiuam mulctæ
19 indicendæ secundum terminos.d.l.eos, † vt nŏ procedat de
consuetudine, secundum quam iudices pro eorum arbitrio
& voluntate vt practica respondit mulctas imponunt. non
seruata taxa ipsius legis, & post Speculatorĕ & antiquos tra-
dit Alex.in consi.35.col.2.l.2.& Ias.in.l.3.in.§.quòd prȩtor
ad fi.infra ne quis cŭ eo qui & Aquen. in.l.filiusfa.in.§.diui
ad fin.infra de leg.j.post Oldrad.in.d.consi.15.in fin.aduer-
tendumq; est. nam scriben.prȩall.loquuntur generaliter de
iudicibus & sic etiam de municipalibus & infimis. vt mul-
ctare possint non seruata taxa.d.l.eos.vt de Castellanis, Po-
testatibus villarŭ & castrorŭ, & sic de infimis scribit Guido
Papæ in quȩstio.626.hinc etiam dicebat Dec.in c.1.lect.2.
colum.ix.de iud.ꝙ licet secundum.d.l. eos iudex posit ter.
tantum in anno quempiam mulctare, id tamen de consue-
tudine non seruari, quam allegare sufficit quum notoria sit,
20 aliàs probanda esset. † cum doctori etiă excellenti attestan-
ti consuetudinem non credatur secundum cŏmunem opi-
nionem doctorŭ, quicquid dicat Bar. & per Aret. in consi.
132.Iaso.in.l.de quibus col.pen.supra de legibus Dec.consi.
210.275.col.pen.& fin.402.col.v.345.483.538.col.pen.&
550.ad fin.Cur.Iun.consi.24.in prin.52.col.3. & 171.col.j.
21 & Roch.Cur.in trac.de conse.super.c.fin.in.5.quæstio. † &
quăuis iudices pro arbitrio, vt dixi mulctare & punire pos-
sint seruare tamen debent modum in similibus consuetum
vt hic per Alex.col.3.Fel.in.c.de causis col.j.de offi. dele. &
dicitur infra in.6.& 7.quæstio. Bar. scrib.idem Bart.in.d.l.si
qua pœna in fi.ꝙ si potestas habeat arbitrium puniendi de-
linquentem, & pro leui percussione in libris ducentis, eum
cŏdemnauerit, appellare potest, & iudex appellationis rem
ad cŏgruum modum reducet. & etiam per Dec.in.c.qui ad
nostram col.j. de appella. & ita practicatur & in causa appel
lationis à declaratione pœnarum prouinciarŭ vidimus, be-
ne processum & male appellatŭ. moderando tamen taxam
condemnationis ad talem summam, quæ sibi videtur con-
22 grua & honesta. ꝙ autem appellari posit, † in his quæ arbi-
trio iudicis committuntur, si malè arbitretur, clarissimi iu-
ris est, videte plenè Felyn. in.c.exceptionem, in tribus vlti-
mis col.de exceptionibus, & in.c.super istum colu.4.& 5.de
exceptionibus Dec. in.c.cum sit Romana colum.7.& in.c.
ad hæc colum. tertia, de appellat.

Omissis alijs notabilibus per Iaso.collectis quæ non ha-
bent difficultatem & infra in materia expedientur, antequă
23 ingrediamur glo. † volo diligenter notetis, quòd licet con-
tra nŏ recognoscentes superiorĕ de iure vel de facto, sum-
mus Pontifex tanquam superior à Deo constitutus in defe-
ctum adiri posit cap.licet ex suscepto.de fo.compe. & cap.
24 nouit de iudi.cum nota. tamen non potest id fieri, † vt exi-
gat pœnas fisco ecclesiæ applicădas, sed solummodo vt iu-
stitiam faciat, & ad obseruantiam partem cogat. vt per Bal.
nouellum in trac.de iure dotis fol.58.colum.ij.in sexto casu
quamuis Abbas per eum allega.in.c. & si necesse colu.ij. de
donat. inter virum & vxorem subsistat. & prætereà loqui-
tur de pœna imposita à lege, ideò nimirŭ si propter inobe-
dientiam & cŏtemptum fisco ecclesiæ applicatur per hunc
text. & l.multarum.C.de mo.mulct.

Sed pulchra, & vtilis erit inuestigatio vtrum episcopus,
25 † aut eius vicarius posint mulctare, & pœnam pecuniariam
imponere tam clericis quam laicis procedendo ac definien
do. in practica diuersimodè obseruatur, vt apparet in curia
Vercellensi & Med. ad opposita viam habentibus. in pun-
cto iuris dic vt per Romanŭ in singularibus. 448. incip. sed
posito fol.26.colum.j. Abba. in.c. ad aures de simonia in.c.
postulasti de iudæis in.c. licet de pœnis tradentem notabi-
26 lem distinctionem per illum tex. † pro criminibus verò ec-
clesiasticis etiam quòd non sit hæresis. potest episcopus in-
carcerare etiam laicos, vt per Dominicum & Philip. Fran.
in cap.cum episcopus de officio ordinarij in sexto quicquid
dixerit Ioan. Andreæ.

Pro declaratione glo.j. diuidendæ in quatuor particulas,
vt hic per Ias.de tribus inuestigandum est. primò qui dice-
rentur & essent duumuiri de quibus mentionem facit Vlp.
hic. secundò verŭ principium istius nostræ.l. cum exceptiua
non tamen duumuiris, vel taxatiua nŏ tantum legi debeat.
tertiò quis sit verus intellectus ad text. nostrum.

27 Redeundo ad primum terminus iste † duumuiri genera-
lis est ad omne officiŭ, cui duo viri præsunt, propterea erăt
duumuiri classici, duumuiri capitales, & duumuiri sacrorŭ,
& in ciuitatibus & municipijs duumuiri municipales vt hic
per Iaso.colum.ij. dicti quòd ad eum magistratum duo tan
tum deputarentur, sic triumuiri eo quòd tres, decemuiri eo
quòd decem, & somnium est quod dicunt gl.l.fin. in verbo
duumuiros. infra de iudi. & Ioan.de Plat.in.l. siquis ad ma-
gistratum.C.de decur.lib. 10. quòd duumuiri dicerentur eo
ꝙ duorum suffragio plebis.s.& populi crearĕtur, quia idem
esse deberet, diciq; de triumuiris, quatuoruiris, & decemui-
ris, melior est igitur declaratio prædicta. Nunquid autem
tex. noster de magis municip. aut de alijs duumuiris intelli-
gi debeat in sequentibus articulis enucleabitur.

28 Secundò videndum est † an in text. isto debeat esse exce
ptiua non tamen duumuiris, vel taxatiua non tantŭ, gl. Bart.
& communiter scrib. exceptiuam nŏ tamen, & non taxa-
tiuam legi posse ac debere volunt: id quod latius & apertius
29 ostendam in excussione sequentis articuli, † sed antequam
ad illum deueniam, quia Bart. hic sumpta occasione quædă
de taxatiuis tetigit ad cuius dicta solet quotidie recurrere.
duas principales ex dictis suis, colligo conclusiones. prima
erit quòd dictiones taxatiuæ seu exclusiuæ prout, tantum-
modo, solummodo, & duntaxat, appositæ orationi affirma
tiuæ, illud quod ponŭt affirmant. Cætera excludunt, exem-
pli gratia, si dicam Petrus tantŭ currit, affirmo Petrum cur-
rere, & neminem alium. probaturq; in.l.ob Aes.C.de præd.
mino. & in.l.ij.C.de patribus qui fil. distrax. cŭ alijs de qui-
bus per Dynum in.c.mandatŭ de reg.iur.in.6. hic per Bart.
licet lectura corrupta sit.2. quia id manifestè inserŭt verba.
ita vt maius clariusq; testimonium haberi non posit.l. non
aliter infra de leg.3.l. labeo.ǰ. de suppel. legata, & l.3.C. de
30 liberis præteritis, † & quamuis Bart. taxatiuas ab exclusiuis
non disiungit, diuersȩ tamen sunt speciei, & alius modus si-
gnificandi attributus est taxatiuis tantum, & duntaxat alius
exclusiuis vt solum, & solummodo, vt per Bald. in.l.j.C.de
testibus quă tamen subtilem, & verbalem differentiam le-
gistæ non curant dicit ibi Bald.

Limita predictam cŏclusionem secundŭ eundem Bart.
non procedere, quando resultaret contrarietas in.l. & licet
Iaso. dicat Bart. nihil allegare, tamen expressè citat superius
31 adducta, † notata in prædictis legibus, & vltra accumulata
per Ias. vide Dec.in.l.j.in duabus.j.col.C.de bo. pos. contra
tabulas in.l.j.colum.fin.infra de reg.iur. & in consi.271. qui
post Alex.id dicit procedere etiam quòd taxatiua gemina-
ta foret appositaque etiam fuisset clausula, & non aliter. fa-
cit regula cum expediat cum vulg. Secundò limita prædi-
ctam conclusionem, vt nunquă intelligantur exclusa simi-
32 lia † etiam in pœnalibus vt hic per Iaso. & Aquens. & eun-
dem Aquens.in.l.si.circa fi.supra titu.proximo. Barba.con-
si.35.colum.4.lib.4.& Fel. in.c.pastoralis col.j. de rescriptis.
Dec. tamen in.l.pen.supra de offi. eius in.d.l.j.de contra ta-
bulas & in.d.l.j.de regu.iur.in vlt. colum. tenet contrarium

nisi

nisi ratione cõnexitatis vel vbi similia includerẽtur per alia
iura quia tunc ne indicatur aliarũ legum correctio non ex-
cluduntur virtualiter similia alias secus vbi per eum. & Io.
Crot.in.l.si constante col.30.in.4.conclusione vbi Ias.colu.
15.versi.vlt.post Bar.ibidem.j.solu.matr.Ad.l.ob Aes cum
glos. responderi potest taxatiuam referri ad verbum causa
cognita: vt sit sensus ob Aes alienum tantum causa cognita
posse prædium minoris secundum quam declarationẽ nihil
faciet ille tex.prout intellexerunt mo.de rip.in.l.j.C.de reu.
do.in q.41.& mo.medio.lib.4.dispun.c.v.sed hoc decisum
erat in.l.minorum in.l.si prędium & in.l.fi.eiusdem tit.ideò
melior est responsio altera, ꝙ taxatiua nõ excludit casus si-
miles decisos aut decidẽdos per leges nos quęrimus de de-
cedendis ab homine.

In iudicando tamen non est à communi opinione rece-
dendum per alle.hic per Ias.& alios præal.& Dec. in consi.
285.vbi etiam tangit an excludatur persona heredis de qua
scripsi in.l.2.C.de pac.inter empt.& vend.

Tertio limitat Ias.& Aquens. vt non excludantur consueta
33 siue ea quæ venire solent de cõsuetudine, † vt per eos quod
multis alijs similibus confirmari posset de quibus per Aret.
in consi.15.col.fi.Soc.in l.cum quid col.4.j.si cert.pet.Fely.
in cap.j.colu.vj. de proba.& latius in proœ.decret.Iaso.in.l.
constante colu.16.j.solu. matr.& in.l.vt liberis.C.de colla-
tionibus.Dec.in.d.c.j.colu.14.in.c.significauit col.fi.de ap-
pel.in.c.cum M.vbi etiam alij cano.de const.

Limitari etiam potest prædicta conclusio alijs modis vt
hic per Ias.& Aquens.& Dec.in.d.consi.281.

34 Ex prædicta cõclusione infert Bart.† ad quæstionem de
teste dicentem ticium annis decem tantũ possedisse. vt per
taxatiuam illam tantum nihil probet. cum enim sit exclu-
siua omne aliud tempus & personas voluit excludere:& sic
deponit super negatiua non coarctata quę improbabilis est
iuribus hic per eum alleg.& cum Bar.transeunt communi-
ter scriben.vt hic per Alex.& Ias. limitãtes per dictum Bal.
in titu. si de feu.fue.contr.inter dom.& agnatos in.§.siquis
per triginta vbi vult ꝙ si testis deponat de negatiua & etiã
de affirmatiua contraria vt quia dicat se vidisse annis.30.ti-
cium nõ possidere sed Martinum,probat in omnibus.quia
quoties suppositis principijs cadẽtibus sub sensum testis se-
quitur quod non videtur,illud tñ inuisibile per sensum pro-
batur vt per eundem Alex.hic. Abba.in.capi.cum ecclesia
colum. vj. de causa possessionis & proprietatis & Felyn. in
cap.3.loco col.3.de probat.vbi reputat. notabilem decisio-
nem Bart.hic.Aquens.dicebat dictum Bal.non limitari sed
destruere conclusionem Barto.distinguendo duos casus vt
per eum,& in terminis quæstio.Bart. contrarium tenet per
dictum Bald.quia Barto. loquitur de teste deponente super
negatiua iuncta cũ affirmatiua cum asserat ticiũ possedisse.
ergo probat per prædicta.Curt.hic reprehendit simile Bar.
quia si testis diceret Titium decem annis tantum possedis-
se quia vidit sempronium alio tempore possidere proba-
ret ex quo tunc negatiua caderet in sensum, quo casu per-
inde est ac si deponeret super affirmatiua Bart.in.l.j.§.j.in-
fra de Itine.actuq; priuato Dec.in.c.quoniã contraria in gl.
35 1.de probat. † & in dubio verba testis vt hic in.4.col.scrib.
Ias.ita intelligenda sunt vt euitetur periurium & falsitas.vn
de cum testis dicat titium annis decem tantum possedisse
saluari debet vt dicere voluerit hoc esse quia vidit aliũ post.
10.annos possidere ad cap.cum ecclesia responde ꝙ ibi te-
stis deponebat super eo quod cadere non poterat in sensum
suum vt puta ꝙ electio ad alios non spectaret.

Sed non est à conclusione Bar.& communi receden.per
iura & rationes prædictas.nec obstat dictum Bald.præalle.
quia loquitur quando testis deponit super negatiua iuncta
cum affirmatiua & illa negatiua est coarctata tempore vt
quia testis dicit Titium iam annis.30.non possedisse talem
rem sed Martinum probat, quia negatiua illa coarctata est
ad tẽpus triginta annorum quibus dicit vidisse Martinum
possidere. sed Bart.loquitur quando negatiua non est coar-
ctata tempore quo casu testis est de falso suspectus & non
probat. dicendo enim Titium annis decem tantum posse-
disse, vult deponere ꝙ nullo alio tempore possederit, nec
aliam personam possedisse, quod continet meram negati-
uam nõ coarctatam, ideò nimirum si non probat.d.c.cum
ecclesia.& sic Barto.& Bald.in diuersis terminis loquuntur
nec per dictum Bal.limitatur decisio Bart. in alijs terminis
loquentis cum limitatio debeat esse de terminis regulę,nec
similiter destruitur dictum vnius per dictum alterius, quia
Bar.loquitur de tempore vltra decennium.12.de probando
negatiuum non coniunctam cum affirmatiua vt in termi-
nis Bald.de possessione enim decẽnali bene probat.sed vl-
tra non,ita voluit Bart. ibi quantum dici tantum nihil ope-
ratur & malè perceperunt mentem Bart. Aquens. & Iaso.
melius Alex.firmauit in eo quod dicit tantum nihil opera-
tur,nec probat.extra tempus decem annorum, bene ergo
de annis decem quum sit affirmatiua. non obstat motiuum
Cur. quia modo prædicto intelligẽdo saluatur testis vt eui-
tet periurium. non autem ad finem probandi vt per Abba.
in.d.c.cum ecclesia.c.6.& latius Felyn.in.c. cum tu de testi.
nimis.n.extraneum esset subintelligere ꝙ viderit alium eo
tẽpore possidere.propterea talis intellectus subauditus non
debet admitti ad hoc vt testis probet.secundum Felyn. su-
pra alle.nec procedit responsio dictorum mod.ad.d.c. cum
ecclesia.quia in sensum testis cadere poterat ꝙ deponebat;
videlicet electionem spectare ad canonicos tãtum & non
ad clericos.Nam clerici illi interfuisse potuerunt electioni,
quæ de pastore in ecclesia illa fiebat,& vidisse ꝙ clerici nũ-
quam cum canonicis elegerint vt ibi in.6.col. dicit Abbas.
& tamen non fit interpretatio ibi vt testis probat,ergo nec
in casu nostro. † accedat quia testis deponẽs super negatiua
debet etiam non interrogatus assignare rationem dicti sui
vt per Fely.in cap.tertio loco col.3. de probat. verba igitur
illa quia viderit alium possidere non præsumuntur nisi ex-
37 primantur. De mera negatiua, † & de negatiua prægnante
seu habente implicitam & annexam affirmatiuam latè scri
ben.in cap.quoniam contra de probat vbi inter mod.plenè
Paris.in.5.col.

Sed an testis super negatiua coarctata deponens possit
38 de falso puniri.† Ang.& Fulg.relati per Ias.in.4.colu. tene-
bant ꝙ sic,pręmonẽtes testes vt cauerent tanquam ab igne
ne super tali negatiua deponerent.oppo.tenent communi-
ter scriben. ꝙ non possit de falso puniri sed extraordinariè
ob temerariam assertionem, nisi probaretur contrariũ eius
quod testis super negatiua deponẽs asseruit vt hic per Aqu.
col.2.& Ias.4.Alexan.& Dec. in.l.ij.supra quod quisq; iuris
Dec.in consi.173.col.j.& Paris.loco præalle. & in terminis
quæstio.Bar. ꝙ testis non incurrerit falsum.nec de falso pu-
niri possit videtur clarissimi iuris esse,quia vt dixi testis pro
bat de possessione decennij, si incurruisset falsum id non
probaret. cũ falsus etiã in vno,censeatur falsus in omnibus:
& corruat tota eius dispositio: veluti indiuidua propter iu-
ramentum.l.penu.cum ibi not.C.transac. Nunquid autem,
39 † ad hoc vt testis probet continuationẽ dicti temporis de-
cennij addere debeat de annis continuis, mens Bar.& scri-
ben.videtur esse ꝙ non.dum volũt ꝙ probet possessionem
decennij de quo est doctrina Bar.& doct.in.l. Celsus in vlt.
col.ff. de vsucapi.

Secunda conclusio quæ colligitur ex dictis Bart. ꝙ vbi
dictiones taxatiuæ, seu exclusiuæ apponuntur orationi ne-
gatiuæ.positum affirmant.& aliud opposito magis dubita-
40 bili implicant,† vt hic per eum,quem sequuntur Pau.Alex.
in princ.commenti.& alij communiter.Aduerte tamẽ ad.l.
non solum infra de liberatione legata à Bart. citata quia id
bene probat, sed.i.oppo.dum dicit nõ solum posse relinqui
liberationem totius verum etiam partis cum nõ possit esse
magis dubium de parte quam de toto Curt. hic colu.2.re-
spondet vt per eum postremò concludentem non requiri
ꝙ prędictę dictiones implicent casum magis dubitabilem
sed satis esse ꝙ implicent casum ęquè dubitabilem per tex.
prædictæ.l.non solum. sed casus non videtur æquè dubita-
bilis, quia cui licet quod plus est, multo magis licet quod
minus

minus est.l.non debet cui.ÿ.de re.iur.&.c.cui licet eod.titu.
41 lib.6.† propterà ad illum tex.respondeo ꝙ non inconuenit
dictionem illam non solum exclusiuam aliquando impli-
care casum minus dubitabilem,& explicare magis dubita-
bilem.vt dicimus de implicatiua etiam,cuius natura est im
plicare casum minus dubitabilem & explicare magis dubi-
tabilem vt per scrib. ih.le.j.supra de iu.om.iud. & sic oppo.
eius quod taxatiua facit iuxta declarationem Bar.hic.& ta-
men aliquando implicat casum magis dubitabilem.l.j.§.si
filio.ff.ad Treb. vbi per Parpaleam & alij notant in.le.j.de
iu.om.iud.
42 Tertius articulus difficillimus,†quis sit verus intellectus
tex.nostri hic in prin.glo.Bart.Alex.Ias.Aquen. & alij plu-
rimum super hoc laborant vt ordinatim procedamus pri-
mus intellectus fuit quorundam antiquorum , quos refert
hic accur.ꝙ non solum duumuiri sed omnes alij magistra-
tus pro modo iurisdictionis suæ mulctare possunt , secun-
dum quem intellectum legi debet hic text.cũ taxatiua non
tantum,sequitur Angel.consi.98.col.j.in nouis , sed glo.re-
cedit ab istò intellectu & Bar.Bal.Pau.Alexan.omnes in.j.
col.enim improbant rationibus palpabilibus vt Bar.probat
Cur.hic sequendo alium intellectum Angel. ꝙ posit stare
hic taxatiua intelligit,ꝙ hi duumuiri essent maximi magi-
stratus & hoc modo iurisconsultus implicaret casum ma-
gis dubitabilem,& sic non esset incongrua locutio vt dice-
bat Bart.sed quum sit falsum duumuiros fuisse vel esse ma-
ximos magistratus vt hic per Iaso.col.ij.versi.2.est intelle-
ctus clareq; probatur tam per historias Fenestellę. T.Liuij.
& aliorum , quã per iura nostra vt in.l.4.in.§.duas de dam.
infect.&.l. fina.C.de iud. falsus erit dictus intellectus & illi
minimè assentiendum . cui etiam obstat ratio Bart. ꝙ non
conueniat.le. nostræ cum non posit aliud implicari ex quo
præcesit oratio vniuersalis. Nituntur etiam præfati Mod.
aliter substinere intellectum Ang. volentis hic debere legi
taxatiuam concesso,ꝙ duumuiri sint magistratus municip.
& infimi,vt voluerit Vlp.dicere , ꝙ non tantum magistra-
tus municip. in mulctando debent seruare suæ iurisdictio-
nis modum & metam, verum etiam maiores & casus im-
plicitus erit saltem æque dubitabilis,quod non potest pro-
cedere,cum clarisimum sit & indubitatum nullum magi-
stratum siue magnum siue paruũ debere siue posse in mul-
ctando metam sibi pręfixam excedere.l.2. infra tit. 2.l.an-
tepen. insra de verbo. signifi.l.eos.C.de modo mulctarum
&.l.certa.C.quando prouocare non est necesse.Item refra-
gatur manifestè argumentatio Barto. à natura implicatiuæ
quæ à proposito aliud implicare debet quod hic facere non
posset cũ vniuersalis oratio omnia cõprehendens iam,prę-
missa fuerit,reijciendus igitur pęnitus primus intellectus &
concludendum non posse stare taxatiuam tantum in hoc
tex.& similiter secundus vt supra declaratur.
43 Tertius fuit intelle.Azonis in sensu contrarius,† per glo.
hic relatus, ꝙ in hoc tex.esse debeat exceptiua non tamen,
volueritque Vlpian. dicere ꝙ omnes magistratus exceptis
duumuiris & municipalibus mulctare posint,quem intell.
Alb.de Ros.communem dicit & illum sequuntur hic Fulg.
Pau.Ias.col.v.Aquens.2.&.3.dicentes legibus optimè con-
uenire & maximè quadrat huic prin.l.nostræ facit.l.3.in.§.
siquis ad pedaneum.infra nequis eum qui.vbi contemnens
pedaneum & infimum iudicem eximendo in ius ab eo vo
catum,pœna illius edicti non plectitur.hinc est ꝙ Castella-
ni de iure non possunt mulctare.licet de consuetudine aliud
sit Guido Papæ in quæstio.626.cum alijs supra alle. verum
quum secundum communem scriben. sententiam magi-
stratus municipales, & sic etiam Castellani leuibus mulctis
posint mulctare. & si in via disputatiua cõtraria opinio su-
stineri posit prædicto intellectui non est adherendũ vt hic
per Alexan.col.2.& alios Mod.
44 Sed operæpretium erit inquirere , † quomodo probetur
communis sententia , ꝙ magistratus municipales & infimi
leues mulctas infligere posint, pro qua opinione in primò
stringit secundum Alex.l.2.ad fin.infra de iud. vbi ordina-
riam iurisdictionẽ publicè habentibus conceditur ius mul-
ctandi,sed municipales tales sunt.l.j.§.huius studij cum gl.
supra de iust.& iur.ergo , &c.Ad illum text.duobus modis
nititur respondere Iaso.hic colu.8.secundum vnum intell.
glo.ibi super verbo publicè , id est , de publico crimine in-
telligentis, sed ab illa expositione recedunt glo. & scriben.
& bene cum etranea sit vt impertinens violentiaq; mani-
festè.& confunditur per text.in.d.l.aliud in fine. vbi dicitur
cui ad iudicatio data est,&c.absq; verbo publicè.alia respon
sio,Ias.minus valet quia municip.ex quo publicè tanquam
publicam personam , gerentes adiri poterãt,nihil repugnat
quin publici magistratus dici posint.facit text.le.ea quæ in
princ.infra ad municip.& in.§.interim in aucto.de defens.
ciuit.Secundò pro communi facit , quia mulctare actionis
iure exercetur vt per Bart.infra in quæstionibus , ergo est
de simplici iurisdictione.iuxta tex. cum ibi not.C.de peda.
iudi.in.l.placet.& notata in.l.Imperium in materia iurisdi-
ctionis simplicis supra tit. 2. & sic competit iure magistra-
tus.l.j.versic.quæ verò supra de offic.eius.Barto.in.d.l.Im-
perium in vlti.gradu meri Imperij, tenet oppo.ꝙ mulcta-
re videlicet sit de mero Imperio . inferioris tamen gradus,
ideò cõpetat omnibus magistratibus & sequuntur ibi com
muniter scriben.
Tenendo contrariam opinionem negari potest dispu-
tando de minimo Imperio esse ius mulctandi , imò est de
maiori Imperio cum prætoribus,præsidibus, & maioribus
magistratibus id concessum legatur vt dicebat Azo, quem
sequitur Bat.hic in fin.j.col.de quo latius infra dicam. Ter-
tiò pro communi opinione facit tex.in.d.l.aliud est fraus ad
fin.infra de verb.signi. ibi mulctam is dicere potest cui ad-
iudicatio data est.municipes tales sunt,ergo,&c. Quod cla-
rius ostendit iurisconsultus ibi in sequentibus subiungens
magistratus solos & præsides prouinciarũ mulctare posse.
quamuis enim appellatione præsidis maiores magistratus
veniant:appellatione tamen magistratus etiã minores con-
tinentur . versic.quæ verò iure magistratus cum glos. infra
alle.& per consequens etiã infimũ posse mulctare dicit.sed
ille tex.prout etiam voluit hic Ias.colum.vj.contrariũ pro-
bare videtur , quia si sub verbo magistratus iurisconsultus
intellexisset de omnibus magistratibus , frigidè postea &
ineptè de præsidibus prouinciarum subiũxisset.nam cui du
bium id posse præsides?si infimis id foret concessum.vide-
tur ergo probare ille text. ꝙ maiores magistratus vt pręsi-
des & alij maiores quibus à iure hoc concessum est , mul-
ctare posint per quem quidẽ tex. declarari poterit tex.d.l.
ij.ad fina. infra de iud. quæ est similiter creatura Vlp.prout
lex.prædicta,aliud est fraus.& de maioribus magistratibus
intelligatur.quæ quidem declaratio suadetur ex tex. nostro
in versi.tamen duumuiris qui clarè loqui videtur, negando
ius mulctandi hisce infimis magistratibus cõpetere, & per
hunc tex.accommodari posse respon.disputando ad omnia
quæ in oppositum adduci possent.
45 Quarto loco Bart.†col.j.Alex.&.2.alij complures quos
quinta colu. Ias. refert intelligunt hanc.l.de duumuiris non
habentibus iurisdictionem vt per eos.ꝙ duumuiri mulcta-
re non possunt vt probat etiam tex.in.l.ij.in fi.infra de iud.
& in.d.le.aliud ad finẽ.ibi adiudicatio data est , sed ad hunc
text. intellectus iste procedere non potest vt hic per Iaso.
Aquens. & Lance. Dec. nam erat dubium an magistratus
eorum iurisdictionem per impositionem mulctæ defen-
dere possent , ergo de illis qui iurisdictioni præsunt loqui-
tur , si enim sine iurisdictione essent,superuacua fuisset du-
bitatio de defendenda iurisdictione eorum pœnali iudicio:
ex quo apparet futilem fuisse ponderationem Iaso. vo-
lẽtis posse exceptionem de duumuiris factam defendi per
relationem ad magistratus accipiendo vocabulum gene-
raliter , quid enim facit hoc ad defensionem iurisdictionis
qua carent .
Ex quo tamen intellectu notãter colligitur ꝙ hi qui non
habent iurisdictionem , licet habeãt administrationem vel
46 gubernationę Resp.ac negotiorum publicorũ , † mulctare

non possunt, quum id à iurisdictione dependeat. ex quo in-
ferri potest ad not. quæstiones vt hic per Alexan. colu. pen.
Ias. 5. & Aquen. fi. plures remissiones tradentes. & vltra de
articu. principalis quæstio pœnæ adijciendæ in statutis. vi-
de Seuer. in. l. omnes pop. colu. 4. vbi Crot. 5. & Iaso. 7. & 8.
pluribus modis limitant supra de iust. & iu. hinc etiam ait Ia
cobi. de. S. Georg. in tract. feud. in verbo cum mero colu. 2.
quod licet vniuersitates carētes iurisdictione non posint sta-
tutis suis pœnam apponere cum id à iurisdictione depen-
deat, tamen inuestitus de Cast. cum iurisdictione pro defen
sione iurisdictionis suæ, statutis eius pœnam apponere po-
test. vt ibi per eum.
47 Et per easdem rationes, † non procedit ad hunc tex. alius
intellectus quinto loco ad hunc tex. datus per Moder. me-
diol. libro. 3. dispun. 3. c. 5. colu. qui in effectu non differt ab
intellectu Alex. & aliorum de quibus supra. Quòd Vlp. hic
nō loquatur de magistratibus municipalibus, sed de duum-
uiris, qui in ordine decurionum duo erant. qui carcerum cu
ram habebant, qui publica locabant, qui Reip. negocia ge-
rebant. Cæterum qui ius mulctandi non habebant. vnde
malè argomentantur doct. qui magistratibus municipali-
bus existimant mulctā indicere non licere, vt ibi latius per
eos, sed licet verum sit quod ad duumuiratum decuriones mu
nicipij tātum vt ad alios honores eligerentur. l. honores. §.
is qui. ff. de decurionibus glo. & doct. in. l. si ad magistratum.
C. de decur. lib. 10. tantum duumuiri communiter in iure
nostro capiuntur pro magistr. municip. l. 4. §. duas. ff. de da-
no infecto. vbi text. clarus. qui primò magistratus munici-
pales nominauit, inde variato vocabulo duumuiros nuncu-
pat. prætereà vt dixi supra contra Alexan. vana esset dubi-
tatio. de defensione iurisdictionis per iudiciū pęnale duum-
uirorum, si iurisdictionem ipsam non haberent; cum non
48 entis nullæ sint qualitates iuribus vulgaribus. † Sextus in-
tellectus fuit Gofredi. quem refert Iaso. hic colu. v. versi.
3. fuit intellect. quod iste text. loquatur de duobus viris. qui
mulctare non possunt vt sunt Cæsaris & fisci procuratores
le. 2. C. de modo mulctarum.
Sed hic tex. non loquitur de duobus viris sed duumuiris
& de magistratu illo cui duo viri præerant. prædicti autem
procuratores fisci & Cęsaris nō erant, nec dicebantur duū-
uiri. prætereà cur magis de duobus quā de tribus quatuorue
dixisset vt de curatore Reip. & delegato qui mulctare non
possunt. l. 4. C. de modo mulc. d. l. ij. in fin. infra de iudi. cum
alijs infra adducendis.
49 Septimus & vltimus, † fuit intell. glos. hic in fi. quod duum-
uiri capiantur hic pro magistratibus municipalibus, sitque
sensus istius text. quod omnes magistratus possunt mulctare.
sed magni magnis mulctis, municipales vero & infimi non
sed paruis tantum, qui intellectus prout attestantur Alexan.
Ias. Aquens. & alij communiter approbatur. sed vt ipsi pro-
bant destruit literam istam, ponit enim Vlp. hic primò ge-
neralem regulam quod omnes magistratus possunt mulctare
secundum ius potestatis suæ exceptis duumuiris qui mul-
ctare non potuerunt, alias superfluerent dicta verba exce-
ptiua. quia satis fuisset dicere cōcessum omnibus magistra-
tibus pro modo suæ iurisdictionis posse mulctare, qui ser-
mo importasset quod habentes magnam iurisdictionem. ma-
gnas mulctas imponere possunt, habentes vero simplicem,
leues & paruas, quum nec syllaba debeat in iure superflue-
re. §. quibus in. j. consti. C. l. j. in prin. cum glos. j. quod met.
causa. cum accumulatis per Barb. in consi. 44. col. 4. vol. 2. &
sic ad hunc tex. videtur malè conuenire intel. iste.
50 Proptereà, † retenta communi litera, non tamen & reco
ptiore sententia, quod duumuiri & magistratibus municipales
leuibus mulctis posśint contumaces afficere & punire. Iste
tex. noster aliter declarandus venit, nam iurisconsultus hic
dixit omnibus magistratibus cōcessum esse per impositio-
nem mulctæ iurisdict. suam defendere, secundum ius suæ
potestatis. i. iuxta mentem & modum sui Imperij, non ta-
men duumuiris, qui licet etiam habeant iurisdictionem, at-
tamen non mulctabunt. secundum ius potestatis. & sic ma-
gnis mulctis prout possunt facere habētes potestatem qua
ipsi carent, ita quod verbum potestatis ad maius Imperium &
superiores magistratus refertur, prout voluerunt glos. Bart.
& alij communiter. & videtur cōgruere literæ nostræ, nam
ex quo dixerat primo Vlp. omnibus magistratibus licere.
mulctare pro modo suę potestatis. videbatur id etiā duum-
uiris permissum esse. quum magistratus sint & iurisdictio-
ne suffulti. l. si ad magistratum. C. de decur. lib. 10. cum. §.
duos. supra alleg. sed quia potestatis appellatio in maioribus
magistratibus locum propriè habet, non in minoribus. l. po
testatis verbo. infra de verb. signifi. & sic non in duumuiris
nec municipalibus, qui licet inter magistratus cōnumeren-
tur tamen sunt sine Imperio & potestate. l. nec magistrati-
bus in fin. j. de iniur. ideò eos Vlp. excipit. ex quo Imperio
potestateq; carent, nec possunt magnis mulctis vt habētes
Imperium mulctare. Pro modo autem suæ iurisdictionis.
etiam ipsi duumuiri & municipales mulctare poterunt, vt
probatur concludenter in. l. ij. ad fi. infra de iud. vt supra dixi
& in. l. aliud ad fi. supra aleg. ac in. l. 2. infra tit. 2. & per ratio-
nem legis cui iurisdictio supra de iur. om. iud. quicquid di-
cant hic Ias. & Aquensi. nec obstat quod in superioribus dice-
batur ad. d. l. aliud in fi. quia respondeo nō esse incōueniens
quod post genus ex primatur species vt apparet in rubr. C. de
seruit. & aqua vbi gl. notat ad. l. defensori nihil. C. de defen.
51 ciuit. † super qua Azo. Bar. & præalleg. fundamentū faciunt
in illis verbis nullas imponant mulctas, ergo defensores sic
infimi magistratus nullo modo mulctabunt. Alexan. hic ad
fin. ij. col. vno modo respondet vt per eum. prout etiam fa-
ciunt alij in effectu quod de indebitis mulctis & grauioribus
loquatur vt ex precedentibus colligi potest. vt per rationem
ibi assignatam. quod ideò defensores mulctare & alia de qui-
bus ibi facere non possunt, quia nomen suum amitterent,
nec difensores sed destructores dici possent. quæ ratione
insinuatur nobis tex. loqui quando illicitas mulctas impo-
nere vellent quum ratio tex. non conueniat. vbi licitas & le
gitimas vellet imponere, tunc. n. defensorum nomen bene
conseruarent. itē cum præcedentia declarentur persequen-
tia. vulg. le. si seruus plurium. j. de legatis. j. & tex. d. l. defen-
sores, in sequetibus loquatur de seuerioribus quæstionibus;
colligitur quod etiam in præcedentibus de magnis & seuerio-
ribus mulctis locutus fuit, & exceptio prædicta de duum-
uiris eleganter, recteq; procedit, habita consideratione ad
genus magistratuum vt hic per Ias. in quinta col. sufficitq;
exceptionem esse de regula secūdum quid. l. nummis cum
nota ibi per Iaso. j. de in lit. iur. & per consequens conside-
rato genere magistratuum exceptio de duumuiris non est
inepta. Item non obstat. §. si quis ad pedaneum de. iij. j. ne
52 quis eum qui, † vbi eximens vocatum ad pedaneum iudi-
cem ob vilitatem illius in pœnam edicti prædicti non in-
cidit, ergo nec in mulctā hanc debet posse cadere contem-
nens Infimum magistratum, quia vltra responsionem Bart.
& Alexan. ibi restrictiuam illius text. secundum Iaso. ibi &
hic Responde tu quòd hic de mulcta, ibi de pœna valde se-
uera vt eximens puniatur quanti actor in litem iurauerit.
etiam si calumniosam litem ageret. §. in eum. l. pen. illo eod.
titu. quod est mirabile secundum Pau. Cast. ibi vt pro mo-
dico excessu tam graui pœna puniatur eximens, ideò nimi-
rum si noluit lex. contemnentem pedaneum iudicem in tan-
tam incidere pœnam, quę ratio cassat in impositione mul-
ctæ, quæ pro modo iurisdictionis imponitur, vt dictum est
de quo quidem tex. §. in eum videnda etiam sunt quę scri-
53 bit Alexan. in consi. 5. col. 2. lib. 2. † approbataq; est præ-
dicta communis opinio de infimis magistratibus qui mul-
ctare possunt, à consuetudine quæ est optima legum inter-
pres lege si de interpretatione supra de. ll. & per consequens
quod in text. nostro de duumuiris dicitur non procederet
de consuetudine, secundum quam etiam ipsi non seruata
taxa iuris mulctant secundum tamen modum consuetum
vt in superiobus dixi
1 Glos. super verbo pœnali, diuiditur in duas partes in pri-
mo timore contrarij exponit pœnali, id est, mulctati in se-
cunda

cunda quæ est ibi & dic, remittit se de differentiis existen-
54 bus inter mulctam & pœnam. † videbatur.n.malè in hoc
tex.dici pœnali iudicio, cum non tractetur hic de pęna, sed
de mulcta quę longè differunt, ideò gl.exposuit.i.mulctati,
& quicquid dicat Ful.expositio est necessaria propter dicta
verba secundũ ius suæ potestatis.pęna.n.non est in arbitrio
& potestate iudicis: sed certa & determinata lege.l.aliud est
fraus in fin.& l.siqua pœna.ÿ.de verb.signifi.mulcta autem
incerta est & in arbitrio iudicis secundum tamen modum
iurisdictionis suę limitata, iuribus supra alleg.nec obstat.§.
audient in auct.de defens. ciuit. vbi secundum ius potesta-
tis etiam pœnas imponi debere dicitur. &.l.magistratibus
supra de iu.om. iud.non.n.ibi dicitur ꝙ immutentur pœnę
quæ certę sunt, licet diuersæ sit potestates & maiores ma-
gistratus possint grauiores pœnas quam minores impone-
re, mulctę verò ex arbitrio iudicis pẽdent & ex impositio-
ne variantur quamuis taxam à.le.præfixam transgredi non
liceat. Alias differẽtias inter pœnã & mulctam ponunt.tex.
& glo.in.d.l.aliud.& in.d.l.siqua. vbi Moder.Practicus Pa-
pien.in vlt.fol.suæ practicæ.Io.de Plat. in.l.2.C.de vsur. fi-
scal.lib.10.octo differẽtias enumerans de quibus etiam per
Fely.in cap.qualiter & quando el.j.col.20.in.6.limit.de ac-
cusationibus & Lanc.Dec.in.d.l.2.ÿ.ad fi.de iud.

Gl.in verbo iudicio diuiditur in tres partes in.j. declarat
tex.in.2.quæ est ibi quæ petetur.ponit cui applicetur com-
pendium mulctæ in.3.quę est ibi & actione, ponit quo iure
imponatur mulcta, conclusiones gl.examinabimus in quę-
55 stionib.Bar.† interim not.declarationem Alexan. quæ sint
pœnæ paruæ & leues mulctæ de quo videte etiam Barb.in
cap.de causis col.2.de offi.delegat.l eundem Alex.consi.35.
col.2.lib.2.concludentem arbitrarias esse, dummodo duas
vncias auri non excedant iuxta taxã.d.l.eos. Aquensi.hic de
duobus aureis intelligebat, quia lex eos.de maioribus ma-
gistratibus loquitur. sed non est receden. à dictis Alex. qui
vult magistratus municipales posse imponere dictas mul-
ctas, modo nõ ascendant ad duas vncias auri, quę taxa ma-
ioribus magistratibus permissa est, nec dicit Alexan. prout
refert Aquen.ꝙ mulctas arbitrarias possint imponere dum
non excedant duas vncias auri, imò vult mulctam sum-
mamque duarum vnciarum auri ab illis infligi non posse,
dummodo non ascendant ad duas vncias auri sed vt ipse
Alexan. ibi ait. & in superioribus dix. ista sunt pauci mo-
menti quia de consuetudine non seruatur prædicta taxa iu-
ris circa impositiones mulctarum, cum magistratus pro li-
bito & voluntate sua secundum diuersas locorum consue-
tudines vt.s.dictum est mulctent, & hic in penul. col. ponit
etiam Alex.& Fely.in cap.de causis col.j.de offi.del.
56 Extra glo.Bart.formauit nouem quęstiones,† prima est
an delegatus mulctare possit, & concludit quod nõ, appro-
batamq; communiter per scrib. vt hic per Alexan.col.v.Ias.
pen.& Aquens.fin.Pau.de Cast.in.§.vlt.l.2. infra de iud.&
Fely.in cap.de causis col.vlt.vbi Dec. antepe.de offi.deleg.
quæ conclusio probatur primò ex fine.d.le.2.& per.l.aliud
supra allega. vbi soli magistratus habentes ordinariam iu-
risdictionem mulctare possunt. & arguẽdo à speciali per.l.
2.C.de spor. ratio conclusionis est quia delegatus vilis & pe
daneus iudex reputatur, ideò lex non tantũ curauit de con-
temptu illius, quantum de contemptu iudicis ordinarij.l.3.
§.siquis ad pedaneum.ÿ. nequis eũ qui. vel quia iurisdictio
ordinaria fauorabilis est, delegata verò odiosa.cap.1.de re-
scrip.lib.6.ratio, nimirum si delegatus non mulctat vt per
Rimi.in rub.de offi.eius col.3.nec obstat ꝙ delagantis vice
delegatus fungatur.l.j.§.fi.cum.l.& si prætor supra ad offi.
eius vnde ex persona delegãtis debet posse mulctare vt di-
cebat hic Curt. quia id cessat cũ eis specialiter.l.denegatum
sit patet per supra scripta.

Ex prædictis ꝙ ius mulctandi prohibitum sit delegatis,
infertur ꝙ hi quibus data est potestas statuendi, non pote-
runt adijcere pœnam, nisi id specialiter eis fuisset cõcessum
57 † limitando tamen vt hic per Alex.colu.8.de quo videnda
sunt allegata hic per eum.& per Soz.col.51.& Aquens.vlt.

inferri etiam posset ex prædictis ad aliam not.quęstionem
vt per Pau.Cast.in.§.fi.l.secundæ.
58 Prędicta conclusio limitatur pluribus modis, † vt hic per
Alex.& Soz.Fely.& Dec.in.d.capit.de causis in locis supra
alleg.& Lancel.Dec.in.d.§.fin.vbi tamen tenet delegatum
principis de iure ciuili regulariter non posse mulctare. per.
d.l.ij.C.de sport.arguendo à speciali, quamuis de iure cano.
secus sit. sed Alex.hic & Cano.in.d.c.de causis opposi.tenẽt
ꝙ delegatus principis possit indistinctè mulctare, cum in
causa delegata maior sit quocunq; ordinario, licet tantam
mulctam quantam ordinarius imponere nequeat. sed de-
beat seruare taxam.d.l.ij.de spor.& etiam cõcludunt Alex.
& Rim.in rub.de offi.eius in.2.&.3.col.& Fely.in cap.sane
el.2.colu.j.de offic.deleg.quod etiam de iure cano. procedit
quicquid dicat Dec.in cap.de causis col.antepen.secundum
portugal.in repet.l.Imperium colu.66.supra de iu. om. iud.
sed malè respondent arg.Decij.ideò dicas ꝙ licet in mate-
ria delegationis sint aliquæ differentiæ inter ius cano.& ci-
uile, tamen in proposito nostro quoad impositionem mul-
ctæ non reperitur constituta differentia, ergo à iure ciuili
clarè hoc determinante non est recedendum capit.1. &.2.
cum not.de oper. nunc. & si consuetudo vt supra dixi hoc
immutauerit, dicebat etiam Dec. sequendo Abba.in.d.ca.
de causis colu.viij. ꝙ delegatus inferioris à Principe de iure
cano. potest leciter mulctare per tex.in ca.ex literis.de offi.
delegat.ibi elusoria alias esset iurisdictio. quem tex.prius ibi
allegauit Fely.in vlt.col.sed responderi potest, vel ꝙ loqui-
tur in delegato summi Pontificis, vel vbi delega. aliter eius
iurisdictionem exercere non posset, quo casu concedunt
communiter scribẽ.etiam deleg. mulctare posse vt hic per
Alex.in.5.limi.Fely.loco præall.vt in vlt.col.& etiam Por-
tugal.supra alleg. & sic non esset tunc spiritualitas aliqua de
iure cano.cum etiam de iure ciuili idem tunc sit. potest ta-
men delegatus iurisdictionem suam exercere contra quos-
cunq; illam turbantes, aut impedientes vt hic per Alexan.
col.fin.& latius Dec.in cap.1.in vltimo nota. & in glo.fina.
de offic. delega. limitatur etiam prædicta cõclusio quando
delegans vices suas commisser, quia poterit tunc delegatus
mulctare Inno.in.c.super quęstionum in glo. vices suas de
offic.delega.quod probatur in.§.fi.d.l.iij.de iud.vbi Lancel.
Dec.notat.facit quod hic in.4.col.Alex. scribit, cui tamen
limi.refragari videbatur tex.in.d.cap.sanè vbi deleg. vt tex.
dicit gerit vices delegantis prout etiam dicitur in.d.le. & si
prætor, ergo expressio eius quod inest nihil debet operari.
le.iij.cum ibi not.infra de lega.j.sed solutio facilis est.
59 Secunda quęstio est de arbitro, an possit mulctare,† Bar.
se remittit, doct.cõmuniter concludunt ꝙ non nisi id con-
cessum sibi specialiter fuerit per.l.nõ ex omnibus cum glo.
infra de arbit.& l.quid tamen in fi.illo eo.tit.& hic per Alb.
& Ias.col.v.&.vj.& per Alex.in apostil.ad Barto.in.d.l.non
ex omnibus. sed cum mulctandi facultas vt vult hæc lex.
necnon.l.aliud est fraus & l.iij.in §.fin.supra allega.& com-
muniter scriben. dependeat à iurisdictione quam priuato-
rum consensus dare non potest.l.priuatorum.C.de iur.om.
iud.videtur ꝙ quamuis in cõpromisso facultas mulctan-
di data fuerit arbiter non debeat posse mulctare &.l.nõ ex
omnibus. cum.l.quid tamen. loquuntur in pœna parti ap-
plicanda. mulcta autẽ fisco applicatur.l.v.C.de modo mulc.
de quo nihil ad partes, imò conuentio ipsarum partium de
stando sententiæ arbitri sub pœna fisco applicata non sub-
sisteret. lege arbiter intra certum infra de arbitr. nisi nota-
60 tio stipulante pœnam,† pro fisco promissio facta fuisset se-
cundum Moder.hic per not.per Bart. in dicta lege arbiter
certo die. Non est tamen receden. à communi quia licet vir
tute iurisdictionis quam arbiter non habet, id facere non
61 possit,† valebit tamen dispositio partium in vim conuen-
tionis propter consensum partium.arg.tex.cum glo. in.l.2.
C.communia vtriusq; iudicij, cum pluribus quæ per illum
tex.& gl.congerunt.Bal.consi.11.col.vlt.Rom. consi.175.
Sozin.consi.40.lib.1.&.87.col.v.lib.3.Corn. in consi.125.
lib.2.Fely.in.c.significasti col.3.de for.comp.Ias.in cõsi.98
col.fin.

col.fin.lib.1. Brun.in tract.de for.char.28.in.ij.colu.Dec.in ca.examinata de confir.vti.vel inut. in consi.22.col. fi.475. col.pen.& 488.col.pen. & fi. vbi limitat non erit ergo propriè limit.vt in simili dicit Pau.de Cast.in.l.ij.ad fina. commenti.infra de iud.& lex.j.j'.de arbitris volens ꝙ arbitria redacta sint ad instar iuditiorum, procedit in modo procedendi.non autem respectu iurisdictionis quam priuatorum cósensus dare non potest.d.l.priuatorum not.Ange.in.d.l.j. & in consi.119.testator.

appel. Ange.in conſi.9.col.ij.in nouis & Dec.in conſi.34.ſi
tamen pro ficta cõtumacia iudex indiceret mulctã, & mul
ctatus non appellaret actus ſubſiſteret vt per Alex. & Iaſo.
infra in.§.fin. in pen. col. In quarto adiacenti ꝙ requiratur
mulctam fuiſſe comminatam ſecundum Pau.Caſt. & Iaſo.
Alex.tamen Soz.& Aquen. hic bonis rationibus reprobãt.
& Aquen.tamen ſaluat ſeu limitat pulchrè vt per ipſum.
Circa quintum requiſitum Pau.de Caſt.Iaſ.latè vagatur,
& in fine cogitandum relinquit. Alex.Aq.& alij communi
ter reprobant vt per eos & ad rationem quã faciebat in op-
po.Iaſ.reſpond. ꝙ ſi neutrũ ex enumeratis per præfatos in-
teruenit vt quia nõ ſit impeditus proceſſus, nec pars dam-
nificata mulcta imponi nõ poteſt exẽplificando vt per eos.
Sed ſi aduerſarij interſit etiã poſt litem conte. vt in caſibus
hic poſitis per Cur.ſecus erit, imò licet partis non interſit, ſi
iudex perpendat vocatum nõ curare præceptum iudicis in
cõtemptum ſuum. mulctare eum poterit vt per Alex. infra
circa finem commenti. Sozi.& Aq.in.ij.col. & Iaſ. infra in
§.fi.col.j.& de proceſſu ac intereſſe partis non curabit prę-
tor, ſed de contemptu ſuo, propter quem procedat ad impo
ſitionem mulctæ, & ſimiliter quando videret partẽ calum-
nioſè agere, puta ſimulãdo velle ꝓbare, vt hic per Soz.in.ij.
col. cũ multis alijs quę adduxi in rub. ſupra eo. nec videba-
tur procedere, quod poſt dominos de Rota dicit hic Alex.
ꝙ ad inſtantiam partis non poſsit iudex mulctare, quando
ipſius partis nõ interfuit, quia retenta communi cõcluſione
ſcribentium, ꝙ ad mulctã fiſco applicandam cõpetat actio
in factum, vel actio popularis, quare inſtãte parte pro fiſco
ac ad vtilitatem fiſci nõ poterit, ac debebit iudex mulctare,
& contemptã cuius iuriſdictionem vindicare, vel etiã quan
do pro hoc pars imploraret officiũ iudicis iuxta notata per
Bar.& doc.in.l.j.ſupra tit.2.imò ſemper poſſumus dicere in
hoc verſari intereſſe partis vt magiſtratui obtẽperetur, quo
ſalua ſit prætoris dignitas ac authoritas publica. Item requi
ritur ꝙ iudex nõ exceſſerit taxam legitimã mulctæ, vt dixi
in princ. legis, licet hoc de conſuet. vt ibi dixi non ſeruetur.
Poſtremò adde ꝙ contumax nõ poteſt per iudicẽ mul-
ctari, niſi de cõtumacia prius ei liqueat, vt poſt Bar. dixi ſu-
pra in princ.legis in quæſtio. an requiratur nouus proceſſus
ad imponendum mulctam, & tradit etiam Deci. in.c.quo-
niam contra colum.11.verſic.iij. ſecundum Abba. de pro-
ba. Et ſic omnibus bene conſideratis ſufficit ad imponen-
dum mulctam quòd iudici conſtet de contum.
Glo.magna diuiditur in ſex partes vt hic per Iaſo.In pri-
mis diſcutiemus & examinabimus omnes intel.glo.& ſcri-
bentium ad tex.noſtrum. ſecundò ſequendo veſtigia Bald.
Ang.Alex.Iaſo. & aliorum declarabimus quædã dicta quæ
poſuit gl.noſtra. tertio loco quęſtiones Bar.Primus intel.gl.
fuit ſecundũ quem extremũ capitur, pro minimo viliſsimo
10 vel infimo, † & ſic quia vocatus nõ venit in ius, & ꝙ in iur.
viliſsimũ & minimũ eſt non ſecit mulctari poteſt. Et idem
ſi fuerit contumax, & inobediens in fi. Hunc primũ intel.
ſequũtur Bart.Bal.Ang.Alex.Iaſ.Aq.Cur.& ſic cõmuniter
doc.ſecundũ Aq. quum.n.concludat omnem inobedientiã
& in quacunq; parte iudicij cõmiſſam puniri bona eſt lect.
ſecundũ Bar.& pręfatos de quibus miror, quia arg.cõcludit
in barrocho.ſequitur.n.lecturã in ſe bonã eſſe.ſed non con-
cludit ꝙ intel.bonus ſit ad hunc tex.& ꝙ verbis ipſius qua-
11 dret & conueniat. Et ſecundum Bal.& Alb.† cit.dicitur te-
nere viliſsimum, & minimum gradũ in iur. quia ad eam de
uenitur ſine cauſæ cognitione: & tamen eam contemnens
punitur, ergo multo magis contemnens ea quæ ſunt maio-
ra, vel aliter poſſet declarari vt hic per Aquen. colum.j.
Sed contra hunc intel.plura deducunt Curt.hic & Mod.
Med. in.2. parad.c.15.quorũ motiuis reſpõ.poſſet ex dictis
Bal.ipſius Cur.& Aq.hic, tamen iſte intel. nunquã mihi pla
cuit nec credo fuiſſe de mẽte Vlp.hic. vltra enim ꝙ abſo-
na eſt interpretatio exponere extremũ pro minimo aut vi-
liſsimo, vt per præfatos Moder. ꝙ dictus primus intell.non
poſsit procedere ad hunc tex. ex alijs patet ſecũdum ipſum
intel.tex. loquitur de inobedientia quę reſpicit principiũ &
finẽ iudicij, ſed refragatur tex.in verbo cęterũ ſi & ſequen-
tia recuſauit, quũ ſequentia poſt cit.in iudicio ſint etiam alia
vltra executionẽ.vt patet manifeſtè, ergo iſte intel.ſecundũ
quem tex. noſter intelligitur de cõtumacia quæ cõmittitur
in prin.& fine non conuenit literę. ſecundò quia ſi intentio
Vlp.ea fuiſſet ſub cõpendio elegantiſsimus iuriſc.dixiſſet.is
videtur iuſdicẽti nõ obtemperaſſe qui ea quæ extrema ſunt
in iur.nõ facit cõprehendendo principiũ & finem, non aũt
hoc modo hic expreſſo loquendo.tertio obſt.quod dicã in-
fra cõtra.7.intel.in verſ.rurſus, &c. Ex prædicto tñ intel. &
12 dictis doc.ſuper eo † habemus cõtumacia in quacunq; cau-
ſa etiam viliſsima mulcta ſecundũ Bal.& Ang. magis clarè
affici põt.facit tex.cũ ibi not.in.c.duo ſunt.96.diſt.ꝙ contu
macia in re viliſsima cõmiſſa maior reputatur quàm com-
miſſa in re graui, de quo tñ per Cano.in.cap.1.in no.de iud.
Secũdus fuit intel. Bulg. ꝙ extremum accipiatur hic pro
vltimo & executione ſentẽtiæ, & velit Vlp. dicere nõ poſſe
juriſdictionis cõtemptorem cenſeri qui in princ.vel medio
judicij non obtemperat iuſdicenti.niſi quod eſt extremum
& vltimum in iudicio recuſet & ſic executionem ſententię
pati nolit, & per conſeqnens pœna iſtius edicti puniri non
poſſe, niſi certum ſit iudici non fuiſſe obtemperatum.quod
ſolum conſumato iudicio poteſt eſſe, quamuis ergo proce-
denti nõ pareatur in aliquo, ſi tñ in extremo executioni, vi-
delicet ſententiæ pareatur mulctari nõ poterit. Et licet glo.

Bart. Bald. Ang. Alex. Iaſ. Aquen. & alij cõmuniter. vt ipſi
dñi hunc intel. reprobãt. & licet dicat hic Bar. ꝙ nullus eum
tenet, nihilominus nõ defuere antiqui & Mod. ſcrib. qui il-
lum diſputãdo ſecuti ſint, & defendere voluere, vt ille Ga-
briel relatus hic per Albe. & Iaſ. vt Cur. & Aquen. ac etiam
Zaſius qui hunc intel. vti literæ cõſentaneum amplectitur.
Pro quo facit iſte tex. dupliciter primò in aduerſatiua cę
terum, quæ debet præcedentibus aduerſari in iure & in fa-
cto. l. 4. §. hoc autem & l. hoc amplius. §. de his autem infra
de dam. infec. vbi ſcrib. not. c. cæterum vbi late Dec. de iud.
ad hoc enim vt aduerſetur in iure, & in facto neceſſariũ eſt
dicere contumaciam & inobedientiam litigantis ſolum in
extremo & fine, nõ in pręcedẽtibus, & ſic in principio com
miſſam poſſe mulctari, qui quum poſteà obtemperauerit,
iuris fictioni paruiſſe cenſetur. Secundo induci poteſt pro
Bulg. iſte tex. in dictione tunc, quæ denotat extremitatem
temporis vt hic per Iaſo. & alios. & ſic vult, quòd tunc de-
mum cenſeatur non obtemperaſſe, quando in fine inobe-
diens fuit. Tertiò quia exitus vt dicitur acta probat, & om-
nis laus in fine canitur, finemq́; potiſsimè attendere debe-
mus, vt dixi in ſuperioribus.
Sed iſte intell. nullo modo tenendus eſt, & à cõmuni re-
probatione ipſius non eſt reced. Primo quia ſubaudit mul-
ta verba quæ non ſunt in tex. quæ ſciuiſſet bene ponere iu-
riſcon. ſi voluiſſet id dicere, tranſportatq́ue verba iuriſc. &
inuertit literam. Secundò confunditur per tex. ab omnibus
alleg. in. l. 2. infra titu. 2. vbi non veniens in ius à prætore vo
catus, mulctari poteſt, pro iur. iudicis, nec illi ſatisfacit con-
ſideratio Zaſij hic dicentis puniri ibi contumaciã citati, qua
tenus aduerſarij interſit, quod intereſſe ſi ceſſabit, ſimiliter
ceſſabit & pęna, hic aũt puniri finalem contemptum etiam
ſi aduerſarij non interſit, quia eſt contra iſta iura in ſui gene
ralitate, præterea etiam quòd aduerſarij nõ interſit, inobe-
diens propter cõtumaciam mulctari poteſt, vt pretoris ſal-
13 ua ſit dignitas, † vt per Alex. infra circa fi. §. & in. d. l. 2. ad fi.
& probatur in. §. noſtro vbi non obſtante ablatione rei da-
tæ parti in tenutã, ſic ceſſante intereſſe ſuo, inobediens pu-
nitur, & mulctatur, aliter etiam ad. d. l. 2. reſpon. Aquen. ſed
vt ipſemet ſentit & ſubijcit nõ procedit. Tertiò ille qui vo
catus à pretore in ius non venit, cõtemnit auctoritatem ip-
ſius prætoris text. eſt in. l. ſi quis ex aliena infra de iud. & in
d. l. 2. in princ. in. §. quid ergo & in. l. conſentaneum ſupra al-
leg. ſed non obtemperans iuſdicenti poteſt puniri vt hic er-
go. Quartò iudicium incipit à cita. quæ eſt principium iu-
14 dicij, vt ſupra dixi, † ſed cuiuſcunque rei potiſsima pars
principium eſt. l. j. ſupra de orig. iur. abſonum eſſet ergo di-
cere pretorem in principio exercitij iur. poſſe impunè con-
temni. Quintò poteſt eſſe actus pro quo quis, ad iudicium
vocatur, in quo non eſt neceſſaria ſententia vt in. d. §. quid
ergo. & in. l. ius alimentorum in. §. penul. ſupra allega. & ſe-
queretur vocantem & nolentẽ venire & ſic parere in prin.
non poſſe mulctari, quod eſt abſonum. Et contra tex. l. no-
ſtræ & iura proximè allega.
15 Ad iſtum tex. ponderatum ſupra † in aduerſatiua reſp. vt
hic per Iaſo. & Cur. colum. 4. ꝙ procederet arg. Bulg. quan-
do eſſet aduerſatiua ſine copula, quæ aduerſatur in iure & in
facto, ſecus vbi eſt cum copula, prout in text. noſtro, cæte-
rum ſi & ſequẽtia vt quæ implicat identitatem iuris, ſed di-
uerſitatem in facto. l. ſed & ſi lege. in princ. cum glo. infra de
pet. hæred. l. patris & filij, vbi late not. infra de vulg. Et inci-
denter pondera prædictã regulam procedere etiã ſi copula
non ponatur immediatè poſt aduerſatiuã, verum ſit alia di-
ctio interpoſita prout hic dictio ſi, ad idem tex. in. l. non di-
ſtinguemus in. §. ſi dñi ibi ſed ſi & hæredis infra de arbit.
Ad ſecundum motiuum dictionẽ tunc reſp. nullo modo
obſtare & bene quadrare communibus intelligẽtijs, & in-
tellectui quem teneo, voluit Vlp. dicere. Cæterum ſi etiam
ſequentia poſt prin. recuſauerit, tunc non obtemperaſſe vi-
detur, quaſi dicat non ſolũ quando non paruit in principio,
ſed etiam quando tunc & in fine mulctari poterit.
Ad tertium ꝙ quum eadem ſit ratio puniendi contem-
ptum prætoris cõmiſſum, circa principium quæ eſt in me-
16 dio & fine, † vt ſalua ſemper ſit dignitas prætoris & aucto-
ritas ſua non cõtemnatur, idem iudicamus de principio ꝙ
de his quæ ſequuntur ex eo vt in vlt. not. dixi: ideò, &c.
Iuxta prædicta tetigit hic in. 3. col. Iaſ. impertinenter ta-
17 men qui dicãtur eſſe in extremis. & in arti. mortis † de quo
vide Barb. in. c. Ray. fol. j. de teſta. & Dec. in. l. hac cõſultiſ-
ma. in. 3. not. C. qui teſta. fa. poſ. faciunt plura quæ cumulaui
in. l. fi. C. de pac. Tertius fuit intel. Ioan. Cremonenſis gloſ.
antiqui accipientis extremum pro primo & vlt. dialectico-
18 rũ more loquendo, prout dicere ſolemus in ſyllogiſmis † de
primo termino & vlt. qui dicuntur extremitates, exempli-
ficando vt hic per gl. ideò nimirum ſi primum & vltimum
appellat extremum. Et quemadmodum in ſyllogiſmo lo-
gicali ſunt extremitates maior & minor inde concluſio. ſic
etiam in tex. noſtro maior eſt iſta, omnis & cõtumax, & in
dici non obtemperãs in hoc edictũ incidit. qui in extremis,
id eſt principio & fine nõ paret cõtumax dicitur, iſta eſt mi
nor, ex quibus ſequitur concluſio, ergo omnis qui non ob-
temperat in extremis. in iſtud edictũ incidit. Clarius exem
plũ de extremis ponebat Pe. de Bellapertica relatus hic per
Alb. & Aq. de tribus in eodem bancho ſedentibus primus,
& vltimus in extremis partibus banchi ſedere dicuntur ter
tius in medio. Verum quia vt ait Bar. hæc particula gl. pro-
pter ſuum ſyllogizare redditur legiſtis obſcura & difficilis,
ideò quid ſit ſyllogiſmus, & materiam ſyllogiſmorum tra-
ctant & plenè declarant Pau. Venetus in prin. ſyllogiſmo-
rum & Gell. lib. 15. c. 20. vbi dicunt ſyllogiſmum eſſe ratio
nem in qua quibuſdam poſitis, & conceſsis neceſſe eſt aliud
venire, per ea quæ poſita & conceſſa ſunt, vt omnis homo
currit, ſortes eſt homo. ergo ſortes currit, ſcias tamẽ pro de
claratione iſtius partis, & iſtius intel. omnem ſyllogiſmum
ex tribus terminis conſtare, maiori minorique extremitate
11 & medio termino, qui eſt ille qui bis ſumitur ante concluſ.
vt homo maior, extremitas eſt terminus ille qui ſumitur in
maiori propoſitione cum medio termino, vt ſortes etiam
quãdo illud quòd ſubijcitur in prima propoſitione prædica
tur, in ſecunda reſultat figura primi modi, quæ Barbara di-
citur. Exemplum eſt in ſyllogiſmo glo. & in ſeq. omne ani-
mal eſt ſubſtantia. omnis homo eſt animal. ergo omnis ho-
mo eſt ſubſtantia. De quo ſyllogiſmo in figura barbara tra
dit etiam Oldr. in conſi. 108. in fi. & conſi. 300. col. penul. &
Bar. clarè in. l. ſi prius col. 8. infra de no. ope. nun. vbi ad ter-
minos legales rem reducentes. dicũt libellum eſſe ſyllogiſ-
mum legiſtarum, nec bonũ eſſe niſi id ex quo petitoris in-
19 tentio neceſſariò ſequitur cõtineat, † quamuis legiſtę vt in-
quit Bald. in. l. j. colum. vj. C. de ſur. non dialecticent in ver-
bis, ſed rerum exitus ponderent. Nec mirandum eſt gloſſa-
torem noſtrum dictis terminis vſum fuiſſe, nam ſciẽtia le-
galis dicitur architectonica, i. de omnibus alijs diſponens, &
& cui omnes aliæ ancillantur, & ſeruiunt, ſecundum Bar. in
prima figura tyberiadis, allegat philoſophum in. 1. Ethico-
rum, vbi in. j. ca. ſecundũ interpretationem Leonardi Are-
tini & Thomæ. dicitur videmus honoratiſsimas facultates
ciuili ſcientiæ ſubeſſe, vt rem militarem. œconomicam. re-
thoricam cum reliquis ſcientijs, & cap. 16. Ciuilem inquit
ſcientiã honorabiliorem & præſtantiorem, eſſe quàm me-
dicinã, ſicuti enim Iuſtitia nobilior eſt omnibus alijs virtu-
tibus, ita ciuilis ſcientia circa illã occupata nobilior eſt om-
nibus alijs ſcientijs, vt etiam per Pau. de Caſt. in. l. j. ſupra de
iuſt. & iure & Fortu. Hiſpa. in. 7. not. De architectonica vi-
de Alex. in conſi. 177. colum. 3. lib. 6. Et Budeum in annot.
ſuper. l. vltima. ff. ſi meſſ. fal. mo. dex. vbi poſt Ariſtot. loco
præallegat. architectonicas artes vocare ait principes quaſ-
dam artes quę ſuffectas ſibi alias habent veluti ſuggeſtrices
quaſdam & ancillantes.
E diuerticulo in viam redeundo, quamuis Bart. & com-
muniter ſcriben. approbent hunc intel. quũ concludat con-
tumaciam litigantis in quauis parte iudicij punibilem, ta-
men Mod. Med. loco præall. & latius Cur. hic in. 3. & 4. col.
iſtum intel. reprehendunt, qui ad hunc text. nunquam mihi
placuit,

placuit, & si conclusio in se vera sit. quia si Vlp. hic extremũ pro principio, & fine acciperet, processisset ita exemplificando de fine sicuti de principio, & tamen aduersatiuè loquendo procedit. Cæterum, &c. Et si sensum glo. sequendo dicas quòd cõtinuatiuè procedit. Respon. quòd imò saltem dicendum est ꝙ procedet ampliando, nõ autem exemplificando, vt facere debuisset si in principio de fine locutus fuisset. Rursus si Vlp. de principio & fine in verbo extremũ intellexisset, plurali sermone extrema dixisset, sed quum in singulari extremum protulerit, de vno tantum eum sensisse liquet, prout exemplũ quod Vlp. subiungit ostendit prȩtereà quòd iste intell. non procedat. patet quia secundum eum Vlp. omisisset hic dicere de medijs, & sic nõ tradidisset perfectam doctrinam & declarationem ad edictũ prȩtoris, de non obtemperante iusdicenti quòd non est dicen. Et quicquid infra dicat Bart. post gl. in iudicijs est dare remedium, vt statim dicemus: ideò &c. Et si respon. fateor idem esse in medijs, dico et hoc non sequi Vlpianum defendi & quin id omisisset, & imperfectam doctrinam tradidisset, quòd absonum est dicere.

20 Ex prædictis colligitur † extremitates dici ac procedere vsq; ad medium, & ideò stat. faciens mentionem de principio alicuius rei vsq; ad medium dictæ rei extenditur, & sic secundũ Bar. in medio nihil remanet, & Bart. sequitur simpliciter Abb. in cap. 2. de fer. Alex. hic se remittit. Aquen. in quæstio. stat. tenet contra Bart. & Barto. met aliter dixit in hac quæstio. in l. ij. infra de furt. Fulg. hic reprehendit contra prædictam glo. & Bart. quia extremum autem non potest esse sine medio. & verè extrema dicuntur respectu medij, dicitur q; extremum quasi extra medium, vt infra declarabimus, ergo datis extremis impossibile est, ꝙ in medio nihil sit vt dicebat Bart. ea propter Bald. hic in fi. vt puto dixit truffam esse quod dicit Barto. Et in quæstio. stat. de qua hic per Bart. ac in simil. idem Bart. in d. l. ij. infra de furt. aliam tradidit doctrinam quam sequitur Ang. in tract. malefi. in verbo in cõmuni. Platea. & Cur. hic col. 4. Aquen. hic concludit aliter quàm fecerit Bart. in istis locis Ang. de perus. in d. l. ij. de furt. reprehendit ibi Bart. aliam tradens doctrinam volens attendebam esse materiam subiectam, & secũdum illam respon. vide quæ scripsi in l. j. col. 4. supra de orig. iur.

Quartus fuit intel. glo. hic in ver. vel puto qui in effectu non discrepat à tertio, licet clarius declaret de contumacia commissa in medijs, vt hic per Curt. col. 4. & approbatur à Bart. & alijs ex quo concludit contumaciam in quacunque parte commissam esse punibilem. Sed vt hic dicunt Fulg. & Cur. colum. 4. iste intel. quòd in verb. veluti ponatur exemplum de inobedientia principij & finis non conuenit huic literæ. nam videtur impossibile quòd idem possit esse principium & finis. quȩ inter se manifestè discrepant. & in versic. sed duci eam. ponitur potius signum & exemplum obedientiæ quàm inobedientiæ.

Prætereà vt in 4. col. inquit Curt. si Vlp. in princ. suisset locutus de. j. & . ij. extremo, malè conuenirent verba illa cȩterum si & sequẽtia, quia post vltimum & extremum nihil sequi potest. Rursus obstat. quod dicebam supra Vlpianum loqui de extremo non de extremis.

Quinta fuit lect. gl. in versic. vel die. 5. quòd extremum capiatur pro vlt. Et idem si non obtemperaret in principio vt in versic. veluti. Et idem etiam in medio vt in versi. cæterum, hunc intel. vti bonum approbant Bat. & doc. ex quo concludit contumaciam, in quacunq; parte iudicij punibilem, tamen vt dicunt Fulg. & Cur. nõ quadrat ad hunc tex. quia dictio veluti quæ est præcedentis dicti exemplificatiua, staret necessariò ampliatiuè, nisi dicas ꝙ stat exemplificatiuè ad casum subauditũ, vt glo. dicit sed diuinando. Ideò iste intel. literã destruit & subaudit, plura ad tex. quȩ iuriscõ. si sensisset eo modo bene sciuisset dicere. Prætereà Vlp. edicti prætoris elegantissimus ordinator processisset inordinatè supra modum decidendo primũ de contumacia commissa in extremo & fine mulctabili. Inde in versi. veluti de contumacia commissa. in princ. posteà in versic. Cæterum de commissa in medio. quod fatuum est dicere vel sentire in tanto iurisconsulto eloquentiæ magistro vt erat Vlp.

Sextus fuit intel. Iaco. de Are. relatus per Bar. quòd contumacia in principio & sequentibus, sicq; in qualibet parte iudicij mulctari possit. & sic capit extremum de quo in tex. pro principio, quod satis apparet per sequentia, maximè exempli gratia posita. Hunc intell. sequitur hic Bar. Pau. de Cástr. Sozi. & Iaso. colum. j. & secundum Pau. est omnibus alijs clarior, & secundum istum intel. figuraui supra casum, probando auctoritate ratione, & l. non esse inconueniens nec absonum extremum quandoq; pro principio capi.

Septimus intel. Nico. de mat. relatus per Bart. vt hic dicunt Aquen. col. j. & Cur. 4. cõmuniter approbatur, & placet Bar. magis quàm alij. Nec obstat. ꝙ implicatiua cæterũ implicaret casum minus dubitabilẽ de causis imperij, quia respon. potest, per ea quæ diximus supra allegando glo. in c. duo sunt. 96. dist. vel etiam alio modo vt hic per Cur. col. 4.

Sed iste intel. non videtur de iure procedere nec tenendus: primo quia iurisc. facit vim in verbo extremũ, secundo quia si Vlp. accepisset extremũ pro infimo dixisset posteà. cæterum si maiora vel grauiora recusauerit, nõ autem vsus fuisset verbo sequentium, quod non correspondet, ad illud quod de infimo dixisset. Rursus verbum sequentia demonstrat Vlp. capere extremum pro principio non pro infimo. prout acciperetur secũdum istum intel. prætereà cui dubiũ ꝙ non sit ita obtemperandũ exercenti causas simplicis iur. sicuti cognoscẽti de causis imperij, quum ipsa iur. sit de publico introducta, ideò non contemnenda iuribus præalleg.

Octauum intelle. Benedicti antiqui doct. reprobat Ias. hic in princ. vlti. colum. vt per eum.

Nonus fuit intel. Bal. quem vt pulchrum & subtilem sequuntur hic Pau. de Cast. col. j. & Iaso. vlt. & fuit Ioan. Cremo. antiqui glos. licet Accurs. in. 3. intel. illius mentem malè perceperit, vt per eos, sed non placet quia si mens Vlpia. ea fuisset dixisset illum inobedientem dici, qui ea quæ sunt in iur. non facit. non autẽ de vno extremo tantum locutus fuisset, ex quo liquet per dicta verba, cæterum nec de alijs omnibus quæ post primum extremum sequitur intellexisse, & sic de medio & fine non de vno alio extremo vt dicebat Bal. Vlti. datur alius intell. ad hunc tex. per Mod. Med. lib. 2. parado. cap. 15. capientes extrẽmum de quo hic est mentio pro fine, secundum propriam significationem vocabuli, & communem intelligentiam scribẽtium, sed verba l. nostræ ad alium sensum detorquent qui mihi non cõsonat, quia edictum prȩtoris generale erat de nõ obtemperante iusdicenti, pariter est generalis declaratio, quis dicatur nõ obtemperasse ipsi Mod. torquent & reducant ad casus quosdam speciales, & sic malè. Item subaudiunt rei abductionem & ablationem de quibus in tex. nostro factas per extraneas personas, nõ de mandato iudicis quod est diuinare & contra regulas communes de persona nõ subaudienda, vt traditur in §. grisogonus. prætereà versi. cæterum si & sequentia recusauerit non posset stare, quum post finem nihil sequi possit. Item si lite pend. conuentus rem petitã dolo vel culpa possidere desierit, non venit per iudicem mulctandus. quũ hoc non concernat contemptum iudicis, sed partis incommodum, ideò satis est, ꝙ pars in litem possit iurare contra talem desinẽtem possidere, dolo vel culpa. l. qui restituere infra de rei ven. cum simi. mulcta propter contemptũ iudicis tantũ vt diximus supra imponitur. Non est igitur reced. ab intel. Iac. de Are. quem supra secutus sum. Non deficit postremò temeritas impressorũ qui aliter in nouis codicibus. tex. nostrum ordinantes vidẽtur comprobasse intellectum Bulg. sed deberent comburi vna cum libris suis.

Descendendo ad quȩstiones Bat. quia reliqua sunt expedita in. j. quȩstione, concludit Bar. ꝙ potest quis puniri tanquam contumax & inobediens, licet non fuerit ter aut peremptoriè citatus, sed vnica cita. & propter vnicã contumaciam modo inexcusabilis sit, cum ista conclu. Bar. transeunt
21 cõmuniter scrib. † vt hic attestantur Alex. col. j. Ias. & Cur. pen. & sequendo communes intelligentias de quibus supra

probatur ista conclusio per text. nostrum & .l.2.infra titu.2. quæ ad hunc effectũ requirunt simplicem citationem, non autem trinam vel peremproriã.probatur etiã per.l.si quando.C.de test.& in ca.2.cum ibi not.per Fely.de accus.2.probat quia contumax in.j. cit. cõdemnatur in expensis Auth. quòd semel.C.quomodo & quando iudex. ergo.

Nec obst. tex.in.l.contumacia.in.§.j.de re iud.volens illum contumacem dici qui tribus edictis, vel vno pro omnibus, quod peremptorium appellatur citatus nõ comparuit, quia procedit quãtum ad tres effectus,scilicet vt posit procedi ad sentẽtiam diffinitiuam vel ad absolutoriam iudicij. aut ad missionem in poss.ex.j.vel ex.ij. decreto, quæ grauis sunt præiudicij. non autem quoad condemnationem expensarum. vel impositioné mulctæ vbi vt dixi sufficit vnica citatio. ita Barto. & Pau.de Cast.in.d.l. contumaciam & Alexan. ibidem in vlti. not.& in.l.de vnoquoque in.§.j.illo eod.titu.ex quorum dictis patet sol. ad ea quæ in oppo. adducebat Iaso.hic. Grauior tamen est contumacia citati tri-
22 bus citationibus distinctis & interpolatis, † quàm citati vnica citatione etiam peremptoriè vt per Felyn.in.c.quoniam, §.porro colum.vj.vt lit.non conte.cum simi.per me adductis in.l.si quis maior. colum.pen.C. de trans. ideò grauiori mulcta coerceri posset.

Limit. prædictam conclu. de trina cit. vel peremptoria pluribus modis vt per Alex.in.d.l.cõtumacia. Fely. & alios in ca.2.de accus.& Nattam in clem.sepe in.§.nõ sic in ver-
23 bo citatione de verb. signifi. † Et si dicas mulctam imponi non posse nisi contumax iterũ citatus fuerit, dicturus causam quare mulctari non deberet, & in cõtumacia perseueret vt voluit Bart.in.l.2.ad fin. per illum text. in titu.2.ergo pro prima contumacia mulctari non potest, Respon.quòd illa cit.requiritur quia possibile est.quòd citatus primò positus sit in actu pro contumace. quũ tamen re vera non esset contumax verum non comparuerit iusto impedimento detentus vt per Paul. de Castr. in.l.contumacia supra alleg. Cum alijs quæ adduxi supra in princi.l.in.vij. quæstio Bart. Et sic comperto quòd non habeat, iustam causam excusationis, poterit pro illa prima contumacia ac cita. mulctari. Nisi stilus curiæ vel consuetudo loci esset in contrarium, vt hic per Aquens.colum.secunda,in princ. dicentem propterea quòd in ditione Sabaudiæ ex stilo curiarum, pro prima cit.non potest indici mulcta sed tantum fieri cõdemnationem expensarum, imò istud est ex forma ducalium decretorum,secundum quæ citatus sine insertione pœnæ pro prima contumacia non mulctatur pro sequentibus,plecti potest penis in citatorijs insertis.

Rursus sic oppo.contra argu. Bar.æquiparantis in dictione mulctæ, & condemnationem expensarum. eo quòd ad impositionẽ mulctę requiratur vera contumacia, ficta verò sufficiat ad condemnationem expensarum,vt per Alex. infra in.§.fin.colum.penul.Curt.hic colum.fin. respon. saluando Barto. hic eum cum ministerio loqui, quando contumacia est inexcusabilis, & sic vera ex quo interesse partis & fisci à pari procedunt,vt tradit in.d.§.fin. Et sic oporteret restringere argumentatione Barto. ad condemnationem expensarum quæ fit pro inexcusabili & vera cõtuma-
24 cia, secus si fieret pro ficta. † Quæ autem dicatur inexcusabilis & vera contumacia & quæ ficta, vltra.d.l.contumacia cum not.declarat plenè Barto. in.l.ex consensu in.§.fin. infra de appellat. & in multis alijs locis ibi per eum citatis, & Deci. in consi.34.

25 Circa secundam quæstio. Bart.† quòd iudex possit mulctare testes, aduocatos, contumaces & sibi non obtemperantes,& alijs pretorijs remedijs cogere,approbatur cómuniter hic per doct. per allega. per eum cum ibi not. Et licet Curt. hic dicat Bar. nihil allegare de aduocato. tamen Bar. allegat text.cum glo.quæ ibi id not.in.l.prima in.§.ait prætor infra de postu. Quoad coertionem testium Barto. melius & clarius probantem allegare potuisset tit. de testi. cogen. maximè in cap.1.& secundo vbi latè Felyn.& alij. De quo artic. vide etiam Alexand.in consil.102. lib.7. Laffr.de orea.in rep. cap.quoniam contra falsam colum.8.& seq.de proba.Iaso.in.l.fin.infra qui satis.cog. Brun. in tract. de indicijs & tort. ponentem quæ personæ, cogi possint testifiri in causa criminali. Notabitur similiter contumacia nuntiorum.l.2.C.de spor. cum ibi nota.

Tertiò quærit Bart. an iudex vltra litigãtes & testes possit punire alios penitus extraneos à iudicio,turbãtes seu impedientes iur. suam. Et respond. vt hic per eum, cum quo transeunt simpliciter Sozi. Iaso.& Aquens.Cur. hic col.fin. dicit quòd Bart.hic constituens differentiam inter ius ciuile & can.vult quòd de iure can.iudex posset mulctare quod ipse reprobat per tex.nostrum in sui generalitate, item quia inter ius ciuile & can. non debet constitui differentia vt hic per eum. De quo miror quia idem voluit ipse Barto, dicens remedia de iur. ciui. esse ad hoc prodita in locis per eum alleg. sed de iure can.id fiet ex offic. iudicis, & sic idem concludit posse fieri de iure ciuili, & de iure can. sed diuersitas fit in remedijs ab vtroque iure proditis.

26 Et dum Bar.† citat.l.j.C.de his qui latro.occulta.no.quia vult ille text. quòd occultans, vel associans delinquentes ne ad manus iudicis perueniant pari pœna puniatur. Et latrones suscipiens, & iudici non offerens puniatur pœna vltimi supplici, vel amissionis omnium bonorũ, vt etiã per Ange. in tract.malefi.in verbo &.d.maleficio semper astitit versi, quæro qua pœna puniatur prestans opem, & Hypp. Marsil. in.l.vnica. num.86.C.de rap. vir. Propterea dicebam semel cuidam amico qui quosdã bannitos, & homicidas præmonuerat,vt cauerent quia minister iustitiæ manu forti tũc veniebat illos captum, quo intellecto fuga salutem conseruarunt & euaserunt quòd veniebat pari pœna puniendus tanquam præstans opem & auxilium dictis reis criminum, ad euaden. per prædicta & statim dicenda.

27 Qualiter autem puniatur † eximens & liberans de facto & per vim captum à manibus familiæ iudicis, tetigerũt hic leuiter Iaso.& Curt. art. est not.& malè declaratus, ideo altius reassumendo materiam quàm attingunt Bart, in.§.arripiat in auct.vt omnes obed.iud.prouin. & in extrauag. ad reprim. in verbo tangat & in.l.3.infra ad.l.Iul. maie.Anch. consi.340.Barb.consi.76.lib.4.Alexan.consil.36, viso themate volu.2.Guido papæ in quæstione.437.Aret.in.§.penales colum.6.vbi Iaso.18.inst.de actio. eundem Ias. in.l.3. in.§. quòd prætor aliàs in.l. sed eximendi in.§.j. vbi etiam, per Alexan.infra ne quis eum qui. Felyn. & Deci. in cap.1. colum.penul.& fin.de offi.dele. Si eximatur captus vel detentus pro debito publico vel priuato, eximens vel liberans talem debitorem, tenetur ad solutionem dicti debiti secundum omnes scrib. prælle.per tex.in.l.quotiens.C. de exac. tribu. lib.10. vbi omnes scriben. notant. Et vltra quicquid dicat Iaso. in locis præallegat. eximens, vel liberans poterit puniri per iudicem pœna extraordi. propter turbatam iur. suam & iniuriam officio suo illatam, vt cósuluit plenè Alexan.in consil.35. præalleg.

Si verò eximatur à manibus familiæ vel à carceribus liberetur captus pro causa criminali. non enim videtur differentia inter prædictos casus,quicquid sentiat Ias.secundum Art.in.d.l.4. infra ad.l.Iul. ma.sunt aliqui casus speciales qui certis pœnis puniuntur. Qui verò eximit condemnatũ,vel condemnandũ confessum puta pro crimine capitali: incurrit crimen læsæ maiestatis per d.l.4.in fin. infra ad.l.Iul.ma. secundum Alex. & Iaso.ac Ange.Aret.in locis præalleg.limitantes aliquibus modis,vt per eos.

In alijs casibus præter supradictos eximens vel aliàs liberans reum criminis punitur eadem pœna qua reus, ipse puniendus erat,per.d.l.j.C.de his qui latro. occul. Et etiam crimine stellionatus vt hic ait Bar.& sic pœna extraordinaria. nec distinguitur fuerit iustè vel iniustè captus seu detentus,
28 quia nõ licet iudici de facto resistere, † nec eius iurisdictionem turbare vt hac.l.secundum Alex.in prealleg. consi.35. nisi constaret notoriè de iniustitia, vt per Roman.in consil. 319.circa fin. Alexan.in.l.4. in.§. item si quis. infra ne quis eum qui. Deci. in.c.si quando de offic.delega.& in.l.vt vim colum.8.

colum.8.de iust.& iure. & caueat diligenter quisque ne pro
huiuscemodi delictis, processibus & inquisitionibus inuo-
29 luatur, quia malè erit ei. Sed nunquid † nuncio vel execu-
tori dicēti ac attestanti vim sibi per aliquē illatam captum-
ue de manibus suis vel familię exemptum & receptum vel
liberatum credatur, ita quòd iudex possit cōtra talem tan-
quam contra turbantem, & impedientem iur. suam iuxta
prædicta procedere. & illum punire. tradunt Moder. Me-
diol.in tract.prę sumpt.in.14.præsump.3.reg. Vltima quę-
30 stio Bart. † quando sunt duo. puta domini alicuius loci. &
vnus alterum turbaret vel inquietaret in exercitio iurisdic.
suæ non posset per eum mulctari vel puniri, quia par in pa-
rem non habet potestatē vel imperium.l.ille à quo.§.tem-
pestiuum infra ad Trebel.cum alijs alleg.per Bar.facit.l.qui
duos infra de procur. secundum intell. Barba.vbi si duobus
procuratoribus data sit administratio bonorum & cuilibet
in solidum vnus ab alio non potest petere, nam vbi concur
runt duo æqualis potentię impossibile est quòd vnum per-
imat effectū alterius.l.si reus,infra de duobus reis.cum ac-
cumul. per Parisium in consi.117.col. penul. lib.4. sic ergo
nec vnus prædictorum dominorum alterū punire poterit.
max. quia iurisdictio est indiuidua & apud eos insolidū, vt
per Bart. & alios in.l.fi.supra de rerū diuis. Ad.d.l.qui duos.
vide pulchrè Paul.de Cast.in consi.77.in antiquis. & Aret.
in consi.66.colum.3. Alex. & alios in.l. more & l. sequenti
supra tit.2.vbi latè ponunt de dicta æquiparatione manda-
ri iudicis & procuratoris.quod valet arg. De vno ad aliud con-
clu. Bart.limitat hic Iaso.in fio.vno modo.vide latius hanc
conclu.Bart.declarantes & limitantes Alexan.in.l.est rece-
ptum colum.j. supra titu.2. Dec. in.c.prudentiam in princ.
in.v.colum.& in.§.j.ad fin.de offi.deleg. & in ca.1.col. pen.
eod.titu.& scriben.in.d.§.tempestiuum ac Mod. Portugal.
in rep.l.imperium colum.86.cum seq. supra titu.2.
31 Ex prædictis etiā infertur, † quòd stante discordia con-
sortum & dominorum alicuius loci in electione, & deputa
tione iusdicētis in loco, quia vnum in alterum nihil potest.
& agitur de interesse subditorū.superior adeundus erit iux-
ta text.d.§.tempestiuum qui quidem superior eos coget &
compellet ad deputan.& cōstituendum vnum, vt per Pau.
de Castr. in.l.si vni infra de re iud.& Brun.in consi.93.ideò
vidi aliàs stante tali contentione, & discordia dominorum
super constit. potestate loci Illustriss.Principis nostri Sena-
tum decernere ac ordinare, vt prædicti domini intra octo
dies conuenirent, & elegerent vnum potestatem vt ius di-
centem in loco cum comminatione quòd ex offic. senatus
ipse aliàs vnū constitueret ac deputaret prout posteà fecit.

EX §. SI PROCVRATOR.

Procuratoris cōtumacia non nocet domino in mulctæ impositione, & qua sit ratio, nume.1.

Procuratoris contumacia, scientia, dolus. factum & delictum, an & quando præiudicet domino in isto.§.si procurator per totum.

Dominus citatus mittens procuratorem qui nō comparet dicitur ipse contumax & mulctari potest, nisi procurator impeditus fuerit comparere fortuito casu qui dominū excusasset vel misisset procurat. communi opinioni idoneum & sufficientem reputatum.2. cum sequen. vbi etiam alij limi. notantur.

Deputati ad custodiam nocturnam, in ciuitate tenentur de furtis & delictis noctis tempore commissis si ciues tenuerint hostia clausa & rebus suis debitam diligentiam adhibuerint.5.

Procuratoris cōtumacia nocet domino ut perueniri possit ad missionem in possessionem ex primo decr. in bonis domini.

Item ad sententiam diffinitiuā & ad pronunciationem positionum pro confessis, & etiam interrogatorium ad electionem, sed non ad secundum decretum.8.9.& 17.

Procuratoris contum. domino nocet. quando pro certo non cadit in delictum, vt in appellando, in non producendo testes. similiaque faciendo.10.cum seq.

Appellandi tempus quando dominus fuit defensus per procur. an currat à die sententiæ vel scientiæ & intimationis ipsius sententiæ.11.& 13.

Procuratoris vera contumacia non aufert domino bene officium appell. ibidem, nume.12.

Contumacia vera & in excusabilis quæ dicatur.13.cum seq.

Appellandi tempus sui natura currit non ob aliud.14.

Procuratoris euidens contumacia non nocet domino in expensis litis, sed condemnari debet ipse procur.15.cū seq.

Procurator non censetur habere à domino mandatum ad delinquendum vel ad facien. actum illicitum.16.

Procuratoris contum. operatur, vt domino possit audientia denegari donec paruerit.18.cum seq. constito de man. domini alter non fit ei præiudicium.

Missio in possessionem ex.i.decre. reuocari potest refectis expensis. ibidem.

Procuratoris ad negotia factum, quare magis possit præiudicare domino quàm factum procur. ad iudicium.21.cum sequenti.

Procur. confessio. quando præiudicet domino.24 cum sequ.

Syndici confessio an & quando noceat vniuersitati.25.& sequenti.

Positionibus pronunciatis pro confessis. non obstante ficta confessione, pars potest probare contrarium.27.

Procuratoris licitum factum non nocet domino, nisi constet de mandato.19.& 28.

Procura. generalis instituens litem calumniosam nomine domini condemnandus est in expensis. non autem dominus.29.

Procurator an possit prorogare iur.30.

Tutoris cōtumacia delictum & factum, an quomodo & qualiter præiudicent pup. & minori.31. vsque ad fin. commenti.

Minor an & quando citari possit, & non comparendo contumax sit & condemnari possit in expensis, & excommunicari.32.cum sequen.

Excommunicari pupillus propter contumaciam administratoris an possit.36.

Respicientes ad pauca de facili enunciant.33.

Minor adultus si non defendatur per curatorem patitur secundum decretum 34.

Tex.l.si minor infra de bo. auct.iud.po. declaratur. ibidem.

Minor an & quando liberetur cedendo actiones contra tutorem.35.

Minor ex contu. delicto & facto tutoris quomodo, quando & qualiter puniatur & damnum patiatur.31. vsque ad fin.

Tex.l.fin.de excu.tut.declaratur.35.38.& seq.

Reus & actor & è contrario an & quando in iudicijs rationeæ qualitatis seruandæ à pari procedant.43.

In §. Si procurator.



Ic :not.§.licet facilis sit in tex. materiā
tamen continet difficilē secundū Sozi.
sed vtilem & practicabilem. De sum-
mario & diuisione ad Barto. & doct.
1 hic vos remitto. Noto ex isto tex.† re-
gulam, ad quā semper allegatur. quòd
propter cōtumaciam procuratoris do-
minus mulctari non potest. concordat text. in.l. neque in-
fantes in versic. sed nec infra de fideicommiss.liber. secun-
dum Alexan.in.l.3.colum.secunda.C.de procur.& Iaso.hic
in princ. quæ conclusio procedit etiam in leui mulcta pro-
pter generalitatem istius text. vt hic per Aquens.col.prima
in versic.quarto, concludit & Fely. in cap.1.colum.3. versi.
item sequeretur vt lite non contestata. sed difficultas, est in

tionem vt in interrogatorijs an quis sit hæres, &c. quæ an-
te litem contestatam fiunt, & probatur in.d.le.non solum.
vbi Paul.Castr.nota.& quotidie practicatur.sed si dominus
damnum patiatur potest à procuratore recuperare si non
habebat speciale mandatum, & in loco præallega.declarat
Paul.de Castr.

10 Septima conclusio, † ex contumatia procuratoris quam
non est certum in delictum cadere, quia ad licitum & illici-
tum potest se habere fit præiudicium domino, exemplùm
si non appellauit, si non produxit testes, aut fecerit proba-
tiones intra terminum præfixum secundum Barto. quum
posit esse q prædicta non fecerit, quia domino non expe-
diebat, aut probationes tūc non habebat, & sic nō est certū
contumaciam seu negligentiam in delictum cadere adeò
nocet domino.l.j.§.fi.infra quando appellandum sit. tran-
seunt docto. & approbatur in.d.l.non solum.& in.cap.2.de
confessis lib.6.

Amplia & limita prædictam conclusionē pluribus mo-
dis vt hic per Aquens.& Ias. col.3.& .4.Bart. infra eo.in.§.
fi.Barb.in consi.49.col.6.& sequen.lib.2.Alex.in consi.95.
col.pen.& fi.vol.2.Fely.in.d.c.1.col.4.& 5.Matthę.de affli.
11 in decisione regni.344.vbi ponunt, † vtrum tempus decem
dierum præfixum ad appellandum domino tunc currat à
die prolatæ sententiæ, vel scientiæ seu intimationis ipsius
sententiæ, & ex scriptis per præfatos patet solutio ad diffi-
cultatem motam hic per Cur.in.3.col.de doctrina Bar. in-
fra in vl.col.q vbi procurator aliquid facit, quod potest es-
se licitum & illicitum, puta confitendo positiones partis, ta-
le factum pręiudicat domino, nisi contrarium probet, ergo
idem deberemus in proposito dicere q licet contumacia
procuratoris in non appellando præiudicet domino, restrin
gi debeat nisi contrarium probetur, prout videtur fuisse de
mente iurisconsulti in.d.§.fi.in verbo non facilè. hoc enim
ponunt pro limitatione scriben.in locis supra alleg. vt con-
clusio Bart. non procedat. quando dominus probaret pro-
curatorem debuisse appellare, vel ex actis id constaret.& si
posit alius sensus accommodari ad tex.d.§.fi. & per Alex.
in loco proximè alleg.& Dec.in consi.34.

12 Octaua conclusio, † ex vera contumacia procuratoris
dominus non perdit beneficium appellationis, quia constat
contumaciam esse delictū, circa rem magni præiudicij ca-
dens, nisi dominus sciens & negligens fuerit.& approbatur
13 communiter per pręalle. † quæ autem dicatur vera contu-
macia declarant glo.& Bart.in.l.ex consensu.§.fi. per illum
tex.infra de appel.& in alijs locis ibi per Bar. adductis ma-
jor est difficultas an posit appellare intra decem dies à pro
lata sententia an verò intra decem dies à tempore scientiæ
prolatę sententiæ Ias. hic col.v. tenet decendrum currere à
tempore scientiæ cum hoc sit equius ne puniatur ignoran-
tia videlicet vt per eum & prius per Ang.in.d.§.fi.sed opp.
est verius vt post Fely.in.d.c.1.col.4.voluit hic Aquen.in.3
15 col.eo quia, † tempus appellādi sui natura currit post latam
sententiam non propter aliquam contumaciam procura-
toris ideo nimirum si labitur à tempore prolatæ sententiæ,
nunquid autem verus contumax posit nomine domini
appellare Ias.hic tangit remissiue & plenius Barb. in.d.ca.j.
col.27.faciunt quæ scribit.Dec.in.d.consi.34.

15 Vltima conclusio Bar. † ex euidenti contumacia procu-
ratoris non debere dominum in expensis condēnari quic-
quid dixerit innoc.per duas rationes hic per eum assignatas
sed Ias.in.l.4.in princ.in.2.col. infra de re iud. & hic in pen.
col.vbi Soci.& Aquen.vlt.sequuntur opinionem innocen-
tij attestantes illam seruari in practica. opinio tamen Bart.
hic vera est in puncto iuris & magis ęqua vt per Abb. in.d.
ca.j.col.v.&.vj. & Aquens. infra in vlt.colu.respondentem
motiuis Ias.idem tenet Cur. in terminis quæstionis Barto.
quando videlicet contumacia euidens & notora esset. quia
principale fundamentum in hac materia est quod vbi pro-
curator aliquid facit quod delictum sonat, vel regulariter &
notoriè prohibitum est, contumacia procuratoris nō nocet
domino vt visum fuit supra. hic enim contumacia procu-
ratoris non potest dici ficta contumacia domini cū ad de-
16 linquendum vel actum prohibitum faciendum † non cen-
seatur dominus dedisse mandatum.l. si procurator infra de
conditione indebiti vnde cum culpa careat & idoneū pro-
curatorem miserit nulla est ratio cur in expensis ipse con-
demnari puniriq; debeat. ita q secundum fundamentum
Bar. videtur subsistere: & hanc opinionem sequitur Barb.
loco supra alle.col.17.& sequentibus tenens fortius domi-
num esse audiendum non refectis expensis. in quo tamen
Bart.& ceteri omnes hic oppo.tenēt, sed vt supra diximus
in practica seruatur opinio innocentij cōtraria.idq; est pro-
pter rigorem iudiciorum conseruandum. & tex.in.§.fi.in
eadem lege super quo Bart.fundamentum fecit, secundum
verum intellectum ibi ostendendum nihil pœnitus facit.
præterea tolli etiam potest fundamentum quia cōtumacia
procuratoris nocet domino in his quæ sunt grauis præiudi-
cij.d.l.non solum & præal.c.2.de confessis lib.vj.

Ex prædictis, q dominus non censeatur mandare illici-
tum & quod sapit delictum, & sic q contumacia procura-
toris quæ in delictum sonat non noceat domino. redditur
periculosa vna alia communis scriben. conclusio superius
firmata. q propter contumaciā procuratoris perueniri pos-
sit ad missionem in possessionem ex primo decreto in bo-
nis domini: quum fundamentum Bart.de leui præiudicio
17 non subsistat secundum Cur. † sed responde distinctionem
Bart.inter præiudicium magnum & paruum procedere &
saluari ante contestatam litem & quando pœna processum
respicit vt tunc præiudicetur domino vt per Aqué. supra in
2.col.versi.aut vero talis pęna intellige, si expense non sunt
magnæ ergo contumacia procuratoris nocebit domino vt
in illis cōdemnari posit.& tamen Bart.& doct.indistinctè
volunt ex manifesta procuratoris contumacia dominū non
affici damno expensarum.responderi potest q ex euidenti
contumacia procuratoris dominus cum culpa careat, non
debeat in expensis condemnari. Nec obstat quod de mis-
sione in possessionē ex primo decreto in bonis domini fa-
cienda propter contumaciam procuratoris supra diceba-
tur, quia non condemnatur propterea dominus in expen-
sis.sed quia nō defenditur fit prædicta missio, & si vult pos-
18 sessionē suam recuperare, † cogitur expensas reficere iuxta
tex.cum not.c.fin.§.fi. vt lite non contest.& in.l.si finita in.§.
Iulianus infra de dam.infe.ita etiam in proposito.quia pro-
pter contumaciam procuratoris denegatur audientia do-
mino, nisi reficiat expensas, vt hic volunt Barto. Aquens.&
alij quas à procuratore poterit recuperare, quo existente
non soluendo succurritur domino ne indebite damnum pa
tiatur.l.properandū.§.fi.C.de iud.gl. in.l.j.in fi. infra quan-
do appellandum cum alijs adductis per Fely.in.d.c.1.col.4.
&.5.& Matth.de affli.in loco præalleg.

19 Diligenter tamen est notandū, † q ex contumacia pro-
curatoris nunquam deueniri potest ad aliquem actum do-
mino præiudicialem, nisi constituto de illius mādato, ita q
liqueat iudici illum esse procuratorem prædicti domini vt
per Bal.hic col.2.& Soci. fi.& habet rationem euidentem,
facit lex.j.cum glo.in verbo dicatur infra si quadurp. paup.
fecisset dicatur.

20 Ex secunda principali quæstione Bar. † an & quando fa-
ctum procuratoris noceat domino, collige septem conclu-
siones, prima est, q ex delicto procuratoris commisso an-
tequā esset procurator, vel in negotio in quo non erat pro-
curator, non potest contra dominum excipi.l.si procur.la.2.
cum glo.ff.de excep.do. hocq; satis naturalis ratio docet vt
ibi voluit iurisconsultus, ne dolus vnius extranei noceat al-
teri, sed ipsi doloso tantum facit vulg.§.ante omia.l.si vnus
infra.de pact.nec est repugnātia in prędictis q sit delictum
procuratoris & non sit à procuratore commissum, quia fa-
ctum fuit à non procuratore qui nunc est procurator.

Limita tamen prædictam conclusionem in casu.ca.post
cessionem de probat.vt per Fely.in.d.c.1.colu.9. versi.de-
mum.Secunda conclusio Barto.ex dolo procuratoris ad li-
tem constituti ita demum cōtra dominum excipi potest si
post

in.d.c.1.col.8.vbi Fel. to. & Barb.28.cum sequenti. immò
ille tex.videtur inepte allegari per Bart. & scriben. ad istud
membrum de facto procuratoris cum non loquatur de fa-
cto sed de scientia ac taciturnitate dolosa. quæ à facto di-
stinguitur, nisi respondeas ꝙ ex quo patitur seruum nego-
tiari dicitur facere, & sic factum procuratoris interuenire.
vide etiam distinctionem Abba.loco prælleg.
29 Vltima conclusio,† si procurator generalis instituerit li-
tem calumniosam,non dominus,sed ipse procurator in ex-
pensis condemnari debet per.le. non est ignotum infra de
administratione tutorum,adde Bar.infra ad fin.commenti
istius.§. Bald. in.l.polla.C.de his quibus vt indignis Signo-
rolum in consi.36.col.j.Abba.in.c.bonæ.el.ij.de restitutio-
ne spoliatorum Sozi.consi.118.vol.j.& quæ post Bar. scri-
bunt omnes Mod.in.l.edita in vlt.col.C.de edendo,& quæ
dicam infra in seq.quæstione Bart.
30 Postremò si vis scire,† an procurator possit prorogare
iurisdictionem vide tex.cum glo.in.c.cum olim de offi.de-
leg.& quæ scribit Io. milis in suo repertorio in verbo pro-
curator.& Dec.in.c.1.col.17.in nona fallē.de iud.vbi ponit
ꝙ non poterit reuocare prorogationem iurisdictionem fa-
ctam per dominum, videte etiam de prædicto art.Sozi.in
§.ca.significasti in.9.q.tertij art.de for.comp. & Fel.p.&.g.
col.pen.de offi.deleg.
31 Ex vltima quæstio. Barto.† colligo in primis ꝙ contu-
macia tutoris æquiparatur cōtumaciæ procuratoris,de qua
dictum est supra & à pari procedūt, ideò ea quæ dicta fue-
runt in illo arti. de contumacia procuratoris contra domi-
num, locum pariter habent in hoc arti. contumaciæ tuto-
ris contra pupil. per easdem rationes &.ll.secundum Barto.
quæ conclusio peccat in multis vt hic probant Curt.& So-
zin.colum.fin.
Dum tamen præfati mod. nitūtur ostendere contra hāc
primam concl. Bart. non posse ad eam adaptari dicta eius-
dem Bart.supra.circa contumaciam domini & procurato-
ris, quia solus pupil. vt dominus constituti procuratoris ci-
tari non potest.l.j.C.qui legit.perso.stan.in iud.non hab.
Considerabam alias ꝙ ipse Bart.correctius loquendo in
32 le. in.§. sufficit.j'. de adm.tut.† intelligit hoc procedere in
pup.maiore infante.ꝙ citari possit,& contra eum tanquam
contra contumacem procedi, quia & si per se non possit
stare in iudicio.tamen intelligitur citatus vt legitimè com-
pareat ita ꝙ in iudicio stare possit. & sic cū tutore puta vel
curatura secundū Bar.ibi.gl.in.l.si minor.ff.de bon. au. iud.
pos.Pau.de Cast.in.l.2.infra tit.1.& Sozi.in trac.de cita.art.
v.q.20.& art.2.q.19.alias poterit puniri vt contumax.& in
expensis condemnari Bal.in.l. non ideò.C.de procur. & in
le.j.C.qui pet.tut.
Sed prædicta conclu. secūdum receptiorem sententiam
damnata est vt plene per Alexan. in.l. si ex legati causa col.
vlt.j'.de verb.obl. in.l.cōtra pupillum.j'.de re iu.& in.l.neq;
impuberes in prin.j'.ti.j.vbi pluribus.ll.rationibus,& aucto
ritatibus ostendit pupil. validè citari nō posse licet secus sit
in minore adulto.tamen ita procedat dictum Bal. supra re-
latum. De quo vide Roma in consi.454. Lappum allega-
tione.125.Pau.de Cast.in.l.non iccirco.in.§.j.j'.de iud.Soz.
in tract.cita.no.art.5.q.20.& art.20.q.19.& in.c.1.colu.38.
cum seq.de lib.obla.Matthæ.de affl. in Deci. regni.262.&
Dec. consi.449.col.3. Vt verum fatear arbitror.Bart. tedio
affectum paucis se voluisse obsoluere per literas cambij re
33 parum propensa,nimirum igitur si à scopo aberrauerit.† ad
pauca enim respicientes vt inquit Philosophus de facili nun
ciant.Ea propter in isto art.de contumacia tut.videtur mi-
hi concluden. ꝙ propter contumaciam tutoris pupi. mul-
ctari non possit,sicuti nec dominus ob contum. procurato
ris. casus est in isto.§.si procur.
Quo ad misso,missio in pos.ex primo dec. in bonis pup.
ex cōtum.tut.fieri nō potest nisi seruata forma & practica
data per iurisc. in.l. hæc autem.in.§.j.ff. quibus ex cau. ma.
minus missio in posses. ex secūdo decre.quod est grauioris
præiudicij vt per Bar.supra & Soz.hic col.fi.nisi esset adul-
34 tus habens curatorē,qui si non defendatur à curatore,† pa-
titur bonorum venditionem ex secūdo decreto .l. si minor
infra de bon.auc. iud.pos. habiturus tamen regressum con-
tra curat.vt hic per Sozi. circa fin.materiam verò.d.l.si mi-
nor tangunt Alex.in.d.l.contra pup.de re iud. plenius Sozi.
in locis præall. In iudicialibus si sit contumax in resp.posi-
tionibus vel interrogat. quia hoc potest se habere ad licitū
vt ad illicitum cōtumacia tut.præiudicabit pup.vt contum.
procur.præiudicat domino vt per Bart.& doct.ex superio-
ribus. Respectu verò expensarum Barto.infra ad fin.com-
6 Quare autem iudicium † denominetur à iudice, quot sint, species iudiciorum. quot significatus habeat iudicium. An præparatorij & præparati, eadem sit iuris dispositio. & an iudex præparatorij, sit iudex præparati. seu iudex causæ præparantis, sit etiam iudex causæ præparatæ examinatur ordinariè in rub. extra eo. & in rubr. C. de eden. vbi anno elapso plenè scripsi.

Sequitur lex prima.

EX L. PRIMA DE IVD.

Prorogationis iurisdictionis materiam vide nume. 1. & per totam. l.
Pau. de Castr. repetijt hanc legem in curia Auenionensi post adeptum gradum doctoratus. 2.
Fundamentum prorogationis in præexistente iurisdictione consistit. nume. 3.

Extendi non potest quod non est.4.

Prorogatio iurisdictionis fit de habitu ad actum, numero. 5. & 40.

Prorogata iurisdictio an sit eiusdem natura cuius est principalis, nume.6.

Prorogatio delegata iurisdictionis, an faciat ordinariam uel delegatam, nume.7.

Prorogata iurisdictio an sit idem numero.cum principali vel sint duæ, nume.8.

Augmentum an sit, eiusdem qualitatis cuius principale, nume.9.

Tex.l.episcopale de episcop.aud. declaratur.10.

Prorogata iurisdictio an transeat in successorem, nume.11. cum sequenti.

Fideiussio an obliget etiam coram iudice successore.12.

Compromissum in Regem vel Ducem an transeat in successorem, nume.13.

Delegatio facta Abbati an transeat in perpetuum commendatarium, nume.14.

Prorogare iurisdictionem alicuius & submittere se illius iurisdictioni an idem sint.15.

Prorogatio iurisdictionis, alia reuocabilis, alia irreuocabilis. nume.16.

Prorogatio iurisdict. an requirat expressum consensum partium.17.& sequen.

Prorogatio iurisdictionis per quos actus iudiciales inducatur.18.

Prorogatio iurisdictionis an operetur etiam quo ad alios puta testes & patrem prorogantis.19.

Testes examinandi existentes in alieno territorio, quomodo debeant recipi & examinari.20. cum sequen.

Patris consensus adhibendus filio litiganti est late.22. cum sequen.

Tex.§.necessitate.l.fin.C.de bo.quæ lib.ornatus. ibid.

Iurisdictio delegata prorogari potest.24.

Tribunal quid sit, & qui dicantur habere tribunal.25.et 39

Prorogatio iurisd. non requirit litis contest.26.

Prorogatio iurisdictionis an requirat præsentiam iudicis, & an exigat expressam acceptationem ipsius iudicis.27. cum sequen.

Prorogans alienam iurisdict. ante litis contest. potest reuocare proroga.29.

Prorogatio per clericum an & quomodo fieri possit.30.

Clericus an quomodo & quando prorogare possit iurisdictionem iudicis non sui & per laicum distringi.30. cum seq.

Arbitri potestas an & quomodo possit prorogari.32.

Iudex ordinarius an & quando cognoscat, vt arbiter vel vt arbitrator.33. cum seq.

Tex.§.si quis iudex. legis sed si in seruum de arbi.declaratus, nume.33.

Compromitti in iudicem ordinarium quando possit.num.33. cum sequen.

Præfationes præstant magnam intelligentiam ad declarationem actus.36.

Delegatus in quo loco procedere & iudicare debeat.38.

Prorogatio delegata iurisdictionis non fit de persona ad personam. & Cur.41.& 43.

Prorogatio iurisdictionis ordinariæ difficilius fit de loco ad locum quàm de persona ad personam.42.

Chartularij iudices qui sint.44.

Notarij vi notariatus, & tabellionatus non sunt iudices chartularij sed quando ab habente potestatem creati tales sunt.44.

Tabellionatus officium an prorogari possit.45.

Prorogatio iurisdictionis in criminalibus an & quando fieri possit. nume.46.

IN L. PRIMAM DE IVD.



HOc dicit in summa hæc nota. & pulchra lex, ordinaria iurisdictio cuiusuis iudicis potest per consentientes prorogari. Diuiditur in duas partes, in prima ponit thema ex quo tacita resultat quæstio, in secunda quæ est ibi inter consentientes ponitur decisio. Casus ita potest figurari, Duo Vicentini inuicem contendentes, eorũ differentiã consenserunt cognosci & terminari per Potestatem Paduæ, cuius iurisdictioni se submiserunt. quæsitum fuit an iurisdictionem aliquã in eos habeat, & an gesta, per ipsum subsistant, videbatur quòd non quum non sint de territorio suo arg.l.fin.supra de iuris.om.iud. & l.tertia, supra de offic. præsi. Oppo. verius est & hic deciditur. Quia iurisdictio præexistens prorogatur, & sic propter consensum eorũ attribuitur Potestati Paduæ iurisdictio quam aliàs non habebat cõtra Vicentinos, cõtra quos iuridicè procedi potest vi
1 prorogatæ iurisdictionis. † Continet ista lex materiã prorogationis iurisdictionis quæ pulchra est, & tractata per Bart. & scrib.hic & in.l.seq. plenius in.l. est receptũ cum.l.sequenti supra de iur.omn.iud. & in.l. si conuenerit eod. titu. Paul. de Cast.in.l.si qui ex consensu.C. de episco. audi.& in.l.j.C. de iur.omn.iud. Can.in cap.pen.& glo.de offic. deleg. & in cap.1.de iud.in.c.de causis de offic.delega. in.c.inter monasterium de re iud.vbi Fely. Sozi. latè in.c.significasti de for. comp.& Deci.in.c.cæterum de iudi. hic tangam necessaria
2 tantum ac pertinentia ad hunc locum. † Hæc lex prima fuit quæ honorem fecit Pau. Castr. & quam publicè repetijt in Auinionensi cũria post lauream doctoream stando in scholis disputationis causa per totum diem. prout ipsemet Paul. attestatur in.d.l.j.colum.j.C.de iur.om.iud.
3 Not. primò ex isto text. secundum Bald. † quòd fundamẽtum prorogationis iurisdictionis est iurisdictio præexistens, vt hic & in.c. significasti de foro compe. si enim non præexisteret iurisdictio prorogatio iurisdictionis non cade
4 ret † quia quod nõ est prorogari & existendi 16 potest. vulgata.l.sed & si mãnẽre infra de præca. cum accumulatis per Pau.Castr.hic & in consi.116.in antiquis Fely.& Dec.in.c. de causis in tribus primis colum.de offic.dele. Iaso. in.d.l.& si per errorem colum.j. non entis enim nullæ sunt qualitates.l.pen.infra si cert.pet.& priuatus non potest priuato iurisdictionem dare.l.priuatorum cõsensu.C. de iur.om.iud. secundum Pau.Cast.hic & in.d.l.j. introducitur enim de pu
5 blico glo.& docto.in.l.j.supra de iurisdic.om. iud. † Sufficit quòd dicta præexistens iurisdictio sit in habitu licet non sit in actu.l.3.vbi glo.& Bart.supra de offic. præsi. Moder. hic. pulchrè Corn.in consi.238.& 239.lib. tertio vbi concludit iudicem effici competentem ex prorogatione iurisdictionis de habitu ad actum, vt etiam dixi in.l.fin.in prima lim.j. not.supra de iurisdic.omn. iud.
Duæ not.dubitationes discutiendæ modo hic se offerũt,
6 prima an iurisdictio eiusdem naturæ sit. † Cuius est principalis Paul.de Cast.hic concludit quòd sic, quia augmentum eiusdem naturæ esse debet cuius est principale.l.veiam.C.de iure doti.l.inter socerum.§.cũ inter infra de pact.dot. ideò si in causa principali ex forma statuti iudex summariè procedere poterat, nec ab eius sententia appellati phas esset, idem erit in prorogata iurisdictione, sequuntur Moder. hic. quia & si non descendant à pari potentia, ex quo prima est à l.secunda à consensu priuatorũ; minus potenti, ideò propter dissimilitudinem difficilior videbatur transitus argumento text.l. in rem in.§. item quæcunq; infra de rei vend. tamen quia lex iurisdictionem prorogatam confirmat. (vt diximus) ratione cõfirmationis vtraq; à pari potentia satis procedere videtur. argu.text. in.l.more cum.l.seq. supra de iurisdict. omn. iud. Miror quòd præfati scribentes non faciant mentionem de Bald.infra in vlti.col.quærente vtrum
7 iurisdictio prorogata in delegatum † sit delegata, vel ordinaria, concluditque contra Spec.delegatam esse, quum prorogatio

gatio sit de similibus ad similia, & requirat fundamentum
eiusdem qualitatis. vnde si quid faciat virtute prorogatio-
nis iurisdictionis videtur facere, & delegans prohibere po-
terit iuxta l. iudicium soluitur. infra eo. secundum Bal. quem
sequuntur communiter scrib. vt per Soz. in d. c. significasti
artic. 7. colum. 24. & Curt. infra ad fin. v. colum. ex eo ergo
quod prorogata iurisdictio sit eiusdem naturæ cuius est princi
palis, sequuntur mirabiles effectus quod si in principali iurisdi-
ctione iudex summariè procedere poterat. ita etiam pote-
rit facere in iurisdictione prorogata. Item si prima erat cũ
prærogatiua cessantis appellationis erit similiter prorogata
eiusdem prærogatiuæ. Et si prima erat delegata prorogata
erit similiter delegata, propterea delegans processum pro-
hibere poterit & iudicium soluere. d. l. iudiciũ soluitur. Qui
busdam tamen casibus iurisdictio prorogata non est eius-
dem qualitatis cuius principalis, vt per Barb. in cap. pe. & gl.
8 nume. 120. versic. 2. conclusio. de offic. delegat. † an autem
iurisdictio prorogata idem sit numero cum principali, vel
sint duæ tradit idem Barba. ibidem in vltima colum.
9 Quod autem additamentum & augumentum † regula-
ri debeat secundum naturã sui præexistentis, eiusdemq; qua
litatis sit cuius est principale, pluribus alijs cõfirmari posset,
vt per Pau. de Castr. in consi. 8. in antiquis Anch. in consi. 7.
ad fin. Fely. in c. de causis. colum. 2. & sequen. de offic. de-
leg. & in c. præterea. colum. 14. de spon. & Brunum in trac.
de augusti. & in quinta quæstione principali.
10 Sed prædictis videtur obstare text. in l. episcopale. C. de
episc. audi. vbi iurisdictio episcopi prorogata fortioris & po
tentioris est naturæ & effectus, quàm esset ordinaria, quia
licet à sententia Episcopi ex ordinaria iurisdictione proce-
dentis appellari possit, secus tamen est quando procedit vir
tute iurisdictionis prorogatæ vt hic per Pau. Castr. super cu
ius quidem legis intellectu Cur. hic in primis colum. latè va
gatur dicens semper dubitasse, & malè resoluit. ideò pro
vera intelligentia & declaratione videbitis Pau. de Castr. in
d. l. episcopale, & ea quæ scripsi in quarto nota. l. cum quæ-
dam puella supra de iurisdi. omn. iudi.
11 Secundò videndum est vtrum † iurisdictio prorogata in
successorem transeat Pau. Cast. concludit quòd sic indistin-
ctè, quia non censetur habitus respectus ad personam quæ
est eadem cũ persona successoris vt hic per eum. facit. l. pro
ponebatur infra eod. & sic non est prorogatio, quia succe-
dens ratione successionis fingitur eadem persona cũ præ-
decessore vt per Sozin. in dic. c. significasti. colum. septima,
in tertia limita. Lancel. Deci. hic & Curt. sequuntur distin-
ctionem Specu. contra Pau. Castr. per dicta Bart. in l. quum
apud. colum. fina. infra iudi. sol. in quæstione an fideiussio
12 de iudicato soluendo extendatur, † vt locum habeat etiam
coram iudice successore, concludit enim distinguendũ esse.
an expressum fuerit nomen proprium vel non. Sed defen-
dendo Pau. de Castr. respon. potest quòd in quæstione Bar.
fideiussio facta corã vno iudice, expresso nomine proprio
valebat, & coram successore non extendebatur, deficiente
consensu & voluntate fideiubẽtis. d. l. cum apud sed in pro-
posito prorogata iurisdictio, habito respectu ad personam
priuatam non valeret per. l. priuatorum consensus. C. de iu-
risdict. omn. iud. secundum Pau. Cast. hic vnde in dubio, vt
actus valeat etiam quod expressum, fuerit nomẽ proprium
partes censentur prorogasse ipsius iurisdictionem, tãquam
habentis iurisdictionem vt per Sozin. in dicto. c. significa-
sti colum. pen. Si tamen constaret quòd partes habuissent
respectum, tam ad iurisdictionem quam ad personam ip-
sius iudicis crederem delegationem extingui secundũ opi-
nio Specul. & prædictorum per ea etiam quæ de transmis-
sione compromissi in successorem statim dicam. Et sic fœ-
dere distin. concordari possent opiniones. Et si conclusioni
Pau. de Castr. pertinaciter indistinctè quis vellet adhærere.
si partes concordes essent nolle litigare coram illius succes-
sore, cuius prorogata fuit iurisdictio, facili succurreretur re-
13 medio vt per Sozi. loco præalleg. Nunquid autem † com-
promissum factũ in Regem, Ducem, vel Principem in suc-
cessorem transeat. Bart. Bald. & alij communiter tenent quod
non, quia compromissa fiunt ex quadã confidentia. & for-
te compromittentes cõfidebant in tali Rege, vel Duce iu-
sto, ac prudenti, quã fidem non habent in successore, vt per
Iacobum de S. Geor. in trac. feud. colum. 2. & Laffr. de oria.
in tract. de arbit. in quinta parte quæst. 22. colum. 2.
Sed contraria opinio verior videtur, vt per Deci. in cap.
quoniam Abbas colum. fin. de offic. delega. per illum tex
Item quia censetur id potius factum contemplatione digni
tatis quàm personæ, quæ dignitas non est extincta, nisi con
staret partes personam potius quàm dignitatem respexisse
id autem apparere posset, ex his quæ in narratiua compro-
missi dicta fuere Ange. hic colum. quarta, & sic fœdere di-
stinctionis concordari possent opin. ponit etiam Barba. in
14 consi. 2. lib. secundo † vtrum delegatio Abbati facta transeat
in perpetuum commendatarium.
15 Secundò not. ibi subijciant, † quòd prorogatio & exten
sio iurisdictionis fit quando aliquis, se subijcit iurisdictioni
alterius iudicis secundum Bald. hic, & sic prorogare iuris-
dictionẽ alicuius & subijcere se iurisdictioni illius non sunt,
diuersa secundum Bald. in l. si conuenerit supra de iurisdic.
omn. iud. per hunc text. sed in c. quæ in ecclesiarum col. 10.
de constitu. dixit contrarium. faciendo differentiam, inter
submisionem & prorogationem iurisdictionis, eo quod pro-
prie submisio sit superioris, prorogatio inferioris vel alte-
rius, quòd est contra hunc text. per dictam l. est receptum
de iurisd. omn. iud. vbi Iaso. in secunda colum. id probat. est
enim subijcere idem quòd submittere, vel supponere ca. 2.
in princ. de rebus eccle. non aliena. in 6. voluit Dec. in cons.
497. colum. fin. vnde qui eum facit suum iudicem qui non
erat, dicitur se illi subijcere vel iurisdictioni illius, prædicta
ergo nõ differunt, & cõsentire in iudicem sonant. l. secunda
16 in princ. infra eodem. † Et hæc prorogatio operatur statim
effectum reuocabiliter, tamen vsq; ad tempus litis contest.
posteà efficitur irreuocabilis dicta. l. si conuenerit Bald. hic
col. prima. De qua quidem reuocabili & irreuocabili, pro-
rogatione videte Petr. de Ancha. in consi. 192. colu. prima
docto. in d. l. si conuenerit. & in cap. primo de iudi. cum his
quæ dicam in glo. prima.
17 Tertiò not. ibi † & consentiant cum seq. quòd proroga-
tio ista requirit expressum partium cõsensum ita aliqui di-
cunt hic in fin. & Bart. ponderabat. & latius deducit Barba.
in cap. cum olim el primo colum. sexta, de offic. delegat. ad
hoc enim vt fiat prorogatio requiritur quòd partes se subij
ciant & consentiant. & sic ista duo copulatiuè requiruntur
argu. l. si hæredi. plures. infra de cond. instit. verbum subij-
cere refertur, ad factum ex quo tacitus resultat consensus.
quum facto ostendatur voluntas. l. reprehendenda. C. de in-
stitu. & substitu. per verbum autem consentiant requiri vi-
detur expressus cõsensus. aliàs superfluè apponeretur, quòd
dicen. non est.
Nec obstat respon. Bart. in fin. commenti ad hunc text.
nam dicit ibi Bart. quòd est violatiua & pro veritate est ver
balis. Communis tamen est cum Bart. & Inno, quòd suffi-
ciat tacitus consensus litigando, puta scienter coram iudice
non suo. vt per Alex. in apostil. ad Bart. infra ad fin. com-
menti. Ang. & Imo. in l. quæro infra de sol. & Moder. hic
Sozin. late in c. significasti in 6. artic. de fo. comp. Fely. in c.
de causis colum. 3. in 6. decla. de offic. deleg. Dec. in cap. 1.
colum. 10. & in c. cæterum col. j. & quinta, de iud. & Barba.
sibi contrarium in cap. pen. & gl. colum. 17. de offic. delega.
Pro qua opin. est glo. in l. 2. in quarta parte, supra si quis in
ius voca. non ierit. secundo text. in d. c. cum olim circa fin.
iuncta glo. in verbo protinus secundum scrib. præalleg. ter-
tiò est text. apertus in l. secunda, in princ. infra eodem, vbi
dicitur videri eum cõsensisse. qui scienter litigat coram iu-
dice non suo. quod quidem verbum videtur fictionem im-
portat. l. prima. §. deiecisse videtur. infra de vi & vi arma.
ergo sufficit tacitus consensus.
Et ad hanc legem supra in oppositum inductam respon
det Barb. in d. ca. pen. & gl. colum. 17. pro eodem prædicta

verba exponi debere in idemq; resolui vt fit in.l.j. supra de
pact. ac si text. diceret si se subijciant, & consentiant. id est
consentientes se subijciant. possent enim per errorē se sub-
ijcere quo casu nō induceretur prorogatio iurisdictionis &
& ita etiam voluit Curt. infra ad fin.licet de Barba. non fa-
ciat mentionem quæ declaratio probatur per dictam.l.j. in
principio infra eodem.

17 Quādo ergo † oblato libello quis petit se absolui apparet
eum in iudicem consentire, & diceretur prorogata iurisdi-
ctio per prædicta secus, si peteret copiam libelli cum termi
no opponendi,& deliberandi vt fit per tex.l. non videtur in
iudicem infra eo.no.Pau.Cas.in.d.l. nō videtur. & in.§.quo
tiens.l.si fideic.eo.tit.& Fely. in.c.inter monasterium col.6.
de re iud. satisdatio autem præstita de iudicato soluendo nō
solum inducit prorogationem iurisdictionis, sed etiā præ-
cludit viam penitentiæ cessante tunc rigore.d.l. si conuene-
rit loquentis de pœnitentia antequā iudex adeatur vt à con
trario sensu ibi dicitur.nō videtur ergo locum habere post-
quam est additus per consensum & promissum de iudicato
soluendo coram iudice ipso, quasi duplex funiculus diffici-
lius rumpatur vt in c.1.de treu.& pa.ita Anch.in consi.192.
in auxilium colūm.j.nisi cautio prędicta ex necessitate non
ex voluntate pręstita fuerit vt per Aret.in consi.87.incip.in
præmissā plura alia de cōsensu in prorogatione iurisdictio-
nis requisitu. ponit Sozin.loco præalleg.

Quartò no.ibi inter consentientes. secundum Ang.Pau.
& Mod. q prorogatio iurisdictionis solū inducitur & ope-
19 ratur inter consentientes ipsos ac prorogantes. † nō autem
quo ad alios,ideò si filiusfa. alicuius iurisdictionem proroga
uerit, nō poterit ille patrem cogere præstare consensum fi-
lio coram ipso litiganti, ad validitatem iudicij necessarium
l.fin.§.necessitate.C.de bo.quæ lib.secundum præfatos.

Item si duo Vicētini puta prorogauerint iurisdictionem
potestatis Paduæ,non poterit potestas ipse cogere testes nō
suppositos suæ ordinariæ iurisdictioni, in causa testificari,
quum sint aliæ diuersæ personæ à prorogantibus,& proro-
gatio vt hic dicitur, solū sit inter cōsentientes pro quo Ang.
citat tex.in cap.1.cum ibi nota.de for.compe.in sexto.facit
text.vulgatus in.§.ante omnia.l.si vnus supra de pact. &.l.j.
C.res inter alios acta.i.Cur. hic contrarium tenet per regu-
lam.l.secunda, supra de iurisdictio. omnium iudicum, item
ne prorogatio filij fam.reddatur elusoria,ideò dicit iudicem
posse id facere per literas subsidiales, seu in iuris subsidiū la-
xatas ad cōpetentem iudicem testium.vel patris iuxta tex.l.
cum vnus in fine infra de bon.auct. iud. posse. de quo plura
scripsi in .l. cum quædam puella circa fin. principij supra de
iurisdictione omnium iudicū. Quidam respon. opin.istam
nō procedere, quia in potestate filij esset stare in iudicio si-
ne consensu patris,contra text.dicti.§. necessitate. Cui ra-
tioni respon. Curt.quia vt dicitur in dicto.§.necessitate iu-
dex patrem cogere potest. quæ ratio militat etiam in iuris-
dictione prorogata,lex ergo permittit filio potestatem liti-
gandi & fortius concedit vt cōueniri possit, volens patrem
cogi posse ad consentiendum.Et hęc opinio mihi placet,vt
enim dixi in primo nota. iurisdictio prorogata eiusdem est
naturæ, cuius principalis.quemadmodum ergo iudex prin-
cipalis & ordinarius patrem cogere poterat ad pręstandum
consensum filio in iudicio litiganti,ne iudiciū reddatur nul-
lum. Et testem cogere deponere veritatem, ita etiā iudex.
cuius iurisdictio prorogata est, aliàs iurisdictio prorogata
non esset eiusdem naturæ. Et si testes nō sint iurisdictionis
suæ, vel pater sit alienæ iurisdictionis,dictis literis subsidia-
libus vti poterit, & hoc modo patrem ad cōsentiendum, &
20 testes ad deponendū veritatem compellere. † Et not. quòd
quando testes sunt subditi iurisdictioni iudicis, coram quo
causa vertitur,& in ipsius territorio degentes. potest illos co
gere regulariter venire ad deponendum veritatem coram
eo. vel si voluerit examen committere.l. eos.§. si quis Paul.
Cast.& alij not.C. de appella.cap.j. & sequentibus de testi-
bus. cogen.§.fina.l.3.infra de test.capitu.cupientes.§.si ve-
rò de elect.in sexto limitando,vt per Philip. Franc. ibi & in
cap.secundo,in princ.in quarta columna de testi. in.6.tradit
Aret.in consi.82.colum.fina.& Dec. consi.447.

21 Quando autem † testes non essent subditi. vel in alieno
territorio morarentur. Inuiti ad deponendum cogi trahiq;
non possent. sed scribendum esset eorum iudici & accipien
dum testimonium suū per iudicem ipsum, in cuius sunt ter
ritorio & sub sigillo remittenda dicta iudici requirenti. vel
per commissarium ad hoc specialiter in eum locum destina
tum, præcedente licētia iudicis testium vel territorij in quo
sunt requisiti per literas in iuris subsidiū.§.& quoniam cum
not.ibi per Ang.in auct.de testi.Pau Cast. in dicto.§.si quis
& in.l.de die in.§.tutor supra qui satisd. cog. Laffr. in rep.c.
quoniam contra in verbo testium de probatio.Fely.in cap.
cum causam colum.fin.de testi. Iaso.consi.14.circa fin.vo-
lum.j.& Dec. in.c.quoniam colum.j. de testi. Et quādo re-
missoria pro testibus alibi examinandis concedenda, sit in
locis præalleg. inuenire poteris.

Et tenendo hanc opin. ad istum tex. responde q proro-
gata iurisdictio est inter consentientes non inter alios.& li-
cet in casibus prędictis exerceatur contra patrem & contra
testes. tamen iurisdictio nō dicitur esse prorogata inter eos.
sed contra eos in necessariam cōsequentiam extenditur, ex
quo aliàs iurisdictio concessa & à lege confirmata execu-
tioni mandari non posset. per regulam.l. secundæ supra de
iurisdictione omni. iudi.

22 Et prædictus consensus paternus sufficit † etiam q gene
ralis sit & in quacunq; parte litis præstitus, vt per Matth. de
Affl.in decisione regni. 180. & in alijs locis præallegandis.
Nunquid autem per dictum consensum præiudicetur patri
in aliquo ponunt Bart.& alij in simili.in.l. cum dotem.in.§.
transgrediamur circa fin.infra solu.matr.

23 † Et hanc materiam consensus præstandi per patrem fi-
lio litiganti vltra dicta per Bart. & alios scriben. in dicto.§.
necessitate. late tradunt Bal.in consil.155.lib.1.Pau.de Cas.
in consil.54.in antiquis Aret.consi.72. in septimo dubio &
consi.139.& 160.in octauo dubio & in.l. si quis mihi bona
in.§.iussum colum.secunda,infra de acquir.hære.Cor.con-
sil.95.colum.quarta volumine quarto Alex.consi.59.col.2.
& 106.volum.1.ac in.l.sed & si de sua colum.fina. de acqui.
hære. Barba. in rubr. de rescri. colum. quinta & sexta, & in
consilio.86.in primo dubio lib.tertio, Fely.in.c.cum 1,& 2.
colum.penul.de re iud.& in.c.nonnulli ad fin.commenti de
rescrip. Aret.institu.de tut.in princ.& in.§. actiones autem
de actio. canon. in.c. si annum de iudic. libro sexto Guido
Papæ in quæstio.54.Iason.in.l.prima, columna tertia.& se-
quenti.C.qui admitti in.l.is qui hæres.§. finali columna se-
cunda,de acquir.hæredi.& in dicto.§.iussum columna ter-
tia,& in aucten. quod locum colum.penul.& fin.C. de col-
la.vbi Deci.in tertio not. & in dicta.l.prima colum. penult.
vbi etiam per Curt.colum.14.

Quintò not. ibi cuiusuis iudicis, iunctis sequentibus etiā
24 delegatam iurisdictionem prorogari posse †. secundū Bald.
& alios. nam & delegatus dicitur iudex, vt in rubr. de offic.
& pot. iud. del. habet enim iurisdictionem delegatam.§.fi.
l.j.supra de offi.eius dixi in rubr. supra si quis iusdicenti non
obtempe. quem tamen arti.prorogationis latius examina-
bimus infra post glos.& Bart.

25 Vltimò not.ex text. ibi qui tribunali præest † quòd licet
delegatus vice delegantis fungatur dicto.§.fi.ac.l.& si præ-
tor illo eod. titul. ipsi tamen delegati non dicuntur habere
tribunal. sed tantum ordinarij secundum Bald. ita intelligi
debet iste text. licet Bude. hic in annot. impertinenter va-
gando, & expositionem vocabuli factā per Accursium re-
prehendendo velit, quòd maiores iudices solum dicerentur
habere tribunal, quod est falsum, quoniam omnes ordina-
rij regulariter tribunal habere dicuntur.l. secunda, infra de
re iudi.Albe.in dictin.in verbo tribunal. Estq; locus in quo
solet ius per ordinarios reddi.l. penult. supra de iusti. & iur.
quāuis possit aliquo casu ordinarius esse sine tribunali, prout
doctores legētes & rectores vniuersitatum, vt hic per Bar.
& Pau. de Cast.supra in princ.

Glo. prima

Glo.prima diuiditur in.4.partes,in prima ponit declara-
tionem ad tex.in.2.remouet tacitum cōtrarium disputans,
vtrum lex ista locū habeat in clericis.In.3.ponendo aliā de-
clarationē ad tex.remouet aliud contrariū. In.4.pro decla-
ratione prædictorū format vnā quæstionē & respon. secun
da est ibi,item hæc lex.3.ibi item intellige.4. ibi sed quęro.
In prima parte concludit cōsensum litigantium, non in-
ducere prorogationē iurisdictionis, nisi iudice præsente fa-
cta fuerit.& lis cōtestata.Pau.de Cas.hic post Guil.de Cun.
26 improbat glos. † quia prorogatio prædicta non exigit litis
contesta. sequitur simpliciter Curt.& alij Mod.& est com-
munis vt plenè per Alex.in.d.l.si conuenerit col.fin. & in.l.
quidam consulebat de re iudi.Fely.in.c.inter monast.col.3.
de re iudi. Dec.in cap.j.in prima lectura,char. penult.versi.
quarta fuit solutio de iudic. Et vt verum fateamur.l. ista &
dicta lex est receptum confundunt apertè prędictam diffe-
27 rentiam. † Secundò male dicit glos. præsentiam iudicis re-
quiri in prorogatione per text.in.§.conuenire.l.2. infra eo-
dem &.l.nostram in generalitate. & est communis scriben
tium sententia vt per Dec. in.d.c.j. in prima lectura col.11.
versic.sed tamen contra, & id procedit in prorogatione iu-
risdictionis reuocabili.d.l.si conuenerit. secus est in proro-
gatione irreuocabili. quæ bene exigit præsentiā iudicis ac-
ceptātis secundum Bald.& Ang.hic Dec.loco præallega.&
in dicta.l.si conuenerit col.3.in tertia limitatio. & sicut i iu-
dicis consensus non est necessarius, in proroganda iurisdi-
ctione, pariter non est necessarius in reuocando proroga-
tionem iam factam vt per Deci. ibidem in.j. colum.
28 Sed hic cadit nota. difficultas. † an requiratur expressa
acceptatio iudicis,vt præcludatur via pœnitentiæ proroga-
tæ iurisdictionis. vel sufficiat conuentionem & prorogatio
nem fuisse factam in præsentia iudicis tacentis.Pau.de Cas.
in.j.col. tenet sufficere præsentiam per quā satis videtur ac-
ceptare prorogationem,quum agatur de eius fauore, vt hic
per eum. & est communis scrib.sententia vt per Dec. loco
præalleg. vbi tamen ipse oppositum tenet respondendo ad
adducta pro cōmuni. quā tandem dicit restringi debere in
pacto facto coram iudice acceptante, idem voluit Ripa. in
d.c.1.col. 24. Ego à cōmuni non recederem quæ probatur
per rationē Pau.de Cast.hic cui non respon. Dec. loco prę-
allega. Et per text.d.l.si conuenerit quicquid dicant præfati
dum vult posse mutari voluntatem priusquam iudex aditus
sit adito,igitur iudice vel in pręsentia iudicis facta proroga-
tione nō poterit mutari voluntas, nec pęnitentiæ locus erit.
29 Secunda difficultas † ex quo in iudicem quis semel con-
sensit illius iurisdictionem prorogando. nō videbatur posse
illum amplius recusare, & sic quòd sufficeret cōsensus pro-
rogantis ad inducendum prorogationem iurisdictionis per
regulam.l.sicut.C.de actio.& oblig.maximè quū quasi con
tractus resultans ex litis cōte.iuxta.l.3.in.§.idem scribit in-
fra de pecul.d.l.si conuenerit Iaso. ibi & alij circa hoc mul-
tum laborant & Ripa in.d.cap.1.col.20. vbi nititur impro-
bare rationes per scribentes hic assignatas Curt. hic colu.3.
concludit rationem esse quia ibi erat cōtractus, innomina-
tus facio vt facias,ideò nimirum si re integra locus sit pęni-
tentiæ ante cæptum iudicium per litis conte. prout in con-
tractibus innominatis.l.si pecuniam in princ. infra de con-
dic.ob causam quæ ratio parum valet, quum hic non vide-
tur contractus innominatus, secūdum modum & formam
de quibus in.l.naturalis de præscri.verbis.Secundò quia se-
queretur quòd nō posset mutare voluntas, ante litem con-
test.quum ex parte mea adimpleuerim quo casu alterā par-
tem pœnitere non potest.d.l.si pecuniā. Tertiò quia.l.si con
uenerit procedit etiam interposita stipulatione speciali quo
dam respectu secundum Bart. Alex. & communiter scrib.
vt ibi per Dec. colum.2.&.3.
Alij dicunt rationē esse,quia conuentio de litigando co-
ram iudice non suo respicit factum alienū,vt patet ex diffi-
nitione iudicij,sed obligatio facti alieni non valet.l.stip.ista.
in princ.infra de verb.obliga. cum accumulatis per me in.l.
semper qui non prohibet infra de reg. iur. Quæ ratio simi-
liter non procedit. quum prorogans factum suum promit-
tat se, videlicet litigaturum corā iudice aliàs non suo. Item
quia attenta ea ratione non subsisteret acta coram tali facta
ante litis contest. quod est falsum.d.l.si conuenerit &.d.c.1.
vbi scribentes notant. Dici fortè potest hoc esse fauore or-
dinariæ iurisdictionis vt prorogans dictam iurisdictionem
posset ante litis cōtesta. ad proprium iudicem redire & co-
ram illo in tali causa litigare. quum iurisdictio ordinaria fa-
uorabilis sit cap.1.cum ibi nota de rescrip.in sexto cap.pen.
& glo.de offic.deleg. resque de facili reuertitur ad naturam
suam.c.ab exordio.45.distinc.l.si vnus.§.pactus ne peteret,
versic. quòd in specie supra de pact. & ideò solus consensus
inducit irreuocabilem renunciationem priuilegij fori.l.j. su
pra si quis in ius voc. non ierit vt hic per Cur. col.3. Dec.in
d.l.si conuenerit,colum.penul.& in dicto cap.1.de iudi.vbi
etiam per Ripam colum.21.cum sequen.
Circa secundā partem gl.quia canones nō calluit se inuo-
luit in discussione articuli,an clericus prorogare possit iuris-
30 dictione iudicis non sui. † Dicendum est vt hic per Pau. de
Cast.col.2.quem sequuntur Moder.& tradunt latius Philip.
Franc.in cap.j.in principio de fo.comp. in.vj.Sozi. in.d.ca.
significasti.in sexto articulo principali.colum.14.& sequen.
vbi. Felyn. colum.j. & Iaso. post Bart.& alios in.l.j.in.§.&
post operis colum.fi.de nou.oper. nun. Et quare aliud sit in
clericis quàm in laicis ponunt ibidem doctor.
31 Et quatuor casus singulares † in quibus clericus conue-
niri potest coram seculari, & per illum distringi enumerant
hic Alex.& præfati Moder.primus est quando clericus fal-
sum coram laico deponeret per.l.nullum.C.de testi. vbi gl.
expresè exemplificat in clerico de quo dubitat hic Cur.sed
non est dubitandum quum dicta glo. malè dicat & commu
niter reprobetur vt ibi per Saly. & alios & per Sozi.in ca.1.
colum.pen.de for.compe. Secundus casus de clerico depo-
sitario est communiter approbatus, vt hic per præfatos &
per Matth.de afflict. in decisione regni.24.
Sed non videtur iuri nec veritati cōsentaneus, quia licet
in causa depositi procedatur executiuè.l.pen.C. depo. id ta-
men fieri debet per iudicem ecclesiasticū & competentem
clerico,nō autem per secularem.c.clericū nullus.11.quęst.j.
faciunt quę ponunt docto.in.c.quia.v.in vltimis col.de iud.
& Dec.in consi. 700. Ad tertiū casum videte quæ scribunt
Matth. de Afflict. & Deci. in locis supra alleg. Circa quar-
tum casum de iolātia quæ de laico transit in clericum. Ve-
rior & receptior sententia est ad oppositum, vt latè demon
straui in.l.2.C.de pact.inter empt.& vend. in quęstionibus.
Adde alium casum in.c. cæterum cum not. ibi per Dec.
in secunda colum.de iudic.
32 Ex tertia parte glo. † habetis primam declarationem ad
hanc legem,vt procedat quando partes consenserunt in iu-
dicem tanquam in iudicem ordinarium. secus si vt in arbi-
trium,sequūtur hic Bar.& alij. Et ratio est in promptu,quia
arbiter non habet iurisdictionem.sed notionē & cognitio-
nem.l.ait prætor.in principio de re iudi.ideò eius quod non est
prorogatio fieri non potest, vt diximus supra in primo not.
& tradit Soz.in.d.c.significasti colum.7.& octaua quęstio-
ne, potestas tamen arbitri bene prorogari potest. quia de-
pendet à potestate partium vt per Barb.in.c.significasti fol.
penult.versic.quid in arbitro de offic.delega.
33 Secundò ex glo.colligite † quòd partes nō possunt com-
promittere in iudicem suum ordinarium. tanquam in arbi-
trum per tex.in.l.sed si in seruum in.§.si quis iudex.supra de
arbi. & sequuntur cōmuniter doct.rationes plures assignan
tur per Roma.in.d.§& post operis vbi Alex.colum.prima,
& Lancel. hic secundam rationem hanc sequuntur quia co-
ram arbitro proceditur seruato ordine iudiciario sicut co-
ram iudice.leg.prima, supra de arbi. ideò videretur detrahi
ordinariæ iurisdictioni, & fieri illi iniuriam, si coram ordi-
nario tanquàm coram arbitro procederetur, abuteretur que
ordinarius iurisdictione sibi data per.l.viuam aut mortuam
ex qua poterat, similiter tanquam ordinarius procedere,
procuraretque semper ordinarius procedere,vt arbiter quo

appellationem euitaret. quum à sententia arbitri non appel
letur.l.diem proferre.§.stari supra de arbi. ita quòd ordina-
ria iurisdictio euacuaretur & elusoria redderetur cōtra iura
vulg. Deci.in.l.& si prætor.supra de offic.eius in.3.not.post
alios de quibus ibi per eum tenet oppositum, in puncto iu-
ris respondendo ad text. in.d.§. si quis iudex quod procedit
quando ordinarius iubet in se cōpromitti, secus ergo quan-
do compromissum sponte fieret, quæ responsio non proce
dit nec subsistit, quia in primo dicto prohibetur recipere in
se compromissum & sic spontaneam susceptionem. In.2.
compromissum iussum vt hic etiam per Curt. in.4. colum.
Minus valet responsio quorūdam aliorum quòd procedat,
text.ille quando iudex incipit cognoscere arg.l.de qua re &
l.vbi ceptum infra eo. quia non apparet, ꝙ ibi ceptum esset
iudicium, bene ergo dicit Aquens.in.d.§. & post operis col.
secunda, ad illum tex. malè posse responderi.

34 De iure cano, † contrarium deciditur in.c. cum tempore
& in.c.ex parte de arbi. rationem diuersitatis & differentiæ
colligite ex dictis Aquens. in loco præalleg. In ordinarium
35 verò † bene potest compromitti tanquam in arbitratorem,
vt præfati declarant, quum cessat ratio supra assignata quare
nō possit compromitti in eum tanquam in arbitrum. nam
hoc casu procedit iuris ordine non seruato. Ex vltima par-
te glos. habemus modum cognoscendi an quis assumptus,
fuerit vt ordinarius, vel vt arbiter & cum ea transeunt hic
Bart. Paul. Castr. & alij.

36 Secundò not. colligitur per Ang. & Mod. † ꝙ vbicunque
actus trahi potest ad plures sensus propter ambiguitatē, tra-
hi debet ad sensum qui ex præfationibus colligitur argu. §.
idem respōdit legis titia infra de verb. obli. nec mirum quū
præcedētia magis influant in sequētia quàm è cōtra.l. quis-
quis vbi Bart.no.infra de leg.3. Et hoc nisi alius sensus esset
clarus, quia tunc præfationes nihil operarentur.l.locatorum
&.l.cum in plures infra loca. vt hic per Ang. & per scriben-
tes in.l.pacta nouissima.C.de pact.in.§.morte. & in c.cum
M. Ferrariensis. &c.

37 Tertiò colligitur no. ampliatio † ad regulam legis quo-
tiens idem infra de reg.iur.& de reb.dub. & de verb.sign. ꝙ
non solum in dubio capienda sit præsumptio, quę actū va-
lere facit, sed etiam illa, quæ actū fortiorem & validiorem
facit vt hic per Lanc.& Mod.& Alex.in.l.si seruus plurium
in.§.fin.ff.de leg.j.cum not.in locis præalleg.

Glo.ij. diuidi potest in tres prout tres declarationes po-
nit ad hunc tex. quæ approbantur per Bar.Pau.Cur. & alios
38 hic sed.iij.non est bona. † Et prima ꝙ tex.intelligatur de ha
bente certū locum ad ius reddendū, more maiorum, quem
locum non habent delegari, potest procedere. vt dixi in vlt.
not.& verbis tex. conuenit. Quidam tamen banc lect. re-
prehendunt per tex.in.l.si locus. cum no. infra eo. vbi si lo-
cus iudicandi nō sit in delegatione comprehensus, censetur
iussus iudicare in loco vbi iudicari solet, sine incōmodo liti-
gantium, & sic in tribunali committentis, ideò dicit Pau.de
Cas.in.d.l. si locus ꝙ si potestas commiserit causam docto-
ri, sentētiam esse ferendam in palatio potestatis, vbi ipse &
iudices sui sententias proferre solent, ergo & delegatus tri-
bunal habere dicitur. quod à vero alienum est, vt in vltimis
39 no.dixi † quū tribunal dicatur locus in quo iudex sedet red-
dendo ius more maiorum.l.pen. supra de iust. & iure vt hic
per Bart. quod in delegato verificari non potest, vt patet ad
sensum. Et.d.l.si locus, intelligitur de loco cōgruo & hone-
sto in quo sine incōmodo litigantiū iudicari solet. dummo-
do sit in territorio vt declarant ibi Bal.Ang.& alij. præterea
ille tex. solū loquitur de sententia non de processu. ergo de-
legatus dici nō potest tribunali delegantis præesse, & sic lo-
cum stabilem & ordinarium ad ius redden. habere.

Secunda expositio vt per tribunal. cōtentiosa iurisdictio
intelligatur per illa verba vel aliam iurisdictionem intelliga
tur voluntaria, licet ad hunc casum non sit text. restringen-
dus. satis tamen procedere potest. & hoc modo exemplifi-
cari, quia ille qui inest tribunali contentiosam habet.d.l.pe-
40 nult. qui autem voluntariam habitūtalem non habet. † Nec
obstat improbatio quorundam dicentium non fieri proro-
gationem, quando res deducitur de habitu ad actum, vt in
voluntaria iurisdictione.l.ij.supra de offic.proconsul.& leg.
quia & si in casu illius text. non prorogetur iurisdictio, sed
voluntaria ad actū deducatur, tamen voluntaria bene pro-
rogari potest, de habitu ad actum rem reducendo, vt vult
hic tex. iuncta declaratione illius glo. prout latius dixi supra
in primo not. & in.l.fin. supra de iurisdict.om.iud. Clareque
probatur, quia fundamentum prorogationis iurisdictionis
est in præexistenti iurisdictione vt per hunc tex. dixi in not.
In proposito præexistit in. ergo, &c. De quo vide Ange.&
Paul.Cast.hic in penul.& vlt.colum.Barb.in dicto cap.pen.
& glo.numero.120.de officio delega. & Sozin.in.c.signifi-
casti colum.octaua, & præallega.

Tertia declaratio vt per tribunal. imperium, per iurisdi-
ctionem simplex ordinariaque iurisdictio intelligatur, non
procedit. quasi vellet tex. ordinarius nō habere tribunal con
tra.l.2.de re iud.&.l.penul. de iu.& iure. vt latius dixi in vlti-
mo not. damnando Budeum qui hic in annot. sequebatur,
prædictam declarationem, Bart. addit quartam declaratio-
nem. quæ potest procedere, vt etiam in superioribus dixi.
Duę ergo primę gl. cū vltima Bar. procedent tertia gl. non.

Ex prima parte gl. colligitur conclusio ꝙ iurisdictio de-
legata potest prorogari, id quod probatur per hunc text. vt
dixi supra in primo & quinto not. Et procedit respectu rei,
41 loci, & temporis, non autem respectu personæ. † d.c.pen.&
gl.in fin.de offic.deleg. Bart. & alij communiter hic Sozin.
in d.c.significasti. colum.sexta & septima. Fely. in.d.c.pen.
& glo.colum.secunda, & Dec. in cap.cæterum col.j.de iud.
Nec obstat quòd de re ad personas valeat argu.l. qui furere
supra de stat. homi. ac de tempore ad personas.l. qui plures
liberos infra de vulg. ergo valebit prorogatio de persona ad
personam secundum Ange.& Curt.hic respon. ad text. di-
cti cap.pen. & gl. vt voluit Pau.Cast.hic in fi. & cano.in di-
cto cap. pen. Cui tamen conclusioni refragari videtur text.
ibi in fin. qui generaliter dicit delegatam iurisdictionem ad
alias personas prorogari non posse, & sic cessant argumen-
ta, quum tex. sit de hoc apertus. Difficultas est in assignan-
do bonam rationem. Pau.Cast. hic in vlt.colu. assignat tres
rationes quas improbat Lance. Dec. aliam ponit Curt. quia
substantia iudicij in personis consistit, vt probatur ex diffi-
nitione iudicij de qua supra, locus autem & tempus acciden
talia sunt & concomitantia, vt post Bald. dixi supra in rubr.
ideò nimirum si facilius admittitur prorogatio iurisdictio-
nis circa concomitantia quàm circa substantialia, quæ ratio
parum valet, quia res est de substātia iudicij.l.j. cum ibi not.
per glo.& doct. supra de eden. ergo prorogatio iurisdictio-
nis quæ fit de re ad rem respicit similiter substantiam iudi-
cij aliam addit Curt. quam latius prosequitur Sozin.in.d.ca.
significasti. colum.6. quia proprietas delegatæ iurisdictionis
remanet in delegante.l.iudicium soluitur infra eodem.§.fi.
leg. prima supra de offic. eius, ideò conueniens est iurisdi-
ctionem prorogari nō posse ad alias personas in delegatio-
ne non expressas præter consensum ipsius, delegantis cuius
est fundamētum iurisdictionis vt diximus supra. Sed non-
ne ratio ista pariter militat respectu rei & temporis: & ta-
men non prohibetur delegatio cogita.

42 In ordinaria iur. † difficilis fit prorogatio de loco ad lo-
cum, quàm de persona ad personam. in prorogatione enim
loci requiritur expressus consensus capi.statutum.§. in nul-
lo de rescript. libro sexto, in prorogatione verò iurisdictio-
nis de persona ad personam sufficit tacitus consensus, vt di-
ximus supra & post Aret. tradit Deci.in capi.cæterum.co-
lumna prima de iudi.

Prędicta conclusio ꝙ iurisdictio delegata nō possit pro-
43 rogari de persona ad personam † limitatur multis modis, vt
per Sozin. loco præalleg. & Fely.in.d.c.pen.& gl. col.2.&.3.
44 Ex sequenti parte gl. colligitur alia not. conclusio † quòd
iurisdictio quam habent iudices chartularij, primo nota-
rij eo modo nuncupati à charta sui priuilegij prorogari po-
test, & sic de habitu deduci ad actum. licet ergo instru-
menta

menta de iure communi non habeant executionem paratam.l.minor.25.annis cui fideicom.de mino.ibi ad initium nouæ petitionis redegerat. quem tex. extollit ad hoc Hercu.Perusi.in.l.ait prætor col.j.ad fin.infra de re iud.aliud tamen est quando sunt guarẽtigiata.i. quando notarius iudex chartularius facit præceptum, de soluendo parti acceptanti instar iudicis ordinarij.l. si debitori infra eod.

Sed cadit hic not. dubitatio an omnes notarij vi tabellionatus habeant talem iurisdictionem & sint iudices chartulari eo ipso ꝙ sunt notarij. Et quicquid sentiat hic glo.Pau. de Cast.& nonnulli alij dicen. & tenendum est ꝙ non . nisi ab auctoritatem habente cum tali potestate, & iurisdictione creati fuerint notarij . vel à stat. concessa esset vt hic per Bal.col.fi.ibi propter formam. idem vult Cur.col. pen.licet non referat Bald.adde pulchrè Soz.in.d.c.significasti.col.8. in.10.q.Cor.in consi.238.& 259.lib.3. Hercul.perus.in.d.l. ait prætor. col.j.&.ij.Iaso.in.l.error. in duabus vlt.col.C.de iu.& fac.ign.& latè habetur in tractatu de guarentigia.Of-
45 ficium aũt tabellionis † prorogari nõ potest,ideò acta causæ scribi debẽt per eundem causæ notarium.non per alium etiam de cõsensu partium , quia prorogatio solum in his fit quæ iurisdictionem sapiunt vt hic per Bald.in fin.cõmenti, sequitur hic simpliciter Cur.& Sozi. loco præalleg.& latius Barb.in.d.c.pen.& gl.col.præantepen.limitando post Ang. & Imol.nisi id ex causa fieret,exempli gratia,propter impedimentum,quia tunc auctoritate iudicis . alius notarius deputari posset arg.l.j.supra de offic.consul. &.l.j. supra de off. eius. ideò si esset diuisa iurisdictio ciuitatis per portas, licet vnus iudex non posset se impedire de porta alterius, tamen si in ciuitate vigeret & serperet pestis, & iudex vnius portæ esset absens actus posset expediri per iudicem alterius portæ vt ibi per eos. iudex tamen qui citauit per vnũ nuncium poterit posteà per alium citare, sed ista non est prorogatio: nec vnus nuncius deputatus est specialiter pro aliqua causa.

Vltima pars glo. expedietur in sequenti glo.

Glo.fin.diuiditur in.ij.partes in prima declarat tex.in secunda disputat vtrum hæc lex locum habeat in criminalibus. seccunda ibi sed an.Rationes & iura,gl.parum concludunt art.est de apicibus iuris Bart.hic se breuiter absoluit se quendo gl. ꝙ fieri possit prorogatio etiam in criminalibus
46 † quando iudex prorogatæ iurisdictionis, habebat iurisdictionem in causis meri imperij,aliàs nõ esset prorogare iurisdictionem,sed de nouo dare,& mouetur Bart.solum per legem primam.C.vbi de crimi.agi opor.in verbo inchoata cui potest multipliciter responderi vt hic per Bal.in vlti.col. vel quòd non loquitur de iudicio inchoato per prorogationem. sed de ipso crimine inchoato, vt ex præcedẽtibus apparet. vt hic per Lanc.& Cur.& per Bald.illum text. sic declarantem in consi.28.lib.2.& Pau.Cast. in.d.l.j. Opinio gl. & Bar.hic communiter recepta est cum pluribus tamen limit.quæ conclusionem destruunt vt hic per Pau. Lan.Cur. & Soz.in prẹall.c.significasti col.11.&.12.Fel. in.d.c.pen.& gl.col.3.Pau.de Cas.in.l.j.C.de iur.om.iud.& in.d.l.j.C. vbi de crim.agi opor. latius per Barb. in.d.cap.pen.& gl.fol.11. cum sequenti in versic. quid autem in criminalibus,vbi tenet cõtra communem, quòd in causis criminalibus cognitio spectet ad iudicem naturalem delicti commissi priuatiuè, & nequeat fieri prorogatio , maximè ne fiat præiudiciũ iurisdictioni offensæ,neúe collusio, frausq́ue committatur, vt ibi per eum, & est opinio defensibilis & consentanea legibus & communibus vt hic etiam per Moder.

Non est tamen à communi recedendum cũ limitationibus prædictis , per quas potest optimè responderi ad rationes prẹalleg. quia prorogatio solum fit in prẹiudicium prorogantis.non in prẹiudicium reip.offensæ nec sine consensu iudicis territorij læsi vt hic per Ang. Pau. & Mod. & per Pau. Cast.in.d.l.j.colum.j.C. vbi de crimin.

EX LEGE VENDITOR.

Venditor volens emptorem in causa contra illum mota defendere ; debet hoc facere coram iudice ipsius emptoris, conuenti. nume.1.8.& per totam legem.

Clericus veniens ad defenden. emptorem in lite contra eum mota debet id facere coram iudice emptoris conuenti secus est quando venit pro suo interesse principaliter. 1.2. 11.13.19. & sequen.

Denunciatio litis motæ , pro euictionis commodo consequendo,vt sit legitima qualis esse debeat & cũ fieri. 3. cũ seq.

Euictio vt præstetur quid faciendum . ibidem & de materia euictionis.nume.24.

Denuncians litem motam tenetur nihilominus prosequi , & causam defendere aliàs regulariter non agit de euictione. 5.cum sequen.

Pacta vtilia quæ dicantur.6.

Protestatio quòd quis non intendit conuentum in iudicio deserere quando aliàs interuenit in causa vtilis est. 12.

Iudex secularis non debet curare de inhibitorijs iudicis ecclesiastici in causis quæ ad forũ ecclesiæ non pertinent.14.

Fiscus priuilegiatus est vt causam contra eius emptorem motam ad iudicem suum reuocet nu. 16.

Fiscus & ecclesia licet procedant à pari , secus tamen est in clerico.17.

Tex.l.bene à Zenone declaratur. 18.

Compromittens non dicitur mutare forum, nec iudicem.21.

Sententia lata contra emptorem,an & quando possit executioni demandari contra venditorem & in bonis illius.25

Tex.§.si ignorantes.l.si procuratorem man.declaratur. ibi.

In legem venditor de iudi.



Ec not. lex quæ habet materiã quotidianam & practicabilem vsq; ad.§. iudices.diuiditur in tres partes, in prima ponitur thema. in secũda quẹstio. in tertio responsio. secunda ibi quẹritur.tertia ibi Paul.

Summatur vt hic per Bald. Ang. &
1 Paul. Castr. Ratio dubitandi esse poterat. † quia quum iste venditor denunciatus veniat ad iudiciũ stimulatus,vt defensor necessarius venit.& sic loco rei habetur vt per Ang.in.l. nõ cogere in.§.si procurator supra de procur. & Deci.in.c. intelleximus colum.4.de iud.si ipse originaliter conueniretur.Coram suo iudice cõueniendus esset.l.fin.C.vbi in rem actio.ergo & hoc casu quum reus & defensor sit videbatur quòd ad suum iudicem trahere posset.

Oppositum tamen deciditur. ratio decidendi est.quia iudicium inchoatũ fundatur contra emptorem possidentem rem vendicandam , non contra venditorem.l. j. C. vbi in rem actio. ideò dicit hic iurisconsultus venditorem emptoris iudicem sequi solere. Non obst.allegata in oppositũ quia procederent quando ipse venditor possideret, & contra eũ iudicium fundaretur,aliàs secus. vt hic.quia non habetur in consideratione respectus fori personẹ venditoris clerici puta. quòd venit ad iudicium necessariò & incidenter.]

Noto primò ex isto text. ꝙ actor volens rem venditam vendicare, emptoris non venditoris forum sequi debet, ad idem tex. in.l.j.C. vbi in rem actio. quia actio realis contra possidentem non cõtra illius auctorem datur, ꝙ si conuentus possessorio alium dominum nominet. & quando possit euitare iudicium.vltra ea quẹ traduntur per scriben.in.d.l.j. videte Ang.in.l.si cui in.§.imperator infra de accusa.Franciscum de Parma in trac.de iure fisci fol.9.colum.4. vbi di-
2 cunt † ꝙ licet clericus volens venire ad defendendum laicũ pro interesse suo nõ possit trahere actorem ad forum episcopi,dari tamẽ cautelam, ꝙ colonus nominet prælatum in iudicio,asserendo ꝙ colit pro prælato vel clerico, quia tunc necessariò trahitur ad forum ecclesiẹ.vt etiam scribit Matthæ. de afflict. in decisione regni.116. cum seq.
3 Secundò not. ex tex. ibi † denunciatus & euictionis nomine defenderet, ꝙ ad hoc vt venditor de euictione teneatur nõ sufficit denunciationem esse notificatoriam, verum

etiam requiſitoria eſſe debet, vt veniat ad defenden. ipſum
emptorem conuentum,accedunt tex.in.l. ſi plus in.§.mota
quæſtione infra de euic.in.l.ſi abſente cum ibi not. per Pau.
Caſt.ſupra de procur.& in.c.fi.de emp. & ven.cum accumu
latis per Bart.in.§.morte colum.11. & in.l. emptor infra de
euic.Pau.de Caſ.in.d.l.ſi abſente Ant.Burgos in.d.c.fi.in.2.
no.Dec.conſ.74.& 102. Ripam in.c.cum.M.ferrar.163.in
nona concluſ.cum ſeq.de conſtitu. & Modet. repet. in.d.§.
morte col.25.cum ſequenti & ponunt ſcrib. prædicti mul-
tos caſus in quibus abſque prædicta denunciatione, agi po-
teſt de euictione contra vendi.

4 In qua materia † tria diligenter in actu practico notabi-
tis,primum ꝙ denũciatio prędicta debet eſſe legitima tam
ex tempore quàm ex modo. quia emptor litem motam de
nuncians debet mittere venditori copiam libelli,& proceſ-
ſus,quũ debeat venditorẽ de lite mota certũ facere, nec ali-
ter certiorari dicatur,niſi his cognitis.l.nomen in verbo cer
tior factus.C.quæ res pign.obl.poſſ.Bar.in.d.l.emptor & in
d.§.morte col.11.Ang.hic Bald.in.l.libera.col.fi.C.de ſent.
& interlo.om.iu.Ripa loco præal.cum alijs infra allegan.&
ita obſeruatur in practica . ſolent enim emptores venditori
bus, & auctoribus ſuis litem intimare contra eos motam ſu
per re vendita , requirendo & interpellãdo vt veniant ad de
fendendum eos,& onus defenſionis cauſæ in ſe aſſumendo
32 mihi indubitatum.nec tanta nota dignum, † quia ex facto solius notarij scribentis instrumẽtum in alio loco,absonum est dicere partes debere forum ibi sortiri vt hic in principio dixit Bal.ex quo ergo maritus in loco illo nihil egit nec quicquã ibi facere promisit.Cui dubium ꝙ nõ debet posse ibi cõueniri. Nota tamen ꝙ tabellio in instrumento leuato & expedito non debet apponere locũ confecti instrumenti, sed iussi & recepti.cap.abbate de re iud.in.6.Dec.plenè in cap.j.col.3.de fid.instr.

Secundus intellectus gl.cõsonat verbis legis nostræ ideò à scribentibus communiter approbatur vt dixi supra in ra-
33 tionibus dubitandi & decidendi. † Ad.l.contraxisse per gl. allegatam ꝙ locus destinatę solutionis censeatur locus contractus,ideò posit quis ibi conueniri, vt dicitur in.l.nostra. multa possem addere & dicere,sed quia breuis hæc lex satis fuit onerata ex prædictis,vide si placet Aret.in.§.præterea quasdam col.13.de actio.Alex.in cons.49.lib.5. in.l.vinum in.5.not.si cer.pet.vbi similiter Dec.in.5.not.Soz.consi.96. & 247.secundum ordinem cõtinuatiuum in.2.dubitatione vol.2.& in.c.dilecti de fo.cõpe.Bal.nouel.in trac.de dote in.9.parte principali colu.6.in.18.speciali Ias.in.l.j.j.de eo quod cer.loco & Dec. in ca.1.col.18.primę lecturæ de iud.

Iuxta tamen hunc secũdum intellectũ dicebat hic Ang. ꝙ licet ex confectione instrumenti dotis.vir non efficiatur de loco contractus dotalis; forum tamen quem ex aliquo
34 priuilegio aliàs declinare poterat.nunc minimè poterit,† vt si vir legationis tempore dotem Romæ recepisset,& sic in loco communis patriæ & solueretur matrimonium durante legatione, maritus Romæ legatione fungens conueniri poterit,nec forum declinabit.l.si vxor supra eo.quam Ang. sic intelligit,quando matrimonium contractum fuit, ibiq; recepta dos vt hic etiam per Pau.de Cast.secus ergo si alibi, & dicit ibi Bar.ita sentire doct.idem voluit Fel.in.c.fi.in fi. de fo. comp. Et iste videtur communis scribentium intellectus ad dictam.l.si vxor, ꝙ contractus fuerit factus Romæ & sic in loco communis patriæ. ibiq; secutũ fuerit diuortium & distractus.& maritus illic inuentus, vt tunc propter dotis prærogatiuã maritus legatus perdat priuilegium declinandi forum.Iusque reuocandi domum vt etiam per Bal.nouel.loco proxime allegato.

Tertius intellectus.Mar.vt dicit Ang.directo repugnat literęq; contradicit,& fuit Ceruotinus,ideò non est qui illum sequatur, ab intellectu ergo & declaratione de quibus diximus supra non est recedendum.

EX RVB. CVM LEGE PRIMA & quatuor sequen. de inoffi. testa.

Querela inoffi.testa. rem ad causam intestati reducit & est præparatoria pet.hęr.in rub.num.1.

Patria potestas maior & potentior erat olim, quàm hodie. num.2.

Exhęredatio filij hodie non subsistit nisi fuerit expressa causa legitima, & inde probata per hæredem.3.& in.l.hoc colore.16.

Querela quid sit,& vtrum querelato testamento, corruant in eo contenta.nu.4.cum seq.

Præteritio linea materna cum insertione causa pro exhæredatione habetur.nu.7.

Querela quibus personis competat.nu.8.

Querela & ius agendi ad supplementum legitimę non concurrunt.nume.9.

Querela ista quanto tempore decret.quomodo ad prædictam deducatur. Et an possit in eodem libello intentari ordine successiuo vna cum per hær.nu.10.& 12.

EX LEGE PRIMA.

Frequentia materiam commodat.nu.1.

Querela & ius dicendi nullum,competunt tantummodò successuris ab intest.2.cum sequen.

Filia quæ renunciauit bonis paternis cum iur.si præterita in testõ fuerit,non potest testamentum rumpere ibi.nu.4.

Præteriti cum insertione causæ à filij emancipatis non habẽt querelam sed bo.po.contra tab.nu.5.

Fratres ex tribus causis tantum possunt exhæredari & præteriti ex quibus tamen causis ab intestato non excluderentur ab hæreditate fratris.6.

Quibus gradibus personarum competat querela inoff.test.7.

Querela contra testamenta fratrum instituentium turpes personas plenè discutitur ibidem.nu.8.cum sequentibus.

Quarta descendentium & quarta collateralium fratrum, scilicet disparis sunt naturæ.nec de vna bene infertur ad aliam.10.

Legitima fratrum an sit hodie aucta sicuti legitima descendentium & ascendentium.12.

Codicillaris clausula an operetur vt frateri querelato & expugnato testamẽto fratris, teneatur statim instituto restituere hereditatem.13.

Bastardi an dicantur personæ turpes & infames ita quod locum habeant iura de talibus loquentia.14.

Fratrum

Fratrum appellatione qui veniant.17.
Expensis inanibus vexare se quis non debet.18.
Exceptio tua non interest, peremptoria dicitur.19.
Lex non potest argui de mendacio.20.
Filiusfa. sępe potest testari.21.

EX L. HOC COLORE cum tribus sequentibus.

Color quid sit & de significatione illorum verborum colore quęsito.1.& 11.
Querela to testamento olim omnia corruebãt, hodie non quæ sit ratio diuersitatis.2.
Querelam intentantes contra testamentum, quid pro obtinenda victoria haberẽt probare tam olim quam hodie.3.
Quasi hac dictio, regulariter nota est impropriętatis.4.
Recte & rite quomodo differant.5.
Inofficiosum testamentum dicere quid sit, & aliud esse hodie quam esset olim.6.
Nouercalia delinimenta filijs alterius matrimonij nocẽt & similiter meretricia.7.cum seq.
Iniuriam alteri inferre volenti non est consentiendum.8.
Pupillus mortuo patre apud quem educandus sit.10.
Tex.l.j.ff.vbi pup.educ.deb. ornatur & declaratur.ibidem.
Blanditijs allicere quempiam ad se instituẽdum quomodo sit prohibitum.12.
Tex.l.fi.C.si quis aliquem test.probib.declaratur.ibid.
Præteritus in testamento quis dicatur.13.
Querela inoffi.test.non præparata an & quando transmittatur ad hæredes.4.
Legitima descendentibus debebatur iure institutionis etiam de iure fforum.15.

In rub. de Inoffic. test.

HIc titulus subtilis est & difficilis etiã doctoribus semper visus. omnibus tamen neruis viribusque contendã cuncta plana facere. Pau.Cast. hic, Salyn. & Iaso. in rub.C.eo.latius explicantes sequuntur continuationem glo. hic & ibi. Viso ergo in titu. proximè præcedenti & substantia & concomitantia iudiciorum propter quæ introductæ sunt actiones vt in proœ.decretalium, cum alijs quæ allegauimus supra in rubr.de iud. consequens erat de ipsis actionibus videre quæ in iudicijs exercẽtur. Et quia ab vniuersalibus est inchoãdum vt latè dixi in rub. infra de reg.iur.de pet.hær.quæ vniuersalis est.l.j.cum glos.infra de rei vend. tractaturus est primo auctor. verum quia inoffic.
1 testamenti querela præparatoria est.† quum procedat hær.pet.rescindatq; testamẽtum quo per querelam rescisso, res causam intestati reducitur.l.in substitutione cum glos. infra de vulg.& pu.l.qui repudiantis.l.posthumus.§.si quis ex his &.l.circa infra eo.tit.& aperitur.via agendi pet.hære.l.quẽadmodum &.l.qui de inofficioso.infra eod.cum alijs adductis per Soz.in consi.134.col.j.lib.j.ideò hic hunc tit.posuit quum remedium pręparatorium ipsius pet. hær. contineat secundum glo.& doc.

Pro intelligentia materiæ & eorum quæ dicturi sumus
2 primò sciendum est, † q secundum legem.12.tab.parentes poterãt prulibito filios ab hæreditate & successione sua excludere, quũ vitæ necisq; ius in illos haberent.l.in suis in. fi. infra de lib.& po.l.fi.C.de pa.po.&.l.fi.C.de pat. qui fil. distrax.& habetur etiã genesis.c.9.circa fi.& qui potest quod est plus, vtiq; potest etiam quod est minus.d.l.in suis cum ibi not.per Ias.in.4.not.&.l.cui licet infra de reg.iur. Et secundum Ius illud de querela ista inoffi. test.respectu descendentium non erat tractatus nec dispositum de impugnãda voluntate parentum, adeò lex de eis confidebat, hinc est q soli patri habenti filiam in potestate, datum erat ius & facultas illam in adulterio repertam vna cum adulterio occidendi, quia paterni nominis pietas consilium sępe capit pro filijs.secus in marito & alijs.l.patri cum duabus.ll.sequentibus infra de adult.verũ quia crescente malicia humana iuxta id quod scribitur in proœ.decre.parentes sine causa liberos exhæredabant aut præteribant, vt dicitur inst.de inoffi. test.in princip. patria potestas per iura ffiorum & alia restricta fuit, ita q prædicta ita passim amplius non licebant iuribus præalleg. ideò non erat licitum parentibus sine causa filios occidere, aut exhæredare.l.j.cum sequen.infra eo.& istit.de inoffi.test.in princip.leuior tamen causa de iure isto erat sufficiens, nec aliter erat iustificanda sufficiente testimonio patris dicentis liberos ingratos.l.3.C.de lib.præter.l.liberi.C.de inoffi.test.nisi filius probasset se fuisse gratum, d.l.liberi cum ibi not.per Pau.Cast.& alios & in auctẽ. non
3 licet.C.de lib. præter. † Sed hodie prędicta patris potestas magis restricta fuit, tam per iura.C.quam auctentico.limitatæ enim & coarctatæ sunt causæ exhæredationis ad certum numerum, & requisita specificatio & expressio causæ & etiam probatio inde per hęredes facienda.§.exhæredatos cum glo.in auc.de hęr.& fal.§.aliud quoque cap.in auc. vt cum de appella.cog.& auc.non licet præal.cum ibi nota. per scriben.& per Bal.in.l.nam & his infra eo.Aret.& Soz. in.l.3.in.§.filius col.fi.de lib.& posth.

4 Secundò præmitto,† q querela & querimonia eiusdem sunt significationis à conquerendo dictæ: & est generale vocabulum, vide Barb.in.c.dilecti col.2.& tertia de iud.& Dec.in consi.550.col.j.in proposito nostro dicitur lamentatio & querimonia de testa.contra officium pietatis facto.
5 l.2.& 5.infra eo.cum vulg.nec actio est nec accusatio,† sed quędam species de per se medium inter prædicta tenens, ad rescindendum testamentum cõpetens.l.posthumos.§. si quis ex his &.§.si quis instituta cum glos. vbi scribentes notant infra eo.

6 Tertio præmito,† q olim querela in offi. test.hoc colore introducta fuit, instituebatur q tanquam parentes exhæredantes quasi dementes essent, ideo omnia disposita & ordinata in tali testamento tanquam à furioso, & homine insanæ mentis facta, corruebant.l.hoc colore.l.nam & is.l.tricia.ff.eo.l.furiosum.C.qui test.fa.po.l.patronus liberto.§.fi. infra de leg.3.no.Dec.in consi.561.hodie verò dictum testamentũ non expugnatur vti à demente vel quasi factum, & eo colore.quum ad hoc vt valeat exhęredatio, & competat ista querela requiratur expressio & specificatio legitimæ causæ in testamento vt diximus, quia actus in demente & furioso non cadit, verum rescinditur & expugnatur, eo q causa inserta non sit vera, & cõtra officium pietatis egerit qui sic fecit irritata institutione, circa quã impietas commissa fuit. cætera firma manent auc. ex causa cum ibi not. C.de lib.præt.& istit.de inoffi.testa.in princ. cum ibi dictis notant Bart.& alij in.d.l.nam & is in.§.j.Pau.Cast.in.l.hoc colore & in.l.tricia præal.& Matt.de affl.in decis.regni.125. cum infra adducendis.

7 Quartò præmitto,† q licet in ascendentibus per lineam masculinam, in quibus est patria potestas, & similiter in descendentibus à linea prædicta, ad exclusionem successionis requiratur exhæredatio cum expressione causæ legitimæ, vt supra dixi, & talibus exhæredatis daretur huiuscemodi querela tamen in matre & ascendentibus per lineam maternam sufficit pręteritio, quę exhęredationis locum tenet, quando causa legitima fuit inserta.§.fin. instit.de exhær.lib. Bart.in.l.pater filium, colu.2.infra eo.Alex.latè.in.d.l.in suis colu.penul.& fi.not.omnes per illum tex.in.l.filiam.C.eo.& taliter præterito dabatur querela.d.§.fi.in fi. iuncto titu. de inoffi.test.ibidem relato.

8 Quinto pręmitto,† q remedium dictæ querelæ cõpetit tam ascendentibus quã descendentibus, nec non fratribus & sororibus vtrinq; coniunctis tãtum, instituta turpi persona.l.j.infra eo.l.fratres &.l.fratres.C.eo.& instit.de inoffi. test.not.Matth.de affl.loco præal.

Sextò

9 Sextò præmittẽ ꝙ ius querelæ & ius agendi ad supple-
mentũ legitimæ non concurrunt, vtpote ad opposita viam
habenti, primum competit ad rescindendum testamẽtum,
& ad impugnandũ iudicium testatoris vt supra dixi, secun-
dum tendit ad confirmationem testamenti. l. omnimodo.
C. eo. Dec. in consi. 530. col. fin. quum igitur contraria sint.
simul stare non possunt. l. vbi repugnantia infra de reg. iur.
10 Septimò præmitte, † ꝙ licet alia iura annis solũ. 30. tol-
lantur. l. omnes & l. sicut. C. de præscr. 30. anno. Et querela
falsi lapsu. 20. annorum tantum excludatur. l. querela. C. de
fals. tamen ius istius querelę inof. test. extinguitur quinquẽ-
nio. l. Papin. §. fin. cum. l. sequen. j. eo. & l. si quis filium in fi.
vbi in. ij. not. Ias. tradit. C. eo. Bal. in trac. præscr. fol. 30. quę-
stio. 22. & sequen. quod tamen tempus quinquennij igno-
ranti non currit vt per Dec. in consi. 530. col. a. Item donec
pendet quæstio super falsitate testamenti, prædictum tem-
pus quinquennij ad intentandã querelam datum non cur-
rit vt per Mod. in dicto tract. præscrip. ad fi. primæ partis,
sextæ principalis, sed ius agendi ad supplemẽtum legitimæ
longiore tempore viuit, & durat vt per præfatos ibi & per
Cor. in consi. 264. volum. 1. Dec. consi. 303. & compatrem
meum Alexandrinum in consi. 156.
11 Octauò. & vlt. † quia tunc doctrina sapit, quando etiam
practicã docet superest docere quomodo querela ista inof.
testamenti deducatur ad practicam. Et consequenter po-
nere formam libelli & petitionis in querela inof. test. quem
videbitis per Ang. Are. insti. de inoffi. test. in princ. in. 2. col.
vbi etiam formam sententiæ ponit.
Sed quia sua practica & forma prædicta concernit filios
tantum in ascendentibus & collateralibus reformada esset
12 mutatis mutandis secundum subiectam materiam. † Sed
maior & pulchra dubitatio est an in eodem libello, cũ que-
rela saltem conditionaliter & ordine successiuo, intentari
possit hær. petitio. exempli gratia, si in libello actor dicat &
ipso testamento rescisso potere pronunciari & declarari hę-
reditatem prædicti testatoris ad se tanquam ad legitimum
eius hæredem spectare & pertinere. requirendo conuẽtum
compelli ad admittendum & relaxandum hęreditatẽ præ-
dictam cum fructibus perceptis, &c. Gl. not. & famigerata
in. l. qui de in officioso in fin. j. eo. tenet libellũ procedere &
cumulationem admitti, quã glo. sequuntur & extollunt Bar.
& Pau. Cast. ibi Io. Fab. & Ange. Are. inst. de inoffi. testa. in
princi. col. 2. & 3. Pau. de Cast. in. l. 1. col. 1. C. de inoffi. test.
Alex. in consi. 52. in fi. vol. 2. & Ias. in. d. l. 3.
Sed opp. verius videtur, quia vbi actio tẽpore iudicij non
est nata. nec est spes ꝙ oriatur pendente iudicio, vt in pro-
posito nostro, non admittitur cumulatio etiam sub condi-
tione & ordine successiuo. l. e. gemma. j. ad exhib. quia sine
actione nemo experitur. l. si pupilli in. §. videamus supra de
neg. gest. nec iudicium institui potest sub cõditione quæ eo
pendente non sit affutura. l. ideò quemadmodum. j. tit. pri-
mo. Et ita tenuit Gul. de cun. in. l. j. C. eo. Bal. & Ang. in di-
cta. l. si de inof. & Roma. in consi. 392. circa primum col. 3.

IN LEGEM PRIMAM.



Svmmatvr vt hic per Bart. Bal. & Ang.
vel melius & perfectius vt hic per Pau. Ca.
Diuiditur in tres partes, in prima ponit di-
ctum in. 2. rationẽ. In tertia declarationem
secunda ibi omnibus. tertia ibi cognati.
1 Noto primò ex isto tex. † materiam com-
mendari à frequentia facit tex. in. l. legaui. j. de lib. leg. in. l.
iusto infra de vsucap. in. l. cum non solum in princ. C. de bo.
quæ lib. cum not. per Cæpo. in aucten. sed nouo iure col. 9.
versi. quæro decimò. C. de ser. fugit rationem vero istius fre-
quentiæ ponit tex. inst. de inof. test. in princ.
Secundò not. remedium querelæ inoffi. testamen, tam
parentibus quam liberis dari, concordat tex. inst. eo in prin.
iure. n. æquali, & si ordine turbato defertur successio. l. nam
2 & si parẽtibus infra eo. hoc no. intelligas, † quandò prædicti
successuri erant ab intestato, alias secus. vt post glos. decla-
rant hic Pau. de Cast. & Curt. inferẽtes ꝙ decedente aliquo
cum testamento. preterito filio religionis minorum de ob-
seruantia, aut exheredato. nõ detur illi ius dicendi nullũ nec
querela inofficiosi testamenti, quia tanquam incapax non
successisset ab intestato.
3 Et similiter stante statuto, † filiæ non succedant existen-
tibus agnatis masculis. filiæ præteritę aut exheredatæ non
competet ius dicendi nullum, nec querela inof. testamenti.
quum ab intest. non esset successura, nec per dictum testa-
mentum facta sit eis iniuria aliqua, de qua iustè conqueri
possent ex quo etiam absq; testamentaria dispositione ab
hęreditate prædictorum exclusi erant. testatores ergo non
sunt vsi officio impietatis excludendo iam exclusos. quid
igitur mirum si contra talia testamenta non datur eis que-
rela? De quo art. vide Ange. in. l. pap. in. §. si quis ex his. j. eo.
& eius consi. 132. in fi. Roma. consi. 13. Pau. Cas. consi. 108.
cum sequenti in antiquis Aret. consi. 160. col. 15. Alex. cõsi.
19. lib. 6. vbi concludit per glo. nostram hic & præal. ꝙ te-
stamentum filij in quo mater est præterita nequeat impu-
gnari, stante statuto vel consuetudine in loco conditi testa-
4 menti, ꝙ mater ab intestato non succedat. † Et idem est in
filia quæ renunciauit bonis cum iuramento prout quotidie
fit vt tradit Guido Papæ in quæstione. 598. & Ias. in. l. si fi-
lius qui in potestate col. 2. de lib. & po. quamuis ex testamen
to capere possit vt per Soz. in. l. hæredes mei in. §. cum ita
col. fin. infra ad trebel. Dec. & alios in. l. pactum. C. de colla.
& dixi in. l. fi. C. de pac.
Secundo intellige hunc tex. & prædicta quando descen-
centes & ascendentes prædicti fuerunt legitimè exhęre-
dati, seu cũ insertione causæ legitimè pręteriti, si sint ascen-
dentes. vel descendentes per lineam maternam, quia tunc
præteritio pro exhęredatione habetur. §. exhęredatos cum
glo. in auc. de hær. & fal. §. fi. cum ibi not. insti. de exher. lib.
5 † si verò ascendentes à filijs emancipatis cum insertione
causæ legitimę essent pręteriti. tunc non haberent quere-
lam sed bo. pos. contra ta. vt hic per Pau. de Cast. in secunda
col. & per Ang. Are. in. d. §. si. col. vlt.
Tertiò intellige quando exhęredatio facta fuisset à filijs
emancipatis, nam si filij in potestate fuissent. tunc ascende-
tibus querela dari non posset. esset. n. testamẽtum nullũ ipso
iure, itaq; per querelam rumpi non posset. secundũ gl. Pau.
de Cast. & alios hic & Are. in. d. §. fi. col. fi.
Quartò & vltimò licet ascendentes & descendentes in
querela hic æquiparari videantur, hoc tamen non est in
omnibus & per omnia. descendentes. n. ex. 14. causis exhe-
redari possunt. & probata vna ex dictis. 14. causis inserta ab
obtinendo in querela excluduntur, ascendentes verò ex. 7.
causis tantum exhæredari possunt. §. instum autem perspe-
ximus in auc. vt cum de appel. cognos. Ias. in præallega. auc.
non licet col. j. & sic si alia causa exhęredationis esset inser-
ta, testamentum ipso iure nullum esset, & cessaret querela
quę ad rescindendum & rumpendum datur. Et pariter in
6 fratribus consanguneis, † tres tantum sunt causę legitimę
propter quas pręteriri & exhęredari possunt. §. ingratitudi-
nem in auc. de nup. Are. inst. de inof. test. in prin. ad fi. 3. col.
ab intestato tamẽ ex dictis causis ab hęreditate fratris non
excluderetur frater tex. est sigularis in. l. cognatis infra vnde
cogn. notat Aret. in. l. 3. §. j. col. 3. infra de lib. & po. & Ang.
institu. de inoff. de testa. col. 3. ad. fi. principij.
7 Tertiò no. ex isto tex. † ꝙ cognati qui sunt vltra fratrem
hanc querelã non habent cognati igitur qui sunt vltra fra-
tres & sorores nullo modo possunt agere. aut agentes vin-
cere vt dicit tex. in. §. j. instit. de inoffi. testa. Rursus in. l. fra-
tris. C. eod. dicitur ꝙ nemo eorum qui ex transuersa linea
veniunt exceptis fratre & sorore ad querelam admittitur.
Et si quæras rationem. Respondebo hęc esse iuris positiui,
ideò sufficit pro ratione voluntas. l. j. §. pueritiam in verbo
ratus cum glo. de postul. no. Barb. in. 4. vol. consi. Alex. cõsi.
64. col. j. & Fel. in. c. si quando col. 9. de rescr. vel aliter pos-
set assignari ratio persuasiua vt per Fulg. in consi. 71. in fine.
& Dec. in consi. 561. col. 2.

Hæc

Hęc materia querelæ fratrum contra testamentum fra-
8 tris † pulchra est vtilis & frequẽtior alijs, quia vt ait ille Poe
ta, fratrum quoque gratia rara est. & plenè tetigit eam ma-
teriam Iaso.in.d.l.fratres, iccirco nos hic solum aliquas prin
cipales dubitationes tractabimus.
Et quia primò de personis agẽdum est.l. si queramus in-
fra de test.cũ multis accumulatis per Mod.Bon. in.l. si quis,
ne quæstio colum.fin.infra de quæstio.videndum esset quæ
dicatur turpes personæ, quibus institutis datur fratribus hęc
querela vt hic in.l.fratris & in.l.fratres.C.eo. & in.§.j.instit.
eo.vide Ang. hic Ioan. Fabr.in dicto.§. primo & secundo,
Ful.consi.71.Dec.consi.530.561. Iaso.consi.71.lib.1. Cur.
Iunior.in cons.37.& 136.colum.fin. sed ad particularia ex-
cutiam sex difficultates quæ declaratione egent.
9 Prima erit † quãdo frater institutus est in legitima vel mi
nus. legitima, vtrum possit querelare testamẽtum fratris in
quo turpis persona instituta fuit, vel cõtentus esse debeat le
gitima, aut supplemento legitimæ Aret.instit.de inoffi. test.
in prin.in.3.colum. Iaso.in.d.l.fratres in primis col.& Deci.
in consil.530. concludunt tale testamentum posse per que-
relam impugnari rationibus de quibus ibi per eos Curt. hic
dicit quòd in illa causa requisitus, vt cõsuleret prout fecerat
Dec.noluit, quia obstat lex omnimodo.C. de inoff.testa. in
sui generalitate, loquitur enim in omnibus personis quibus
querela competit volens ad supplementum legitimę tantũ
agi. Et ne sequatur absurdum ꝙ fratres in eo casu sint me-
lioris cõditionis quàm filij & descendentes. Et quia opinio
Barto. in qua fundatur contraria opinio, procedit vbi frater
non erat in aliquo institutus. aliàs secus, prout in descenden
tibus, facit text.in.§.ne igitur in aucten.quibus mo.natura-
les effi. sui. vbi si pater habeat ascendentes & liberos natura
les tantum, potest filios naturales instituere hæredes dum-
modo ascendentibus legitimã relinquat, ergo idem in pro-
posito sufficiet fratri habere legitimam vel ius consequen-
di supplementum legitimæ.
Tenendo opinio. Dec. & communem ad rationes præ-
dictas responderi potest. fratribus querelam dari principa-
liter in odiũ instituti, propter illius vilitatem & infamiam.
10 † Quæ verò datur filijs. datur principaliter in odium patris
filium exhæredantis, & illum ponentis extra eius hęredita-
tem vel legitimam. Et sic cum causæ sint separatæ, de vna
ad aliam nõ infertur.l.naturaliter in.§.nihil commune infra
de acquir.possess. Item quia quarta vel triens aut semis, ho-
die debita est filio secundum numerũ liberorum omni ca-
su. nisi ingratus sit. fratri verò nõ est debita nisi instituta hę
rede turpi persona. Item quæ filio debetur exigit titulũ in-
stitutionis aliàs testamẽtum est nullum auct. nouissima. C.
eo. Ista titulum legatarij tantum.§.si verò in auc.de hær.&
fal.ita quòd apparet secundum Saly.& Iaso. in.d.l.fratres in
primis colu.de vna legitima ad aliam malè inferri. Ad text.
in dicta.l.omnimodo, in sui generalitate respon.Deci.in di-
cto consil. 530. colum. fin. Et quum sit correctoria strictè
intelligi debet. nec est verum quòd fratres tunc sint melio-
ris conditionis, quam descendentes vt declarat Pau. Cast.in
d.l.fratres & in dicta.l.omnimodo.colum.secunda per tex.
no.in.l.pantomimus.in fin. infra si quis à pa.su.ma. sequitur
Dec.loco prælle. Minus obstat tex.in.§.ne igitur, quia non
loquitur in fratribus, sed in ascendentibus non habentibus
filios legitimos quibus lex permittit naturales filios institue
11 re qui ab alijs institui possunt vt ibi dicit tex. † Breuiter com
munis opinio procedere posset quãdo minus legitima fuis-
set prędictis fratribus relictum, vt ius agendi ad supplemen
tum legitimæ locum non habeat, quia non cauetur iure, sed
si esset relicta integra legitima. quicquid dicant communi-
ter scriben. non videtur quòd tunc testamentũ fratris pos-
sit querelari vel impugnari, quia quum hoc casu tantũ. turpi
persona herede instituta frater teneatur fratri legitimam re
linquere. dicto.§.primo.cum glo.in auct.de hęr.& fal.vana
esset dispositio, & superuacuũ relictum legitimæ. si nihilo-
minus posset in totum testamẽtum rescindere. Ex quo er-
go ad relinquendum eisdem fratribus legitimã, hoc casu lex
cogit fratres, datur intelligi ꝙ in reliquo possunt ad libitum
disponere etiam turpi persona hærede instituta, ita inuenio
tenere Alex.in.l.si patroni in.§.fi.in vlt. col. infra ad trebel.
aliàs dicendum esset totã substantiam esse fratribus eo casu
relinquendam, non legitimam tantum, & huic rationi non
video responsum. imò quando esset aliquid relictũ agi tan-
tum posset ad legitimam, non autem impugnari testamen-
tum secundum Matth.de Afflic.in decisione regni. 204.
Retenta opinio. prædicta necessaria est secunda dubita-
22 tio de qua hic per Ange. & Curt. † an quemadmodum ho-
die aucta est legitima descendentium & ascendentium. eo-
dem modo aucta sit legitima fratrum, Ange.& Cur.tenent
quòd sic per tex.in sui generalitate in.d.§.j.in auct.de trien.
& semi.& fuit opinio antiquorum quos refert glos.in dicta
auct. nouissima. Sed contraria opinio communis est & te-
nenda, illamq́ue sequitur etiam Alex. in.d.§.fin.l. si patroni
colum.vlt.& Matth.de Affli.loco præalleg. Et ad tex. prę-
alle.§. primi respon. potest quòd loquitur in his quibus or-
dinariè legitima debetur. vt descendentibus & ascendenti-
bus, non in transuersalibus, quibus extraordinariè tantũ de-
betur. Instituta videlicet turpi persona. facit quia fauorabi-
lior est legitima filiorum quàm fratrum, vt supra dixi. ideò
nimirum si prima sit aucta secunda non.
13 Tertia difficultas, † an rescisso testamento per querelam
inoffic. testamenti à fratre institutam, turpi persona relicta
hærede, Clausula codicillaris operetur vt frater teneatur hę
redi instituto hæreditatem per fideicõmiss. restituere iuxta
§.fin.l.posthumus infra de iniusto rup. Ias. in dicta.l. fratres
colum.secunda & tertia, concludit quòd non. sequitur Dec.
in consi.561.per multa de quibus ibi per eos attestãtes com
munem. Curt.hic & in dicta auc.ex causa colum.pen. con-
trarium tenet arguendo de liberis ad fratres, quę argumen-
tatio non procedit secundum Dec.loco præallega. eandem
opin. tenuit Alexand. in.d.§. fina. colum.fin. respondendo
ad.l. patronus in contrarium allega. vt ibi per eum. sequitur
Matth.de Afflic.in decisione regni.125.
Veritas articuli ab hoc videtur depẽdere vtrum sufficiat
fratrem habere legitimam, quando instituta est turpis per-
sona an non. quia si sufficeret habere legitimã prout Alex.
loco præalleg.dicit, & ego in superioribus tenui. ista secun-
da opinio verior esset, quia excepta legitima testator in ta-
les personas disponere posset de bonis suis, & propter clau-
sulam codicillarem, teneretur frater detracta legitima reli-
quum instituto restituere. quia testatoris talis fuit mens. sed
si teneremus aliam opinio. quam tanquam communem se-
quutus est Deci. in dicto consi.530. quòd fratri debita sit to
ta substantia fratris instituta turpi persona, secus esset. quia
tunc non curaretur de voluntate testatoris, & sic de illa clau
sula codicillari. Ex quibus videtis perplexitatem articulorũ.
Ego non recederem ab opin. quam in superioribus tenui.
quòd vltra legitimam fratri debitam, de reliquo possit fra-
ter pro libito disponere, secundum quam opi. sequitur clau-
sulam codicillarem operari effectũ restitutionis. quicquid
tenuerint Iaso. & Deci. Nec obstat potissima illa ratio re-
gulæ. cum quid vna via de regu.iur.in sexto. quia vt dixi re-
licta fratri legitima, non prohibetur frater de alijs bonis
suis pro libito disponere etiam sic instituendo, etiam tur-
pem personam.
14 Quarta difficultas, † an naturalis seu bastardus dicatur,
persona infamis & turpitudine notata. ita quòd eo institu-
to locũ habeat dispositio legis nostræ, videtur quòd sic per
not. dictum Azo. in summa de his qui not.infa. quòd ex ta-
li coitu nati sint infames infamia facti, ergo frater prӕteri-
tus illis institutis poterit querelare testamentũ per leges prę
allega. Iaso.in.d.l. fratres circa fin. & in consi.71. lib.1. hoc
tenet in nato ex sacerdote, innuens aliud esse in naturali &
bastardo, & idem tenent communiter doct. vt per Curt.
seniorem in rep.l. admonendi colum.2. infra de iu. iur. vbi
Seue.colum.60.Saly.25.& sequenti & per Cur.Inn. in cõsi.
37.& 136. Et ideò quicquid ibi dicat Curt. senior. cum quo
transit ibidem Cur.iunior.in pen. colum. iuramentum sup-

pletiuum nõ defertur spurio, nec ei qui intentionem suam
probauit per vnum testem spurium. quum sit infamis infa-
mia facti, nec faciat semiplenam probationem, adeò ꝙ iu-
ramentum suppletiuum nõ est illi deferendum, vt ibi etiam
per Rom. & Seuer. in rep. l. si qua illustris col. 26. cõclusio. 6.
C. ad orfi. vbi tandem hoc vult relinqui arbitrio iudicis. qui
id iudicare debebit ex qualitate morum prædictæ personę.
facit. l. j. infra de iu. del. Et hæc pars in proposito nostro ve-
rior videtur. tum quia dictum Azo. de bastardo non pro-
batur iure, tum quia non est verum ꝙ tales de facto sint in-
fames. Et volenti hoc dicere incumbit onus probandi, eoq́;
magis hoc procedit ꝙ defectus sine vitio ipsius illegitimi
natus est. l. legem Anastasij. C. de naturalibus lib. facit. l. 3. de
concub. infra vbi talis concubina extra pœnam est. Præte-
reà naturales admittũtur ad successionem matris illust. vna
cũ legitimis & naturalibus. l. si qua illustris. C. ad orfi. quod
non permitteretur, nec toleraretur si tales essent infames vt
ibi. Si igitur tales aliunde macula aliqua turpitudinis nõ sint
notati. non procedet in illis dispositio. d. l. fratres.

De meretrice verò & multis alijs infamibus in quibus,
procederet ista dispositio tradit Ioan. Fab. loco præalleg. po
nens etiam quod nam tempus. testamenti. mortis. vel in-
stitutæ querelę attendi debeat pro victoria obtinẽda in hac
materia. Nec est differentia, an frater fuerit præteritus aut
exhæredatus, habetur enim præteritio pro exhæredatione,
& per Ioan. Fab. ibidem in versi. adulterini.

15 Quinta dubitatio † vtrũ frater legitimatus contra testa-
mentum fratris habeat querelam tex. in. l. communium. C.
de naturalibus lib. videtur velle ꝙ non, quia legitimatio nõ
affert ius agnationis inter fratres. Et ita post alios concludit
Iaso. in. d. l. fratres. col. 3. in quarta limi. idem vult Ang. insti.
eo. in princ. in. 4. col. Curt. hic dicit text. in. d. l. communium
procedere in legitimato per oblationem Curiæ. secus in le-
gitimato per rescriptum principis qui nõ differt à legitimo,
& ita consuluit ipse Cur. in consi. 37. est verum ꝙ frater ibi
consenserat legitimationi, sed maius dubiũ est quando non
consensisset. Idem tamen per allegata ibi per eum.

16 Sexta dubitatio † an querela quæ competit fratri contra
testamentum fratris instituta turpi persona, non præparata
transmittatur ad hæredem. videbatur ꝙ sic quemadmodũ
alia iura. l. cum hæredes infra de acqui. poss. Oppositum ve-
rius est, sicuti nec hæreditas fratris non adita. l. quoniam so-
rorem. C. de iure delib. & est tex. no. in. l. posthumus in. §. fi.
cum. l. sequenti infra eo. & in. l. scimus in fin. C. eo. Iaso. in. l.
si quis filium colum. prima. C. eo.

17 Quarto no. ex isto tex. † ꝙ appellatione fratrum veniunt
consanguinei, id est ex eodem patre nati tantum. vt hic per
glo. & doct. & est text. apertus in hac materia in. d. l. fratres.
In contrarium videtur text. in. l. iuriscon. in. §. 2. gradu, infra
de grad. vbi dicitur quòd appellatione fratris & sororis, ve-
niunt etiam vterini. & consuluit Soz. lib. 1. consi. 1. & lib. 2.
consi. vlti. Nec obst. d. l. fratres. quia id procedit in eo casu
tantum, quia in materia nostra lex expressè & specialiter sta
tuit vt soli consanguinei tãtum querelent ratione prædicta,
quasi satis sit hoc casu solum ligare fratres ne de rebus suis
liberè disponere possent.

Et similiter quando ratio & causa statuti cõditi pro con-
seruatione domus & familiæ, puta aliud suaderet, tunc vte-
rini in quibus ratio illa conseruandæ agnationis cessat, non
comprehenderentur vt per Capram in consi. 8. & Sozin. in
d. consil. 1. statuta tamen loquentia de fratribus intelligun-
tur per prius, & de fratribus primi gradus non de fratribus
patruellibus secundum Ang. hic Alex. cons. 204. colum. fin.
lib. 2. & Curt. Iuniorem in consi. 5. colum. 15.

18 Quinto not. moralem text. ad infinita allegabilem. † ibi
melius facerent si se sumptibus inanibus nõ vexarent. cùm
obtinendi spem non habeant, i. quum vincere non possint,
vt dicit tex. in. §. j. institu. eo. & sic in vanum laborent obti-
nere spem, i. illud quod sperant, & sic testamenti rescissio-
nem. facit text. no. in. l. non idcirco in fin. C. de rescin. ven.
dum inquit ab illicitis petitionibus abstinendo cõsultius fa-
cies, per quem tex. dicunt ibi Bald. & Pau. Castr. sapientem
esse qui non petit illicita, accedat. l. j. cum no. C. de eden.

Et iste tex. facit optimè contra scholares qui non incum
bunt studio, & sumptibus se & parentes suos cõsumunt. me
lius, enim vt hic dicitur facerent si desisterent, quum non
sint obtenturi. nec coronam victoriæ reportaturi. ita venit
declarandus hic, sub obscurus text. elegantiæ Vlpiani non
correspondens.

19 Sexto not. † ex eodem tex. secundum Ang. Pau. & Cur.
ꝙ exceptio tua nõ interest, dicitur peremptoria, ideò quan
docunque potest opponi. l. peremptorias. C. sent. rescin. non
po. §. appellantur institu. de except. multi tamen tenuerunt
esse dilatoriam, & ideò debere proponi ante litis cõtest. sed
prima opinio verior est, quia quotiens probatur tua interes-
se, deficit in effectu actio. ideò hæc exceptio tua non inter-
est. tanquam perimens actionem æquiparatur perempto-
riæ, & vt peremptoria semper opponi poterit per Felyn. du
pliciter limitantem in cap. ex parte colum. secunda de testi.
& in cap. super his colum. pen. de accusa. Et licet prædicta
vera sint in se, tamen lex nostra non probat prędictum. no-
ta. quia ista non sunt verba partis opponentis, sed verba iu-
risconsulti quod prædixerat declarantis.

In glo. primo ibi mendacium, nimis arroganter loquitur
20 reprehendendo iurisconsultũ, † nec lex de mendacio argui
potest secundum Bald. Ang. & alios facit tex. in cap. erit aut
lex quarta distinctio. & in. l. leges sacratissimæ. C. de. ll. & in
l. fin. ad fin. C. de præscriptio. long. temp. quòd leges diuino
motu institutæ fuerunt. notant omnes in cap. j. de constitu.
& in. l. nemo potest de leg. primo.

Melior fuit secũda solu. gl. & recepta communiter, quia
secundum iura digestorum non erat introductum ius que-
relæ ideò frequentissimè agebatur querela inofficiosi, sicut
hodie agitur ad supplementũ legitimæ, vt hic per Bald. vel
forsitan tempore iurisconsultorũ ita erat, & practicabatur.

Glos. secunda diuiditur in. 5. partes in prima ponit vnam
declarationem ad text. in secunda aliam remouendo vnum
contrarium. in tertio ponit limi. ad text. in quarta & quinta
respondet duabus quæstionibus. secunda ibi. item parenti-
bus. tertia ibi nisi filius. quarta ibi si verò. quinta ibi si verò
parentes. Ex prima parte glos. colligitur his tantum compe
tere querelam qui ab intestato aliàs erant successuri, de quo
supra in secundo no. Ex secunda parte glo. habemus quòd
parentibus ita demum competit hæc querela. quando à li-
beris emancipatis vt hic dicitur fuerunt exhæredati. si verò
præteriti datur contra tab. quòd si filij in potestate fuerint,
neutrum ex dictis remedijs competit sed ius dicendi nullũ.
Quia quum testamẽtum nullius sit momenti. l. tertia. C. qui
te. fa. po. l. qui in potestate infra de testa. & instir. quibus nõ
est permissum fa. te. in principio. nõ est tractandum de que
rela quæ est rescissiua testamẽti. & quod dixi de bo. po. con
tra tabu. competente ascendentibus, contra testamentum
emancipati, intelligi debet quando causa fuit inserta aliàs te
stamentum hodie esset ipso iure nullum, vt hic per Paul. de
Castr. in secunda oppositione.

Ex tertia parte glos. colligitur quòd testamentum filijsa
in peculio castrensi vel quasi, non subiacet querelæ nec bo.
po. contra tab. iuribus in glo. alleg. Quæ conclusio non pro-
cedit secundum iura nouissima. per quæ corriguntur anti-
qua contrarium dicentia vt hic voluit Pau. Cast. latius Iaso.
in. l. fin. C. de inoffi. testa. & in. l. fin. C. qui te. fa. po. vbi etiam
Deci. & alij, quamuis disputando contraria opinio defendi
21 posset vt per Ripã in. l. j. in. §. in filij infra ad trebellia. † Cau
telas verò vt filiusfam. testari possit tradit Cæpol. in cautel.
113. incip. filiusfam. Iason. in. d. l. fin. C. qui te. fa. po. Parpa. in
repet. l. placet colum. quinta. cum sequenti. de sacr. sanc. ec-
clesi. Moder. in dicto. §. in filijs.

Ex fin. gl. habetis quòd si descendentes prętereant ascen
dentes per lineam maternam. talis præteritio pro exhære-
datione habetur, sicuti è contrario quando ascendentes,
prætereunt descendentes quòd procedit hodie inserta cau-
sa legitima aliàs secus vt per glos. nota. in dicto. §. exhære-
datos

datos in verbo noluit in auct.de hæredi. & falc. per Bart.&
docto.in.l.pater filium infra eod.& Aret. in d.§.fin.colum.
fin.insti.de exhær.lib.Paduæ .

Sequitur.l.hoc colore cum tribus sequentibus.

IN LEGEM HOC COLORE cum tribus Sequentibus.



ISTA lex & tres seque̅tes veniunt conti
nuatiuè,& vna ad declarationē alterius:
ideò lege̅de simul sunt, & enucleandæ.
Sed in primis moueo difficultatē cur
cōpilatores non cōtinuauerint & con-
iunxerit simul leges eiusdē auctoris tra
ctantes eandem materiā.verum inter-
seruerint leges alterius auctoris.prout est lex,non est.n.quę
est creatura Caij posita hic inter duas.ll. Mar. iurisconsulti.
Postmodum no. primò ex isto tex.agi de inoffi.test. sub
1 colore quasi dementiæ. † & sub tali medio testamentum ip
sum rescindi,quasi non fuerit sanæ mentis, nec officio pie-
tatis vsus sit,qui tale testamentū ordinauit, licet scripturam
testamenti rite fecerit. ad idem tex.in.l.quinta infra eod.&
instit. eod. in princip. Est autem color id quo aliquid colo-
ratur,aliàs dicitur figura : vult ergo iuriscon.dicere eleganti
quodā modo loquendo hoc colore,id est hac figura & me-
dio agi de inoffic.testat.quasi nō fuerit sanæ mentis qui con
tra officium pietatis venit tale testamentū ordinando, aliàs
ista verba sub quæsito colore fraudem denotāt, vt per Dec.
in consi.660.col.secunda, vbi allegat multa iura quæ vtun-
2 tur prædictis verbis. † Et quia tale testamentum corruebat
tanquam testamentū quasi dementis . legata fideicommis-
sa & cætera in eo contenta similiter corruebant & annulla-
bantur.l.titia & .l.qui repudiantis.§.primo,infra eod. & .l.pa
tronus liberto in fin.de leg.tertio, hodie verò secus est,quia
testamentum nō querelatur sub colore quasi dementię.sed
assumitur aliud mediū. vt enim sit locus querelæ requiritur
in pręteritione vel exhęredatione insertio causæ legitimę,
iccirco dici non potest sic testantem dementem fuisse vel
quasi,imò sapientem indignū ab hæreditate sua excluden-
do, quilibet enim sapiens id faceret . impugnatur ergo ho-
die dictum testamētum,tanquam causa in præteritione vel
exhęredatione inserta,vera non sit, & contra officium pie-
tatis testator egerit. Irritata institutione,legata , fideicom-
missa & alia in testamento contenta firma manent secundū
doct.vt per Bart.& alios in.l.quinta,infra eod.Ange.Pau.&
alios.hic & in.l.titia infra eod.& Alexan. in consi.50.col.2.
lib.6.& consequenter lex ista est hodie correcta .
Contra hoc not. & prædicta. duæ obstant difficultates,
secundum Curt.hic. nam olim præsumptio erat pro exhe-
redante, & querelans tenebatur probare se gratum si obti-
nere volebat.l. quinta infra eod. & .l. liberi vbi per scriben-
tes.C.eod. sed hodie querelans nō tenetur id probare . imò
hæredes instituti,causam ingratitudinis in testamēto inser-
tam, veram esse probare tenentur . dicto.§. aliud quoque .
cum alijs quæ in rubr.citaui, ita quòd mala pręsumptio ma
gis videtur hodie militare contra exhæredantes, quā olim.
ergo color clementię magis militat hodie quàm olim.qua-
re similiter non militat antiqua legis dispositio. quæ omnia
in testamento cōtenta infirmabant. Et respon. posse simul
stare,quòd causa inserta probari nequeat, & tamen vera sit.
Quæ sol. non tollit difficultatem . quòd ex quo hodie hæ-
res tenetur probare ingratitudinem magis militet color in
saniæ sic testantis, quàm olim , ideò responde tu quòd licet
in probatione causæ ingratitudinis magis , grauetur hodie
hæres testantis quàm olim. & recte quidem.quia alleganti
& dicenti ingratum incumbit onus probandi per vulga.re-
gulam.l. actor.C. de proba. tamen ex quo vt dixi causa le-
gitima inserta fuit, quamuis vera non sit . non potest veluti
demens argui , qui assumpta tali causa propter quam quili-
bet sapiens id fecisset eo modo testamentum ordinauit , vt
volunt Bartó.& doct.supra allegati, nimirum ergo si hodie
non quæritur nec curatur color ille quasi dementiæ .
3 Secunda difficultas† quomodo filij intentātes querelam
inoffic. test.de iure fforum.&.C.probare possent. prout re-
quirebatur vt hic & in.l.quinta infra eod.patet se non fuisse
ingratos.quum negatiua sit improbabilis.d.l.auctor,&.c.in
præsentia de proba. vltra respon.dictorum Mod.
Dicatis quòd ista maxima difficultas parū nos torquet ,
quia hodie filij non tenentur aliquid probare , sed hæredes
probare debent eos fuisse ingratos , & causam ingratitudi-
nis expressam veram esse.l. omnimodo cum glos. in verbo
arguatur.C.de inoff. testa.probatur in.§. aliud quoque cum
supra alleg.Præterea tex.in.d.l.liberi nodum clarissimè sol-
uit,non enim cogebantur etiam secundum iura antiqua fi-
lij negatiuam probare sed affirmatiuam , quòd obsequium
debitum continuè prout religioni natura conuenit , paren-
tibus præstiterūt,hoc modo probabant se immerentes, in-
digneque exhæredatos,& si heredes tanquam ingratos eos
excludere volebant tenebantur probare ingratitudinem ,
ita vult text. in dicta.l. liberi . hoc modo declarando cessat
penitus difficultas .
4 Secundò not. † ex text. ibi quasi non sanæ mentis, quòd
quasi demens non dicitur demens idem dicitur in.l. titia in
fin. infra eo. dictio.n.quasi nota est improprietatis secundū
Bart.Ang.Pau.Cas.& alios . Et ideò dispositio facta per ta-
lem non corruit tanquam facta à demente , iuribus præall.
nisi quis se gratū modo prædicto non probasset . aliquando
tamen dictio quasi est expressiua veritatis.l. si id quod.§.fi.
cum ibi no. per Alex.& alios infra de acqui.poss.
5 Tertiò no.ibi recte iuncta glo.† quòd dictio recte iusti-
tiam causæ . Rite verò ordinem & solemnitatem denotat .
vt hic per Bart.Ang. Pau. & alios inferentes ad quæstiones
vt per eos . sed hæc lex videtur mihi oppositum probare q̄
dictio recte importet etiā solemnitatem . nam vt clarè pa-
tet ad eam refertur. vt similiter probatur instit.eod.in prin.
nec est verisimile quòd legislator toties impropriè locutus
fuisset. Et hæc est receptior scribētium sententia, quòd re-
cte referatur nō tantum ad solemnitatem, quantum ad iu-
stitiam causę vt per Dec.Curt.& alios in.l. lecta vbi scripsi.
si cert.peta.sed hic ratione subiectę materiæ ad solemnita-
tem tantum refertur . non ad iustitiam causæ . quum testa-
mentum inofficiosum fuerit & iniustum .
Quartò not.quòd actus verè furiosi, vel dementis nullus
est. nam tales nullam voluntatem habere censentur.l. in ne
gotijs &.l.furiosi infra de re.iur.
6 Quintò not.in.l.inofficiosum.† quid sit dicere testamen
tum inofficiosum,hoc enim inquit iurisc.est allegare quare
præteriri vel exhæredari non debuerint.quæ verba viden-
tur obscura , & ex medio cōcludendi in querela in officiosi
de quo per Bart.supra in.l.hoc colore & Ang.insti. de inoff.
te.in princ.in.3.col. quia testator non est functus officio pie
tatis.peto ipsum testamentum tanquā inofficiosum rescin-
di , videbatur quòd imò dicere testamentum inoffic. aliud
esset quàm id quod hic dicit iuriscon. docto. nō declarant.
sed idem iurisconsultus auctor nostræ legis, videlicet Mar-
cellus in sequenti.leg. nam & his clarius id explicat in versi.
huius autem verbi de inofficioso vis illa , vt dixi inquit est ;
docere immerētem se , & ideò indignè præteritum vel ex-
hęredatum.pondera illud verbum vt dixi se enim refert.ad
id quòd obscurius in hac lege inofficiosum dixerat,hoc ita-
que intendit iurisconsultus quòd dicere testamentum inof-
ficiosum. sit dicere quare præteriri vel exhæredari non de-
buerint, id est probare quòd obsequium debitum parenti-
bus adhibuerint,& per cōsequens se fuisse immerentes,in-
digneque præteritos vel exhęredatos.propterea testamen-
tum rescindi tanquam inofficiosum,& contra offic.pietatis
factum.l.nam & his &.l. liberi præallegat. per quæ iura de-
clarantur prædicta verba , & sic text. noster iunctis præal-
legat. ponit medium concludendi , in causa inoffic. testa-
menti . Idque procedit secundum iura antiqua, secundum
quæ vt supra dixi exhęredatus probare tenebatur se debita

obsequia præstitisse. sed hodie vt dixi. aliud est. quia hæres
tenetur probare causam in preteritione vel exhæredatione
insertam esse veram, propterea hodie dicere testamentum
inofficiosum aliud erit, videlicet dicere solum causam inser
tam in exhæredatione non esse verã, ideò se fuisse indebite
præteritũ vel exheredatum, & petere testm̃ ipsum rescindi.
7 Sextò not. † ibi quũ falso parentes stimulari, junctis ver-
bis legis sequentis, ibi nouercalibus delinimentis instigatio-
nibusúe corrupti. quòd quãdo parentes malignè agunt con
tra filios, aliorum falsis instigationibus id factum censetur,
quum nullus amor vincat paternum, imò pater magis dili-
gat filiũ quàm seipsum. l. isti quidem in fin. supra quod met.
causa cum multis accumulatis per Barb. in cap. in præsentia
colum. 55. de probat. Fely. in cap. afferte col. j. de præsump.
Iaso. & Dec. in l. pactum col. fi. C. de colla. & Ioan. Nouiza.
in sylua nuptiali col. 36. cũ sequenti. est autem stimulari & exti
mulari alienis instigationibus vexari secũdũ Plau. & Teren.
8 Septimò not. † in. l. non est enim, non esse cõsentiendum
inferenti iniuriam alicui. facit etiam tex. insti. eod. in prin. &
in. l. siquis in graui. infra ad Syllania. iuris. n. pręcepta sunt ho
nestè viuere & alterũ non ledere. l. iustitia supra de iu. & iur.
9 Octauò not. † ex eodem text. secundum Bald. Ang. Pau.
& alios ꝙ quicquid contra filios faciunt parentes nouercas
habentes, factũ præsumitur nouercalibus insidijs. Et idem
est in meretricibus & concubinis secundum Ang.
Ex quo infertur secundum Cur. ꝙ renunciationes factę
per filias. habentes nouercas de bonis & hæreditate pater-
na. factæ præsumuntur propter insidias nouercales, quũ le-
gum præsumptiones dicantur liquidissimæ probationes. li-
cet imperator. cum ibi not. infra de leg. & consequenter fa
cilius infringentur & annullabunt iuxta not. in cap. quamuis
de pac. ln. 6. & in. l. pactum. C. de colla.
Considerandum tamen est secundum Curt. quia de iure
isto filij, vt dictum est se gratos fuisse probare tenebantur,
& dicta præsumptio nouercalium insidiarum sibi non suc-
currebat. Responde non per hoc restare quin filios onera-
rent in probando se fuisse immerentes & indignè exclusos,
si testamentum per querelam rescindere volebant. aliàs te-
stamento patris stabatur, quamuis stimulati nouercalibus,
insidijs facto.
Ex prædictis etiam infertur secundum Bald. quòd mor-
10 tuo patre pupillus educari non debet † pœnes nouercã, quæ
præsumitur filium ipsum odio habere, dicit tamen hoc esse
arbitrarium multis consideratis. ad quod videte text. not. in
l. j. & pen. infra vbi pupil. educa. debeat Bart. in quæstio. 16.
inci. quæritur Signor. consi. 43. Pau. Castr. in consi. 352. col.
fin. in antiquis. Anto. de Butr. in consi. 30. colum. fin. Barb.
in consi. 60. in quinto dubio volu. 3. Cor. consil. 198. colum.
fin. & 202. lib. 1. & 175. colum. quarta & quinta libr. tertio.
& consi. 18. libr. quarto & Sozi. consi. 42. volu. 2. ex quorum
dictis ampliare & exornare poteris, dispositionem. d. l. pri-
mæ & pen. vbi pupil. educari deb.
Noto no. ex. l. nam & his, quid sit inofficiosum testamen
tum dicere. & est optima declaratio ad legem inofficiosum
supra eo. vt ibi etiam dixi in quarta not.
11 Glo. j. † exponit verba illa hoc colore, i. hac honestate ver
borum, quæ expositio non videtur bona. nam quæ est ver-
borum honestas arguere quem fuisse quasi insanæ mentis.
Melius igitur est exponere vt in. j. no. dixi. hac figura & hoc
medio vt intellexerit Bart. ad fin. d. l. hoc colore.
12 Glo. in verbo delinimentis in fin. not. vult † non prohi-
beri quem blanditijs aliquid habere & consequi, exẽpli gra
tia maritum vxoris postremum iudicium. l. fin. C. siquis ali-
quem test. prohib. Ang. istud hic intelligit, nisi quis blandi-
tijs induxisset, aliquem ad mutandum testamẽtum iam fa-
ctum in fauorem alterius, ad instituendumque ipsum blan-
dientem vt hic per eum, & plene per Iaso. in. d. l. fin. & in. l.
dedi. in. §. quanquam in quarto not. infra de condi. ob cau-
sam. Quæ distinctio videtur contra generalem dispositio-
nem dictæ. l. fin. & contra rationem naturalem, quum pri-
ma charitas incipiat à seipso. sitque licitum procurare eius
vtilitatem etiam quòd in consequentiam alteri nocumen-
tum inferatur. nõ enim pręsumitur facere animo alteri no-
cendi, ideò non est prohibitum vt per glo. in cap. si quis ve-
rò. 11. quæstio. quarta nisi quãdo dolus & fraus ita blandien
tis intercederet. ita intelligitur decisio Ang. hic vt per Iaso.
in locis præallegat. Matth. de Affli. in decisione regni. 69. &
Dec. pulchrè in consi. 489.
Glos. magna. l. nam & his diuiditur in. 4. partes, in prima
quia text. noster loquitur de filio præterito. declarat quid sit
præterire. In secunda declarat in quibus iura istius tit. corri-
gantur per leges & iura. C. In tertia in quibus corrigãtur per
iura auctentico. In quarta & vlt. format quęstio. & respon
det. secunda est ibi. Item no. 3. ibi per auc. verò. 4. ibi sed an
hodie etiam est glo. not. in materia & bene loquitur in plu-
ribus vt hic per Pau. Castr.
13 Circa primam partem quòd ille dicatur præteritus. † qui
non est institutus, neque vt oportet exhęredatus, licet de eo
facta sit mentio in testamento & relictum legatum res sine
dubio est vt instit. de hære. quæ ab intest. defer. in. §. eadem
hæc. ibi liberis præteritis, id est neque hæredibus institutis,
neq; vt oportet exhæredatis. & in præalleg. §. aliud quoque.
cap. vt hic per Ang. Bart. & scribentes in. l. 3. C. de li. præter
Bald. & Cor. in auct. ex causa col. j. illo eod. tit. & Dec. con-
si. 478. vbi consuluit ꝙ etiam substitutio facta de filio pręte
rito non tollit defectum institu. vt ibi per eum.
Circa secundam partem glo. approbatur & tres alias dif-
ferentias addit hic Pau. Cast. conclusio tamen glo. hic in fin.
quòd querela non præparata hodie transmittatur ad suum
14 hæredem † l. sancimus in fin. & l. si quis filium. C. eod. pro-
cedit optimè in terminis suis, in transmissione querelæ fa-
cienda ad suos descendentes, secus in querela competente
fratri, instituta turpi persona hærede, quia hæc non præpa-
rata nullo modo transmittitur sicuti nec transmittitur hæ-
reditas fratris non adita, vt dixi in. 6. diffi. tertio not. vt hic
per Ang. & Iaso. in. d. l. sancimus circa fin. Pau. Cast. & Iaso.
in. d. l. siquis filium colum. j.
Obstare tamen multum videbatur secundum Cur. quia
casus dictarum querelarum prædictis personis competen-
tium æquiparati erant per leges antiquas vt hic cum pręal-
leg. ideò lex noua superueniens & disponens in vno videba
tur & in alio disponere iuxta gl. in. l. si quis seruo persuaserit
C. de furt. sed regula illa non procedit quando est diuersa ra-
tio in æquiparatis, vt in propos. nostro, vt hic per Curt. de
quo plenius dixi in. l. pręior bonorum infra de re. iur. Ex ibi
dictis clarius potest solui oppositio, quia regu. illa procedit
vbi facta est ęquiparatio in ea materia per viam regu. sed in
materia transmissionis querelæ non erat facta æquiparatio;
nimirum igitur si respectu transmissionis prædictæ, de vno
ad aliud argui non potest.
Circa. 3. partem glo. concludit ꝙ secundum iura fforum
sufficiebat filium habere legitimam quoquo relicti titulo.
hodie debet habere titu. & iure instit. d. §. aliud quoq;. Glo.
loquitur in aduerten. quia de iure. C. bene istud erat. ita pro
15 cedit. l. in glos. allegata, sed non de iure. fforum † secundum
quod filius iure institutionis legitimã habere debebat. l. in-
ter cætera. ff. de lib. & post. vt hic per Paul. de Castr. colum.
fin. & Iaso. in auct. nouissima colum. quarta. C. eod. titu. ra-
tiones pulchrè ponunt vltra præallegat. Barba. in consil. 38.
colum. sexta, & Alexand. in consi. 168. ponderatis colum. 2.
16 libr. quinto, vbi limitat vno modo. † Et ad illud quod dicit
glos. de causa in exhæredatione inserenda, videte pulchrè
Aret. & Sozin. in. l. tertia in. §. filius colum. fin. infra de lib.
& po. In alijs glo. bene loquitur. facio transitum ad. §. quar
ta. l. Papinianus eiusdem titul.

EX §. QVARTA LEGIS PAPI.

Quartarum plura sunt genera. nu. 1.
Querela olim dabatur non habenti integram legitimam ho-
die competit ius petendi supplementum legitimæ, num. 2.

Institutus

Institutus in vno nummo. agit solum ad supplementum legitima nume.3.
Legitima ascendentium descendentium, & fratrum quanta esset olim & quanta hodie & quomodo sit aucta.4.
Legitima descedentium iure natura debita dicitur & cur.5.
Falcidia dicitur debita iure instit. & quare.6.
Falcidiæ nomen generale est ad omnem quartam.7.
Legitima capitur habita consideratione ad facultates quæ erant mortis tempore, ideò augmentũ vel diminutio facultatum posteà contingens non consideratur.8.
Legitima de & super quibus bonis accipiatur.9.
Legitima capitur deducto ære alieno, funeris impensa, & seruis libertate donatis.10. cum sequen.
Legitima est quota bonorum, non quota hæreditatis, vel successionis, ex quo sequuntur plures not. effectus.11.& 12.
Funeris impensa magis est priuilegiata quam legitima.13.
Libertatum relicta olim minuebant legitimam, hodie verò non, nu.14.& 17 cum sequen.
Querela dabatur instituto ex causa:15.
Institutio quandoque pro exhæredatione habebatur. numero.15.& 21.
Fraudem fraude repellere licitum est 16.
Ordo scripturæ attendendus, & quando non potest de eo constare, quid sit agendum.18.cum sequen.
Iste tex an procedat in filio in potestate.19.
Suitas tollitur per dationem vulg. substituti, & non consideratur in matre.20.cum sequen.

In §. quarta legis Papi. de inoffi. testa.

DIFFICILIS est hic text. quem glos. secundum Barto. Bald. Angel. & Pau. magis intricarunt, quam declarauerint, ideò de ipsis gl. parum curarunt doct. Sunt autem difficultates circa ea quæ in vsu non sunt, nec frequentátur, videlicet circa relicta libertatum in qua materia nullam vnquam in practica causam vidi. Circa verò ea quæ quotidiana sunt. Diminutionem legitimæ propter æs alienum & funeris impensam text. clarus est.

Legitima est quarta pars eius quod superest de bonis defuncti deducto ære alieno, & funeris impensa, ac seruis libertate donatis. Et si filius emancipatus institutus per relicta libertatum nimis grauatur, potest hęreditatem repudiare. Et si habet substitutũ vulgarem qui hæreditatem adeat, intentabit contra eum querelam irritando, relicta libertatum. si non adsit substitutus, aut repudiet, poterit ab intestato adire, nec tenebitur ad libertates, quia nõ videtur in fraudem omisisse. sed fraudem cõtra eum excogitatam exclusisse. h.d. vsque ad. §. si conditioni.

Diuiditur in quatuor partes, in prima ponit vnũ dictum, in secunda duas quæstiones. vnam in filio exhæredato. In instituto alteram, in tertio soluit vtranq;, in.4. dubium mouet per reductionem ad absurdum, & incõueniens ponens sol. & remedium. secunda est ibi. sed an. tertia ibi potest dici quarta ibi cum igitur.

Casum figurare posses, vt hic ex dictis Pau. Cas. licet colligere. Pro intelligẽtia tex. & materię pręmittas primò quia
1 tex. facit mentionem de quarta. † q̃ sunt plura genera quartarũ, vt declarat gl. fin. vbi omnes scrib. notant infra ad. l. fal.
2 Secundò propius accedendo ad text. præmitto, † quòd olim qui nõ habebat suam legitimam querelabat testamentum tanquã inofficiosum. hodie agit solum ad supplementum legitimę si minus ea fuerit relictum, vt hic. & in. §. vnde si quis infra ea. l. & in. l. si non mortis cum not. infra eo in l. cum quæritur. C. eod. in. l. omnimodo & in. l. scimus eod. titu. in. §. primo & vltim. institu. eod. ita quòd sufficeret filium in vno nummo fuisse institutũ cuius institutionis, vir-
3 tute † consequitur supplementum legitimæ in totaque legitima institutus reputatur Bald. in. l. hac edictali. colum. 3. C. de secun. nup. plenè Deci. in. l. fin. colum. 7. C. de edic. diui. vbi ponit quòd tunc supplementum legitimæ reputatur à testatore relictum.

Et quicquid esset de iure. C. hodie & olim de iure ffõrũ. ascendentibus, & descendentibus iure institutionis debita erat ac debetur legitima secundum doct. in locis præalle. & alijs quæ adduxi in. l. supra eo.

4 Et dicta legitima † erat quarta pars eius quod ab intestato fuisset quis habiturus tex. est in. §. si quis mortis supra ea l. & C. eod. l. parentibus, declarat post alios plenè Parisius in consi. 6. volu. secundo hodie aucta fuit ad semissem, vel dimidiam partem portionis prędictę iuxta versus illos.

Quatuor aut infra dant natis iura trientem.
Semissem verò dant natis quinque vel vltra.

Probatur in. §. primo in auc. de trien. & semiss. & C. eod. auct. in nouissima, tradit pulchrè Dec. in consi. 228. col. pe.

Et similiter aucta est legitima ascendẽtium de quarta ad trientem. d. §. j. secundum gl. & scribentes communiter vt per Iaso. in dicta auc. nouissima colu. 11. & Mod. repet. in. l. pater filium colum. 11. &. 12. in vlti. not. infra eod.

Legitima verò fratrum. non est aucta vt per glo. & Iaso. loco præallega. cum alijs quæ citauimus supra in. l. prima in secunda diffic. tertio not.

5 Tertiò præmittendum est † q̃ quarta ista descendentibus & ascendẽtibus spectans, dicitur esse debita iure naturę l. scripto in fin. infra vnde lib. l. cum ratio. infra de bo. damnat. l. nam & si parentibus infra eod. §. j. in auc. de hęr. & fal. Sozi. in cõsi. 30. lib. j. Mod. latè in. d. l. pater filium loco præalleg. & Mod. de Ripa. in. d. l. in quartam colum. 24. versi. 2. aduerte & Card. Alex. in cap. ius naturale colum. 2. distin. j. decre. vbi dicit iure naturali procedere, vt filij parẽtibus succedant ex quo notari mandat quare legitima portio filiorũ. dicatur debita iure naturæ.

6 Quarta verò falcidię † dicit quarta hæreditatis, seu quarta debita iure institutionis. secus in trebel. d. l. in quartá vbi post Bart. omnes Mod. maxime Pau. Picus colum. secunda & 39. cum seq. & Ripa colum. sexta, in primo not. Quia fal. iure hæreditario & titu. institu. acquiritur. in eaque tantum imputátur quæ iure hæreditario capiuntur. secus in trebell. in quam omnia imputantur. & quæ ab intestato vt ex testamento. haberi potest vt per eos.

7 Præmittatis quarto loco. † quia text. noster loquens de quarta ista falcidiam appellat. quòd falcidia est nomen generale & æquiuocum, detractionem omnium quartarũ significans, vt per Alex. & alios in rub. infra ad. l. falci. Cor. in l. iubemus col. j. C. ad trebel. Sozin. consi. 80. col. 6. lib. 1. & Ripam in. d. l. in quartam col. 2. Et quando capitur pro legitima debita iure naturę stat valde propriè vt per Alexan. & alios in locis præall. Et tex. noster hic ita intelligi potest. de quarta falcidię iure institutionis debita. quemadmodum de quarta iure naturæ debita. propter prægnantiam literæ, vt post Bar. volunt hic Ang. & Pau. Cast. magis tamen genuina videtur interprætatio & intelligẽtia, de legitima loqui dicere & intelligere cuius defectu filius impugnat testamentum tanquam in officiosum de quo loquitur titu. noster, vt hic per Ange. colum. 2. & per glo. in versic. 4.

8 Quintò præmitten. est † quartam hanc & legitimá capi & considerari secundum tempus mortis testatoris. l. quum quæritur. C. eod. §. quantitas instit. de. l. falc. auct. nouissima cum not. per Iaso. ibi in. j. colum. C. eod. Et ideò ex bonis superuenientibus post mortem testatoris nõ augetur, nec ex diminutione minuitur, vt probant iura præallega. vt ibi per doc. quem art. latè discussum inuenies per Alex. in cõsi. 103. colum. quarta lib. 2. & 180. lib. 5. & in. l. ratione la. 2. infra ad l. falc. Aret. in. l. debitori in primis colu. C. de pac. Sozi. consi. 22. ad fin. lib. tertio Curt. seniorem in consil. vlti. Iaso. in. l. quod seruus colum. fin. infra de condi. ob causam Matth. de Afflic. in decisione regni. 382. Dec. in consi. 231. colum. fin. & 276. Ioan. Crot. in repet. l. frater à fratre col. octaua, infra de condi. indeb. Brun. in tract. exclusiuo fœmi. stan. agna. in octauo princ. art. col. 12. versic. post prædicta. & in tract

de consi. statu. & decretis. in verbo legitima vol.3. Ripam
in cap.cum. M.Ferrar.in.26.not.de consti. Ang.Aret.in.§.
quantitas institu.de.l.falcid.& Parisium in consi.45.lib.2.&
eundem Ripam in dicta.l.in quartam.nu.46.
9 Sextò præmitto † quòd quarta ista legitimę non capitur
nec detrahitur de nec super regno. ducatu ac nobis indiui-
sibilibus, in quibus viget ius primogenituræ Guido Papę in
quæstione. 476. Parisius post Decium per eum allegatum
in secundo volu.consi.17.colum.penult.& fin. compatrem
meum Alexandrinum in consi.34.Brunũ post tract.de sta-
tu.exclud.fœm.sta.agna.in consi. ibi impresso circa fin.vbi
vult quòd in feud.& emphy.non capiatur legitima.sed so-
lum vbi datur succeßio hæreditaria. limitando vt per Cur.
Iuniorem in consi.21.colum.pen. & fin. vide etiam de hac
materia Dec.in consi.71.colum.fin.
Septimò & vlt.præmittẽda sunt pro declaratione ea quę
scribit hic Bald.Et est mirum q̃ vbi testator in patrimonio
nihil habebat præter seruos.quibus relinquebat libertatem
q̃ filio instito prouideretur vt in.§.isto dicitur.ab intestato
autem venienti non, dicam forte infra.
10 Noto ex isto text. primò † quarta seu legitima de qua su
pra capitur deducto ære alieno. funeris impensa, & pretio
seruorum libertate donatorũ. satis est enim detractis prius
prædictis filium habere legitimam. vt hic per Bar. Bald.&
alios, allegaturq́; semper iste text. ad hoc propositum con-
cordat text.in.§.penul.institu.de.l.falcid. Et dicitur æs alie-
num quod nos alij debemus,ęs suum quod alij ei de quo lo
quimur debent.l.cedere in.§.j.de verb.signif. In primis er-
go quum de quarta & legitima alicuius est quæstio detrahi
tur æs alienũ de hæreditate,exemplificando vt hic per Pau.
11 de Cast. † Ratio est quia legitima filiorum est quota bono-
rum patris vt hic,nõ quota hæreditatis vel succeßionis. sed
bona dicuntur deducto ære alieno.§.bona.l.subsignatũ in-
fra de verb.signi.Cor.in consi.289.lib.4.Rimi.in auc.præ-
tereà in fin.& ibi Deci.in.4.limi.7.no.C. vnde vir & vxor,
ideò nimirum si creditores præferuntur,& ante detractio-
nem legitimę ęs alienum capitur vbi adest titu. onerosus vt
per Iaso.in consi.181.colum.2.lib.2. at legitima non est æs
alienũ,nec propriè debita,sed quasi debita.l.fin.§. si autem
C.de Cur.fur.ideò quę verè debita sunt in ineunda ratione
legitimæ præcedere debent, vt per Iason. in.l.emancipata
colum.2.C.qui admitti & in consi.præalleg.
Hinc est quòd per re compensationem seruitiorum re-
ceptorum. pro restitutione malè ablatorum, & ex confes-
sione patris asserentis se esse debitorem talis, de tanta sum-
ma & quãtitate,minuitur legitima,constito de veritate præ
dictorum. aliter non vt per Alexan.in consil.18.lib.4.quæ
tamen probatio & iustificatio non exigeretur vbi per præ-
dicta legitima non minueretur.quũ de bonis quæ supra le-
gitimam sunt poßint parentes pro libitu disponere.l.paren
tibus.C.de inoffic.test.vbi Pau.Cast. & alij notant Alex. in
consi.12.lib.5.Iaso.consi.18.lib.1. & 104.lib.4. & pulchrè
Deci.in consi.547.& 666.similiter relictum factum ancil-
lis, & seruitoribus pro stipendio illis forsitan pro toto tem-
pore vitæ suæ debito pręcedit legitimam in computatione
vt per Alex. in consi.31.viso lib. quarto. Pariformiter ante
detractionem legitimæ deduci debent tanquam ęs alienũ,
ea quæ pro dotibus fuerũt relicta filiabus vel nepotibus te-
statoris, stante statuto exclusiuo fœminarum superstitibus
masculis vt pulchrè per Bal.in.§.vnde si quis infra ea.l.An-
gel.in consi.174. Alexand. in consi.31.in fin.lib.quarto, &
Parisium in consi.55.colum.3.lib.3.
Legitima ergo vt ex hoc text.& prædictis patet,non est
12 quota hęreditatis vel succeßionis. † sed est quota bonorum.
Ex quo sequitur plures not. effectus. nam si quis fuerit in-
stitutus in legitima non vr̃ institutus in quarta parte hæredi
tatis,sed in quota parte bonorum,ideò non poterit à credi-
toribus & legatarijs conueniri, sed est conueniendus hæres
vniuersalis, secus si fuisset institutus in quota parte hæredi-
tatis secundum Paul.de Castr. hic in.j.colum.hinc est quòd
filius arrogatus transmittit ad hæredem quartã partem bo-
norum sibi debitam, ex constitutione diui pij in bonis ar-
rogatoris.l. si arrogator de adopt. quia non est quota hære-
ditatis & succeßionis,sed quota bonorum, & idem in legi-
tima debita filio in bonis cuiusuis & in iure petendi supple-
mentum legitimæ ita plenè Alex.in consi.150.colum. fin.
lib.secundo Bald.in.d.l.si arrogator colum.j.&.2.Soz. con-
si.150.colum.16.volum.1.& Dec.in consi.303.colum.j.si-
militer infertur q̃ beneficium.l.fin.C.de edic.diui. nõ com
petit instituto in legitima. datum est enim instituto in tota
hæreditate vel in parte, sed legitima non est quota hæredi-
tatis sed bonorum: ergo, &c. ita Alex. vbi attestatur com-
munem in dicta.l.fin.colum.2.
Hinc etiam est q̃ in legitima non repræsentatur defun-
ctus,nec dicitur succedere qui ad solã legitimam venit,quũ
sit quota bonorum non quota hæreditatis ita plenè Sozi. in
consi.150.colum.16.in.7.fundamento vol.j.
Ex prædicta cõclusione quòd legitima sit quota bono-
rum,non quota hæreditatis,aut succeßionis,plura alia infer
ri poßent vt per Bald.in.l.Gallus. in.§.ille casus. de liber. &
post.scribẽtes in.l.fin.in.§.in computatione.C. de iu. delib.
in.l.cum à matre.C.de rei vend.Matth. de Afflict. in deci-
sione regni.162.& 382.& repet. in auct.nouißima.C.eod.
titu. de inoffic. testa.
Secundò no. quòd funeris impensa in proposito nostro
13 † procedit à pari cũ ęre alieno. extrahique debet vt æs alie-
num,antequàm capiatur legitima,concordat tex. in.§.pen.
insti.de.l.falcid.imò est magis priuilegiata. quum omne ęs
alienum præcedat quando bona non sunt soluendo.l.penul.
infra de relig.& sumpt. fun.sic enim fieri oportuit ne inse-
pulta corpora iacerẽt,vt dicitur in.l. siquis sepulchrum in.§.
prætor ait illo eod.titu.sanè tamen intelligendo quando im
pensa necessaria fuit secundum testatoris qualitatem & pa-
trimonij quantitatem.l.at si quis in.§.hęc actio illo eod.tit.
secundum Ang.hic in secunda colum.& Aret.in.§.pen.in-
stit. de.l.falcid. Est ergo impensa funeris valde priuilegiata,
vt etiam æs alienum præcedat. ideò malè faciunt episcopi
qui de eo quod est relictum pro funere quartam volunt. ex
quo enim non debetur filio.minus debetur episcopo vt hic
per Bald.colum.2.& Ang.in fine.
14 Tertiò not.ex isto text. † quòd datio libertatum minuit
patrimonium,falcidiam, & legitimã: idem dicitur in præ-
alleg.§.pen.& sic legata libertatum fauorabiliora sunt legi-
tima iure naturæ debita, quod est mirabile secundum Paul.
de Cast.hic in.2.colum. sed hoc erat quia libertati lex adeò
fauebat vt omnibus alijs rebus eam fauorabiliorẽ faceret.l.
libertas infra de regu.iur.nam per legata ad pias causas non
minuitur legitima gl. est communiter approbata in auc. si-
militer in fin.C.ad.l.falc.Alex.in consi.18. lib.4. à pari ergo
non procedunt libertates & pia causa vt dicitur in cap.fi. de
re iudi.& in.l. inter pares infra de re iudi. rationẽ videte per
Cor.in dicta auct.similiter colum.j. quia libertas res est in-
diuidua,&c.tamen hodie iste text.est correctus per iura au
thenticorum vt in.2.oppo.Bart.dicetur.
Quartò not.ibi quia habet falcidiam,q̃ ille qui habet fal
cidiam non detrahit legitimam, & sic duæ quartæ secundũ
Bart.detrahi non poterant. quam materiam declarabo, &
expediam infra in.§.meminisse. ideò hic omitto.
15 Quintò not. † dari querelam inofficiosi testamenti insti
tuto ex causa secundum Bar. quod singulare mirumq́; vide
tur, quum querela detur exhæredato vel prætermisso vt insti.
eo in princip.ergo non debet competere instituto. Quia ta
men in effectu debitę portionis non habet quartã necessa-
riam ad exclusionem querelæ.§.quoniam supra hac eadem
leg.hic dicitur dari instituto querelam inoffi.testamenti. Et
ista est causa de qua hic loquitur Bart. propter quam à regu
la communi receditur. Et ideò Bald.hic admirabilem hanc
decisionis aßignat rationem, quia quum institutio ita fue-
rit onerata pro exhęredatione habetur,ideò nimirũ si com
petit querela. Idem voluit Bart.in fin.commenti.
16 Vltimò nota. secundum Bart. & alios † fraudem fraude
posse licitè repelli, quia si testator filium fraudare voluit
quarta

quarta sibi debita. dando seruis libertates per quas minuebatur quarta, potuit filius sibi consulere omittendo ex testamento,& possidendo hæreditatem ab intestato,absque eo quòd incurrat pœnam edicti si quis omissa causa testamenti,& remedium istud. ex causa datum fuit & à lege inductũ ad obuian. fraudibus iuxta.l.in fundo infra de rei ven.& ca. erit autem lex quarta distinc. sicuti enim vim vi natura ipsa repellere licet.l.j. §. vim vi infra de vi & vi arm.l. prima.C. vnde vi.l.vt vim supra de iu.& iure.ita fraudem fraude capcupientes in princip. cum glos. in verbo malignantium de elec.lib.6.no. hic Ange.in.6.colum. plura cumulauit in.l.ea est natura infra de re. iur.

Et istud remedium contra fraudem inductum, locũ habet siue filius fuisset in totũ frandatus legitima, siue in parte vt hic per Pau. Castr.colum.secunda, facit.l. quæ de tota infra de rei ven. dicit tamen ipse Paul. quòd lex melius fecisset fraudem hanc cõtra filios prohibere, quàm post commissam de remedio prouidere argu.l. fin. C. in quibus cau. in integrum resti. non est neces.

Sed forsitan noluit à fauorabili regula & causa libertatis, recedere lex ipsa,illamq; infringere. sed potius hoc casu dictum remedium dare. Quod tamen remedium & consiliũ non est hodie necessarium vt infra per Bart. in fin.3. oppo. Et cõsequenter apparet ex hac nouissima legis dispositione rectè sensisse Pau.de Ca. dum dixit quòd melius fecisset lex dictã fraudem prohibere. hoc.n. tandem fecit, vt dixi.

Quia vt hic in princ. dixit Pau. de Cast.parum de glo.curandum est: quum nulla vtilitas ex eis percipiatur, & si aliquid vtilitatis sit. tangitur per Bart.ideò omissis glo. venio ad dicta eiusdem Barto. ex quo forma tres oppositiones,& vnam quæstionem habentem duo capita.

Circa primã oppositi.quòd imò libertates non minuunt
17 falcidiam.l.decem &.l.si seruus per Bart.allegat. † Respondet quòd loquuntur, quũ non est rogatus hæres manumittere sed alius, quo casu seruandam esse dicit distinctionem prædictarum legum. Quæ sol. diuersificat tantum casus, & non assignat rationem specialitatis & diuersitatis. Cum Bart.tamen transeunt hic doct. præcipuè Paul. de Castr. in secunda colum. declarans dictum Barto. distinguendo tres casus,vt hic per eum, alij nihil scribunt.

Sed vt mihi videtur falcidia nunquam libertates minuebat,siue rogatus esset hæres vt hic. siue alius, ita tandem & in fin.vult tex.in.d.l.decem.& in.d.l. si seruus prout nota.ibi glo.in verbo impediatur. quicquid hic dicant Bart. & Pau. Cast.& ideò ipsemet Bar.in.d.l.si seruus se remittit ad.l.decem quem text. dicit clariorem esse, & sic videtur sentire hanc opin. Hodie tñ vt latè statim dicetur correcta sunt.

In.2.oppo. Bart.quòd hodie legitima non minuatur per libertates,& consequenter corrigatur lex nostra.per.§.prohibemus gl.in auc. de triente & semisse qui loquitur in alijs terminis vt hic per Pau.Cas.adhærentem tamen huic opin. prout facit etiam hic Ange.in.7. colum. ipse tamen Pau. de Cast.in.l.quoniam in prioribus colum.secunda.C. eod. per illum text. tenuit oppositum, sed responde quòd loquimur de iure auctenticorum non de iure.C. & d.§. prohibemus induci potest in ratione & in sui generalitate, dum disponit de legitima omne grauamen remouendum.

Iuxta prædicta.quòd hodie iste tex. corrigatur & legitima non minuatur per legata libertatum, sed ipsa libertates minuat quærit Bart. si pluribus seruis relicta fuerit libertas, & ad cõseruationem legitimę filij satis sit vnius libertatem
18 impediri. quis erit ille, cuius libertas impeditur. † Et respondet quòd vlti.nominati.primò enim nominati censentur magis dilecti allegat tex. in.l. generaliter in.§.quis ergo infra de fideicom. lib. & sic sunt magis fauorabiles & proximi ad consequendum libertates. sequuntur Ang. hic colum.7.& Pau.Cast.facit text.no.in.l. quotiens infra de vsufru.cum not.per Alex.in consi.167.lib.2. Dec. in.c.sedes in glo.2.de rescr.in cap. Nicolao de appell.in consi.609.col.2. & Felyn.in cap.cum dilecta.colum.tertia de rescri.ex cuius dictis declarari potest tex.ille not.in.§. quis ergo ibi si ordo non appareat. In tertio oppos. Bart. de.l.omnimodò. &.l. quoniam in prioribus. vbi omne grauamen reijcitur de legitima contempta sol. glo. Bart. respondet quòd fauore libertatum quæ per legitimam non minuebantur, non poterat institutus hic agere ad supplementum legitimæ de iure isto. sed vt fraudem testatoris excluderet permittebatur repudiare. hodie verò quũ omne grauamen remoueatur de legitima concludit filiũ posse per iura noua ad supplementũ legitimæ agere. & sic corrigeretur lex nostra, & sic eius consi.non esset necessarium secũdum eum hic & in.§. meminisse infra eod. Pau.Cast.hic in fin. & in.d.l.quoniam ad fin.j.col.contrariũ tenet fauore libertatum per supra dicta.

Sed non est receden. à Barto. cum quo alij communiter transeunt, probaturque eius opinio in.l. omnimodo. & in.l. quoniam præalle.& in.d.§.prohibemus in generalitate dispositionis & in ratione legis.

19 Successiuè† quia iste.§.loquitur de filio emãcipato quærit Bart.quid de filio existente in potestate. & respon.distinguendo vt per eum.

Ex cuius dictis quinque colliguntur conclu.Prima quòd repudiante filio substituto adeunte fideicommissario libertates ab illo dependentes irritabuntur per querelã. Ista conclusio approbatur per Ange. hic colum.octaua,& Pau.vlti. ratio cõclusionis est, quia substituto adeunte hæreditatem, confirmantur tabulæ paternæ per illius aditionẽ, & omnia relicta in testamento efficaciam sumunt à gradu illo substituti. vnde illo gradu postmodũ rupto per querelam de existentia sui hæredis,amplius nõ habemus tractare, ideò õmnia corruunt. quod est not.secundum Ang.

Secunda cõclusio,si substitutus repudiaret,filius in potestate remanet suus hæres ipso iure. quæ existentia sui heredis sufficit ad cõfirmationem libertatum per fideicom. relictarum.§.sed & si quis.l.cum quasi infra de fideicom. lib. grauabitur igitur filius isto casu & fraudabitur legitima.

Quæ conclu. potest procedere, quando substitutus vulgariter repudiauit nec vllo iure filius vult hęreditatem amplecti, quia tunc filij non interest per existentiam suitatis, non confirmari tab. paternas, ex quo in effectu. ipse nullo modo est hæres, ita hic Ange.in nona colum. secus quando filius ab intestato vellet paternam hæreditatẽ habere.quod videtur contra conclusionem Bart. hic dicentis filium hoc casu fraudari legitima, fateor cõclusionem istam non procedere de iure nouissimo secundũ, quod vt dixi filius in legitima grauari non potest.

20 Tertia conclusio Bartol.hodie † de iure prætorio filio abstinente non operatur suitas. quæ conclusio falsa videtur quum ex beneficio abstinendi non sit sublata suitas.sed tantum necessitas vt per Dec. in.l.qui se patris in tertia colum. C.vnde liberi.

Quarta conclusio per dationem substituti vulgaris tollitur suitas,seu impeditur existentia suitatis. quantum ad confirmationem relictorum in testamento.præterquam in tacita volgari, ratione assignata per Bart. quem sequitur Angel. contrariam tenet Pau. Castr. Articulus est disputabilis, & de apicibus iur's. an per dationem vulga. substituti tollatur suitas. suitatisq; effectus. quem articulum plenè discuti non patiuntur calores, communis est cum Bart. hic videte Iaso. per plures col. articulum disputantem in.l.si filius hæres in vltimis colum. infra de lib. & post. & per omnes in.l. si filius qui patri infra de vulg. quæ conclusio potest restringi quando filius nullo modo vellet hæreditatem patris quia non interest sua impediri existentiam suitatis, vt hic per Angel. columna nona.

Quinta conclu. Bart. quando per relicta libertatum exhausta est legitima filij insti. pro exhæredatione habetur in
21 stitutio† quum potius consideretur effectus quam verba.l. tertia.C.de instit.& subst.sub cond.fac.ideò nimirum si institutus querelam vt latius dixi supra in.5.not.

Postremò not. quòd prædicta suitas non consideratur in matre quæ non habet filios in potestate vt per Deci. in.d.l. qui se patris colum.2.venio nunc ad.§.meminisse.

EX §. MEMINI. L. P API.

Ind gno ablata. an, quomodo, & quando applicentur fiſco. vel alijs perſonis. nu. 1. cum ſequ.

Fiſcus. an, quomodo, & quando auferat relicta vt ab indignis. ibidem.

Indignitatis exceptio à ſolo fiſco opponi poteſt. 2.

Succumbens in lite præſumitur fouiſſe malam cauſam, ideò punitur diuerſimode. 3.

Pœnitenti parcitur. 4.

Peccare eſt humanum, diabolicum perſeuerare. ibidem.

Abſens condemnatus præſumitur potius propter contumaciam condemnatus, quam quòd foueret malam cauſam. 5.

Confiſcatio bonorum ſubiectorum fideicom. quomodo & qualiter fiat. 6.

Delictum vnius alteri non nocet, præterquam in certis caſibus ſpecialibus nu. 7.

Querelam inoffic. teſtamenti intentans & ſuccumbens. perdit legitimam iure naturę debitam non quartam debitam arrogato ex conſtitutione diui Pij. 8.

Liberi primi gradus inſtituti, & de reſtituendo hæreditatem per fideicom. grauati purè, ſtatim ſeu incontinenti non poſſunt detrahere duas quartas legitimā, ſcilicet & trebellianicam ſed vnam tantum videlicet legitimā. ſecus ſi grauati ſint de reſtituendo ſub cōditione ſi ſine filijs deceſſerint, puta. diſponereq; poſſunt de dictis quartis. & ius illas detrahendi ad hæredem tranſmittunt. nume. 10 cum ſequen. & num. vlti. vbi plures quæſtiones in hac materia trebellia. prædictis perſonis debitæ examinantur, & quid ſi appoſita fuerit clauſula codicillaris teſtamento exiſtente nullo ex aliqua cauſa. ibidem an impediat detractionem trebel.

Trebellianica in liberis primi gradus non poteſt à teſtatore prohiberi. nec fructus in trebellianicā computantur, licet ſecus ſit in alijs deſcendentibus, puta in nepotibus ex filijs. 12. cum ſequen.

Legitima non perditur per non confectionem inuentarij. numer. 15. & an approbatio teſtamenti, quo erat prohibita detractio legitimæ illam tollat. ibidem.

Trebel. non amittitur per non confectionem inuentarij à liberis primi gradus etiam duas quartas detrahentibus, ſecus in nepotibus ex filijs. & quid ſi approbauerint teſtamentum in quo erat prohibita. 15. cum ſeq.

Teſtamenti paterni approbatio, an & quando ſit impedimento detractioni legitimæ & trebellianicæ. 17.

Trebel. an & quādo detrahi poſſit de relictis ad pias cauſas, etiam loquendo in liberis primi gradus. 18.

Trebellianica cum legitima quando ad ſemiſſem aſcendunt an poſſint detrahi de fideicom. vniuerſali per liberos primi gradus ſub conditione reſtituere grauatos. 19.

Clauſula Codicillaris. quæ facit vt quis cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem per fideicom. non operatur vt grauatus detrahere poſſit legitimam & trebellia. ſed vnam quar. tantum tanquam ſit grauatus ſtatim & incontinenti reſtituere. 20. & 21.

In §. meminiſſe.



Hic §. reputatur elegans & not. per Bal. & doct. & eſt ſemper in ore aduocatorum in palatijs: ſummatur vt per Ang. Diuidite vſque ad. §. ſiquis impubes: in quinque partes. In prima ponitur deciſio. in. 2. vna reſtrictio. in tertia alia. in quarta alia. in quinta illatio ex præcedenti limit. Secunda ibi ſed ei. 3. ibi perinde. 4. ibi eo autem. quinta ibi vnde.

1 Not. primò † ex iſto text. applicari fiſco quod ab indigno aufertur. quę regula non habetur alibi ita clarè ſecundū glo. Bart. Bald. Ang. & alios. tamen idem dicitur & probatur in l. 2. & in. l. Claudius cum glo. infra de his quibus vt indig. tradit Iaſo. in. l. j. colum. 2. C. de his quibus vt indig. intelligitur hæc cōcluſio in indigno propter delictum ſuum. aliàs ſecus l. j. cum ſimili. C. de ſecun. nup. ſecundum Bald. Ang. & Pau. Caſt. hic. Contra quam concluſionem videtur tex. in. l. quidam in. §. j. cum. l. ſequenti infra de dona. & in. d. l. Claudius vbi illud quod aufertur propter malos mores, vt à paciſcentibus de & ſuper bonis & hæreditate viuentis obuētura, vel ab vxore illicitè capta à marito eam hæredem relinquente, applicatur fiſco. Super hoc contrario valde laborant doctores, inuenio ꝙ Dec. in. d. l. j. in. 11. not. tandem reſoluit applicari fiſco quod ab indigno aufertur, ſiue auferat propter delictum ſuum, vt hic & in. d. l. 2. ſiue propter malos mores & quaſi delictum. d. l. quidam in fin. cū. l. ſequenti. & l. 2. cum. l. claudius ſupra allega. pręterquam in caſu. d. l. j. per rationem ibi in tex. aſsignatam, ne in gratiā fiſci illud introductum videatur, ita ꝙ de auaritia & rapacitate accuſari princeps poſſit. Sed Cur. ſecus in. d. l. Claudius. Difficile eſt aſsignare bonam rationem diuerſitatis, concludendum tamen videtur, vt dicebat Dec. proximè relatus, quòd id quod aufertur tanquā ab indigno applicetur fiſco ſiue auferatur propter delictum ſiue propter correctionem morum, iuribus pręalleg. præterquam in caſu. d. l. j. de ſecun. nup. quia imperator ſpecialiter ibi vltra proceſsit contrariū diſponendo, ne per mulierum querimonias de auaritia notaretur.

Reſtringitur ſecundò dicta regula, quādo illud quod aufertur tanquā ab indigno concerneret iniuriam certæ perſonæ quia tunc applicatur illi perſonæ, cuius contemplatione aufertur. non autem fiſco per tex. not. in. l. pen. C. de leg. ſecundum Ang. hic Bar. Pau. & alios ibi dicentes ꝙ vbi cauſa propter quam reputatur quis indignus certam reſpicit perſonam, illud quòd aufertur applicatur perſonæ offenſæ non fiſco. quod dupliciter limitatur primò vt pulchrè per Iaſo. in. l. j. colum. 2. & 3. C. de his quibus vt indig. ſecundo in caſu auct. hoc amplius. C. de fideicom. vt hic per Ang.

Reſtringe tertiò regulam prædictam, qn̄ ipſo iure quis eſſet in capax, quia iſto caſu non fit applicatio ad vtilitatem fiſci. ſed applicatur cohæredibus, aut ab inteſtato venientibus. l. ſi pater & l. nec apud. C. de hær. inſti. ſecundū Ang. hic col. pen. de quo vide Bald. & Cor. in. d. l. ſi pater. dicentes ꝙ ibi hęres indignus erat abſq; ſuo delicto ratione deficientis voluntatis teſtatoris, ideò veniunt ſuccedētes ab inteſtato, & illis deficientibus fiſcus, quia in pro non ſcriptis non ſuccedit fiſcus. l. vnica. §. in. j. C. de caud. tol. l. 3. infra de his quæ
2 pro non ſcriptis. † Et de prædicta indignitate ſolus fiſcus opponere poteſt. l. his conſequenter. §. j. cum gl. in verbo pertinere infra fam. er. tradit Dec. in. l. fin. col. quarta. C. de pac.

Secundò not. ex iſto text. ibi non obtinuit & ibi lite improba, ꝙ ille qui ſuccubuit in lite præſumitur malā cauſam
3 fouere, & litem calumnioſam, improbamq; mouiſſe, † ideò propter iſtud delictum fit cōfiſcatio ſibi relictorū, & hoc text. ad hoc multum notant Ang. & Pau. Caſt. hic. Et ſimiliter victus in expenſis condemnari debet, quia pręſumitur malam cauſam fouere vt per Bar. & alios in. l. 2. ſupra ſiquis in ius voc. & Iaſo. in. l. properandum in. §. ſin autem alterutra colum. 5. C. de iud. Limita prædi. not. per pulchrum tex. l. filius infra eod. titu. vbi notat ibi Pau. de Caſt. quem text. nouiter pulchrè declaraui in. l. j. C. qui admitti.

Tertiò not. ex tex. ibi cæterum ſi ante ſententiam deſti-
4 tit † quòd parcitur pœnitenti, ideò ſibi relictum hic non aufertur. ſed illi conſeruatur: concordantes ſunt in gl. probatque hic tex. vulgatum illud, eſſe humanum peccare diabolicum perſeuerare ſecundum Barto. hic. intellige hunc tex. quādo deſtitit re exiſtente integra & dubia delictoq; nundum conſumato, & ſic ante apertos teſtes & dicta teſtificata, aliàs eſſet aperta via fraudādi diſpoſitionem iſtius. §. videns enim ſe debere ſuccumbere deſiſteret à lite & ita intelligunt hic Ang. & Pau. Caſtr.

Quartò

5 Quartò no.ibi absente, † ꝙ sententia lata contra absen-
tem potius lata præsumitur propter contumaciam & quia
causa non defenditur quàm ꝙ foueret malam causam ideò
sibi relictũ non aufertur nec fisco applicatur.quod est nota.
ad multa secundum Bart. & extollit Angel.in vlt.col.& est
tex. not.in.l. & ideò infra de euic.declara & intellige hunc
tex.nostrum vt hic per Pau.Cast.in.j.col.& Fely. infra alle.
quia materiam ipsam plenè tractat in.c.cum Berto.colu.8.
& seq.de re iud.& per Soc.in consi.18.col.pe.lib.2. & Cor.
in consi.325.vol.j.

6 Quinto nota.ibi, † rogatus restituere cum seq. maximè
in fi.non debere confiscari quod restitutioni subiacet.& sic
in confiscatione non veniunt bona subiecta restitutioni fi-
deicommissi: intellige bona prædicta non confiscari. quia
adueniente conditione fiat restitutio, sed interim cõfiscan-
tur.Capitque ea fiscus.sed cum sua causa.vt hic per Bald. &
Ang. in vlt.col.pulchre per Alex.in cõsi.23.vol.j.& per om
nes scribẽtes in.l. ex facto in.§.ex facto per illũ tex.vbi ple
ne Rip. in.4.no.j. ad treb.fiscus ergo ea detrahet.quæ filius
grauatus restituere potuisset detrahere. Et sic male videtur
dicere hic Bal. ꝙ fiscus capiens bona filij delinquentis gra-
uati restitueret detracta sola legitima quia etiam trebellian.
de trahet quemadmodũ filius sub conditione grauatus de-
trahere poterat vt infra dicetur. & sic retinebit dimidiã par
tem hereditatis.limitando vt pulchre per Alex.in consi.23.
volu.j.& Cur.iuniorem in consi.infra alleg.

Postremo vide quod per hunc text.voluit Aret.in consi.
67.in.3.dubio.

7 Sexto nota. ibi non debet iniuria fieri, † delictum vnius
alteri nocere nõ debere facit text.l.sancimus.C. de penis.§.
ante omnia.l.si vnus supra de pac.&.l.j.& per totum titu.C.
res inter alios acta. & quod in sacra pagina dicitur pater nõ
portabit iniquitatem filij. & est decisio fundata in ratione
naturali. contra quam tamen videtur tex.in.l.quisquis.C.ad
l.Iul.mai. vbi filij propter delictum patris seuere puniuntur.
sed est speciale in crimine lese maiestatis vt ibi per glos. &
Salice.Et sunt multi alij casus in quibus delictum vnius. al-
teri nocet vt per Fely.post alios in.c. vrgentis col.2.de he-
ret.& in.c.grauem in fi.de sent.excõ.Bart.& Pau.Castr.per.
illum tex.in.l.si non sortẽ in.§.hæred.infra de condi.indeb.
Rober. de litio in Sermonibus quadragesimalibus sermo-
ne.38.incipiente Venit ira Dei.

8 Septimo not.ex tex.† ibi ꝙ iure falcidiæ potuit habere
ꝙ filius querelam intentans & in causa succumbens, legi-
timam iure naturæ debitam perdit.secundum glo. & Ang.
quartam autem ex constitutione diui pij filio arrogato de-
bitam,agens de inofficioso & succũbens non perdit.quum
sit tanquam æs alienum.nec dependeat ex testamento. sed
aliunde, & extra testamentũ ex constitutione diui pij, vi-
delicet.§.sequenti vbi omnes scribẽ.notant. De quo lucro
quartæ constitutione diui pij videte tex.cum ibi nota.in.§.
sed & si decedens inst.de adoptio.Alex.in consi.150.col.2.
lib.2.& Benedictum capram in cõsi.80. Mirumq; videtur
ꝙ quarta ex constitutione diui pij debita, si magis priuile-
giata quam legitima iure naturæ debita quæ perditur filio
querelante succumbente in iudicio querelæ, sed ratio est vt
dixi quia extrinsecus venit & à testamento non pendet.

9 Octauo & vltimo not.† ex text. in. ibi solũ. ꝙ filius in-
stitutus & de restituendo hęreditatem grauatus non potest
detrahere quartas duas, vnam pro legitima tanquam filius
iuræ naturę sibi debitam,alteram per treb.seu falcidia,tan-
quam quilibet extraneus institutus & de restituendo graua-
tus vt hic per glo. Bar. & alios. sed iste text. ad propositum
istius quæstionis nihil facit,quia prędicta verba solum per-
dere non ponuntur ad exclusionem alterius quartæ, sed ad.
exclusionem portionis restituendæ.quæ non cõfiscatur in-
tentans querelam succubuerit ne alteri vt dicit tex.ex facto
querelantis fiat iniuria. Tamen prædicta conclusio proce-
cedit & est vera quando grauatus est quis purè restituere,
aut sub conditione vel in diem de iure ciuili,per.l.iubemus.
C.ad trebel.inducendo vt hic per Pau.de Cast.& per Bald.
ibi in.2.col.secus de iure cano.per tex.in.c. Raynu.& in ca.
10 Rayn.de test.† & ista opinio canonistarum ꝙ filius sub con
ditione grauatus possit detrahere duas quartas,videlicet le-
gitimam & trebellanicam. quę capiunt dimidiam partem
hæreditatis æqua est & benignior, in scholisque & palatijs
approbata, & ex generali consuetudine etiam in terris im-
perij per totum mundum obseruata vt hic per gl.Bart.Bal.
Ang.Pau.& alios. & etiam in.d.l.iubemus Alexã. in.l.quod
de bonis in.§.quod auus infra ad.l.fal. omnes scribentes in
d.c.Raynutius & Raynal.de quibus duabus quartis. potest
filius grauatus pro libito disponere.Iusq; illas detrahendi &
disponendi ad hæredem trãsit vt per præ alleg.Et per Dec.
in consi.81.202.238.257.320.480.613.&.688.Ias.in cõsi.
114.col.fi.& 146.lib.2.Parisium in consi.17.lib.2.Goza.in
consi.81.& 104.cum multis alijs similibus quę adduci pos-
sent.eoque magis tenenda est prædicta opinio, ꝙ ad.d.l.iu-
bemus in qua se fundant legistę tenentes oppositum. opti-
mè respõderi potest vt ibi per Pau.Cast. Alex. in.d.§.quod
auus & Ias.in consi.146.col.fin.lib.4.
11 Sed maior difficultas est, † vtrum eo casu quo detra-
hi possunt duę quartę in liberis primi gradus possit expres-
se per testatorem prohiberi trebellianica. Curt. iunior in
consil.154.colu. 2. dicit ꝙ in occurentibus propter maxi-
mam varietatem doctorum solebat rem componere per:
medium diuidendo more rusticorum Deci.consi.480.col.
pen.& fi.Ruinus consi.119.& 149.lib.5.Parisius consi.17.
24 lib.2.consi.18.col.16.in eod.vol.& consi.53.volu.3.multas
alias auctoritates allegantes attestãtur istam esse magis cõ-
munem & veriorem opinionem, ꝙ vbi duę quartę detra-
hũtur prohiberi possit trebellianica expresse per testatorẽ,
& ita consuluerunt.Nihilominus ꝙ prohiberi nõ possit in-
finiti prope tenuerunt & cõsuluerunt.& ista opinio est ma-
gis ęqua,verior & communior,& vidi eam semper seruari
ꝙ filij semper eo modo grauati,indistinctè pro legitima &
treb.detrahunt & capiunt dimidiam partẽ hęreditatis.ma-
xime per.d.l.iubemus & plura alia de quibus per doc. infra
allegatos respondentes adductis pro contraria parte, atte-
stãtesq; prout supra retuli vt latissimè per Pichum in rep.l.
in quartam char.pen.vt fin.j.ad.l.fal.Ias.consi.146.lib.2.&
99.col.pen.& fin.vol.4.Decium sibi contrarium in consi.
81.col.2.& 218.etiam in.2.col.Ioan.Crotum in repe.l.ne-
mo potest col.11.de le.primo vbi dicit ꝙ ita iudicaret Cur.
in consi.21 in primis col.& in consi.160.col.fi.Ludouicum
Goza.bonon.in consi.81.col.3.& 104.col.5. & nouissimè
Ripam in.d.l.nemo potest colu.11. & Aquensi.in dicta.le.
Marcel.col.pen.& fin.
Et sicut non potest prohiberi trebellanica in liberis pri-
12 mi gradus vt dixi,ita fructus percepti non computantur in
trebel.per.d.l.iubemus. & est opinio communiter recepta
vsuq; approbata, quicquid dicat Ias.in consi.231. libr.2.vt
per eundem Ias.in consi.99.& 108.libr.4.Pichum in.d.l.in
quartam in vltimis chartis & Ripam post Aquensi. in.l.in
13 fideicommissariam col.4. infra ad trebel. In alijs verò de-
scendentibus qui non sunt de liberis,prout sunt nepotes ex
filijs fructus computantur in trebelliacam vt per Barto. &
Pau.de Cas.in.d.§.quod auus.Pichum in repetitione dictę
le.in quartam col.pen.Soz.in consi.82.col. pen.vol.4.Iaso.
in consi.108.col.fin.& 146.col.vlt.lib.4. Ripam in.d.l.ne-
mo potest colum.11.
Et sicuti fructus computantur in trebellianicam in istis
14 nepotibus qui non sunt de liberis primi gradus,† ita trebel-
lianica in eis prohiberi poterit, arguitur.n.de vno ad aliud,
& in istis terminis posset procedere opinio illorum qui te-
nebant trebellia. posset prohiberi quando duę quartę de-
trahi possunt.
In liberis ergo primi gradus nec trebellianica prohiberi
potest,nec fructus in trebel. computantur vt dixi etiam ꝙ
duę quartę veniant detrahendę.
Sed iuxta prędicta cadunt quinque no.difficultates pri-
15 ma est.† an per nõ confectionẽ inuentarij perdant dictam
trebellianicam & alterã ex quartis, de legitima non est du-
bium

bium ꝙ non amittitur, quum sit magis priuilegiata & cen-
seatur filij in ea tractare de dãno euitando. gl. in auc. sed cum
testator. C. ad l. fal. & 17. quæstio. vlt. c. fin. docto. in hoc art.
adeò vario modo loquuntur vt vix discerni posit quæ sit
vera quæúe communis opinio secundum Dec. aliosque in
consilijs statim allegandis. videtur ꝙ trebel. amittatur per
non confectionem inuentarij per tex. in. §. si vero non fe-
cerit inuentarium in auct. de hær. & fal. inducendo vt per
Soz. in. l. Marcellus. §. j. coln. vlti. infra ad trebe. vbi dicit ꝙ
hanc opi. sequeretur consulendo & iudicãdo. Et ita consu-
luit Dec. in consi. 236. & 480. col. pen. & fin. attestando ve-
riorem & magis cõmunem id quod nititur ostendere per
allegationem multarum scripturarum, & presertim consi-
liorum, idem tenent & consuluerunt Curt. iunior in consi.
54. col. 3. & 104. colu. 4. & sequenti & consi. 120. in. 4. colu.
cum seq. & Parisius in consi. 126. col. pen. & fin. lib. 1. & 93.
col. 7. vol. 2. & 53. col. 3. lib. 3. isti opi. hanc veriorẽ & com-
muniorem attestantur. rationes & iura quibus mouentur
breuitatis gratia non refero. ibi. n. videri possunt. Et si opi-
nio ista vera esset & seruãda, nunquam fere trebelianicam
detraherent filij nec hæredes eorum, quia nõ solent inuen-
tarium de bonis paternis conficere.

Sed contraria opinio æquior, benignior, magis commu-
nis est & tenenda, ꝙ non perdatur treb. per non cõfectio-
nem inuẽtarij à liberis primi gradus, & ita vidi semper ser-
uari & seruatur per totum mundum secundum scribentes
statim allegatos, vide Alex. A quensi. & Ias. latissimè dispu-
tantes articulum, & ita concludentes respondendo ad om-
nia quæ in opos. per tenentes contrariam partem adducun-
cuntur. & ita plenè consuluerunt Iaso. in consi. 114. colum.
fi. lib. 2. Ruinus in consi. 57. lib. 2. & Sozi. iunior in cõsi. 137.
col. fin. lib. 1. & ab ista opi. non recederem in iudicando &
consulendo, considera tamen si temperari potest vt proce-
16 dat in liberis primi gradus tãtum, † secus in alijs, puta in ne-
potibus ex filijs per ea, quæ dicta sunt in superioribus, ꝙ in
eis fructus computantur in trebel. & ꝙ potest tunc à testa-
tore prohiberi, & sic nõ est ita priuilegiata prout in filijs, er-
go similiter perdetur per non confectionem inuentarij.
17 Sed difficultas, † nunquid per approbationem testamẽti
paterni quarta perdatur Benedic. capra Perusi. in consi. 19.
Dec. in consi. 257. & 688. consuluerunt quòd non, quæ con
sultationes procedũt quando nõ fuit facta prohibitio dedu
ctionis alicuius quartæ. quum enim de iure possint detrahi
& id à testatore non mutetur, cur stare prohibetur vt di-
xit in simili text. in. l. sancimus. C. de test. & in. l. prçcipimus
in fin. de appell. sed dubium est quando facta fuit expresse
prohibitio detractionis & secuta approbatio testamenti pa
terni. Et tunc siue loquamur de legitima, siue de trebellia-
nica, approbans censetur iuri suo renunciare & approbare
dispositionem patris, ita ꝙ nullam quartam detrahere po-
test prout per plura consuluerunt. Dec. in consi. 687. Curt.
iunior in consi. 21. in primis col. & Parilius in cõsi. 17. col. 3.
& seq. lib. 2. & consi. 1. col. 12. lib. 3.
18 Tertia dubitatio, † an liberi primi gradus sub conditione
grauati quando est substituta pia causa possint dictam quar
tam trebellianicæ detrahere, articulus est disputabilis an de
fideicommisso vniuersali trebel. detrahi possit vt per Alex.
Sozi. Ias. & omnes in. d. l. Marcellus communis est, ꝙ sicuti
cessat falcidia auctẽn. similiter C. ad. l. fal. ita & trebel. quæ à
pari procedit secundum præfatos prçterquam in liberis pri
mi gradus in quibus non cessat trebel. licet substituta fuerit
pia causa vt post Pau. de Castr. & Benedi. capram consuluit
Dec. in consi. 688. Et malè quia communis & vera opinio
est ad oppositum, quòd falcidia & trebel. cessant in relictis
ad pias causas quicunq; sint instituti, potentissima est enim
ratio quæ pro religione facit. l. sunt personæ infra de religi.
& sump. fun. c. fin. de re iud. & ista est communis vt dixit vt
per omnes scrib. in. d. l. Marcellus. Alex. in consi. 217. col. fi.
lib. 6. Cor. in. d. auctẽn. similiter in primis col. Soz. consi. 77.
col. 5. & 78. & 80. col. 6. lib. j. & in consi. 116. & 144. col. fin.
vol. j. & in consi. 82, col. pen. vol. 4. & Cur. Iun. in consi. 120.
col. 4. & seq. cum similibus. Et istud procedit non solum si
immediatè restituenda si hæreditas pię causę. verum etiam
si mediatè exempli gratia institutus est extraneus & graua-
tus de restituendo extraneo, qui piæ causæ debeat restitue-
re. si. n. dies vtriusq; fideicom. simul cedit & fideicom. in-
continenti est restituendum piæ causæ tunc primus esset
quasi nudus minister iuxta. l. si quis ticio de le. 2. & l. si sic de
le. 3. ideò cõsideratur persona cui faciẽda est restitutio non
prima persona argu. §. interdum. l. fideicom. de leg. 3. secus
vbi fideicom. esset restituendum piæ causæ. ex interuallo.
vel sub conditione ita ꝙ non sit certum piam causam vlti-
mo substituto venire ad fideicom. vt per Alex. in cõsi. 217.
col. fi. lib. 6. Cor. in. d. auct. similiter col. 2. Sozi. consi. 77. 78.
& 80. lib. 1. & 144. col. fin. eod. lib.
19 Quarta difficultas, † nunquid conclusio de qua supra ꝙ
liberi primi gradus hodie detrahunt legitimam & trebel.
procedat quando legitima est semis propter numerum li-
berorũ iuxta auth. nouissima & dicta in superioribus. Bald.
in consi. 160. incip. punctus quæstionis libr. 2. tenet ꝙ non
ne plus habeat grauatus quam honoratus. item quia nulla
l. cauetur. facit etiam quia doct. qui communiter volunt, ꝙ
hodie filius sub cõditione grauatus hęreditatem restituere,
possit duas quartas legitimam, scilicet & trebel. detrahere.
faciunt omnes conclusionem, ꝙ dictæ quartę capiant di-
midiam partem hęreditatis. si posset treb. detrahere cape-
ret ipsas tres vltra dimidiam quod non videtur dicen. nec
posse stare: ideò, &c.

Contrarium verius videtur, quia iura prçal. volunt ꝙ filij
detrahant legitimam & trebel. sed legitima est semis quan-
do numerus liberorum est vltra quatuor, trebel. verò quar-
tę iuribus vulg. ergo de necessitate tunc detrahent vltra di-
midiam. Et quod de dimidia parte hęreditatis dictum est
supra, fuit magistralis doctrina scribentium ad communi-
ter accidentia se referentium. si ergo contingat legitimam
esse maiorem triente propter numerum liberorum, detra-
ctio dimidiam partem transcendet. nec est loqui contra le.
vel sine. l. vt dicebat Bald. im mo secundum legem & ratio-
nem. & ita voluit ipsemet Bald. in prçalle. l. iubemus. in. 2.
bit. & respon. Dec. ad tex. ibi allega. per Pau. de Castr. in. l. si
eum. §. primo, infra de exer. quòd loquitur in diuersis actio
nibus. Et verè vt ibidem ipse Pau. de Cast. declarat per illud
edictum actio additur actioni. non autem vetus tollitur, sed
in quæstione nostra non est remediũ aliud. Et hoc est prę-
tereà quòd inquirimus an alterum mandatũ tollatur sed nõ
respon. Dec. ad aliam rationem Paul. de Cast. quòd secun-
dus actus, non mouet primum nisi expressè dicatur. Item
si vnum tantum mandatum subsistere deberet. vt inquit
43 Dec. † attenderemus potius vltimum quàm primum argu-
men. tex. in. l. si quis ante infra de acquiren. possess. ibi potius
enim hoc procedere videbitur quod nouissimè factũ est &
leg. pacta nouissma cum ibi not. C. de pact. ac not. per Sozi.
in consi. 145. colum. fin. libro. 1.
44 Rursus † quemadmodum doctoratus iterum doctorari
potest, & legitimatus legitimari, excommunicatusq́ue ex-
communicari vt per Dec. met. in. c. bonæ. colum. j. & fin. de
appel. & in consi. 55. col. 3. Quare etiam cõstitutio eiusdem
procuratoris iterari non potest. Non obstat quod de super-
fluitate obijciebatur. per. l. qui bis idem, quia respon. id fieri
posse. vel ad cautelam, vel ad tollendum fortè dubium cir-
ca validitatem primi mandati, prętereà secundum erit lon-
gioris vitæ quod interesse considerabile est. scribẽtes in d. l.
qui bis idem & ipsum Dec. in. d. c. bonę colum. fin. Nnn est
ergo recedendum à declaratione Angel. & Panl. de Castr.
quicqnid dicat. Deci. poterit etiam dari alia vtilitas, vt de-
monstrabo infra in sexto speciali Bart. in quinta conclusio-
ne sumenda ex doctrina Bart.
45 Sextò not. etiam ex isto tex. † secundũ Bart. quòd causa
coniungendarum actionum vnus actus occultatur, ita com
muniter hunc text. allegari dicit & nititur declarare, vt per
eum. Qui quidem modus loqnendi sumptus fuit à iuriscon
sulto. in. §. fin. l. tertia, infra de don. inter virum & vxo. Sed
Pau. de Castr. Fulgo. & Moder. tauri. colum. 2. dicunr, quòd
imò duo actus occultãtur siue actus medij quũ lex vtrunq;
fingat pecuniam, videlicet à debitore meo, mihi numeratã
deinde à me ei cui mutuare volo, ideò dicunt præfati Mo-
der. hic melius probari quòd causa conjungẽdarum actio-
num medij actus occultantur. Sed non respon. ad. §. fi. d. l. 3.
loquentem expressè de occultatione vnius actionis. Ideò
Dec. hic videns opin, Pau. de Cast. & Fulg. naturalibus con
uenire quòd duę actiones occultantur, ex altera parte repu-
gnare text. dicto. §. fin. qui dicit vnam actionem occultari.
nixus fuit hæc concordare. dicendo quòd considerata for-
ma & apparentia plures actus occultantur. quum in verita-
te non appareat quòd à debitore meo mihi facta fuerit nu-
meratio, neque etiam quòd ego posteà ipsam pecuniam ei-
dem ex causa mutui numerauerim. quia tamen appareret,
debitorem mihi teneri ex causa mutui. Et ipsum habuisse
pecuniam, iste secundus actus quantum ad effectũ non oc-
cultatur. Sed primus omnino occultatur, quia de eo nihil ap
paret. Et sic quo ad formam & apparentiam duo actus oc-
cultantur, quantum ad effectum secundus non occultatur.
Et ita declarandum esse dicit & intelligendum text. §. fina.
d. l. 3. & sequitur hic Curt. in. 2. colum.
45 Quę considerationes mihi non placent, † nec veras cre-
do: imò arbitror Barto. & cæteros scribentes hallucinatos
fuisse. in intelligentia text. d. §. fin. falsum videtur in primis
q aliquis ex istis medijs actibus occultetur, vt pręfati aiunt.
imò ambo apparent, & interuenire iuris censura dicuntur.
quæ fictio adaptatur & introducitur tam circa primũ actũ,
quàm circa secundum, vt ex text. hic in. l. nostra in fin. ibi &
videatur tex. glo. in. l. si mulier debitori infra de iur. dotium
& ad fin. d. §. fin. & in. l. licet in. §. primo, in verbo datum in-
fra de iure dotis & consequenter isti actus medij non occul
tantur, imò proferẽtur & à iure interuenisse finguntur. ideò
iurisconsultus hic quòd de duabus personis, dixerat te obli-
gari ex mutuo debitore meo pecuniam suã iussu meo tibi
numerante quamuis nummos meos non acceperis sed mi-
hi debitos ad vnam & eandem personam extendendo, re-
spectu vtriusque actus vtitur eisdem verbis fictionem im-
portantibus. dum inquit, vt videatur mihi data pecunia &
à mea ad te profecta. ita etiam fit alijs locis præallega. Non
igitur primus nec secundus ex prædictis actibus, occultan-
tur, quũ lex de illis & super illis disponat & interuenisse fin-
gat, quomodo ergo occultãtur, secundò sicuti quantum ad
effectum secundus actus nõ occultatur, quia ille tertius ha-
buit pecuniam mea voluntate. & si non directo à me, ideò
mihi obligatur ex causa mutui. vt ait Deci. Ita est etiam in
primo actu. vltra superius dicta. quia ego à debitore meo
pecuniam habui. quo ad effectum, propterea debitor libe-
ratur ab obligatione qua mihi tenebatur. §. fi. dicta. l. tertia,
& l. si pecuniam cum. l. solutam infra de sol. Et sic nec quo
ad effectum nec quo ad formam. nec quantum ad fictio-
nem fieri debet differentia quantum ad occultationem in-
ter prædictos casus.
46 Aduertendnm igitur † pro vera intelligentia & declara-
tione prædictorum &. §. fina. d. l. 3. quæ fuit creatura Vlpia.
iuriscon. quemadmodum etiam. l. nostra, dum ibi dicitur q
si iussero debitorę meum vxori meę soluere. si iure ciuili nõ

impediretur donatio eum rei gestæ ordinem futurum, &c. sensum esse,i. rem ita ex ordine iuris procedere vt pecunia. ad me à debitore meo, inde à me ad mulierem perueniret. Et celeritate coniungendarũ inter se actionum, vnã actionem occultari quæ est mediũ de quo statim facit iurisconsul. mentionem quòd vxor, videlicet pecuniã à debitore meo. voluntate mea acceperit & mihi viro tradiderit,quia occultato isto medio,ꝙ pecuniam acceperim per vxorem,fingitur pecunia ad me à debitore peruenisse.inde à me ad vxorem.Celeritate actionũ inter se coniungendarum,i.vt breuiter & celeriter. quę in veritate inter partes agebãtur coniungantur. agebatur autem ibi vt per solu.liberaretur debitor ab obligatione. Item vt vxori traderetur. ideò per virũ censetur pecunia à debitore habita & vxori data . occultata illa media actione. ꝙ vxor, videlicet acceperit & viro tradiderit & donatio nullius est momẽti, propter.l.resistentiam. Cæterũ subiungit iurisconsultus debitorem creditori dare, & creditorẽ vxori prędicta media actione occultata. Iuxta ordinem rei de quo supra, nec nouum aut mirum esset accipere,videlicet quòd per alium accipias. Et sic quum acceperit per vxorem pecuniam, non est nouum quòd censeatur. iuxta ordinem prædictum ad creditorem & virum à debitore peruenisse,inde ad vxorem,quod duobus alijs medijs, ibi Vlpia. probat. Primo de falso procuratore tui creditoris cui iussisti à debitore tuo pecuniam dari & acceperit furti tibi competit actio & pecunia tua est . & sic censetur similiter à debitore tuo,ad te creditorẽ peruenisse . licet per falsum illum procuratorem acceperis,secundò probat alio simili de eo ꝙ si donatum vxori suę dare iussit. perinde enim habendum est ac si ipse acceptam & rem suam factã vxori suæ dedisset. sicq; nullius est momẽti . Celeritate ergo con-
47 iungendarum actionum,i.eorum quæ gerebant.† est enim verbale nomen ab ago, agis . vt per Cice. in primo officio. ibi virtutis laus omnis in actione cõsistit, vna actio ibi occultatur,id est ꝙ vxor vt dixi à debitore pecuniã acceperit. & viro tradiderit. Et ex ordine iuris censetur pecunia à debitore meo ad creditorem,inde à creditore ad vxorẽ peruenisse , nec id nouum ant mirum est per rationem & exempla de quibus ibi . iste est verus intellectus illius text. quem vsq; ad hæc mea tempora nemo intellexit .

48 Alibi verò ipse Vlpi. † alio dicendi modo in hac materia vsus est in.l.licet.§.j.infra de iur. dot. extraneo inquit acceptum ferente.debitore suo dotis constituendę causa, vt velit in totum mulieri donatum , liberatio debitoris sequitur, & actio mulieri ácquiritur . tunc enim subijcit credendum est breui manu acceptum à muliere,& per eam marito datum,prout etiam in effectu dicitur in fine præalle.l.3. & sic vt breui & celeriter res expediatur vna occultatur actio . ꝙ pecunia peruenerit per medium vxoris ad virum, & fingitur à debitore ad creditorem peruenisse.Inde vxorem absque circuitu accepisse à creditore & viro in dotem dedisse, vtiturq; iuriscon.illis verbis credendũ est breui manu, propter occultationem actus intermedij, sed item Vlpia. in.l.si pecuniam infra de solu. ait si creditor iusserit pecuniam sibi debitam in conspectu suo debitorem ponere . efficitur sua, & liberatur debitor,quia quodam modo longa manu tradi-
49 ta existimanda est.Cur tam variè? † Dinus & Imo.respon. ibi quòd inspecta veritate mandati manus breuis est,quum nulla media persona possessionem occupauerit, & creditori quælita fuerit,sed inspecta fictione lõga dicitur, quia fingitur ponens rem in cõspectu tradidisse creditori, ad quam traditionem faciẽdam longa manu opus est , nec ibi agitur de occultatione alicuius medij actus, ita intelligitur ille tex. per quem confunditur quædam subtilis declaratio Are. hic de breui manu,quũ ibi dicatur longa manus : & tamen contrahentes præsentes erant .

50 Vltimo nota. † duas fictiones simul & circa idem cõcurrere,primò enim fingitur pecunia mutuanti tradita,secũdò fingitur re tradita recipienti mutuum. vt hic per Alex.Are. & alios. ad idem.l.si mulier debitori in fin. infra de iur. dot. quod videtur esse contra text.cum gl.in.l.prima.C. de dotis promiss. per quam pulchram quęstionem determinat Are. in consi.133.colum.3. in principio & in consil.147.colu.6. Alex. Aret.Sozin.& reliqui videntur sequi solu. Bart. in.l.si is qui pro emptore colum.pen. vt hic per Iaso. in tertia col. & voluit etiam Alex.in.l.sciendum colum.j.de verb.oblig. Sed Dec.volens contradicere Iaso,recepit primam solutionem Barto.& Bald.sentiens quòd vna venit in consequentiam alterius. rem quidem non prohibitam vt per eum. Et Curt.colum.2.& prius per Imo.& alios in.l. si aliquam rem infra de acquiren. possessio. Dicunt enim hic Dec. & Cur. quòd dictæ duæ specialitates . Circa idem mutui , videlicet validitatem concurrere videntur .quòd partes contrahere intendebant,idque prius voluit Aret.licet ipsi non referant, dum dixit not. quod circa eundem contractum & ad eundem finem videntur cõcurrere duæ fictiones, primò enim fingitur pecunia mutuãti tradita.secũdò res tradita recipienti mutuum,quod videtur esse contra regulam.quòd duæ fictiones,&c. & se remittat ad Bart. in.d.l. si is qui pro empt. colum. penult. Et propterea præfati scribentes sequuntur, aliam solutionem supra relatam .

Nihilominus solutio Bart.& Iaso. vt ex prædictis liquet communis est & bona.quia dictæ fictiones concurrunt circa diuersa , licet ex illis diuersis deueniatur ad validitatem vnius contractus . quamuis enim partes mutuũ contrahere intenderent, per prius tamen intendebant,ꝙ debitor liberaretur ab obligatione primo contracta. Inde contrahæretur secunda pro mutuo , & sic nõ est verum quòd prima fictio veniat in cõsequentiam secundæ. imò quęlibet principaliter & per se venit,ergo duo sunt circa diuersa.& per consequens melior est solu. Bart. per Iaso.relata & communis vt dixi.facit pro prædictis.§.finali præallegat.l.3.de don.inter vir. & vxo. Et sic principalis intẽtio debitoris est vt ipse liberetur , non secũdariò nec in consequentiã vt inquit Dec.
51 † Et not.quòd ista non est præsumptio, sed fictio legis,quæ veritati æquipollet ita quòd cõtrarium probari non potest. vt per glo.in.c.ferrum.50. distinc. & in.l.vnica.in.§.accedit in verbo præsumeret.C.de rei vxo.actio. Alexan.in.l.j.col. penul.C.qui admitti Felyn.in ca. quanto de præsumptio. & Parisium in consi.22.lib.2.

52 Absolutis no. † antequam intremus in gl. operæpretium est,verum istius nostræ.l. sensum & intellectum inuestigare,Bart.hic in princ. refert quatuor intellectus antiquorum ad hanc legem, primus intellectus relatus per Bart. fuit Irnerij vt etiam glo.fin.dicit circa contrarium.l. si pecuniam, capiebat enim verbum pecuniæ stricto modo pro pecunia numerata, & intelligebat esse singularia quædam præcepta in pecunia numerata,ad cõsequentiam non trahenda . quia in alijs rebus dominium in alium nõ transfertur , nisi res sit præsens . & in conspectu.d.l. si pecuniam &.§. si iusserim.l. primæ infra de acquir.possess.sed in pecunia numerata speciale est vt dominium in alium transferatur vt hic dicitur,licet pecunia nõ sit in præsentia,modo sit solutioni parata.Et ratio specialitatis est, quia in pecunia numerata frequentior est contractus mutui, quum omnia pecunia æstimentur.l.si ita fideiussorem accepero infra de fideiusso.&.l.prima,infra de contrahen.empt. & ratione frequentioris vsus recessum est à regulis iuris communis.l.certi condi.§.quoniam supra eod.l.iusto infra de vsucap.Item quia pecunia est inuariabilis in bonitate intrinseca.l. ideò infra de eo quod cert. loco. propterea, & si præsens non sit conuerti potest in causam mutui. quia quum non sit variabilis vt cæterę res mutuabiles, mirum non est . si non requiritur præsentia . quoniam certum est illud super quo contrahi debet mutuum, vt mutui natura exigit.l. quum quid &.l. secunda, supra eo. tertio probatur iste intellectus,per verba leg. nostræ ibi nummos meos, quod verbum ad pecuniam numeratam tantum refertur.l.nummis infra de in litem iur. & in princip.leg.diximus , Hunc intelle. tenet hic Saly. & sequitur in sexta colu. Dec. vti magis planum & verbis textus consentaneum propter verbum nummos . & sequuntur etiam Moder.taurin. in quarta col.

Sed iste intellectus communiter reprobatur vt tradunt
hic Bart.colum.j.Paul.de Castr.secunda & alij Moder.pri-
mò, quia appellatione pecuniæ de qua lex ista in principio
53 loquitur, † in materia mutui, res omnes mutuabiles compre
henduntur.l.2.§.creditum vers. item mutuum ibi nisi pro-
ficiscatur pecunia, ergo pecunia largè capitur pro rebus mu
tuabilibus, nó autem strictè. maximè quum in dictis rebus
eadem ratio sit quæ in pecunia numerata. vt per Alex.infra
in penult. colum. nam ratio frequentis vsus quæ in pecunia
numerata assignatur, ita etiam militat in grano & alijs re-
bus mutuabilibus, quũ & illa quotidie mutuemus, ergo mi-
litabit etiam dispositio vulg.l.à titio infra de furt. Et quam-
uis nó esset ita frequens vsus in alijs rebus mutuabilibus si-
cut in pecunia, non propterea sequeretur vt nó debeat esse
54 eadem iuris dispositio † iuxta glo. approbatam in.l.j. in ver
bo sponsam.C.de rapt.virgi. cum accumulatis per Alexan.
in consi.44.lib.quarto Barb.consil.6.colum.7.libr.1.Iaso.in
l.2.colum.tertia, infra de vulga.& Aquens.in.l. prima col.2.
55 supra de.ll. † Secundò quia principium.l. & constitu. gene-
rale est in pecu. credita. ergo tota lex erit generaliter intel-
ligenda.l.regula.§.si quis infra de iu. & facti igno. Corse. in
suis singu. in verbo alienatio, & in verbo sportulæ. Deci. in
cap.1.de constim.in prima lect.in.4.colum.& in.c.at si cle-
rici in.§.de adulterijs colum.antepen. in fi. de iud.eo maxi-
mè q posteà in vlti.parte.l.loquitur semper eodem modo,
de pecunia.tertio quia pręcedẽtia magis influunt in sequen
tia quàm è contra.l.quisquis infra de leg.3.vbi Bart.no.po-
tius ergo intelligi debet largè exemplum in medio datum.

Non obstant ad oppositũ allegata primæ rationi respon.
est supra ad secundam respon.hic not.Aret.ad tertiam de.l.
nostra in verbo nummos super qua fit præcipuum funda-
mentum per tenentes intell. Irnerij, respon. quòd quum iu-
risconsul. in principio.l. generaliter loquatur de pecunia cre-
dita, licet exemplificet in nummis, non restringitur præce-
dens generalis sententia, quum exempla non restringant.l.
damni infecti stipulatio infra de dam.infec.l.prima.§.quod
vulgo. infra de vi & vi arma. Et præcipuè in terminis.l.no-
stræ. vbi in secundo exemplo iuriscon. posteà adhuc gene-
raliter loquitur de pecu. credita iuxta terminos principij ip
sius.l.ex quibus patet mentem Vlpian. hic fuisse de pecunia
credita largo modo sumenda, non autem strictè, & sic de
nummis tantum loqui.

Secundus intellectus fuit quorundam antiquorum secun
56 dum Bart.in prima col.& Alex. dicentium † quòd hic ver-
bum pecunia largissimè accipitur pro re qualibet per pecu-
niam ęstimabili. Et ponatur specialitas quædam contra re-
gulam.l.traditionibus.C.de pact.quòd propter præsentiam
rei transferatur dominium & possessio sine traditione Bar.
reprobat tribus medijs, vt per eum. & clarius per Paul. de
Castr.qui tamen strictius hanc lectu. pro rebus mutuabili-
bus intellexit. Et fortè melius quia non apparet q isti anti-
qui ita largissimè pecunię verbum caperent.imò ad termi-
nos.l. nostræ & sic in rebus mutuabilibus. Et verè fatuus,
fuisset sensus. ita generalis & extra terminos mutui de qui-
bus hic agitur, præterea secundum hunc intell. non essent
specialia & singularia prout vult hæc lex.sed speciale & sin-
57 gulare, ergo, &c. Et subtiliter loquitur Bart. † in secunda re-
probatione, probare enim intendit quòd in isto tex. res nõ
fuerit in præsentia. vt antiqui dicebant, quia si res præsens
fuisset, verè tradita diceretur, & vera diceretur possessio, &
dominium cuius oppos. probat hæc lex. ad fin. dum vtitur
verbis improprietatem significantibus. Moder. taurin.hic
colum.secunda, saluant Barto. à reprobatione Iaso. Aret.&
Sozin. posteà cogitandum relinquunt.

58 Vos aduertatis, † quia vt hic Sozin.inquit, Bart. duo vo-
luit quòd per rei pręsentiã verè tradatur possessio, & in hoc
malè.& damnatur communiter per scriben. hic & vbique,
aliud vult Bar. quòd acquiratur vera possessio, & in hoc be
ne dicit, quia licet actus acquirendi fictus sit, possessio ta-
men verè acquiritur vt hic per Pau. de Cast.colum.2.& la-
tius dixi in secundo euidentiali. Sed vbi res nõ esset in præ-
sentia dominium fictè acquireretur.ita procedat hæc lex in
fin.&.§.fin.l.3.infra de dona. inter virum & vxo.in dictio-
ne perinde à Sozin. hic ponderata.

59 Tertius intellectus fuit Azo. & Ioannis † q hic pona n-
tur quædã singularia præcepta & specialia in cõtractu mu-
tui respectu aliorum cõtractum, quòd licet pecunia non sit
præsens, sed solutioni parata, cõuerti potest in mutuum. Se-
cus in alijs contractibus, & secundum istam lect. verbũ pe-
cuniæ largè accipitur pro omni re mutuabili, verbũ credi-
tæ scriptę pro mutuo, Bar.hic prolixius quàm expediret cir
ca hanc lect. insistit reprobans eam & sequuntur communi
ter doc.hunc intellectum tanquam falsum reijcientes, vult
enim quòd in alijs cõtractibus pecunia debita ex vna causa
conuerti non possit in debitum ex alia causa vel contractu,
nisi re existente in pręsentia quod est cõtra tex.in.l.si spon-
salibus in.§.j.infra de iu.dot.cum alijs hic per Barto. allega.
ideò reprobatur communiter vt hic per Bar.Pau.Alex.Ias.
& alios Decius tamen hic in secũda col. dicit quòd iura per
doc.contra istum intellectum allegata loquuntur in dote in
qua multa sunt specialia, ideò nõ sequitur, quòd idem sit in
alijs diuersis cõtractibus in mutuo doteq;. Sed & si loquan
tur in causa dotis tamen non fundant se in aliqua specialita-
te nec fauore dotis. Sed in regulis communibus. Præterea
si idem esset in dote, nõ possent dici hoc esse singularia præ
cepta in mutuo. Rursus est contra text. hic à Bart. alleg. in
§.fin.l.si mandato meo infra man.vbi debitum ex causa fi-
deiussoria vel alia conuertitur in causam mutui, nec fit vis in
præsentia Dec. ad idem tex.in.l.Iulia.in.§.j.de verb. oblig.
Et gener. q debitum ex vna causa, conuerti possit in debi-
tum ex alia causa, tenent ex alijs communiter doc. vt per ip
sum Dec. infra in. 10.col. Et licet Bar. hic circa istum intel.
dicat reprobationem antiquorum sibi non placere, id non
iustificando, hoc est quia supra in.2.intellectu, id fecerat.

60 Quartus & vltimus intel. † fuit Ceruoti filij Accursij hic
in addit. ad glo.primam in fin.ex mente antiquorum q hic
ponantur quędã singularia præcepta, in mutuo contra sub-
stantiã & regulas mutui, in quibus licet nõ fiat de meo tuũ,
tamen contrahitur mutuũ vt in exemplis hic positis, quem
intellectum sequũtur Bart.Pau.Alex.& communiter scrib.
pro quo pondero istũ tex. ibi quamuis nummos meos non
acceperis, ita q singularia de quibus hic non resultãt, ex eo
q pecunia nõ esset in præsentia vt antiqui volebant, sed ex
eo q nummos meos nõ acceperis.& sic quia verè. de meo
tuum non est factum, secundum regulas mutui. Iste est ve-
rissimus sensus & intellectus.l. nostræ, contra quem tamen
insurgit Iaso. sed eius motiuo, rectè hic in sexta col.respon.
Dec. & sequitur Cur.colum. 3.sed fuit Imo. licet non refe-
ratur in.l.si ita, ad fin.infra de noua. omnes quæ in hoc arti-
culo dixerunt expiscati sunt à Bar.infra in. 5.colum. Dec.ta
men postmodum duobus alijs fundamentis insurgit cõtra
communem intellectum à quo literæ consentaneo & vero
per prædicta non est recedendum.

Et ad primum argumentum Decij respond. verum non
esse communem hunc intell. cum primò conformari. quia
secundum primum singularia quædam pręcepta esse dicun
tur, in pecunia credita quòd licet præsens non sit, modo so-
lutioni sit parata dominiũ transferatur & contrahatur mu-
tuum. Istius vltimi alius est sensus, q contra naturam mu-
tui contrahatur mutuum licet nõ fiat de meo tuum.ex spe-
cialitate quadam & singulari priuilegio, vt dictum est. Ad
secundum fundamentum Decij respon. q in mutuo opor-
tet dantem dominum esse.l.2.§.appel.&.§.in mutui datio-
ne supra eod.ideò bene dicitur hic singularia quædam prę-
cepta esse in mutuo. quia in exemplis hic positis, fit mutuũ
licet mutuans non esset rei dominus. Sed in donatione do-
te & alijs contractibus. non requiritur dantem esse domi-
num, sed si dominus sit dominiũ transfert. aliàs vsucapien-
di conditionem. vt per glo.& doct.in.l.secunda, & sequenti
supra de publicia, facit.l.rem alienam cum not. infra de con
trahen.empt.ideò non sunt ibi singularia illa præcepta, quæ
sunt hic in materia mutui.

61 Et ex prędictis apparet.† quòd licet Ceruotus esset stul-
tus & glossas contra tex.facere soleret. secundum Imo.in.l.
Modestinus infra de solu. qui dicit quod melius fecisset.nó
apponere manum, quia fere semper tanquam satuus dam-
natus fuit. O quot Ceruoti sunt temporibus nostris qui me
lius facerent perituræ parcere chartę,& à scribendo abstine
re, quum dedecus potius quàm laudem ex cacatis chartis
consequantur, ipse tamen Ceruotus hic ex mente Antiquo
rum bene legem hanc intellexit.

Glo. prima diuiditur vt hic per Iaso. sed quia Bartol. or-
dinem meliorem quam glos. tenuit in proposito ordinem
ipsius Bart. sequar.

Circa duo prima specialia mutui per glo. posita Bar. à gl.
recedit. & pro veritate vnum istum speciale est in mutuo,
non respectu aliorum contractuũ vt dicunt glo.& Bart.sed
contra naturam & substantiam mutui.vt ipsum mutuũ con
trahatur. licet de meo nó fiat tuum. quod duobus exemplis
his probatur.vt latè in primo notab.& in.4. intel. declaraui.

62 Tertium speciale est. † quando numeratio à principio
non habuit consensum,vt quia furiosus. cuius nulla est vo-
luntas.l.furiosi infra de regu.iur.pecuniam numerauit.nasci
tur specialis certi cond. ex mutuo per consumptionẽ recon
ciliato.l. si à furioso secundum opinio. Ioannis quam Bart.
reijcit & plenius glo.& Bar.in.d.l. si à furioso supra eo.Mo-
der.taur. hic istud speciale Ioan.contra Bart. defendere ni-
tuntur & anteà Aret.& Sozin.in.d.l.si à furioso,Ias.& Dec.
ibi & Curt. hic colum.3. communem sustinent.quòd certi
conditio specialis nó oriatur ex mutuo quouis modo recon
ciliato, quum contrahi non possit mutuũ nisi inter in re con
sentientes.l.si me & titium infra eo. quia tamen vbi dicitur,
æquum est pecuniam meam quæ in effectu, ad te peruenit
mihi restitui. Ideò ex consumptione recõciliatur mutuum.
& ex ęquitate.d.l. si me & titium oritur condictio ad pecu-
niam prædictam.

63 Circa quartum speciale † quòd in mutuo facto nomine
alterius per liberã personam.alteri actio.& obligatio acqui-
ratur.§.si nummos. tres nota.cadunt difficultates, quę ratio
sit huiusce dicti. An requiratur mãdatum, vel ratificatio, vt
prædicta obligatio acquiratur. Tertia vtrũ specialitas præ-
dicta locum habeat in omnibus rebus mutuabilibus, vel in
pecunia numerata tantum. Redeundo ad primam difficul-
tatem. Dec.& alij Mod.in.d.§. si nummos, plures rationes
istius specialitatis tradunt ipse Deci. ibi & Moder.tauri.co-
lum.4.& Cur.hic colum.4.sequuntur rationem Bart.esse id
propter singularia præcepta pecu.creditæ vt acquiratur ab-
senti sed operępretium est ad specialiora magis descenden-
64 do videre istius prorogatiuę & specialitatis rationem.† Di-
cendum videtur id cõtingere & introductum esse propter
frequentiam cõtractus mutui dicto.§. si nummos ibi quo-
tidie credituri. vsui enim quotidiano sauẽdum est, vt ibi &
l.isto.ff.de vsucap.secundum Saly.Sozin. Dec.& Mod.tau.
in.d.§.si nummos & licet Deci. & nonnulli alij hanc ratio-
nem frequentię in proposito reprobare videantur,eo quòd
versic.quum quotidie separatus sit à dicto Aristonis. de ac-
quisitione obligationis,& quia frequentia allegatur ad pro-
bandum dictum per experientiam nó quòd fuerit causa,vt
alteri per alterum quęratur obligatio.& sic quòd consuetu-
do fuerit à iure orta,non ius à consuetudine, tamen prædi-
cta ratio probatur iuribus adductis per scrib. præallega. &
lex fauet quotidiano vsui, propterea recedit aliquãdo à re-
gulis communibus, vt per eosdem. Et cum hac frequen-
tia & quotidiano vsu.iungi potest etiam ratio.l.ea quæ ciui-
liter infra de acqui. rerum dominio. quòd ea quæ naturali-
ter acquiruntur facilius nobis per liberam personam acqui-
runtur. quia actus naturalis potentior est, ad acquirendum
alteri quàm ciuilis,alteri igitur per alterum actio & obliga-
tio acquiritur ex mutuo, facto. nomine illius propter priui-
legia pecuniæ creditæ & frequentiam contractus mutui,po
65 tentiamq́ue actus naturalis propter quę † receditur à regu-
lis iuris communis vt per Alex. in.d.§. si nummos colum.j.
Et Moder. taurin.5.

Non obstat quòd versi.quum quotidiẽ separatus sit à di-
cto Arist.& allegetur ad proban.dictum per experientiam,
quia quotidie hoc facimus poscẽdo ab amico vt nostro no-
mine numeret futuro debitori quod nó faceremus, vult di
cere iuriscons. si actio & obligatio non acquireretur nobis,
quia & si Vlpia.comprobet ibi dictum Arist.& Iul.per fre-
quentiam actus. ex eo tamen probatur contractum mutui
valde frequentẽ esse, vnde succedit quòd propter frequen-
tiam cõtractus,& alia de quibus supra receditur vt dictum
est à regulis iuris communis.

66 Circa secundam conclus.communis videtur† quòd ab-
senti & ignoranti acquiratur actio & obligatio, propter sin
gularia præcepta pecuniæ creditæ, & alia de quibus supra,
nec mandatum vel ratificatio requiritur, & in hoc versatur
specialitas contractus mutui vt per Alex. Sozin. Iaso. Dec.
& alios Mod.post Pau.de Castr.in.d.§. si nummos & Curt.
hic colum.4. Quidam tamen Mod. ibi contrarium tenent
post Aret. quòd ratihabitio necessaria sit ad hoc vt obliga-
tio acquiratur, aliàs simile per Vlpi. adductum ex sententia
Iuliani quando tuo nomine voluntateq; pecuniam meam
numeraui specie differret à casu Aristonis.

Sed non est à communi recedendũ per tex. d.§. si num-
mos ibi acquiri tibi conditionem nó exigit ratificationem
de qua, tanquã de re magni momenti mentionem fecisset
si fuisset necessaria,ea enim quæ sunt not.digna, nisi specia-
liter tradãtur neglecta videntur.l. item apud Labeonem in
§.hoc edictum infra de iniu. quum ergo id factum non fue-
rit.nec nos hoc dicere aut facere debemus.l.vnica vers.sin
autem ad deficientis.C.de cad. tol.l. si seruus seruum.§.non
dixit prætor infra de acqui.hæred.

Non obstat quòd secundum hanc opin.casus Arist. à ca-
su Iulia.specie differret. sunt enim duo dicta primum Arist.
dubitabile. quando te ignorãte nummos meos, veluti tuos
numeraui quòd actio tibi acquiratur secundum Iuli. minus
dubitabile. quando voluntate tua. Ideò Vlpia. hunc casum
approbando, dictum Aristo. vt indubitatum ponit.ibi nec
dubitari &.c.vt ibidem per Dec.colum.prima, & compro-
batio est respectu acquisitionis obligationis in vtroque ca-
su. vt ibi clarè patet. præterea nó requiritur similitudinem
& conformitatem esse per omnia, sed secundum quid,cap.
translato cum ibi not. de constitu.acquisitio tamen in pri-
mo casu Aristo. communicabilis reuocabilisq́ue est, in se-
67 cundo incommutabilis & irreuocabilis,† ad quod vide quę
scripsi de commutabili & irreuocabili, acquisitione in.l.in-
uito infra de regu.iuris.

Circa tertium articulum quicquid dixerint Saly.& Dec.
per tex.d.§. si nummos qui terminus adaptatur solũ ad pe-
68 cuniam numeratam † communis est quòd prędicta specia-
litas locum habeat in omnibus rebus mutuabilibus, primò
quia licet in princ.l. loquatur de nummis. tamen postea lo-
quitur etiã de pecunia cuius nomine in materia mutui om-
nia comprehenduntur quę mutuabilia sunt.l.2.§.creditum
supra eod. secundò quia si totam ipsam secundã.l. contem-
pleris & pariter nostram cum suis exemplis.cognosces hęc
iura magis respicere causam mutui, quàm pecuniam nume
ratam, sicq́ue de mente.l. esse de omnibus rebus mutuabi-
libus loqui, quia ratio frequentus vsus ad pecuniam nume-
ratam assignata. militat etiam in alijs rebus mutuabilibus,
vt post Alexan. scripsi supra circa primum intel.legis. Præ-
tereà licet in pecunia numerata, aliqua ratio diuersitatis es-
set,tamen ex mente legis idem est dicendum in alijs, rebus
mutuabilibus ut post Aret. tradit Sozin. in.d.§. si nummos
colum.secunda,& Moder.taur.6.

Et vltimò quia vt ait Alexan. ibidem colu. prima casus
exceptus à regulis iuris communis extendi potest ex iden-
69 titate rationis.† saltem quando nó sumus in materia odiosa
vt ibi per Alexand. de quo latius scripsi in.l.j. infra de regu.
iur.dato ergo quòd.§. si nummos loqueretur in pecunia nu
merata extendi posset ad alia mutuabilia, ex identitate ra-
tionis, quum materia illius.§. non sit odiosa sed potius fauo
rabilis vt hic per Bart.in.3.colum.

Circa

70 Circa quintum speciale † quia materia vtilis est, & quo-
tidiana,& scriben.valde confusè procedunt. pro clara intel
ligentia & doctrina istius materiæ aliquos casus duxi consi
derandos,distinctè procedendo.

Primus erit nunquid tutor pupilli creditor.similesúe per
sonæ nõ solum ex causa mutui, verum ex qualibet alia sibi
soluere & satisfacere posint. Ita ꝙ nulla sit in hoc speciali-
tas & singularitas, in mutuo. Ante discusionẽ istius primi
casus aduerten.pro declaratione.quia videtur vnum falsum
71 præsupponere † creditorem pupilli,videlicet posse illius tu-
torem esse cuius opp. dicitur in aucten. minoris debitor.C.
qui tuto.dare dariúe poss. Dupliciter respon.vel quòd quę-
stio procederet secundum iura fforum &.C. licet hodie se-
cus sit & correctum per ius nouissimum autẽticorum. Ita
glo.respondet in.l.fistulas in.§.j.infra de contrah. empt.vel
quòd quęstio intelligitur in terminis habilibus, & sic in ca-
sibus in quibus creditor pupilli tutor esse potest. de quibus,
per glo.in dicta auct.minoris debitor. Ange. in.§.fin. insti.
de auct.tuto. Moder.tau.hic colum.7.Barb.consi.60.in se-
cundo dubio libro.3.Alex.& Sozi.ac Deci.in.l.j. in vltimis
coll.supra eodem. In quibus locis inter cętera hoc quòd fre
quentius contingit inuenies dicto aucten.minoris debitor.
non procedere in tutore testamentario quem testator cre-
ditorem esse non ignorauit.

E diuerticulo in viã redeundo, quicquid hic dixerit Ac-
curs.Bar.& communiter scrib.sequuntur glo.in.§.non tan-
tum.l.quoties.ff.de admin.tuto. quòd tutor pupilli creditor
ex omni causa in pecunia numerata. sibi ipsi soluere, & sa-
tisfacere posit, pro qua conclusione Bart. text. expresè se
allegare dicit in.d.l. fistulas. in.§.j. ꝙ etiam in alia re, quàm
in pecunia numerata,satisfacere posit.Sed sunt clariora iu-
ra in pecunia numerata.in.d.§.non tantũ & in.§.sicut.eius-
dem.l.vbi clarè dicitur quòd sicut alijs ita sibi potest,& de-
bet soluere, Deci. tamen & Cur.hic colum.4.&.5.contra-
riam sequuntur partem. eo,quia negari non potest,quin ta-
lis solutio alienationem rei pupilli cõtineat, ergo videtur ꝙ
tutor auctoritate propria illam facere nõ posit, & in facto
proprio sibi auctorari contra.l.j.&.l.pupillus.cum simil.in-
fra de auct.tut.Præterea in.§. fuit quæsitũ.l.j. infra ad treb.
dicitur tutorem non posse sibi ipsi hęreditatem ex causa fi-
deicommissi debitam restituere, quia in rem suã dicit text.
auctor esse non potest.

72 Non obstant in oppo.allegata † nam ad.§. primum.l.fi-
stulas. respond. quòd loquitur in alijs terminis, videlicet in
tutore sibi tradente possesionem rei à defuncto.emptæ &
sic vbi agitur de executione contractus. secundum volun-
tatẽ patris celebrati in certa & determinata specie, vbi alia
solennitas non est necessaria. Cessante omni sinistra suspi-
tione læsionis & deceptionis, pupilli.l.j.C. quando decret.
opus non est.l.magis puto.§. pupillus infra de rebus eorum.
propterea nimirum si licitũ & permissum est possesionem
illius rei sibi tradere vt hic per Dec.col.5.& Cur.4. Moder.
taur.7. Et Aquens.in.d.§.fuit quæsitum colum.j. vbi Ripa
colum.3.per illum tex.contradicit,quia si ex necesitate prę
cedentis cõtractus tutor posset sibi restituere. multo magis
deberet posse facere, ex necesitate præcedentis fideicom.
Cui motiuo ex dictis in præced.patet solutio.& infra in spę
cie dicetur. Considerabat autem ibi ipse Ripa quòd in.§.j.
d.l.fistulas. tutor non restituit sibi possesionem, sed vacan-
tem apprehendit, nõ tanquam tutor, sed tanquam emptor
ius habens ingrediendi possesionem vacãtem propria au-
ctoritate. & licet non referat hoc prius voluerunt Rapha.
commen.Ang. Aret. & Christ. Porc.vt hic per Mod.taur.
colum.7.immò istum intellectũ,ad illum tex. expresè tra-
dit Imol.in.l.a.ad fin.infra de stipula. ser. dicens quòd tutor
ibi non tradit sibi possesionem sed vacãtem occupat quod
potest. Quæ consideratio videtur confundi per illum text.
ibi dixi tradere sibi possesionem hoc modo posse. vult er-
go ꝙ in effectu tradat sibi possesionem illo casu licet mo-
do ibi dato, propterea dicas quòd plura ibi concurrebant vt
diximus post scrib. præallega. quia agebatur de executione
contractus paterni, in certa specie & determinata celebra-
ti. Ita quòd cessabat omnis sinistra suspitio lesionis & dece
ptionis pupilli. Ideò nimirum si tutor possesionem dictæ
rei illo modo sibi tradere potest.

73 Sed moueo difficultatem, † si hoc licet in prædicto casu
quia cõcurrit voluntas defuncti, & cessat omnis sinistra su-
spitio doli,damniq; pupillaris. Quare tutor directa via non
potest possesionem dictæ rei sibi tradere?

74 Extenditur ille text. † primò vt locum habeat etiam in
procur.& neg.gestore ita Rom.in consi.121. Item in exe-
cutore testamenti vt per Deci. in consi.243. Et probat ille
tex.vnum aliud singulare quòd licet tutor non posit aucto
rari nisi loquatur.l.j. ad fin. infra de auct. tuto. Istud tamen
intelligitur in actibus expresis, secus in tacitis. ita Sozi. per
illum tex.in consi.160.colum.6.facit pro prædictis pulcher
tex.cum not. ibi per Bart.in.l.tutor rerum la vltim. infra de
administ.tuto.vbi est casus singularis secundum Bart.quòd
si res pupilli fuerit vni vendita cum solennitate requisita. &
venditio non fuerit effectum sortita. tutor pro eodem pre-
tio absque alia solennitate potest dictam rem pro se retine-
re,quia sufficit solennitas in prima venditione adhibita, fa-
cit etiam tex. not. in.l.si pupillorum in.§.si pupillus.ff.de re
75 bus eorum, † vbi Bald. tamen quæstionem decidit. Eccle-
sia obligauit prædium cuidam creditori cum deci. Episco-
pi, posteà creditor simpliciter vendidit sine aliqua solenni-
tate. dicebatur venditionem non subsistere contrariũ dicit
Bald.fuisse per illum tex. determinatum.quia decretum in-
terpositum super aliquo, videtur interpositum super omni
eo quod sequitur ex illo comprobat Dec. in consi.558.col.
fin.& in.l.2.in tertio nota.supra de offic.eius.

Ad.§.sicut.&.§.non tantum respon. Dec.& Cur. hic &
Ripa in.d.§.fuit quæsitum. colum.2.quòd intelliguntur,&
procedunt quando tutor id facit, cum auctoritate contuta-
ris.d.l.pupillus in.§.item ipse tutor. infra de auct. tut.&.l.nõ
existimo infra de admi.tut.aliàs secus.

Sed non est recedendum ab opinione glo. & Barto.quæ
communis est,vt per Bald.Saly.& Pau.de Castr.in.d.l.cum
ipse.C.de contrahen.empt.Alexan.hic colum. secunda Ias.
& Moder.taurin.7.cum sequenti Aret. in.§. tutor.instit.de
auct.tuto.Sozin.in septima colum.3.libr.1.& 160.colum.j.
lib.secundo Matth.de Afflic.in decisione regni.13.& Dec.
76 met.sibi cõtrarium in consi.244.in primis colum.† Et pro-
batur ineuitabiliter ista opinio. in.§.sicut &.§. non tantum
præallega. quæ iura simpliciter & indistinctè volunt. quòd
tutor posit & debeat sibi soluere,& satisfacere. & respon-
sio prędictorum scrib. ad illa iura vt intelligantur & proce-
dant quando auctoritate contutoris,& sic manifestam diui
nationem & violentiam continet. imò non apparet quòd
esset ibi alius tutor ita vt posset locũ habere quod de contu
tore præfati dicunt. Præterea aliter inducendo tex. dic.§.
non tantum. ostendo clarè probare communem conclusio
nem. æquiparando enim illos duos casus,sicut inquit solue-
re quod debet, ita exigere quod debetur potest, primo casu
non requiritur auctoritas contutoris quando ipse soluit, vt
clarum est: ergo nec secundo.

Nec obstat motiuum Decij & sequacium de alienatio-
ne rei pupillaris quæ ex solutione & satisfactione sequitur,
fieri non potest per tutorem propria auctoritate.d.l.prima,
77 de auctor.tut.& præalleg.§. fuit quæsitum. † Quia respon.
quòd pecunia iuris censura est de rebus quæ seruando ser-
uari non possunt nisi esset ad emptionem prędiorum desti-
nata,quas quidem res sine aliqua solennitate, tutor alienare
potest.l.lex quæ tutores,&.l.fin.C.de admi.tut. vt per Alex.
Aquens.& Moder.in.d.§.fuit quęsitum & Matth.de Affli.
in decisione regni.13.Ideò nimirum si tutor potest sibi sol-
uere, accedente quòd in pecunia numerata nõ potest fraus
fieri. quum vbique retineat suam vtilitatem & bonitatem,
l.prima,infra de contrahen.emptio.l.ideò infra de eo. quod
certo loco, propterea frustratoria esset auctoritas iudicis,
vel alterius contutoris, quum igitur nullum pupilli versetur
periculum nimirum si tutor sibi ipse potest soluere, vt post

scribit hic Alex.colum.2. & Mod.taur.n.7. nec pupilli quic
quam interesse videtur. Secundum aliquos quum in reddi-
tione rationũ omnino in pecunia fiat condemnatio.l. quic-
quid.C. arb. tut. Ex quibus videtur inferri posse istud esse
speciale in pecunia numerata, & secus esse in alijs rebus mu
tuabilibus. quia licet alienari posint sine solẽnitate, potest
tamẽ in eis fraus fieri, & minor faciliter ledi respectu qua-
litatis & æstimationis rerum. Ideò quum pupilli periculum
versetur in facto suo, & ad vtilitatem propriam tutor ad si-
milia manum non debet apponere.iuribus præalleg.vt vo-
lunt hic Alex.colum.2.& Moder. taur.7.

78 Non obstat † vlt.§.fuit quæsitũ.vbi restitutio hæredita-
tis fieri nõ potest tutori ipso auctore, quia respondetur com
muniter ꝙ ibi agitur de restitutione, nõ nudi facti prout in
§.j.l.fistulas.& in.§.nõ tantum. sed de restitutione iuris quã
non potest tutor sibi facere, vt ibi quæ solutio impugnatur
per Dec.& Ripam ibi. Ideò melius respondete ꝙ ibi tutor
non potest hæreditatis restitutionem sibi facere,& in facto
proprio auctorari. quia in hęreditate insunt immobilia quę
per tutorem alienari prohibetur.d.l.lex quę tutores.& in ea
re versatur maximum pupilli periculũ, prout probant doct.
infra citandi. Ideò nimirum si tutor auctoritate propria,&
ad propriam vtilitatem id facere non potest vt hic per Cur.
colum.4.Moder. taur.7. & Ripam in.d.§. fuit quæsitum.3.

79 † Ex quibus vtiliter inferri potest ad practicã, quòd mater
tutrix pupilli posit sibi dotes soluere ac restituere, quod si-
bi multum vtile esse posset. quando ad secunda vota transi-
re intenderet, vt sibi ante satisfaceret. non autem expecta-
re solutionem & satisfactionem ab alijs, id quòd quemad-
modum ex prædictis apparet in pecunia numerata proce-
dit, non autẽ in alijs rebus mobilibus quicquid inaduerten-
ter dixerint Bart.& Saly.in.d.l.cum ipse ad fi.C. de contra-
hen.emptio. quia in alijs rebus de facili pupillus lędi posset,
ideò non licet in dictis alijs rebus sibi ipsi satisfacere, nisi vt
in sequenti casu dicã cum interuentu alterius tutoris & præ
sentia consanguineorum pupilli vel iudicis.

80 Secundus casus † nunquid tutor pecuniam vel alias res
mutuabiles posit mutuo capere, seq; ad restituendum obli
gare. doct. sunt in hoc articulo multum varij, omnibus ta-
men diligenter consideratis, circa primum membrũ dicen
dum est quòd aut accipit à contutore, & hoc licite fieri po-
test.l.non existimo infra de admin.tuto. & l.v. infra de auc.
tuto.aut à se ipso & citra pœnam hoc facere non potest.nisi
palam & bona fide faciat tex.est cum glo. fin.in.d.l.non exi
stimo. vbi Bart.simpliciter notat.

81 Sed vis est quando palam & bona fide † id facere dicatur
Dec.& Cur.hic colum.4.sequens decisionem Bar. in.l.fra-
ter à fratre tenet id esse vbi in pręsentia consanguineorum,
amicorumque pupilli aut iudicis id fit, eo quòd tunc cesset
omnis sinistra suspicio fraudis vel deceptionis pupilli. & pa
tet tutorem bona fide rem agere, pupillumq; decipere nol-
le. ideò lex permittat.d.l. non existimo in fin. & prædicto-
rum præsentia æquipollet facto & præsentiæ contutoris,
hocque mihi placet, quamuis Moder.tauri.colum.septima,
in secunda conclusi.vacillent, sed ea quæ ipsi adducunt.pro-
cedunt in alienatione rerum immobilium, de qua materia
statim dicemus. negari enim non potest, quin palã & aper-
tè non latenter tunc mutuum accipitur, & consequenter li-
citè.d.l. non existimo in fi. intellige prædicta quando tutor
non haberet contutorem, aliàs arbitror debere illum inter-
uenire per tex. in.l.pupillus obligari. in princip.& in.§.item
ipse tutor infra de auct. tut.& hoc casu præsentia consangui
82 neorum vel iudicis superuacua esset.d.l.non existimo. † Ex
quibus vides quantum restringi debeat tex. præalle.§. non
tantum. qui vult tutorem sibi mutuare posse. Restringitur
enim primò vt procedat quando, id faceret cum interuen-
tu alterius tutoris si illum haberet, aliàs secus dicta.l.nõ exi-
stimo. secundò quando cum interuentu, & præsentia con-
sanguineorum, vel attinentium pupilli, si non adsit contu-
tor, sicque palam & bona fide aliàs puniretur.glo.fin.in.d.l.
non existimo.

Quantum verò ad obligationem tutoris versus pupillũ,
in præiudiciũ ipsius tutoris indubitati iuris est. quòd valeat
per tex.clarum in.l.quoties in.§.non tantum præall.& gl.in
d.l.cum ipse ad fi.vt sic per Ias.Dec.& Moder.taur.col.8.4.
83 &.6.quinimò colligit Ias.vnum valde not.† ꝙ tutor ex sola
scriptura absque lapsu biennij effectualiter obligetur. Ita ꝙ
hoc casu beneficium tit.de nõ nu.pec.& insti.de verb.obli.
inquantum concedunt exceptionem non nu.pec. in tutore
locũ nõ habebit, ratio diuersitatis inter tutores & alios con
fitentes est, quia in alio debitore non est in potestate sua sibi
ipse soluere, propterea scriptura facta pręsumitur sub spe fu
turæ numerationis, secus in tutore. qui põt sibi soluere, ideò
cessat prædicta præsumptio spei futuræ numerationis se-
quuntur hic Deci. Curti. & Moder.taurin.columna quarta
quinta & sexta pro quibus adduci potest text. no.in.l.fin.C.
arbi. tut. ibi non esse aliud inspiciendum nisi hoc quod in-
scripserit.

Sed hoc non videtur subsistere. Iure enim nõ probatur,
ergo,&c.vulg.l.illam.C.de col. non obstat ratio diuersitatis
supra relata, nam & tutor potest scripturam illã facere sub
spe futurę numerationis, vt puta quia intendebat sibi nume
rare & mutuare quod si non fecerit priuandus non est com
modo illo opponendi. excep. non nu.pec. si casu aliquo scri
ptura illa ad manus pupilli vel hæredum fortè suorum per-
uenerit eo maximè, quia non videtur agi de magno inter-
esse pupilli, quãdoquidem tutor administrationis rationem
reddere teneatur. & si pupillaris pecunia penes eum reman
serit. ad restitutionem obligabitur.l.cum inter dicti.C. arb.
tut.cum vulg.& prææalleg.l.fin.C.arb.tut. per me alleg.loqui
tur in inuentario publico,& rationem asignat tex. ibi.neq;
enim sic homo simplex,&c. ad cuius.l. declarationem vide
Matth.de Afflic.in decisione regni.13.

84 Tertius casus principalis est.† quos contractus posit tu-
tor cũ pupillo facere & quomodo. Communis est doc.con
clusio ꝙ omnes contractus etiã vltro citroq; obligatorios,
modo palam & bona fide prealle.l. cum ipse.C. de contra-
hen.emp.&.l.5.infra de auct.tut.vt hic per Alex.Iaso.Dec.
& Mod.taur.col.2.7.&.4.&.7.Sozi.in consi.83.col.2.lib.1.
& consi.160.col.6.lib.2.& plenius Curt. Iunio.in consi.29.
vbi contrariam opinionem amplectitur post Imol.Roma.
Sozi.& Ias.in.d.§.fuit quæsitum intelligentes tex.d.l.cũ ip-
se interueniente auctoritate contutoris, ac alias rationes de
quibus per eos. hãc eandem opin.tenent etiam Bal. & Pau.
de Cast.in.d.l.cum ipse. & Fabia.de Monte S.Sauini in tra-
cta.de emp.& vend.in.4.quęstione.3.quæstionis prin.& in
d.§.fuit quæsitũ Ripa. Et hoc naturalibus consonat. quan-
do cõtutorem haberet per iura præall. & rationes per scrib.
in locis prædictis adductas. Si contutorem non haberet id
rectè non fieret.nisi interuenirent amici & coniuncti pupil
li deliberantes simul cum iudice hoc fieri, pro vtilitate pu-
pilli, ita deliberarẽt. supplere omnem tutoris defectũ, quod
in facto proprio auctorari nõ potest. arg.tex.in.l.bonorum
cum not.C.qui admitti.&.l. si infanti in fin.C. de iure deli-
beran.ita Saly. in.d.l. cum ipse col.j. & hoc casu procedere
85 posset cõmunis conclusio de qua supra, aliàs non.† Quem-
admodum ergo ex prædictis apparet, multa requiruntur ad
hoc vt contractus per tutorem palã & bona fide factus di-
catur: ꝙ in alienatione rei pretium iustum sit, & contractus
pupillo necessarius vel vtilis sit.& interuenerit iudicis decre
tum.per iura vulg. secundum Bald.& Saly. in.d.l.cum ipse.
Fabia.de Monte S.Sauini Dec. & Mod.tau.in locis supra al
leg. Item cum auctoritate contutoris si adsit secundũ prę-
dicta. Et late tradita per Curt.iuniorem in consi.29.si verò
contutore careat res expediatur secũdum ꝙ retuli supra.Sa
ly.dicere.& secundũ Bal.in cõsi.247.lib.4.inter cætera.quę
substantiant contractus tutorũ.Bona fides est, quam agno-
scere debet omnis tutor. nec est inquit vis an per interposi-
tam personam emerint sed an clam, vel palã, vt ibi per eũ.
illi vero tutores quibus administratio rerum pupillariũ non
est concessa, emere à pupillo, non prohibentur extraneorũ
instar.l.tutores vbi Bart.infra de auct.tut.

Executores

86 Executores verò testamenti † an & quãdo de bonis per
eos vendendis in executionem voluntatis, defuncti emere
possint distinguendum est vt per Bal. Saly. & Pau. de Cast.
in d.l. cum ipse & Fab. loco præalleg. in .7. quæstione.
Circa .vj. speciale Bart. post Iac. de Aret. subtilem & dif-
87 ficilem examinat articulũ. † an & quando stipulatio ex nu-
meratione, actionẽ oriri impediat. vel per eam præcedens
subsequensùe nouetur contractus, & quia contra morem
suum nimis verbosus fuit, Sozi. Dec. & Cur. doctrinã Bart.
ad duos casus siue cõclusiones principales reducunt, quan-
do stipulatio sequitur: & q̃n præcedit. quomodo & quan-
do nouetur seu tollatur per eam alius cõtractus, vel factum
vt per eos. quæ quidẽ conclusiones eliciuntur à Bart. ex di-
ctis Iaco. de Aret. sed Bar. aliam addit. in versi. 3. eccedit. &
plura interserit. quę nõ sunt, ita inculcãda, sed distinctè enu-
cleanda, maximè quia ea quæ à Bart. scribuntur antequam
descendat ad suam theoricam circa dicta Iac. de Aret. com
muniter reprehenduntur. Ideò vt clarius hæc longa & dif-
ficilis doctrina Bart. enucleetur. quædam necessaria ad de-
clarationem dictorum Iaco. de Are. & oppo. Bar. contra il-
la tangam. Deinde ex theorica Bart. quinq; colligam con-
clusiones. distinctè ordinateq; procedendo: doctorumq;
dicta. circa ipsas conclusiones absoluendo.
Aduertendũ igitur primò, dum dicit quòd in contractu
mutui actio quæ oritur ex numeratione de facili nouat seu
tollitur per stipulationem subsequentem, vel etiam præce-
dentem, id stare non potest, quia obligatio non tollitur, sed
bene impeditur oriri ita clarè loquitur text. l. cum enim in-
fra de noua. inter quæ longa est differentia. l. qui. 10. infra de
verb. obli. l. à patre furioso. supra de his qui sunt sui, vel alie.
iur. prout etiam aduertunt hic nõnulli Mod. & ita ipse met
Bart. statim in versic. tenet, &c. quando ergo vna causa ve-
nit ad implementum alterius non agitur ex implente sed ex
ea quæ impletur. ita Imol. in d.l. si ita per illum tex. Rursus
aduertendum est, q̃ licet quando pręcedit numeratio refe-
rat an incontinenti, vel ex interuallo sequatur stipulatio, vt
hic per Bar. & doc. tamen q̃n præcedit stipulatio de redden
88 da pecunia numeranda non est vis. † incontinenti an ex in-
teruallo sequatur numeratio; quia semper causa implendæ
stipulationis præambulæ videtur fieri. Ita pulchrè Imol. in
d.l. si ita in §. cum pecuniam, vbi declarat quando stipulatio
dicatur incõtinenti fieri & cur requiratur fieri incõtinenti.
Secundò inquantum vult Bart. quòd stipulatio opposita
89 super contractu bonæ fidei pariat actionẽ stricti iuris. † Ias.
hic col. 10. post Are. licet illum taceat. Bart. reprehendit, te-
nens quòd licet stipulatio de se stricti iuris sit, tamen quãdo
super aliquo contractu interponitur illius naturam assumit
l. j. §. bellissimè infra vt lega. not. caue. l. si stipulatus in prin-
cipio infra de vsuris. ergo quãdo interponitur super contra
ctu bo. fi. assumet illius naturam, & actionẽ bonæ fidei pa-
riet. non stricti iuris Curt. hic colum. 6. simpliciter pertran-
siens Bart. communiter reprobari dicit. Moder. Taur. hic
colum. 9. oppo. dicunt cum Bart. communem esse. & ab eo
non esse recedendum allegantes Iaso. sibi contrarium ita in
pluribus locis tenere. sed decipiuntur quia in rubr. infra de
verb. oblig. vbi latius quàm alibi articulum examinat. hanc
partem amplectitur. Sed opinio Barto. hic probari videtur
per tex. l. ratio. in §. j. infra de act. empt. vbi si actor. ex con-
tractu venditionis agat, veniunt fructus à tempore moræ,
secus si agat ex stipulatione. super illo contractu interposita
quem tex. not. ibi Pau. de Cast. quòd stipulatio etiam incon
tinenti super contractu. empt. & vend. interposita remanet
stricti iuris, & sic non assumit naturam contractus bo. fi. s.
emp. & ven. super quo fuit interposita. Ad idem. l. si stipula-
tus in fi. infra de vsur. vbi partus ancillæ venit in actione ex
empt. & tamen nõ venit in actione ex stipul. super illo con-
tractu interposita nisi concepta sit ex vtraque clausula rem
90 dari, & vacuam possessionem tradi. † veritas præsentis pun
cti depẽdet ab illo articulo, qui in alto versatur pelago quan
do stipulatio intelligatur secundum naturã actus super quo
interponitur, in hac materia inquit Deci. in l. cũ mota in .4.
not. C. de trans. vbi non audet articulum determinare Iaso.
in d. rub. de verb. oblig. elegãter articulum examinauit, ar-
guendo ad partes, concludens respectu firmitatis, & robo-
ris quod est, peculiare stipulationis à stipulo vel stipite. i. fir-
mo dictæ, vbicunq; interponatur stipulatio peculiare suum
firmitatis robur seruat. inducens firmitatẽ, & rem irresci-
sibilem faciens. vt pluribus iuribus, & similibus ibidem per
Iaso. accumulatis probatur. præterquã vbi interponitur su-
per dependentibus ab vltima voluntate, quia regulatur se-
cundũ illius naturam, ne voluntas defuncti offendatur. d. §.
bellissimè. & sic nõ seruat suum peculiare firmitatis. ne im-
pediatur volũtas defuncti, in alijs verò extra dictum pecu-
lia. firmitatis stipulatio tanquã accessoria seu accedens actui
assumit sibi naturã illius actus super quo interponitur. arg. c.
accessorium de regu. iur. in sexto. & quia pendet à negotio
contracto. l. quinta. §. conuentionales infra de verb. obliga.
Ideò nimirum si intelligitur secundum illius naturam vt pa
tet in pluribus. ll. sequentibus & similibus ibi per Iaso. addu
ctis, & hanc resolutionem sequuntur ibidem communiter
Moder. in vltimis colum.
Communis ergo est contra Bart. hic, & cum eodem in. l.
si quis cum aliter infra de verb. oblig. q̃ stipulatio regulari-
ter assumat naturã actus super quo interponitur, & per con
sequens si super contractu bon. fi. pariat act. bon. fi. non au-
tem stricti iuris vt hic dixit Bart. ad. §. j. l. ratio q̃ vrgere vi-
91 debatur † respon. ibi Iaso. colum. pen. in versi. 7. facit, q̃ sti-
pulatio, nõ fuit interposita super toto cõtractu emp. & ven.
sed emptor tantum stipulatus fuit vacuã possessionem tra-
di, quinta obligatione vt ibi dicitur non veniunt fructus. ad
quod pondera tu tex. ibi neq; rursus. plus esse debet in stipu.
quàm sit videlicet in obligatione tradendi vacuam posses-
sionem, in qua non veniunt fructus. ex quo liquet. quòd il-
lud super quo fuit interposita non se extendebat, ad fructus
à tempore moræ & per consequens interposita non fuit su-
per toto contractu emp. & vend. in quo veniunt fructus. l. j.
C. de peric. & commodo rei vend. & d. l. si stipulatus in fin.
Cui eodem modo respondetur, q̃ in principio contrarium
probat stipulationem assumere naturam contractus, super
quo interponitur. nam sicuti in obligatione rem dari & va-
cuam possessionem tradi. veniunt fructus, ex quo liquet q̃
illud super quo fuit interposita nõ se extendebat, ad fructus
à tempore moræ. & per cõsequens interposita non fuit su-
per toto contractu emp. & ven. in quo veniunt fructus. l. j.
C. de peric. & commodo rei vend. & d. l. si stipulatus in fin.
Cui eodem modo respondetur, q̃ in principio contrarium
probat stipulationem assumere naturam contractus super
quo interponitur, nã sicuti in obligatione rem dari pos. tra-
di veniunt fructus posteà percepti, ita in stipul. desuper in-
terposita in fin. l. stipulatio. l. non fuit interposita super toto
contractu emptionis & vend. nec nouatus per stipul. inter-
positam totus contractus, sed tantũ pars respectu traditio-
92 nis vacuæ poss. ideo tex. ibi dicit † id quod nõ transfertur in
causam nouationis iure pristino peti posse, ex quo datẽ aper-
tè intelligi totum contractum in stipulationem nouantem
non fuisse transfusum.
Ex prædictis apparet non esse magni momenti difficul-
tatem per quosdam motam, quũ hodie non requiratur ex-
pressio nominis actionis, verum sufficiat facti narratio ex
quo actio resultat. c. dilecti. de iud. Bar. in d. l. j. colum. 3. quæ
actio dubio videatur intentata. ex quo enim sunt eiusdem
naturæ, parum videtur interesse quęnam censeatur intenta
93 ta, † & tamen nõ est dubitandum. quin ex empto intentata
censeatur, quia magis specialis vt per illum tex. tradit Bart.
in l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Alex. & alij in l. certi conditio
in principio supra eod. quum igitur stipulatio sit contractus
talis em largo modo generalis, quia concurrit cum quolibet
alio contractu. l. v. §. cõuentionales infra de verb. oblig. se-
quitur quòd actio ex empto magis specialis dicitur, & per
consequens ipsa videbitur intentata. Dicebam tamen in
principio studij anni præsentis disputando in conferentijs,
cõtra doctrinam Bar. & scrib. d. l. hoc legatum à quo in iu-

dicando & consulendo non est recedendum, videri potius dicendum oppos. dispositionem & verba. l. intelligi debere magis in genere quàm in specie, quia verba generaliter prolata. debent generaliter intelligi, etiam ꝙ esset maior ratio in vno casu quàm in alio. l. j. §. quod autem. supra de aleat. l. in fraudem ad fin. infra de mili. testa. & ad. l. hoc legatum respondebam per dicta Pau. Aret. & Alexan. in. l. serui elec. in §. j. infra de leg. j. ꝙ quando testator legat vestes causa vxoris paratas non veniunt paratæ gratia vtriusq;, quia facilius legauit paratas vxoris gratia, quum ad vsum suum modo aliquo non essent. secus in paratis causa vtriusque, quarũ vsum & ipse tastator haberet: vel aliter nouum intellectum ad illum tex. accommodando, ꝙ loquitur in legato vbi testator censetur minus hæredem suum grauare quàm sit possibile. l. vnum. §. si rem. ff. de leg. 2. l. nummis de leg. 3. ideò nimirũ si ibi verba potius in specie quàm in genere accipiuntur, quia tũc magis grauaretur hæres si etiam communis, & promiscui vsus gratia paratas præstare teneretur. Tertiò vult Bart. allegando glo. l. petens. ꝙ si præcedat pactum & sequatur stipulatio de eodem pacto, vestiatur à stipulatione, licet actio ex pacto non oriatur & malè secundum Ias. hic in. 9. col. quia ita demum pactum à stipul. vestitur, quando continet diuersum ab eo quod est deductũ in stip. vt tradit Bar. sibi contrarius in. l. lecta. colum. 2. infra eo. & hanc contrarietatem Bar. ponderauit etiam Aquen. in. d. l. colum. 2. & 7. sequens dictum Bar. in. l. lecta. quia vt ait Bal. si pactum vestiretur, stipulatio inutilis videretur. Ange. in. l. qui bis idem infra de verbo. obliga. vestiri tamen poterit rei interuentu, quando apponitur iuxta contractũ innominatum permutationis puta vt ibi per Aquen. post Alexan. in. l. bonæ fidei. colum. fin. vbi assignat vtilitates. C. de pact.

Quartò Bart. reprehendendo Iaco. de Aret. concludit ꝙ sicuti in mutuo, stipulatio sequens vel præcedens, impedit actionem ex numeratione oriri, ita in alijs cõtractibus dotis puta. vt per eum, cuius dicti vtilitatem ponunt hic Mod. Taur. Sed aduerte, quia ad male propositũ citat iura per eũ cumulata vtpote loquentia quando traditio dotis fit in fauorem mulieris, stipulatio verò in fauorem alterius, sicque pro diuersis personis, sed cõclusio Iac. de Aret. intelligitur quando numeratio & stipulatio pro eodẽ intercedunt, vt hic per Iaso. col. 9. ita dicit loquitur text. in. d. l. si ita stipulatus fuero in. §. fin. cum. l. sequenti & simpliciter approbant hic Curt. & Mod. tau. col. 6. & 9. & licet Iaso. sibi ascribat. fuit Imo. in d. l. si ita. Sed videtur ꝙ probent à fortiori, quia si ex numeratione actio mulieri quærenda, per stipulationẽ impeditur oriri in contractu dotis adeò mulieribus fauorabili iuxta. l. primã infra sol. mat. & l. in ambiguis infra de reg. iur. quando numeratio vel traditio dotis, pro muliere facta est, quanto fortius illã impediret oriri quãdo pro eodem facta esset: pro quo stat stipulatio, & in causa non ita fauorabili, prout
94 est causa dotis, & prædicta intelliguntur † quando incontinenti secuta est stipulatio, secus si ex interuallo post numerationem pro alio factã, quia illi esset ex numeratione quæsita actio. §. quoniam. l. certi cõditio supra eo. quæ per subsecutã stipulationem tolli sibi non posset. arg. vulg. l. id quod nostrum infra de reg. iur. quando verò numeratio & stipulatio ex interuallo facta pro eodem starent, tunc duo essent contractus nec per secundũ nouaretur primus, nisi ita ageretur Imol. in. d. l. si ita de noua. & ad declarationem. l. auia & aliarum. ll. per Bar. alleg. vide Bald. noue. in tract. de dote. in. 6. parte principali. speciali. 64.

Circa theoricam Bart. in articulo principali huiusce sexti specialis, ex dictis Bart. colligi possunt plures conclusiones,
95 † prima quando stipulatio incontinenti sequitur contractũ; certitudinarium locationis, venditionis, societatis, vel similes, talis contractus nunquam tollitur seu nouatur per stipulationem. nisi expressè agatur. ita voluit Iacob. de Aret. & Bar. hic quos sequuntur communiter doct. vt hic per Dec. & Curt. col. 6. & Mod. tau. 11. & Ang. Are. loco statim allegando. Quæ cõclusio probatur ex pluribus, primò per tex. in. d. l. duo societatem ibi si nouationis causa id fecisset. & in d. l. stipulatus ibi animo nouandi stipulatus, ergo nisi constet de animo nouandi non fit nouatio. Secundò probatur quia incontinenti quis non censetur se velle corrigere. l. nõ ad ea cum glo. infra de cond. & demon. vt hic per Bart. & præfatos ex hoc colligentes quicquid dicant Bal. & Alex. dictam legem non ad ea. locum habere etiam in contractibus, quia ratio ibi assignata & supra relata vniformis est ad cõtractus & vltimas voluntates, q; non præsumitur mutatio volunta-
96 tis. † nec incontinenti quis velle se corrigere, ad cuius quidem. l. non ad ea declarationem, extensionem, & limit. plura scribi possent. si libet vide Roma. in consil. 104. Corn. in consi. 308. lib. 4. Alex. Ias. Dec. & Mod. tau. hic col. 4. 10. 6. & 11. Rimin. in. l. j. col. 17. supra de offic. eius. Ioan. Cro. in rub. de verb. oblig. col. 8. Dec. in consi. 190. col. fin. Moder. Med. in tract. præsumpt. in. 28. presump. 2. regulæ & tex. cũ glo. fin. in. l. si tibi infra eo. vbi equitatis ratione finis princi-
97 pium corrigit. † Tertiò probatur prædicta conclusio Bart. & communis secundum Ang. Aret. in. §. actionum autem col. 15. versic. vlti. quoniam, quia stipulatio ex conuentione partium apponi solet præall. §. cõuentionales. vt stipulatori sit magis cautum. Ideò non debet contrarium operari effectum vt bonæ fidei primariam actionem tollat. arg. l. quod fauore. C. de. ll. & l. legata inutiliter infra de adim. lega. & sequuntur hic simpliciter Mod. taur. colum. 11. & licet Ange. Aret. non dicat nec præfati Mod. ratio prædicta fuit Pau. de Cast. Aret. & Sozi. hic. Dicit tamen ibi Ang. & Moder. tau. hic esse aduertẽdum circa sensum. d. l. duo societatem, quòd lex illa non probat conclusionem Bart. quia & si in figuratione casus illud ibi dicatur, tamen iurisconsultus in versi. sed quoniam non ita respondendo, aliter dicit, videlicet ꝙ stipulatio interposita fuit si id factum non esset, pœnam dari, ideo mirum non est si stipulatio pœnalis, primariam dispositionem contractus bonæ fidei non nouat. sequitur tamen conclusionem Bar. alia ratione superius relata.

98 † Sed tu diligentius considerando aduerte, quòd Ang. & præfati Moder. malè ponderarunt verba illius pulcherrimi tex. l. duo societatem, quia non solũ ex facti narratione, imò ex responsione & determinatione iuriscõsulti cõclusio prædicta probatur, iurisconsultus enim rem altius exordiendo pleniusq; respondendo, quàm fuerat quæsitum, vt propositam quæstionẽ clarius & melius resolueret. Respon. inquit, siquidem pacto conuento ita stipulati sunt, hæc ita fieri dariue spondes, futurũ fuisse vt actione pro socio agi non posset, si id nouationis causa fecissent. nisi ergo constet expresseq; agatur. non fit nouatio, & sic determinat iurisconsultus quod sequens stipulatio nõ tolleret præcedentem societatis contractum, nisi de animo nouandi constaret, sed istud non contingit in casu ibi proposito. quia stipulatio aliter concepta fuit, nec tota res cum pactis & conuentionibus de quibus in contractu dictæ societatis deducta fuit, ideò de nouatione tractandũ non esse. posseq; agi iudicio pro socio. Iste est illius. l. sensus. vult ergo ibi Vlpia. in responsione. ꝙ licet tota res esset incõtinenti in stipu. deducta. nihilominus præcedens contractus non tolleretur nisi expressè fieret noua-
99 tio & de illa constaret. Rursus tamen aduerten. † circa illũ text. quia videtur ꝙ ibi partes quæ certis pactis societatem coierunt, omnia in stipulationem deduxerint, ita sonare videntur verba illius tex. in princ. ibi deinde inter se his verbis stipulati sunt. Hæc quæ supra scripta sunt, ita dari fieri, neq; aduersus ea fieri. si stipulati sunt ita dari fieri, neq; aduersus ea fieri stipulati sunt ea dari & fieri, quæ in societate scripta sunt: ergo contractus societatis cum pactis & conuentionibus inter illos initis translatus fuit in stipul. Cuius tamen oppo. posteà vult ille tex. in versic. sed quoniam non ita vbi respon. posteà quæstioni propositæ inquit quod ex quo dicti socij non fuerunt ita stipulati, sed tantum pœnam, res in stipul. principaliter deducta non est, sed tantum pœna. Quid dicendum non relinquam solutionem Apollini, vt solebat quandoq; Fulg. facere. Glossator ibi in verbo dari vidit repugnantiam & difficultatem sed vadens tanquam muscipula super prunas nesciuit soluere.

100 Dicas ꝙ illa verba,† deinde his verbis stipulati sunt hæc
quę suprascripta sunt.ita dari fieri neq; aduersus ea fieri,ver
ba sunt quæ per dictos socios scholarum rectores posita
fuerunt in narratiua stipulationis sed non dicta in conclu-
sione stipulationis. nam dicti socij vt ait iurisconsultus. vo-
lentes ibi penā stipulari in casum contrauentionis ita dixe-
runt hæc quæ supra scripta sunt. in pacto scilicet inter nos
conuento in societate inita ita dari fieri neque aduersus ea.
fieri, ide st, ea quæ inter nos conuenta & seruari promissa
fuerunt nec cōtrafieri, si data factaq; nō erunt tūc.20.dare
promittis.& sic non stipulātur ea fieri sed facta narratiua de
eis quæ inter ipsos in societate dari fieriq; neq; aduersus ea
fieri conuentum fuit non facta alia obligatione de nouo.re
spectu eorum.his verbis stipulati sunt Si ita ea data factaq;
non erunt tunc.20.dare & sic tantum pœna in stipul.dedu-
citur in casum inobseruantiæ eorum.quę suprascripta erant
dari fierique in prædicto contractu societatis. non autem
ea dari & fieri stipulātur.& sic nulla est in illo tex.repugnan
tia aut contrarietas.Iste est verissimus & nouus intel.ad il-
lum tex. id quod etiam ibi sequentia declarāt dum dicitur;
non rem sed pęnam in stipulationem partes deduxisse. non
enim subijcit iurisconsultus assignando aliam rationē pro-
missorem vtriusq; rei conuentioni.finitæ & pęnę obliga-
ri vt ea daret faceret. sed si non fecisset pœnam sufferret ex
quibus clarissimo euincitur argu. verba illa hęc quæ supra-
scripta sunt,&c.tantum in narratiua stipulationis fuisse po-
sita non in stipulatione & obligatione de nouo introducta
sed tantum pœna in casum conuentionis & inobseruantię.
Modo circa conclusionem prædictā. primo loco sum-
ptam rursus est diligegenter aduertendum.quod stipulatio.
101 dicitur in continenti fieri.† quando stipulatio interponitur
antequam contrahentes habitauerint.contractum pro ab-
soluto.secundum Iac.de Are.& Imol.in dicta.l.si ita per. le.
cōtractus.C.de fide instrumen. de qua materia videbimus
Deo fauente in.l.lecta.
Secundo aduertendum ꝙ disputatio nouationis ad pro-
positum nihil facit quia hic non agitur de trāsfusione pri-
mę actionis. sed an oriatur ex primo contractu vt hic per
Dec.coll.sexta.
Tu dicas ꝙ imo dubitabatur an ille contractus certitu-
dinarius nouaretur & tolleretur.per stipulationem statim se
quentem.& resp.Bar. & doct.ꝙ nō per.d.l.duo societatem
102 & superius dicta.†.Hodie autem vt ait Dec. Clarissimum
est nō fieri nouationem. nisi specialiter & expresse agatur
le.fi.C.de nouat. ibi nihil pœnitus prioris cautelle innouari
quando secundus contractus.se non compateretur.cum pri
mo vel ex alijs coniecturis. appareret partes voluisse no-
uationem facere. etiam hodie secundum communiter
doct.fieret nouatio ita declaratur,restringitur, & intelligi-
tur.d.l.fina.vt plenè consuluit Deci. in consil.400. De qua
materia & pro intelligentia.d.l.fin.vide Fulg.in consi. 130.
Alex.consi.10.col.3.& consi.3.&.72.in secundo vol.& lib.
6.in consi.72.& lib.7.consi.173.Barb.consi.19.col.fi.lib.1.
& 73.in eo.& consi.86.in.2.art.in.4.vol.Soz.consi.21.li.1.
Rimin.in.l.pacta nouissima. in glos.j.C.de pact.Iaso. infra
col.13.& in.l. ita stipulatus in tribus vltimis coll.j.de verb.
obl.Moder.asten.latè in tract. de aug.in.4.q.3. quæstionis
prin.fol.7.& Cur.in.l.cum quid col.6.supra.eo. & in.l.lecta
m.9.not.infra eo.
103 Secunda conclusio Bart.† quando præcedit aliquid quod
potest esse contractus per se & potest etiam non esse con-
tractus, secundum intentionem partium, puta numeratio
vel traditio alterius rei quę habere se potest ad mutuū,com
modatum,vel depositum, si statim sequitur stipulatio. nu-
meratio vel traditio præcedens præsumitur facta causa ip-
sius stipulationis implendæ, non causa celebrandi aliū con-
tractum, & solum oritur actio ex stipul. sicq; ex causa quæ
impletur non ex causa implenteid.l. cum.n.cū alijs hic per
eum allegatis,quod secundū Bar.procedit etiā in omnibus
cōtractibus qui re perficiuntur.vt est depositum, commo-
datum & similes.& ita extenditur & ampliatur dicta.l.cum
enim,& cum Bart. transeunt cōmuniter scriben. vt hic per
Alex.Ias.Dec. & alios. ad id enim tendit intentio partium
quæ regulat contractus & ea quæ aguntur.l.non omnis in-
fra eo. & dictā.l.cum enim vt actus ille videlicet ad imple-
mentum stipulationis esse factus videatur.
Prima pars conclusionis Barto.vera est & indubitata per
d.l.cum enim secundæ verò parti contradicunt.Rom.Pau.
Aret.& Soz.in exemplis Bar.de deposito,commodato, &
similibus cōtractabus bo.fi.qui re perficiuntur.ꝙ tunc oria
tur actio, non solum ex stipul. interposita, sed etiam actio
depositi,commodati.& similes,quia interest stipulatoris ꝙ
oriatur actio.bo.fid.Ideò stipulatio quæ in fauorem stipula
toris interponitur.retorqueri non debet in eius odium, ita
ꝙ impediat oriri actionem bo. fid. arg.l.quod fauore.C.de
ll.vt voluit etiam Ang.Are.in.d.§.actionum autem col.15.
Istud cessat in numeratione facta ex causa mutui. qui con-
tractus stricti iuris est. Ideò non damnificatur mutuans,
quamuis ex numeratione non habeat actionem sed ex sti-
pulatione,quæ eiusdem est naturæ,vel melioris, & sequi vi
dentur etiam Mod.Tau.Sed motiuum prædictorum con-
tra Bar.& resp.hic in.4.col. Alex. multiplicando inconue-
nientia iuxta.l.raram.C.de rescin. vend. & sic minus bene,
104 † quia allegare incōueniens non est soluere.l.is qui reus in-
fra de publ.iud.not.Bal.per illum tex.in.l.si pater.C. de no-
uatio & Dec.hic col.8.Ias.in.11.coll.aliter soluit ꝙ huiusce
modi stipulatio ex quo ponitur super contractu bon. fidei,
sortitur naturam bo.fidei, non autē vt præfati dixere rema
net stricti iuris arg.d.§.bellissimè.l.primæ infra vt l.no.cau,
& in superioribus diximus, & licet Dec. contra hanc solu-
tio.oppo. posteà tamen sequitur subtiliter saluando,ꝙ licet
contractus non sit formatus.adest tamen materia & causa.
ipsius contractus quæ dicunt bonæ fidei à quibus stipu'a io
talem naturam accipit, maximè quia causa est ille quæ in
stipul.principaliter & cum effec consideratur.l.ij,§.circa.
cum notatis de excep.doli & sequitur hic simpliciter Curt.
105 colu.v.† quæ solutio non videtur satisfacere quia quum in-
tersit nostra habere plures actiones.l.cum filius.§.varijs in-
fra de leg.2.dato ꝙ ista quæ oritur ex stipul. super cōtractu
bonæ fidei apposita sit etiam bonæ fidei,tamen quum ap-
ponatur in fauorē stipulatoris. non deberet impedire aliam
actionem oriri ex actu bon.fidei præcedenti. Ideò dicen-
dum est ꝙ quum intentio partium. quæ contractus & ea
quæ aguntur regulat.l.non omnis infra eo.& d.l.cum enim
ad hoc tendat vt actus ille præcedens. ad complementum
stipulationis factus videatur, nimirum si actio nō oritur ex
tali actu,quia non hoc fuit ex intentione cōtrahentium.at-
tamen in terminis in quibus Bart.loquitur.vt statim dicam
106 non potest saluari quin malè dixerit.† Ex prædictis etiam
apparet non restagari rationem.d.l.non ad ea, ꝙ in dubio
quis se corrigere non censeatur.nec à prima obligatione re
cedere,quia nulla resultat correctio nec recessus,verum illa
numeratio non procedit obligationē. sed interuenisse cen-
setur gratia implēdæ stipulationis subsecutæ.d.l.cum enim
& ista est melior consideratio quam quorundam dicētium
regulam.d.l. non ad ea. locum non habere vbi secunda di-
spositio efficatior est prima, quum tunc videantur partes
voluisse à prima recedere.l.si te solum in.§.j.in ratione de-
cedendi infra de hære.insti. ad hoc inducta. per Io.Crot.in
rub.de verb.obli.col.8.vt enim volunt Ias. & communiter
scribentes.in ru.de verb.obli.stipulatio est firmior fortior-
que contractus qui fuerit à iure inuentus: & tamen per sti-
pulationem sequentem non receditur à certitudinario con
tractu.d.l.duo societatem; non vendicat igitur sibi locum
prædicta limitatio in materia nostra, & procedit regula.d.
§.primi in ratione decidendi quando prima dispositio itera
tur & plenius deducitur.
Nec etiam prædictæ conclusioni Barto. obstat.d.l.cum
enim vbi præcedebat certus mutui contractus,& tamen ex
eo non oritur actio.sed ex stipul. Cuius opp.dicunt hic Bar.
& communiter scrib. quando certus præcedit contractus,
nam potest respon.vt hic per Alexan. colum.4. Deci.7. &
Cur.

Curti. 5. Rursus videbatur per distinctionem principalem
Barto.hic approbatam communiter confundi decisionem
eiusdem Bart. hic versic.& idem puto de deposito & com-
modato.quia quum isti sint cótractus certi & formati, de-
beret ex eis sicuti ex stipul.oriri actio.d.le. duo societatem
cuius contrarium vult.Bart.& præalle. doct.Deci.hic in.7.
colum.respon.vt per eum & malè,quia Bart.non solum lo-
quitur quãdo præcessit numeratio vel traditio informis, ve
rum certa & formalis. patet in illis verbis si rẽ deponerem
107 vel commodarem, † Curt.hic in quinta coll. dicit conclu-
sionem necessariò restringendam esse, quando traditio vel
numeratio præcessit nulla expræssa causa depositi, scilicet
vel commodati quo casu resultare potest mutuum,commo
datum,aut depositum secundum intentionem contrahen-
tium.d.l.non omnis & notatur in.l.cum quid supra eo.alias
secus.& credo veritatem eum dicere. sed tamen non salua-
tur Bart.quin malè dixerit in versi.& idem puto. qui herclè
loqui debebat quando causa depositi vel commodati non
fuisset expressa.sed informis numeratio vel traditio,sed ex-
pressa causa vt Bart. exemplificauit sustineri non potest, &
melius tunc & in prædictis exemplis per Bart. datis sense-
108 runt Roma.Paul.Aret. Sozi.& alij contradicẽtes.† Et ideò
pulchre infertur in actu. practico ꝙ si per instrumentũ de-
pono pęnes te rem vel commodo, & inde vt communiter
fit apponatur stipulatio pro obseruantia promissorũ.ꝙ non
solum oritur actio ex stipulatione, verũ etiam ex commo-
dato aut deposito per prædicta,quicquid dixerint hic Bart.
col.4.in versi.& idem puto,& Iaso.colum.11.versic. ex ista
doctrina & adhuc vltra præalleg. videtur mihi in terminis
decisio eiusdem Barto.approbata infra in colum.4.in versi.
tertiò accedit.

Circa considerationem Baldi nouelli in hac materia,non
immorabor. quam Dec.Curt. in sexta colla. reprobant vt
per eos.

Expedito primo casu principali doctrinę Barto. quando
109 stipulatio sequitur incontinenti. † Discutiendus est secun-
dus quando præcedit. Tertia igitur conclusio Bart.est quan
do pręcedit stipulatio continens pactum seu obligationem
de contrahendo & sequitur pactum seu coutractus de eo-
dem, sequens contractus obligationem tollit iure cuius-
dam solutionis allegat tex.l.in numerationibus ad fin. infra
de solu.&.l.si hæres ex testamento infra de act. empt.Dec.
Curt.& Mod.Tau.col.8.6.& 11.sequuntur conclusionem
Bart.cũ declaratione eiusdem ad fi.§.meminisse.dum prę-
dicta iura quæ contrariari videbantur ad concordiam re-
ducit,dicitur enim in.d.l.si hæres, facta venditione in exe-
cutione præcepti testatoris, de reliquis quæ propria sunt
emptionis,agi posse ex empto.vel ex testamento, ergo fa-
cta venditione. non est hæres liberatus ex testamento, vt
dicit tex.dictæ.l.in numerationibus.Dec. Curt. & Moder.
Taur.sequuntur solutionem & declarationem Bar. in.d.§.
meminisse.ꝙ agatur ex testamento.ad ea quæ accedunt rei
110 venditæ & sic veniunt in cõsequentiam venditę rei. † Cui
multa accedunt.l.Iulia.ad fine. cum.ll.sequentibus infra de
actio.empt.pro quibus agi potest actione prima; quia licet
venditioni cedant empta, tamen non sunt.l.vaccæ infra de
euictio. & sequuntur communiter doct.in.d.§.meminisse
vt ibi per Ias.sicq; volunt Bart.& scriben.ꝙ traditio rei ven
ditæ & patientia vtendi fruendiq; in locatione, actione ex
testamento peti non posśint Areti. post. Imol. in.d.§.me-
minisse reprobat hæc dicta Bar.volens licet ꝙ vendendo lo-
candoúe liberetur quis ab vna obligatione.d.l.in numera-
tionibus,non tamen liberetur ab alijs quæ veniunt in conse
quentiam,& sic à traditione rei vel à potentia de qua supra
quod tenet etiam per alia Ang.in.d.l.in numerationibus,du
bitans propterea de decisione Bart.in.d.§.meminisse vt re
fert etiam ibi Pau.de Cast.dicens Bar. illum non Ignorasse.
& non esse ab eo recedendũ.aliter loquitur Aret.in consi.6.
dicens.articulum dubium.distinguens tamen inter contra-
ctus & vltimas voluntates.in vltimis volunt.in quibus ple-
nior fit interpretatio,tenet opi.Imol.ꝙ ex testamẽto etiam
competat actio ad rem tradendam. & consequenter etiam
ad patientiam in locatione; & dicit communem ꝙ non est
verum. In contractibus sequitur conclusionem Barto.hic
Pau.de Cast.in.d.l.si hæres sibi contrarius.in vltimis volun
tatibus eandem tenent opinionem eo ꝙ donec fecerit om
nia quæ sunt de natura contractus. non videtur impleuisse
voluntatem defuncti, hec dicit videtur fuisse intentio iu-
111 risconsulti in.d.l.si hæres, † Sed ista confunduntur per tex.
d.l.in numerationibus in fin. vbi vendendo vel locando li-
beratur ex testamento hęres, ergo etiam in vltimis volun-
tatibus facta venditione vel locatione liberatus erit hæres,
ex testamẽto non dicit text.ab vno seu ab vna obligatione.
sed ex testamẽto,& sic ex toto ex testamento.Ideò in con-
sulendo vel iudicando à conclusione Bartol. & communi
in.d.§.meminisse non videtur recedendum, licet articulus
difficillimus sit.

112 Secundo aduerte.† Dum Bar.allegando.l.in numeratio-
nibus iure cuiusdam solutionis dicit loqui eum per meta-
phoram,quasi dicat sicuti solutione eius quod debetur,tolli
tur obligatio,ita implendo promissa.satisfacit & tollitur obli
gatio. pro qua æquiparatione pondera text.d.l.in numera-
tionibus ad fin.ibi tantundem est,& sic vult ꝙ quemadmo
dum numeratione pecuniæ debitæ tollitur obligatio con-
tracta, ita damnatus vendere vel locare, vendendo aut lo-
cãdo liberatur. Istud est quod voluit dicere Bart.iure cuius-
dam solut.& ita sentit Aret.in consi.28.diligenter col.j.

Tertio aduerte quia iura prædicta,per Barto.alleg. non lo-
quuntur quando præcedit stipulatio prout adducuntur per
Bart.imò in dictis casibus nulla præcedebat stipulatio, sed
tantum iussus testatoris de vendendo aut locando. Respon.
ꝙ Bart.non dicit ꝙ stipulatio ibi percesserit,sed ꝙ quando
stipulatio præcedit de contrahendo & sequitur contractus,
obligatio præcedens tollitur iure cuiusdam solu.per con-
tractum sequentem vt in.d.le.in numerationibus & sic al-
legat in simili.

113 Quartò aduertas,† ꝙ licet Barto. hunc casum ponat sub
membro, quando incontinenti sequitur contractus, leges
tamen per eum allegatæ loquuntur quando ex interuallo;
contractus,sequitur,sed vis non est.quando pręcedit stipu-
latio de contrahendo an contractus quoad effectum præ-
dictum incontinenti vel ex interuallo sequatur vt per Imo.
in.d.l.cum enim & Alex.consi.2.col.6.lib.4.

114 Concludit quartò Bar.† ꝙ quando pręcedit stipulatio &
sequitur alius cõtractus certus, non tollitur præcedens stipu
latio nisi expresse hoc agatur.l.item illa.§.fi.j.de const.pec.
l.si mandato meo.§.fin.infra man.quæ vera inducuntur vt
hic per Iaso.& Dec.colu.10.& 8.tamen solut.Ias.ad.§.fi.l.
si mandato,ꝙ contra Bar.videbatur facere,ꝙ tollatur prę-
cedens stipulatio, non videtur procedere.dicit enim Ias. li-
berari ibi fideiussorem non solum propter mandatum. sed
contestationem litis repugnat text.l.item illa. in fin.vbi per
litiscontest.cõuentus vna actione non liberatur ab alia. Prę
terà litiscontestatio actori nocere non debet.l.non debet
infra de reg.iu.quod fieret si litis conte. liberaretur à prima
causa.Dec.hic non vidit solu.Cur. resp.ꝙ liberatur à prima
obligatione quia suo periculo mandauit agi cum reo; vt ex
pręceden.versi.probatur.ergo si non mandasset suo pericu
lo solum man.non liberasset fideiuss. & sic non esset ibi ita
expressus casus vt ait Bart.probatur tamẽ dictũ suũ sumpto
ibi argumento à speciali & licet prædicta solutio diuinatiua
115 videatur, † ꝙ fideiussor mandauerit suo periculo agi, vera
tamen videtur,quia in pręcedẽti casu, id factum fuit. Et ibi
iurisconsul. ad sequentem extendit, dum inquit idem iuris
est, ergo intelligitur vt etiã pręcedens quando suo periculo
mandauit. Item quia præcedentia declarant sequentia in
eaq; magis influunt, quàm econtra iuribus vulga.in.§.ta-
men fi.l.item illa non probatur necessariò stipulationi pręe-
cessisse quum posśit esse debitum sine stipulatione.sed vo-
luit dicere Bart.ꝙ secunda obligatio de const.pecu.non im
pedit actionem ex pręcedenti contractu resultantem,& sic
116 etiam si stipulatio præcedat. † Ex prędictis apparet ꝙ no-
uatio

uatio fieri poteſt,non ſolum per ſtipul.ſed etiam per alium contractum ſequentem.d.l.ſi mandato meo ad fin. hoc tamen verum eſt ſi modo partes expreſſe volebant nouationem facere,ſed ſi tacite per aliū contractum quàm per ſtipulationem,nunquam nouatio intelligitur facta. & ſecundum iura antiqua dicta.l.ité illa ad fin. vt per Bart.in.l.j.col. prima infra de nouat.& Soz.in conſi.21.col.4.vol.1.

Iuxta prædicta Iaſ.in.xj.col.conſiderandum eſſe dicit ex quo Bart.in.d.l.j.vult. excepta ſtipulatione per alium con-
117 tractum,nouationem minimè fieri niſi expreſſe agatur,† ſi noua attentari poſsit opinio, q; in foro mercatorum & canonico per nudum pactum inducatur nouatio in caſibus in quibus alias per ſtipulationem inducitur cum in foro mercatorum nudum pactum actionem producat ſicut ſtip. ſecundum Bartol. in.l.quintus.& in.l.ſi fideiuſſor.§.quædam infra mandati. & ſimiliter de iure canonico, ex pacto nudo oriatur actio.capi.primo de pactis. Sed fantaſia non eſt noua, Sozi.infra in glo. ſeq. conſultum ſe ita vidiſſe refert. Sed à veritate alienum videtur. Nam contractus conſtituti certus eſt, & actionem producit toto tit.j.de conſtitu. pecu.& tamen non nouat.§.ſi.l.item illa præallegata. licet ergo produceretur actio in caſibus Iaſo. tamen ſine ſtipulatione non videtur nouationem introduci poſſe etiam de iure fſorum.Nec ſubſiſtit dictum Iaſo.q; in foro mercatorum pactum nudum actionem producat. Idque non dicit Bart.in.d.l.quintus ſed q; de æquitate quadam tale pactum ſeruandum eſt quamuis nudum. De quo etiam per Alex. ibidem in apoſtillis & Fely.in.c.1.in primis col.de pac.vide etiam quæ dicentur in glo.ſuper verbo acceperis. Et licet in foro mercatorum ſublatus ſit rigor iuris poſitiui.Ius tamen diuinum gentiumq; non eſt ſublatum vt per Alex. in conſi.38.colum.fin.lib.7.

118 Quinta concl.† ex q.10 contractus certus per præcedentem vel ſequentem ſtipulationem non tollitur. ex quauis cauſa voluerit quis agi poteſt.ea propter habens duo inſtrumenta de eadé re diuerſis téporibus facta poterit ex vtroq; ſe iuuare,& ex vtroq; rem poſsidere dicetur. per.le. ſi quis ante.ff.de acq.poſſ.quod eſt multum not.ſecundum Barto. Hinc etiam videmus iterari poſſe beneficij collat. legitimatio. & excommunicationem vt hic per Deci. colum.9.

119 † Adde & omnes actus,qui compatibiles ſunt, vt appellatio, doctoratus & ſimiles. poteritq; tunc quis ſe defendere ex vtiliori.vt per Dec.in.d.c.bonæ. col.j.& fin. de appellat. & in conſi.55.colu.3.& Pariſium Cardinalem in conſi.15. lib.2.ſimiliter poteſt quis bis in eadem cauſa & contra eandem perſonam procur.conſtitui.vt per Angel.& Pau.Caſt. in.leg.ſi quis cum procuratorio.§.fina. ſupra de procurato.

120 Quos defendimus à morſu Decij ſupra in.5. not. † Quomodo autem intelligatur quod dictū eſt multiplicari poſſe titulos beneficij declarat bene Felyn. in capitu. in noſtra, colu.prima de reſcrip.& Lodouicus Gomeſius ſuper regulis cancellariæ apoſtolicæ in vltima regula fol. penul.q. 18. Intellige primo concluſionem.Barto.quando dicta inſtrumenta compatibilia ſunt,alias ſecus. Ita procedit & intelligitur.l.ſi quis ante præallegata vt ibi per gloſ.& doc. facit

121 lex.vbi repugnantia infra de re.iur.† Quando verò partes faciunt duos contractus qui ſimul ſtare non poſſunt ſuper eadé re.túc attenditur & inſpicitur quod nouiſsimè actum eſt.ita vult tex.in.d.l.ſi quis ante & in.l. pacta nouiſsima.C. de pactis.& pulchre Soz.in conſi. 145.col.fi.lib. 1. Secundò intellige concluſionem Bart.niſi ſecunda venditio facta eſſet pro eodem pretio,& ſub eadem forma quibus prima celebrata fuit.quia ſecunda tanquam inutilis propter primam non valeret ita Pau.de Caſt.in.l.qui bis idem per illum tex. infra de verb.obli.ſequitur hic Alex.colu.4.& Dec.2.& 8. dicens Bart.hoc prius dixiſſe in.l.iuriſgentiū in.§.adeò ſupra de pactis.& ſequitur Aquen.in.d.l.qui bis idem colum. penul.Sed prædicta deciſio non videtur de iure procedere. cum multiplicatio titulorum regulariter prohibita non ſit d.l.ſi quis ante etiam in beneficialibus vt dictum eſt ſupra. item quia vt dicunt Ang.& Pau.de Caſtr.in.d.l.ſi quis cum procuratorio. ſecundum mandatum procuratorium concurrit cum primo.in eadem cauſa & perſona, ergo & venditio. Nec verum videtur q; ſecunda ſit ſuperflua.Imò poteſt eſſe proficua, & vtilis vel ratione dubitat.tollendę aut longioris vitæ.vt in.5.not.Diximus, & ſic ad præſcribendum contra ſecundum maius requireretur tempus, quam ad præſcribendum contra primum, quæ aliquo temporis

123 interuallo præceſsit, † præterea licet ſecunda non poſſet aliquid operari quo ad concurſum. ſtante validitate primæ iuxta.§.ex pluribus.l.3.infra de acqui.poſ. tamen non dato concurſu,ſecunda operaretur effectum arg.not.in clementina prima de cenſibus, ſicut videmus q; ſecunda excommunicatio. quandiu concurrit cum prima, effectum ſuum non operatur,ſi tamen ſubmoueretur prima operaretur ſecunda,cap.Engeltrudam tertia.q.4.& patet in exemplo poſito per Ioan.Andr.in.c.cum in cunctis ad fin.de electione & in clemé.ſi.de magiſtris.de ligato vna forti cathena, con tra quem altera cathana nihil operaretur,donec remaneret prima.qua tamen ſublata operaretur ſecunda,ſic etiam con currente lumine lucernæ. cum lumine ſolis, lucerna nihil operatur.ſexta quæſtione prima.cap. ſi omnia Remoto tamen ſole operabitur lucerna,vt per Rotam in deciſ.858.in antiquis.incipiente Dominus Papa, poteſt igitur ſecunda véditio operari remota prima.præterea ſi eſſent factæ duæ venditiones ſiue donationes de eadem re, diuerſis temporibus & confecta duo inſtrumenta per diuerſos notarios. Et donatarius ceſſaret & annullaret inſtrumentum venditionis vel donationis ſibi factæ de tali re receptum per talem notarium non eſſet caſſatum nec reuocatū ſecundum, & hunc caſum vidi in facto, non ſunt multæ dies. eſt ergo vtile habere plura inſtrumenta & multiplicatos titulos,non ſolū in prophanis ſed etiam in beneficialibus, vt dictū eſt.

Vltima concluſio Bart. Quando contractus fit ſimul & ſemel cum ſtipu.nec vnus præcedit alterū.actio ex contractu per ſtipulationem nó tollitur.ſequitur Soz.hic in.3.col. & alij relati ſupra in ſecunda conclu.Barto.pro qua conclu. optimè facit ratio ſupra aſsignata. quare ex ſtipulatione in continenti ſecuta.nó nouatur nec tollitur præcedens con tractus certitudinarius.quia mutatio voluntatis non præſumitur.nec partes ſe correxiſſe incontinenti.ca. maiores de

124 baptiſmo.l.non ad ea.ſ̄.de cond.& demon.†ſed videtur q; labatur Barto. dicens q; vnum in eodem inſtrumento non procedat alterum.cum in ordine ſermonis, in exemplo per eum dato pręcedentiam vnius ad alterū ponat, & talis ordo literæ etiam in contractibus attendatur vt plené per Iaſ. in le.2.in.§.prius.colu.4.infra de vulga.& Deci. in conſi.691. col.4.cum ſimilibus.Hunc errorē Bart. notarunt hic Mod. Taur.in.13.colum.

Sed Bart.rectum habuit ſenſum.beneq; locutus eſt,quia licet in vno & eodem inſtrumento ſint plura facta vel con tractus vnum poſt aliud,ille in cuius fauorem pactum primum appoſitum eſt.hoc allegare non poteſt. Illud, ſcilicet fuiſſe primò conuentum cum iſte contractus ſimul & ſemel vires aſſumat.cum à partibus abſolutus eſt.l.cótractus. vbi Bart.expreſsè not.C.de ſi.inſtru.& late Fely. in capitu. cum dilecta colum.5.de reſcriptis.hoc eſt quod Bart.dicere voluit quoad effectum & rei ſubſtantiam conſiderato ordine intellectus,non autem ordine literæ. quia bene videbat in exemplo per eum poſito.conſiderato ordine literæ q; vnum aliud præcedebat.

Circa tertium ſpeciale Bart.quod loquitur licet Curt.hic in ſeptima colum.dubitauerit:poſteà tamen ſoluit. Tu circa hæc dicta Bart. vide latius Ange.Aret. in.§.interdum inſti. de rerum diuiſio.

123 Tertiò principaliter Bart.† poſt Iac.de arena tangit quæ ſint ſpecialia in pecunia numerata reſpectu aliarum rerum mutuabilium & primum eſt vt quælibet res æſtimata dari poſsit pro pecunia numerata.le.ſi pro mutua.C.eod. Quod non eſſet in alijs rebus mutuabilibus, quia nó poſſem dare librum æſtimatum pro ſextario vini, quod mutuatum intelligatur. quoniam pecunia numerata inuenta eſt ad æſtidum.

man.alias res . non autem aliẹ res inuẽtæ ſunt ad æſtiman-
dum cęteras res.l.ſi ita fideiuſſorem accepero infra de fide-
iuſſo.&.l.j.ʼj.de contrahen.empt.Bart.intelligit ꝙ in.d.le. ſi
pro mutua.pecunia eſſet ſolutioni parata.Ideò contrahatur
mutuum . quũ dicat, ſecus,ſi pecunia non eſſet ſolutioni pa
rata quia res æſtimata non poſſet pro pecunia dari vt mu-
tuum eſſet . & iſtã vult in alijs rebus mutuabilibus propter
rationis identitatem vt hic in.v.& pen.col. declarat Alexã.
vbi Cur.7.Moder.Taur.17.Alexan.tamen & alij poſt Ful.
reprobant ſol.Bar.ad.l.ſi pro mutua tanquam diuinatiuam,
aliter reſpondentes poſt Bart. in.l.ſi ex pretio vt per Alexã.
infra in pen.col.& ſecundum ipſos melius dixiſſe Bart.ſpe-
ciale eſſe in pecunia numerata vt cætera per eam æſtimen-
tur,non ipſas per alias res.Ita loquitur text.in.d.l.ſi ita fide-
iuſſorem accepero.

126 Sed verior videtur opinio Iac. de arena. † & legi magis
conſentanea,ꝙ quælibet res ęſtimata loco pecuniæ mutuo
petitæ ſtare poſsit,& nõ vna res pro alia diuerſa mutuari pe
tita.primò per tex.in.d.l.ſi pro mutuo, cui violẽtia facit ſol.
Fulg. Alex.& ſequacium.ſecundò per id quod ſimiliter di-
citur in.l.pretij cauſa.C.de reſcin.ven.ꝙ pro prætio ex cau-
ſa venditionis debito res alia inſolutum dari poteſt . tertiò
quia pecunia functionem recepit cum ęſtimatione cuiuſli-
bet rei.d.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.&.l.ſi cõuenerit.ʼj.de
pign.actio.Ideò rem quamlibet ęſtimatam inſolutum dan
do , pecunia ſoluta dicitur , quia æſtimatione pretium fin-
127 gitur ſolutum.† Hinc eſt ꝙ arbitrator pro re,pecuniam po
teſt iubere dari Bar.in.l.cum aquiliana in fi. ſupra de tranſa:
Quamuis ergo pecunia omnia alia æſtimet, & cætera loco
pecunię per ęſtimationẽ ſubrogẽtur. d.l.ſi ita fideiuſſorem
accepero.&.l.ſi pro mutua.&.l.pretij pręalleg.cum.l. quo-
ties.C.de iure dotium . hoc in alijs rebus non reperitur . vt
vna loco alterius ſubrogetur . Nec hoc fingere poteſt ho-
mo,argum.le.ſi ſorte,de Caſt. pecul.& ita tenent Saly . hic
colum.4.& poſt Io.de monte ſperelo Soz.13. Moder. Taur.
13. & Mediol. v. Quę opinio naturalibus magis conuenit,
128 † ergo potiuſquam alia recipienda eſt.l.confeſsionibus in
fin.&.l.ſeq.ad.fi.ſupra de inter. actio. prout voluit Roma.
in conſi. 114. & 260.facit etiam quod ſolemus dicere ex-
traneum eſſe omnem intellectũ. qui non conſonat auribus
vulg.Et ideò reijcien.vt ſæpe dicit Bald.Res tamen,& ęſti
matio rei diuerſa ſunt.vt ex pręedictis apparet,& ſic nõ va-
let conſequentia per pecuniam res æſtimantur. ergo ſi ſol-
uitur ęſtimatio,res ſoluitur,quia im mo aliud,vt probat tex.
in.d.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.& tradit Sozi. in.l.2.§.1.
129 col.2.ſupra eo.† vnde pro vino vel frumento mutuo acce-
pto,non poſſem pecuniam reſtituere. quia alterius generis
& qualitatis, & aliud reſtituerem,quod permiſſum non eſt.
propter diſſenſum . & quamuis pecunia vice rei æſtimatę
fungatur.ſeu pro re æſtimata reputetur.Id procedit ex cau-
ſa , & non aliter maximè propter diſſenſum quemadmo-
dum ſupra dixi vt per Dec.in.d.§.j.colu. ſecunda vbi Mo-
der. Taur.tertia.

Circa ſecundum ſpeciale,doct.cum Barto.tranſeunt.qui
bene loquitur,& ſi Cur.in.7.col. dependere dicat à primo,
& prima facie dubitet quomodo differat à primo . ſed lõga
eſt diſſ.& in primo,vt dixi,male loquitur,in ſecundo bene.
130 Si enim tibi lancem,vel maſſam argenti do, vt vendas , &
frumentum emas.ꝙ intelligatur eſſe mutuatum.quare non
ita mutuo erit frumentum.ſicuti in.l.rogaſti nummi.Diuer
ſitatis ęquidem ratio non eſt.erit itaq; ſolum ſpeciale in mu
tuo contra regulam mutui ſecundum Bart.& quemadmo-
dum eſt in.le.noſtra ſecundum ſanum intellectum .de quo
in ſuperioribus dictum eſt, & ita communiter doc. tenent.
vt hic per Alex.in col.

131 Circa tertium ſpeciale,† ꝙ in mutuo pecunię numeratę
vſurę citra vinculum ſtipulatioois peti non poſsint , ſecus
in mutuo aliarum rerum mutuabilium.l.quamuis &.l. fru-
menti.C.de vſuris doct.communiter cum Bart.& Iaco.de
arena tranſeunt. Diuerſas differẽtias aſsignantes . vt hic per
Pau.de Caſt.Alex.Cur.& Mod. Taur.col.3.7.& 11.vera.&
communis eſt illa,quã poſt Fulgo.aſsignarunt Pau.& Alex.
& clarius explicat Iaſo.in.le. rogaſti in.§.ſi tibi colu.2.ſupra
eo.& in.l.ſtipulatio iſta in.§.alteri col.6.infra de verb. obli.
verior inquam eſt. quia habetur ex text.l.oleo.C.de vſuris.
Glo.tamen prima in.d.l. frumenti dicit ꝙ in caſu prædicto
acceſsio eſt nõ vſura propriè.ſed poſteà in fine,ibi,nota ex
pacto nudo deberi vſurã. cõtrarium dicit & melius per tex.
132 d.l.oleo ibi additamenta vſurarum . Sed notabis tu, † pro
vera intelligentia.d.ll.ꝙ acceſsio de qua in.l. frumenti ap-
pellatur additamentum per.le.oleo. in eadem materia eſſe
debet.exempli gratia,ſi mutuatum ſit frumentum, in fru-
mẽto.ſi ordeum in ordeo iſtud eſt quod dicit tex.in.d.l.fru
menti in verbo acceſsio . & probatur in.le.oleo ibi addita-
menta vſurarum eiuſdem materię admitti, ergo aliud in di
uerſa materia,ex quibus videretur dicendum in puncto iu-
ris ꝙ ſi in caſu.l.frumenti,acceſsio,vel additamentũ vſurę.
in pecunia numerata eſſet ꝙ pacto nudo pręſtari non de-
beret,quod eſt no.Pro declaratione pręedictę concl.&.l.fru
menti.licet Paul. de Caſtr. & alij in.l.oleo.contrarium ſen-
tiant.prout etiam Soz.in conſi.133.col.4.lib.1.dum exten-
dit ad pœnam,quod ibi in vſuris dicitur eo ꝙ pœna acceſſo
ria ſit ad obli.prin.ſicut vſura,& vſura pęna dicatur,& ęqui-
parentur.l.qui ſine ſupra de nego.geſt.&.l.ſeruus cum gloſ.
infra de ſer.expor. Sed quod ego ſupra dixi. magis eſt ex
mente & intentione pręedictarum.ll.Idq́ue eſt propter fre-
quentiam fœneratorum,& ipſorum odium.quia auaritiam
communiter in pecunia numerata exercent . ſecũdum Bal.
& Saly.in.d.l.quamuis.

133 Tertiò principaliter , † examinat Bart.ſpecialia in pecu-
nia numerata etiam non mutuata reſpectu aliarum rerum
etiam non mutabilium , ſicq́ue in nummis reſpectu alia-
rum rerum.

134 Primum ſpeciale . † ꝙ pecunia numerata facilius con-
ſumitur per commixtionem, quàm alię res.l.ſi aliena infra
de ſolutio.§.ꝙ ſi frumentum inſt.de rerũ diuiſio. &.l.idem
Pomponius ſcribit ſupra de rei ven. plura hic dicenda ſunt.

In primis Cur.Bar.diff.fecerit inter pecuniam numera-
tam & alias res non mutuabiles, & poſteà de mutuo loqua
tur iuraq; citet de frumento,& ſic re mutabili loquentia,vt
inſt.qui.mo.re contrahitur obli.in pri.Cur.hic in 8.col.vno
modo reſpondet,& alio modo.Mod.Taur.col.14.Tu in le
ctura Bar.loco,ſed pone etiam,vt ex ſequentibus colligitur.
& clare,res procedet.

135 Secundò notandum eſt,ꝙ propriè,† commixtio eſt vbi
ſubſtantia non mutatur.d.l.ſi alieni.cõfuſio verò vbi tranſit
in aliam materiam & ſubſtantiam.§. ſi duorũ materię inſt.
de rerum diuiſio. vbi tamen ſeparatio impoſsibilis eſt vim
confuſionis habet vt quando frumenta ſimul commiſcen-
tur ita ꝙ diſcerni nequeunt.vel piſces,aues & alia animalia
vniformis naturę.l.vſufructuarium.in.§.ſi viuarijs ſupra de
vſufru.& no.Ange.Aret.poſt alios in.d.§.ꝙ ſi frumentum.
136 Tertiò quęro,† quę ſit diuerſitatis ratio inter pecuniam
& frumentum.Cur.in.8.colum.aſsignat rationem. ſed cla-
rius Aret.in.d.§. ꝙ ſi frumentum concludens , ꝙ in pecu-
nia numerata intereſſe non cadit nec affectio.le. ideò ſupra
de eo quod certo loco &.l.nummis infra de in litem iuran-
do.Ideò ſola commixtione transfertur dominium, ſed re-
cipiens tenetur poſtmodum condictione ſine cauſa , reſti-
tuere tantundẽ cum pecunia mea , ſine cauſa ſit penes eum
l.j.& toto tit.infra de cond.ſine cauſa vt hic etiam in 8.col.
vult.Curt.licet de Angel.mentionem non facit . vel etiam
conditione ex ęquitate.l.ſi me,& titium infra eo.Sed in fru
mento & alijs mutuabilibus cadit bonitas intrinſeca.l.cum
137 qui ſupra eo.per conſequens affectio : ideò rem . † Decius
tamen hic in.2.& 3.col.tenet inter pręedicta non eſſe diſſ.&
l.idem Pomponius concordare cum.l.ſi alieni.& ꝙ domi-
nium granorum ibi transfertur.nec vendicent grana,pro-
pter impoſsibilitatẽ ſeparationis,ſed vendicetur quantitas
commixta . & ſic diuiſio potius in effectu dicatur , & ideò
agatur communi diuidundo.vt ibi dicitur.Et illam conclu.
ſequitur etiam Curt. hic in.8.col. licet de Decio non faciat
verbum.

verbum. & ꝙ frumentum commixtum fuit. fuit confide-
ratio glo. in d. l. idem Pomponius in verbo appareat. quam
sequitur ibi Ang. tex. tamen repugnare videtur, sed quan-
tum ad nummos confunditur hæc solu. per tex. d. l. si alieni.
qui vult ꝙ commixtione nummi fiant eius, qui accepit, &
contra dantem actio furti competat. sicq; vult non ven-
dicari cum ista quantitate, nec agi communi diuidundo, er-
go non cócordat cum. l. idem Pomponius, vt prefati aiunt,
& propterea glos. ibidem in verbo appareat. aliud esse di-
cit in d. l. si alieni. Moder. Tauri. hic colu. 14. Bal. sequentes,
tenent. ꝙ in le. si alieni agi non possit rei vendicatione cum
amissum fuerit nummorum dominium, & sic, deficiat al-
terum extremum in rei vendica. necessarium iuxta. l. vnica.
C. de aliena. iud. mutan. causa facta. sed in casu. l. idem Pom
ponius non perdatur dominium sed communio, quæ non
dicitur cósumptio inducatur, cum res vendicat. agatur. Sed
istud est diuersificare casus non assignare rationem diuer-
sitatis. Quam inquirimus. si enim in d. l. si alieni númorum
dominium transfertur, non virtute traditionis in mediate.
sed commixtionis & impossibilis separationis vt ibi vult
text. & declarat Imol. Quæ commixtio impossibilisq; se-
paratio ita communiter cadat in frumento sicuti in num-
mis, cur diuersum statuitur ius, vt vno casu frumenti com-
mixti, videlicet dominium effectualiter pro non translato
habeatur, cum competat rei vendicatio, alio verò casu com
mixtæ pecuniæ sic & dominium amissum sit?

Non possumus melius dicere quam id, quod dicitur per
gl. Bar. Ange. & communiter scrib. ꝙ sit ibi speciale in pe-
cunia numerata ratione maioris frequentiæ & cammix-
tionis quotidianæ. iuxta. §. quoniam. le. certi conditio cum
allegatis supra. & cum lex illa ius singulare contineat exten-
di non debet ad fruméntum, & ceteras res mutuabiles. iuxta
le. ius singulare. supra de. ll. & quia facienda est interpreta-
tio vt minus derogetur iuri communi quàm sit possibile. l.
si quando. C. de inof. test. cap. si quando de consuetu. sed mi
nus derogatur tenen. ꝙ. l. si alieni, solum specialiter proce-
dat in nummis: ergo, &c. Item quia non multum refert pe-
cuniam, eo modo de facili consumi. in d. l. si alieni, quia reci
piens & cósumens nummos posteà tenetur restituere con-
dictione sine causa vt supra dictú est & tradés actione furti
tenetur vt ibi. & pulchrè per Imol. in. l. cassius de solutio. &
Mode, Taur. hic col. 14. secundò quod dicitur de consum-
ptione pecuniæ, & tráslat. dominij intelligitur quádo com-
mixtio talis est, ꝙ nullo modo separatio fieri potest. alias se-
cus secundú Aret. & Soz. hic post Raph. per. d. l. idem Pom-
ponius. in versi. sed si plumbum ibi separari possunt. Sed est
in terminis clarior text. in d. leg. si alieni. ibi, si commixti
sint ita vt discerni non possint. & sic intelligitur, quando
sunt eiusdem ligæ, & qualitatis & formæ.

138 Quarto aduerte, ꝙ prædicta concl. procedit, † tribus tan
tum cócurrentibus separat. impossibili titulo, seu causa ha-
bili transferen. dominium, si númi tradentis essent. ac bona
fide recipientis vt post Christophorum de Castel. Roma.
Ful. & Comensem. scribit hic Ias. in. 6. col. vt hic etiam per
Mod. Tau. & mediol. primum requisitum. per. l. si alieni &
l. idem Pomponius probari debent. Secundú per eandem. l.
si alieni, ibi soluti sunt, vbi soluens erat debitor. & alienam
soluit pecuniam ac per. l. nunquam nuda infra de acq. re. do-
minio. Non enim plus debet operari fictio, quàm veritas. l.
si filius cum ibi no. supra eo. vnde sicut nuda traditione non
transfertur dominium. Tertium de bona fide per. l. rogasti
in fi. supra eo. &. § si quis l. de eo. supra ad exhiben. & idem
tenuit glos. d. leg. si alieni, pro qua nonnulla iura allegat ibi
Imol. Et prædictis tribus concurrentibus supra allegati scri
bentes idem esse volunt in frumento & alijs mutuabilibus
rebus quod in nummis, sed longè inter se vt dixi, prædicta
differunt, magnaq; est diuersitatis ratio inter pecuniam nu
139 meratá & alias mutuabile res. † Nec veritate iuuatur quod
de titulo & bona fide dictú est, hoc enim nihil facit ad alie-
nandum nummos alienos in quibus sine voluntate domi-
ni tráslatio dominij cadere nó deberet. l. id quod nostrum,
de regu. iur. tota vis est in consumptione illa inseparabili de
qua in. le. si alieni, in ea. n. sola se fundat ibi tex. & procedit
etiam ꝙ sine titulo, & bona fide cósumptio facta sit vt per
Are. & Soz. Voluntq; hic Dec. Cur. & Mod. tau. col. 3. 8. &
14. per. l. si pignore. in. §. si pretor infra de pign. actio. vbi
mala fides non impedit dominij translationé propter con-
sumptionem. & agi non potest rei vend. sed alia actione, ac
per alia de quibus præallegatos, eandem opinionem pul-
chre defendit Dec. in. d. l. rogasti in. §. vlt. colu. fin. Respon.
ad illum tex. qui in contrarium videbatur vrgere. Datur ta
men vt dixi nummorum domino contra recipientem &
140 consumentem condictio sine causa, † sicq; æquitate iustis-
sima temperatur rigor in. d. l. si alieni scriptus. Et sunt vtilia
prædicta, ad not. quæstionem per Commé. formatam in. d.
141 le. si alieni. † Si aliquis mecum luserit cum aliena pecunia,
quam fuerim lucratus, & per commixtionem consumpse-
rim vt repeti per dominum vendicantem non possit. Iaso.
hic in. 6. colu. reprobat, eo ꝙ non sufficiat commixtio, nisi
etiam causa habilis ad translationem dominij interueniat,
142 quę in proposito non concurrit. † quia acquisitio ex ludo,
non est causa habilis, sed turpis & reprobata. sed quemad-
modú in superioribus dictú est, quod de causa habili dicit,
non procedit. vt hic etiam per Cur. in. 8. col. à Iaso. propte-
reà recedente. sed latius hic Mod. Taur. col. 14. quia etiam
acquisita ex ludo. dummodò sine dolo, & fraude, & à per-
sona, quę cótinue non exerceat artem ludendi, licitè, & in
conscientia retinentur, modo ille qui perdidit fuerit perso-
na habens proprium, non filiusfa. clericus. aut similes per-
sonæ quæ de bonis suis ad libitum disponere non possunt,
vt hic per eos, & consuluit pulchrè Barb. in consi. 7. colu. 8.
vo. 2. & in consi. 65. vol. 3. vbi dicit propter consuetudinem
derogatum esse autenticæ. alearum vsus. C. de religio. &
sumpti. fun. vt etiam per D. Rochum Cur. in tract. de con-
suetudine super. c. fi. col. 12. Prætereà sunt multi ludi liciti
in quibus secundum communes doct. conclu. licitè quis lu
cratur, & ex lucro quæsitum iustè retinet. vt per Const. in
tractatu de ludo in. 3. & 4. art. prin. in quibus rationes Iaso.
non refragantur decisioni Raph. Comé. sed non est facié-
da magna vis in prædictis. quia vt in superioribus diximus,
domino pecuniæ cómixtæ condict. sine causa competit,
ad recuperationé suæ pecuniæ, illam igitur vel tantundem
in effectu recuperabit. Ita ꝙ decisio famosa Raph. Comé.
modici redditur momenti.

In secundo speciali respectu rerum mutuabilium Barto.
malè & inaduertenter loquitur. & contra tex. no. & clarum
in. l. cú sticus. infra de solutio. vt per Cur. hic & Mod. Taur.
qui eundem sequuntur in. 3. speciali. sed melius declarat hic
Dec. in. 4. colu. addit postmodum hic Ias. colu. 11. aliud spe-
ciale. vt per eum & malè. vt hic per Dec. in. 7. colu. & etiam
præallegatos &. §. tractatum super quo Ias. se fundat, † lo-
quitur de ære alieno, id est de actionibus & oblig. quæ non
clauduntur nec circumscribuntur loco, sed bene pecunia,
quę corpus est continuum. l. nam & si fur. in fin. supra eo. ad
sensum, quę patet, & declarat Cor. in consi. 49. lib. 3. Iaso. &
alij in. l. stipul. hoc modo infra de verb. oblig. & dixi in. l. fin.
C. de pac. & hoc modo intellexit etiam hic ipse Iaso. dum
allegauit dictam. le. si chorus. licet Deci. supra sibi ascribat,
144 Bald. & Alexan. alia quædam specialia enumerant. † Multa
alia addi possent. quia sicut offi. iudicis latissimum est vt di-
citur in. leg. 1. supra de iur. om. iud. Ita pecuniæ vis & pote-
stas latissimè patet. cú omnia illi obediant vt scribitur ecle
siastici. 17. capit. nota. Abba. in. capitu. cum dilecti colum. 6.
de dolo & contumacia. Ideò qui pecuniam habet dicitur
habere omnem rem, quam desiderat. vt per illum text. not.
Bal. in. l. recepititia col. j. C. de constit. pecu. idemq; probatur
in. l. j. infra de contrahen. empt. Rectè igitur dixit Philoso-
phus, nummum esse fideiussorem futuræ necessitatis. ideò
dicitur in. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iu. pecuniam esse
vitam hominis, veh tamen pecunijs inhiantibus. Nam
mens auida pecunijs nec abstinere nouit à vetitis, nec gau-
dere concessis. ca. virum. 47. dist. corpusq; & animam ma-
culat

culat pecunia malè acquisita.c.cū ordinaretur prima quęſ.j.

Glo.in verbo creditum. declarat text.vt pro mutuo accipiatur creditum.& pecunia largè pro rebus mutuabilibus vt ſumitur.in.l.2.in.§.fi.in verſic. item mutuum ſupra eo.& in hoc gl.bene loquitur,& ſecundum verum noſtræ.l.intellectum.vt diximus in euidentialibus,in diſcuſsione intellectuum.l.ſed in quantum poſteà ſubiungit prout ad gl.ordinariam refertur. creditam largè ponitur pro omni credito. malè dicit,quia vt vidimus ſupra ca.3.intellectum Ioan. & Azo. ipſi non intellexerunt creditam pecuniam pro omni credito,ſed fuit hæc glo. Ceruoti.qui & cætera malè intellexit,quæ dixere Iaſo.& Azo.

Glo.in verbo acceperis.in tres partes diuiditur,in prima declarat tex.noſtrum in ſecunda opponit in.3.ſoluit,ſecunda ibi ſed hic, tertia ibi ſolutio. In prima parte gloſ.Pau.de Caſt.hic nouam habuit conſiderationem,ſed Cur.& Dec. certè reprobāt.Declarate ergo vt hic duæ interuenerint fictiones,prima quia debitor fingitur numerare creditori,& hoc modo fictè dicitur effici dominus pecuniæ vt gl.dicit. Altera q creditor ſimiliter fingitur illi tertio cui dare volebat pecuniam numerare, per quas quidē fictiones de meo tuum fieri dicitur, & ſic iſti duo actus coniuncti mutuum faciunt contrahi.Notādaq; eſt hæc gl.in prima parte. dum vult q verè & propriè idem importent vt hic per Curt. Ex vltima parte gloſ.habemus ad contraria ſupra adducta, ſolut. q ſit ſpeciale in mutuo. vt fiat conuerſio in cauſam

145 mutui, licet res non ſit in præſentia,† ſecus in alijs contractibus,quę ſolutio cōfunditur per tex.l.ſi ſponſalibus in.§.j. infra de iu.dotium:ideò reprobatur per Bar.Pau.& Cor.& ſcrib.hic.procedit enim ſol.prędicta ſecundum opi.Irnerij poſitam in glo. fin.Quam in diſcuſsione intellectuum ad.l. reprobatā vidiſtis. tenēda eſt ergo ſol.Bar.hic & ibi,q non ſit diff.inter mutuum & alios contractus.reſpectu præſentiæ rei, quia non requiritur & clare probatur. in.§.j.d.l.ſi ſponſalibus & in.§.fi.l.3.infra de donar. inter virum & vx. vbi res non erat in præſentia quicquid ibi dicat glo. in verbo,ordinem,& tamen conuerſio fieret, ſi aliūde iure ciuili res,vt ibi dicitur non impediret. Nā ſi res ibi fuiſſet in præſentia vere fuiſſet acquiſita ſine alia fictioneque ſolum caderet circa rei traditionem, & faceret rem fieri per tradita. Acquiſitio tamen vera fuiſſet vt in ſecundo euidentiali,ſupra declarauimus, quod tamen negat iuriſcon.ibi.in verbo per inde.quod fictionem ſignificat.vt hic per Soz.in.2. col. & in ſuperioribus tactum fuit.

146 Ad.§.ſed & is, † vbi requiritur præſentia falſi procuratoris reſpōde,q pecunia nō ſoluebatur ſibi ſed alteri ex ſuo mandato.ideò ſi illo abſente ſoluatur,non committitur ſurtum quia non poteſt dici cōtrectare rem alienam. ſine qua contrectatione furtū committi nequit, iuribus vulga. Sed vbi præſens eſt contrectare dicitur licet pecunia alteri ſoluatur.& rationē aſsignat tex. in.§.ſi iuſſerim.l.primæ infra de acqui.poſſeſſ.ſicq; ſpeciale eſt in conuerſione in cauſam furti.vt requiratur præſentia rei,ratione prædicta, ſecus in conuerſione in cauſam alterius contractus vt hic per Pau. de Caſt.in.3.col.& propterea etiam in caſu,qui ponitur in. §.fi.d.l.tertiæ in verſi.nam & ſi is præſentia rei exigitur & debitoris iubentis,vt hic per Pau.de Caſt.& Dec. col.3. & 10.& in hoc glo. ibi vt hic etiam ſentit Dec. bene loquuta eſt in verbo iubente. Ad.l.qui decem.in.§.item reſponſum glo.dat ibi ſol.& ſatis clarè iuriſconſul.ibi ſenſit.

147 Hinc ſumpta occaſione, & iuxta prædicta, † eleganter tractat Bar. quando debitum mihi ab vno, poſsit conuerti in alium debitum mihi debendum ab alio.& requiratur q res ſit in præſentia vel non. ex cuius dictis contra.colligun tur concl.Prima q ſi debitum contrahen.de nouo contrahatur præter voluntatem contrahentium.& mediante con trectatione, conuerſio prædicta non fiet, niſi res eſſent in præſentia.l.falſus.§.ſed & ſi is de furtis.&.d.l.4.§.fi.in verſi. quando & ſi is.ſecundum verum intellectū vt hic per Pau.

148 de Caſt.& Dec.col.3.&.10.† Mod.Tau.hic col.16.dicunt eſſe aduertendum,q ibi cōtractatio non eſt vera ſed ficta. ſecūdum Ang.Are.in maleficijs. quod videbatur dubium, quia licet traditio ficta ſit à lege, acquiſitio tamen & poſſeſsio eſt vera. vt in ſecundo euidentiali diximus, & conſequenter etiam contractatio exinde ſequens vera videtur. Attamen quia contractatio potius facti quā iuris eſt.ſi ille qui recipiebat indebitum pecuniam non tetigit. & ſi in ſui præſentia fuerit numerata,neceſſe eſt dicere.q fingatur cōtractare & ſic contractatio ſit ficta,ſicuti de traditione dictum eſt in ſuperioribus.Secundò dicunt Barto. improprie loqui,q ibi ex contractu debitum eſſet, quia imò ex delicto.quæ ſpecie diſtinguūtur.l.j.infra de act.& obli.Reſpon de.q Bart.non loquitur de contractu,ſed de debito cōtrahendo,quod poteſt eſſe ex cōtractu,& ex delicto vel quaſi, iuxta.l.debitor.de verb.ſign.&.§.flauius.l.qui Romæ infra de verb.ob.& poſt Aret.tradit Soz.in.l.j.col.3. vbi dictum fuit ſupra eod. q app. debiti comprehenditur etiam propriè debitum ex delicto.in quacunque diſpoſitione.

Tertiò impugnant diſtinctionem inter debitum cōtrahendum prę ter voluntatem & ſecundum volūtatem, quia tota vis in cōtractione cōſiſtit vt hic per ipſos mo. Reſponde q licet neceſsitas contractionis illa ſit,quę præſentiam rei exigit,tamen quia quędam contrahunt præter voluntatem quędam ſecundum voluntatem. Ideò Barto. ſic diſtinxit caſus,quando præter, & quando ſecundum gratia clarioris doctrinæ.Quartò inepte videtur ad hanc conclu. primam allegari per Bart.d.§.ſed & ſi is Reſponderi poteſt vti per Dec.col.10.vel aliter, vt per Curt.8.col.Vltimo videnda ſunt quæ pulchrè congerit.Iaſo.ad tex.in.d.§. ſed & ſi is in.l.ſi procuratori præſentis.ff.de verb.obli.

149 Secunda concluſio Bar. Debitum ex vna cauſa conuerti poteſt abſq; dubio in debitū debendum ab alio ex alia cauſa,per delegationem & ſtipulationem,& ſic ſecundum voluntatem.vt in tit.de nouatio.& cum Barto.tranſeunt omnes,vt hic per Curt.col.8.& Mod.Taur.

150 Tertia concluſ. † ſi debitum ex vna cauſa ſoluatur alteri ex mandato,mediante ſolu.tollitur obli.prima & conuertitur in aliud debitū ab alio ex alia cauſa debendi iuribus hic per Bar.allegatis cum quo doc.cōmuniter tranſeunt.vt hic per Dec.Curt.& Moder. Taur.dicentes q iura allegata per Bart.non probant eius conclu.vt hic per eos ſed videtur mi hi q optime probent primo.l.ſed & ſi quis ſtipuletur, non eo modo quo prædicti, ſcrib.trahunt.ſed à contrario ſenſu dum aut fructuario acquiri ſi cauſa donationis adiectus fuerit,ergo ſi non cauſa donationis,non acquiritur ſibi,ſed ſtipulatori reſtituere tenetur.probatur etiam in.l.Iulianus in. §.qui fundum.vbi debitum ex ſtipulatione, ſi vigore mandati ſoluatur titio in ſtip.adiectio ad ſol. recipiendam liberatur debito.qui de euictione cauit,& Titius actione mandati rem quam recipit reſtituere tenetur.vt ibi vult. text.& not.Pau.de Caſt.ergo debitum ex vna cauſa,ex ſtipulatione & ab vno, conuertitur in aliud debitum debendum ab alio ex alia cauſa,ſcilicet mandati.Probatur etiam.in.§.fi.l.3.de donationibus inter vi.& vxor.in verſi.ſed & ſi debitorem. Et licet etiam hoc caſu nouatio fiat, tamen talis nouatio ſit mediante ſolu.In præcedentibus Bart.loquitur quando ſit abſq; ſolutione vt hic per Dec.& Curt. Ampliatur conclu. prædicta ſecundum Bar.etiam q ſol.ſecuta fuerit ex interuallo. Item licet res non eſſet in præſentia. & tertio tam in mutuo,quam in alijs contractibus.& communiter approbatur.vt hic per Dec.col.10.& Mod.Taur.17. & ſi diff. ſit in qualitate competentium actionum ſecundum Bart.quia in contractu mutui directa actio acquiritur iubenti.l.e.certi cōdictio.§.ſi nūmos ſupra eo.&.l.ſi abſentis.C.eo.tit.quaſi creditor fictione iuris ipſe numerare cenſeatur.vt in primo exemplo hic poſito. ſecus in alijs contractibus, in quibus vtilis acquiritur, ſicuti regulariter per procuratorē.& iſtam diff.contra Sal.defendit hic Alex.in.vj.col.per.d.l.3.in.§.fi.

151 iuncta.l.ſi procuratori præſentis ſupra alleg.† vbi præſentia cōtrahentis per procuratorem non operatur vt actio directa quæratur, ſed ſolum vtilis quamuis in ceſsione in caſu illo ſingulari propter illam præſentiam. Sed Deci. Curt. & Moder.

Moder. tam Taur. quam mediolanen. sequũtur opinionem
Sal. hic in vlt. col tanquam veriorem. ꝙ in hoc non sit diff.
inter contractum mutui & alios contractus. & propter ra-
tionis identitatem. idem debeat resoltare effectus. eademq;
iuris dispositio. Nam sicut lex fingit in mutuo creditorẽ nu
merare. itẽ in dote & similibus casibus. §. fi. d. l. 3. & §. quo-
ties supra de iure dotium. quasi breui manu censeatur facta
numeratio ab ipso credito. Ideò propter hanc fictionem,
dicetur directa pariter in omnibus acquiritur actio. d. §. si
nummos & leg. si absentis iuncta prædicta ratione. ꝙ vbi
eadem est ratio ibi idem ius, & text. in. §. si procuratori lo-
quitur in procuratore præsentis, per quem solummodo ac-
quiritur vtilis sine cessione, in casu illo sine cessione pro-
pter præsentiam vt ibi declarat Ias. sed in casu nostro cre-
ditor ipse numerare fingitur, ideò nimirum si directa sibi
acquiritur. aliam limita. ad text. in. d. le. si procuratori præ-
sentis, ponit Aquen. in rub. supra de off. eius ad fi. Et si dicas
nonne, qui per alium facit per seipsum facere videtur & fin
gitur. §. deiecisse videtur. l. primæ infra de vi & vi armata,
& capitulo qui per alium, de reg. iu. in vi. ergo non deberet
esse diff. in acqui. prędictis inter vnum casum & alium. quia
ꝙ creditor pecuniã numerauerit est per fictionẽ in vtroq;
152 casu. † Considera si dici possit, ꝙ fictiones diuersimode
inducuntur in casu. §. si nũmus. & l. nostræ in primo exem-
plo iubens pecuniam numerare, non vtitur medio nume-
rante tanquam procuratoris sed tãquam executoris. & qui
principaliter agit se liberare nõ acquirere alteri vt hic in vl.
col. Sal. dicit. Ideò nimirum si tractan. non est de vtili quæ
acquiritur per contrahentes met. sed quando quis facit per
procuratorem, licet videatur, per se facere. procurator ta-
men qui principaliter facit, alterum sibi obligare intendit
ad vtilitatẽ mandãtis, propterea nimirũ si primò sibi acqui
ritur inde per cessionem domino vtilis. Nam mens & in-
tentio partium est illa quę regulat omnes contractus. l. non
omnis supra eod. Quarta concl. Bart. si iubeo debitori meo
vt soluat alicui vel soluere promittat iussus reuocabilis est.
153 † & sic non fit dicta conuersio. l. si cum Cornelius de solu-
tio. quæ cõclusio communiter approbatur per docto. quia
res est integra. & secundum regulas cõmunes. Mandatum
re integra reuocari potest. §. fi. inst. mandati. l. fi. infra de sol.
& d. l. si cum. Cornelius cum similibus. & sequuntur com-
muniter scrib. vt hic per Soz. Iaso. Decium colu. 11. Curt.
col. 10. & Moder. Tauri. 18. & Pau. de Cast. in. l. si cum fun-
dum ad fin. per illum tex. supra de pact. & in. l. hoc iure in. §.
si quis dederit infra de dona.
154. Limitatur ista concl. primò, † nisi mandatũ factum fue-
rit contemplatione debitoris, siue sua causa secundum pręs.
& est tex. in. d. l. si cum fundum. tunc. n. interest etiam sua,
alteri posse soluere. Ideò hæc facultas, & commodum sibi
auferri non debet, nec præt. l. fin. infra de solu. & no. Pau. de
Cast. in. d. l. si cum fundum.
Secundò limitatur nisi ille, cui solu. fieri debebat de hoc
certificatus ratificasset. quia tunc non posset mandatũ reuo
cari, quasi re non integra argu. text. in. l. si ego supra dę neg.
gest. secundũ Soz. hic col. 4. post. Io. andream. Pau. de Cast.
& alios, & sequitur hic Curt. per ea quæ scribunt doct. in. §.
flauius, licet. l. si ego non probet intelligen. vt ibi per glo. pri
mam. Tu dicas ꝙ imò glo. illa, & communiter doct. vt ibi
declarat Pau. de Cast. volunt ꝙ non obstante ratificat. tua
possim reuocare mandatum, & ꝙ non possis ratificare me
inuito, per. d. l. si cum Cornelius. oportet ergo intelligere,
quando res non est integra. vt quando debitor hoc scripsit
in libro, & posuit ad partitam illius, qui soluere debebat, &
ille ratificauit, vt per Pau. de Cast. in. d. l. si cum fundũ. Dec.
hic col. 11. & Moder. Taur. 18. & ad materiam. d. l. si ego,
155 † poteris videre Pau. de Cast. in consi. 81. in causa Syluestri
col. pen. in antiquis, Alex. consi. 153. & 167. lib. 6. Math. de
affli. in decis. regni. 300. Dec. consi. 226. Curt. Iun. in consi.
55. & Alexandrinum. 117. ex quorum dictis habemus, ꝙ
licet notarius in instrumento stip. fuerit pro omnibus quo-
rum interest, tamen ante ratificat. actus, per prędicta reuo-
cari potest, & ꝙ donatio facta absente notario stipulante
pro ipso absente, non subsistit seu reuocari potest, si ante ra
tificat. facta fuerit alteri acceptanti, cui fuerit ius quæsitum
ante ratificat. primi, de quo plenius scripsi in. l. fi. C. de pact.
156 Quinta conclu. Bar. † quando mandaui debitori meo ꝙ
solueret titio & ipse promisit, cõtractus perfectus est, & sic
fit cõuersio, nec mandatum reuocari potest, vtpote re non
integra. prætερquam in mutuo, quando pecunia non erat
solutioni parata, ex quo obl. ex promissione orta non est res
ad contractum mutui. vt hic per eum. Sequitur post Paul.
de Cas. & alios, Dec. in. xj. col. Aliter limitan. Ia. & Mo. tau.
in. 18. colu. De intellectu. l. nostræ hic per Bar. allegatæ di-
ctum est supra in excussione intellectuum ad hanc legem
l. qui negotia & dicam infra in glo. fin.
Sexta conclu. per Bart. ellicita not. & frequenter occur-
157 rentis quæst. decisiua, † si dixero campsori vel mercatori,
ꝙ soluat tibi certam quantitatem pecuniæ, quam ex aliqua
causa tibi debebam, aut ille soluere promisit, & ego liberor
quia promissio loco sol. est. Aut nihil promisit, & tũc secus.
ideò si mercator ipse decoqueret, & foro cederet, ac fuge-
ret ꝙ Fusci fallire appellãt, primo casu nõ daretur regressus
contra me debitorem primum. qui liberatus sui, Sed bene
in secundo, vt ex prædictis apparet secundum Bar. qui cum
mysterio loquitur de promissione campsoris, non de solu.
vt mandatum fuerat, quia si soluisset, nullum esset dubium,
sublata enim esset obligatio solutione pecuniæ debitæ, &
de nouatione vel de delegatione non esset tractandum. Prę
sens quæstio. de lana est & lacte, seu pane lucrando. Ideò
plenius attingenda, super qua Iaso. fimbrias dilatauit, per
quatuor col. omnia tamen fuere dicta Barb. in cõsi. 37. li. 1.
& post Ias. prosecuti sunt latè alij Mod. Ego magis succin-
158 cte, & subtiliter materiam, vt videbitis, enucleabo, † De-
cisio Bart. in ea ratione fundatur, quia promisio loco sol. est
l. inter causas. §. j. infra mandati, quæ sol. ab obli. liberat. l. si
pupilli. infra de sol. facit. l. fi. C. ad l. fal. ibi, siue soluerit, siue
promiserit, æquitatis ratio, similia suadere videtur. Impu-
tandumq; est creditori recipienti promissionem, pro solu-
tione arg. regulæ. l. pe. C. de pact. & sic debitum ab vno, ex
vna causa conuertitur in aliud debitum debendum ex alia
causa, iuxta superius dicta, & cum Bar. tenẽt hic Dec. Cur.
& Mod. Tau. col. 11. & 19. & Mod. mediol. consuluitq; ipse
Dec. in consi. 107. Nec obstat ꝙ factus fuerit iussus de sol-
uendo, & campsor non soluerit sed promisserit. sicq; man-
datum formaliter non obseruauerit, prout facere teneba-
tur. l. diligenter infra mandati, & c. cum dilecta, de rescri-
ptis. Quo casu nõ inducitur nec fit nouatio. l. si debitorem.
infra de nouationibus. Quia respondent pręfati scrib. non
esse factam nouationem in præiudicium creditoris man-
dãtis, quia debitor cui fuit vt supra mandatum, dicere non
potest se liberatum per eum actum à creditore mandante
solutionem fieri ex quo formaliter mandatum non adim-
pleuit. sed in fauorem creditoris mandãtis prout hic loqui-
tur Bart. Bene facta videtur nouatio, ad hoc vt ipse credi-
tor liberetur ab eo. cui soluen. erat, imputabitur. n. illi qui lo
co sol. promissionem recipit, à prima procedente hoc casu
sol. & promissione. d. l. fin. §. j. le. inter causas præallegato vt
per scrib. de quibus supra Ad quæ etiam vide Pau. de Cast.
159 in. l. delegare. & in. l. si debitorem de nouat. † Nec refraga-
tur ꝙ contractus claudicet contra. l. Iulia. in §. si quis collu-
dente ibi vt aut stetur emptioni aut discedatur. j. de actio.
emp. contrahentium enim æqua debet esse conditio. l. si de
meis in princip. supra de arbitris, tradit Rom. in consi. 462.
in proposita ad fin. Bar. in consi. 2. col. 2. lib. 4. & Dec. in. ca.
160 cum inter in. sexto not. de excep. † alia similia in quibus clau
dicatio actus prohibita est adducens, quia respõdeo, ꝙ pro
pter diuersitatẽ rationis quæ vrget in dictis casibus, vt hic
per Mod. Taur. col. 21. admittitur claudicatio contractus,
prout etiam hic tradit Cur, in. 11. colu. Et ꝙ stante diuersi-
161 tate rationis, † claudicare possit contractus, est etiam text.
cum gl. in. d. §. si quis in secundo respõsio vbi Paul. de Cast.
not. & Dec. in. d. c. cum inter in sexto nota. facit quod scri-
bunt

bunt Soz.& alij in rub.infra de acqui.posseſſ.ꝙ contrariorum eadem eſt diſpoſitio, quando eadem eſt ratio in contrarijs,ſecus ſi diuerſa.

Sed contraria opinio.& communis & verior videtur ꝙ præcedente iuſſu de ſoluendo. ſi tantum ſecuta ſit pomiſsio non fiat nouatio in dubio,nec liberetur primus debitor.Ita Pau.de Caſt.Aret.Soz.& Iaſ.& Pau.de Caſt.in.l.qui vſumfructum infra de ver.obl.licet Dec.& alij allegent ad oppoſitum & malè,cum velit non fieri nouationem in dubio, hoc caſu niſi aliud expreſsè agatur inter partes, ex ſola.n. promiſsione non liberatur mercator debitor,quia non adimpleuit in forma mandatum.d.l.ſi debitor,& conſequenter nec mandans, ex natura correlatiuorum vt hic per Soz. & Pau.de Caſt.in conſi.47.viſo col.4.in antiquis & ita latè pro hac opinione conſuluerunt Barba.lib.1.in conſi.37.& Soz.in conſi.267.vbi atteſtatur com munem opi. eſſe contra Bart.hic & extra caſum delegationis videtur tenere hic etiam Dec.ſi de animo deleg.non conſtat. Quomodo autem cõſtare dicatur,ex dicendis infra apparebit,ex quo ſequuntur multi not. effectus vt ex prædictis apparet, & declarat.Pau.de Caſt.in.d.l.ſi debitorem.

Non obſt.modo in oppoſitum adducta ꝙ in fauorẽ creditorum cẽſeatur facta nouatio, quia reſpondetur ex dictis Saly.in.l.filius.ʒ.ad maced. & Bar. in conſi.proximè alle.ꝙ ex quo campſor mihi non ſoluit, primus non eſt liberatus, quia fidem ſecundi mercatoris ſecutus ſum talẽ qualem voluit primus,vt illius mandatarius, tam ad vtilitatem meam quam ſuam,vt liberetur à me,ſi alteruter ſoluat,& non aliter,& ſic nihil poteſt imputari huic creditori, qui promiſsionem recipit, eaq́ue ſola contentus fuit, quia id non egit animo nouandi, vel recedendi in dubio ab obl.ſed recipiendi ſol.iuxta mandatum debitoris, & quo per acceſsionem alterius perſonę ſit ſibi magis cautum vt hic per Aret. in vlt.col. ſecus ſi ageretur expreſsè, & fieret nouatio ſecundum Pau.de Caſt.in locis præal.& Soz.in.d.conſi.267.col. ſi.vbi etiam reſpondet ad argumẽtum ſupra factum de ſol. & promiſsione ꝙ à pari procedat,vt verum ſit quantum ad hoc,ꝙ res non dicatur integra.Ideo ſicuti poſt ſol.non poteſt fieri reuocatio,quia res non dicitur integra.l.ſi cum cornelius,ibi antequam redderetur.ʒ.de ſolu. Ita poſt promiſſionem,quia pariter res non dicitur integra. & in hoc promiſſio æquiparatur ſol.l. ſi patronus.§.de illo infra de dona. vt hic etiam per Dec.col.1.

Sed dicta æquiparatio non ſubſiſtit quantũ ad effectum nouationis quia per ſol.nõ ſit nouatio. Ita nec per promiſſionem,niſi per viam deleg.vt ibi per Soz.& clarius procederet dicta conclu.quando campſoris promiſsio non fuiſſet ſtipu.vallata,quia ſine ea non ſit nouatio.d.l.delegare,& latius infra dicetur & prædicta concluſio contra Bart.hic procedit in materia delegationis propriè vt non liberetur primus debitor per promiſsionem ſecutam.d.l.ſi debitorem, ſed per viam nouationis multipliciter poteſt contingere liberatio, vt infra declarabitur, & dictis caſibus ſaluari poteſt opinio Bar.hic.Pro cuius rei intelligentia ſciendum eſt

162 † delegationem à nouatione longe differre.quod oſtenditur pluribus medijs,primo propter copulam, quæ inter diuerſa poni ſolet, & inter prædicta interpoſita reperitur, in rub.ff.&.C.de nouationibus & deleg. Secundò quia diuerſimode diffiniuntur ſeu deſcribuntur,ſcilicet quòd nouatio

163 dicitur,† prioris debiti,in aliam obl. transfuſio atq; translatio & ſic perimitur prima,& ſecunda loco primæ conſtituitur,ſeu ſubrogatur.l.j.de nouat.quamuis ſecundum Pau. de Caſt.ibi ex toto non perimatur prima cum in aliã transfundatur. vnde videtur etiam prima ſubſiſtere, quia ſubſiſtit ſecunda loco eius ſubrogata argum. leg. cum filius.§. hæres infra de lega.2.Delegatio autem dicitur alterius debitoris, loco ſui per ſtipulationem creditori, vel cui iuſſerit facta datio. leg. delegare.ff.de nouat. ita ꝙ aliter deſcribitur delegatio,quam nouatio.Quę quidẽ in vna eademq́; perſona fieri poteſt. Delegatio autem non.d.l.delegare, & l.3.cum glo.1.ac.l.ſi.C.de nouat. Traduntq; Cyn. & Saly. in rub.eiuſdem titu.& ideò in materia correctoria, in qua ſtricta fieri debet interpretatio app.nouat. de qua in.d.l.fin. non veniret delegatio vt ſtatim dicam proban.ꝙ plura exã

164 guntur ad inducen.deleg.quam nouar.† Dicunt etiã Cyn. & Saly.in rub.de nouat.ꝙ prædicta differunt tanquam genus,& ſpecies quia nouatio eſt genus, cum alia voluntaria, alia neceſſaria ſit.Delegatio verò eſt ſpecies, quæ voluntate tantum fit.Imò eſt principalior ſpecies.quæ ſub ipſo genere nouat.conſiſtat.Ideò in prædictis rubricis, poſito genere,ſubiungitur de ſpecie ipſa, ſicuti in titulo de ſeruitutibus,& aqua ſecundum Pau.de Caſt.in.l.ſi vſusfructus infra de nouat.vbi dicit delegationem propriè ſumpto vocabulo dici,quando id quod mihi debes,de mandato meo, creditori meo promittis,quo caſu duplex perimitur obl.illa,qua mihi tenebaris,& altera qua ego creditori meo adſtringebar,& vna tantum de nouo conſtituitur, ideo eſt principalior ſpecies, quę ſub genere nouationis fit.Et de ea ſpecialiter ac nominatim habetur mentio in dictis rubr. pro quorum declarat. vide etiam Iaſ.in.l.j.col.3. &.4.C.de iudicijs vbi de materia nouationis & delegationis plura ſcribit, & qđ de volũtaria & neceſſaria tactũ eſt, pulchrè declarat,& dicit tex.ſignandus in.l.a.C.de noua. ꝙ ſicuti oblig. prima nouat.perimitur, ita delega.perſonæ ritè facta, iure nouat. primus contractus euaneſcit.

165 Ad hoc ergo vt fiat ſeu inducatur delegatio, † plura requiruntur Aret.Sozi.& Iaſ.hic.ac Dec.in.1.colu.Imol.& Pau.de Caſt.in.d.l.delegare per illũ tex.Pau.de Caſt. Alex. & alij,in.l.qui vſumfructum,infra de ver.obl.Alex.in cõſi. 10.lib.2.& in conſi.40.lib.3.& in conſi.173.lib.7.& Soz.in conſil. 267. Requiritur.n.primo ꝙ promiſsio fiat iuſſu vel mandato debitoris delegantis. Secundò ꝙ promittens ſit debitor mandantis,& promittat tanquam debitor delegantis.Tertio ꝙ promittat per ſtipulationem. Quartò ꝙ loco primi ſeu vice primi debitoris. Quintò ꝙ delegatus ſeruet fines madati,& ꝙ non excedat formam commiſsionis, & ideò ſi mãdaui ꝙ promitteret,& ipſe nudo pacto ſine ſtip. Id egit, non ſit delegatio,vt per Pau.de Caſt.in.d.l.delegare,vel ſi mandaui vt ſolueret nõ ſufficeret promittere, nec induceretur deleg. vt in ſuperioribus diximus. & vno prædictorum deficiente,non erit delegatio, nec primus debitor erit liberatus.ſi campſor vel mercator decoxerit, vel foro ceſſerit,cum actio mea nouata non ſit, nec ipſe à me ſit liberatus ſecundum præallegatos & Pau.de Caſtr.in.d.le.ſi debitorẽ per illũ tex.ac Soz.hic in pe.col. aliàs fiet nouatio. & primus debitor liberatus erit, licet expreſsè non agatur,

166 vt nouatio fiat, † cum delegatio vim ſol.obtineat,ſoluit.n. qui delegat,vt dicit tex.in.l.non putat, in.§.interdum infra ad velleia.nam debitoris nomen videtur inſolutum datum vt hic declarat Are.& ſequitur Dec.col.1.&.in conſi.421. col.fin.& tradit etiam Alex.in præal.conſi.173. propterea liberatio contingit non ob. ꝙ hodie non fiat nouatio, niſi

167 expreſsè dicatur.d.le.ſi.C.de nouat. † quia lex illa locũ non habet in nouat. quæ fit per delega.in qua per legem illam, nihil mutatũ fuit. Nam huiuſcemodi nouatio quæ per delegationem fit,etiam hodie prædictis concurrentibus licet

168 expreſsè non dicatur, perficitur,† Ratio eſt ſecundũ ſcrib. præallegatos,quia delegatio, nouatio eſt, & aliquid plus,cũ ſit ficta ſolutio.d.§.interdum,& cum prædicta lex, ſi.correctoria ſit,& in nouatione loquatur,in ſimplici noua.ſtrictè propriéq; intelligenda eſt, non in ea quæ eſt etiam ſolutio,nam quando campſor vel mercator promittit, conſideratur non ſolum perſona promittentis prout in nouatione contingit,ſed res,quæ in ſolutum datur.quia nomen de-

169 bitoris,† pro quantitate ſolui poteſt.l.ſi ſponſalibus.§.j.infra de iu.do.& conſequenter ea eſt ratio,quæ in ſolu.nimirum,ergo per eam,prima obligatio tollitur. ſicuti per ſolutionẽ,& hæc eſt vera & cõmunis doct.ſentẽtia,vt hic atteſtantur Pau.de Caſt.colum.pen.Aret.prima & ſi.Soz.colu. pen.Iaſ.15.& Dec.11.Imol.in.d.l.delegare,col.a. Barb. in d.conſi.37.col.4.ad ſi.Dec.in conſi.421.col.fin. & Alex.in præal.conſi.173.licet Ange.in.d.l.delegare,prout ibi etiam refert.

refert. Paul. de Castr. hoc valde dubium esse dixerit, & de-
cisione cæsarea indigere.

Primum ergo requisitum ad causandum aut inducen. de
170 legationem est † quòd promissio fiat iussu. aut mãdato de-
bitoris delegãtis. l. si debitorem. ibi iussero rem, infra de no-
uat. no. glo. per illum tex. in. l. nõ putat infra ad velleia. Alex.
latè in consil. 60. & 173. supra allegatis, vbi propterea dicit
post Imol. & Comensem. quòd ille qui promittit pro alio,
vel promittit illud quod alius debet, nõ liberat principalem
debitorem, quia accessoriè obligari videtur argu. l. si pro te,
infra mandati, nisi alia apponãtur. de quibus infra dicemus,
171 † & quòd si debitor vel alius accedat sine mandato vel ius-
su primi debitoris non liberetur, primus ab obl. sicque non
fiat delegatio vel nouatio. est tex. in. l. vbi quis. infra de con-
stit. pec. dicens quòd vbi quis pro alio se solutum cõstituit,
adhuc is pro quo se constituit obligatus remanet. quemad-
modum etiam voluit Barba. in. d. consi. 37. colum. quinta, &
sexta Alexan. consi. 159. lib. 2. & Aret. hic ad fin. commen-
ti, vnde per interuentum nouę personę obl. prima non tol-
litur, vendicatq; sibi locum. l. fin. de nouat. quòd prioris cau
telæ non derogetur, nisi de mente contrahentium sit & ap-
172 pareat vt infra dicemus. † Quare autem necesse sit concur-
rere voluntatem debitoris delegantis, & eius cui fit delega-
tio, cuique promittitur. Declarat Pau. de Castr. in. d. l. dele-
gare. Sed non videtur de necessitate debere concurrere vo
luntatem primi debitoris, vt liberetur cum etiam inuitus li-
berari possit. l. iudiciũ & solutionem infra de solu. Dec. infra
in decima colum. Quod procedere potest in nouat. non in
delega. propriè sumpta, quoniam fieri nequit, nisi mandato
173 & iussu primi debitoris vt dictũ est. † Nota tamen satis esse
voluntatem prædictam debitoris apparere per epistolã, vel
nutum text. est in. d. l. delegare scriptura, vbi scriben. Pau. &
Imo. maximè, & tamen secundum Imo. ibi non esset pec-
care in Spiritum Sanctum tenere per illum tex. à contrario
sensu. Illud intelligi quando delegans non potest loqui, aliàs
quòd requiratur iussus vel mandatum.

174 Secundum requisitum. † quòd delegatus sit debitor man
dantis, & tanquam debitor promittat aliàs nõ esset delega-
tio nec liberaretur primus debitor, vt etiam per illum text.
pulchrè not. Barto. & Pau. de Cast. in. d. l. delegare. infra de
noua. Ratio assignari potest ex mente Aret. hic, quia quan-
do prædictis concurrentibus delegatur debitor, etiam ho-
die fit nouatio. quia consideratur non solũ persona promit-
tentis prout in nouatione contingit, sed etiam res, quæ in-
solutum datur. Ita quòd eadem est ratio, quæ in solu. Ideò
nimirum, si nouatio fit, & ab obl. id est primi debitoris con
tingit liberatio, nisi ergo promitteret delegatus. tanquam
delegantis debitor, non resultaret prædicta insolutum da-
tio. & consequenter neque delegatio propriè intelligi, sed
largo modo posset. vt per Paul. de Castr. in. d. l. delegare, &
Dec. hic, Aret. tamen in consi. 5. Quem post Sozin. & Ias.
refert hic. Dec. in. 12. colum. Contrarium subtiliter atten-
tauit dicens pro hac opi. esse iura aperta in. l. si titius infra de
nouat. & in. l. si purè. §. si eum. infra de excep. doli. vbi vo-
lens mihi donare, si iussu meo alteri promittat delegatus di-
citur. & tamen promittens adhuc illi nihil debebat. cui non
donauerat. sed donare volebat, præterea diffinitio delegat.
per quam vocabuli proprietas ostenditur, vulgato. §. appel-
lata, & l. prima, cum not. infra de testa. non requirit quòd al
terius iussu promittens debitor sit, ergo talis delegatus pro-
priè dici poterit, cum delegare sit, alium vice sua, reum da-
re, Reum intellige secundum Aret. respectu promissionis.
quam modo facit, quia reus & debitor creditoris per eam
efficitur. Ita intelligitur ille tex. in. d. l. delegare, facit. l. si quis
delegauit in eod. titul. vbi patet quòd debitor, qui tutus est
exceptione, ita quòd effectualiter non potest debitor dici,
promittendo ex certa scientia delegari dicitur, quamuis do
nanti similis sit, si similis est donanti, sicuti ille propriè de-
legari dicitur. ita & iste, qui nullo modo prius obligatus do
nauerat. Et istam opinio. etiam tenent hic Moder. Medio.
175 licet de prædictis non faciant mentionem. † Sed non est à
communi opinione discedendum per præallegata, Ad iura
in oppositum per Aret. adducta respondet hic Iaso. col. 14.
quòd ex quo ille qui volebat donare, delegationi consentit
ad actum donandi censetur velle descendere, cum donatio
traditione, aut promissione perficiatur, insti. de donat. in. §.
perficiuntur. sed quia Aret. subtiliter loquitur, Iaso. cogitan
dum esse dixit. Sed sol. Ias. sine lege est & ratione, ideò Dec.
hic negando cõsequentiam improbat, ac etiam quia deleg.
176 tempore debitor non reperitur. † vnde ad illa iura, & ad. l. si
quis delegauit. responderi potest, quòd est quidem delega-
tio. sed impropriè & largo modo Pau. de Cast. loco præal-
leg. & hic per Sozi. & Dec. in pen. & vlt. colum. Sed nõ est
talis delegatio, quæ solutio sit. & locum non habeat tex. d. l.
fin. C. de nouat. Sed tantum illa, quæ sol. locum tenet per ra-
tionem supra assignatam. Quare hodie dicta. l. fin. non cor-
rigat iura antiqua in tali delegatione, cum sit nouatio, & ali
quid vltra videlicet ficta sol. quę solutio considerari nõ po-
177 test vbi nomen debitoris nõ datur insolutum, † nisi (intel-
lige) de mẽte contrahentium ex aliquibus coniecturis ap-
pareret velle nouat. facere, & hanc secundam loco primæ
subrogare, vt infra dicam. quia tunc in ea delegat. haberet
etiam locum dicta. l. fin. vt patebit ex statim dicendis. Ad
ponderationem Aret. de dic. l. delegare, ibi reum dare. Re-
sponde quòd stringunt pro communi verba illa reum dare
creditori. Important enim id est dare alium suum debito-
rem creditori, & sic refertur verbum. reum ad dantem. Ita
178 vt sit reus dantis, † & quòd interpretatio Aret. intelligen-
tis reũ respectu promissionis non subsistat ostenditur, quia
tex. dicit dare alium reum, & sic quando datur reus est dan
tis, videlicet quia respectu recipientis, post promissionem.
reus efficitur, & sic postquam datus est, Confirmatur hæc
intelligentia per plura iura illius tituli de noua. quę hoc mo-
do loquuntur, si quis debitorem suum delegauerit. facit etiã
tex. in præalle. §. interdum, vbi mulieri intercedenti & de-
bitorem suũ deleganti cõdictio dicit tex. competit quem-
admodum si pecuniam soluisset. soluit enim inquit, & qui
reum delegat, Ex quibus apparet reum ipsius delegãtis de-
bitorem dici in hac materia, licet post promissionem reus
ac debitor recipientis efficiatur.

Circa tertium requisitum stipulationis, scilicet in dele-
179 gatione extra iudiciali requisita, † iura aperta sunt, in dicta
l. delegare, & in leg. prima. C. de nouat. & tenent commu-
niter scriben. hic, & in locis superius allegat. & Alexand. in
præallegat. consil. 173. ac Deci. in consil. 421. colum. fin.
Quod est verum, inter delegatum & eum cui fit delegatio
iuribus præallegatis, secus intra delegantem & delegatum,
cum solum requiritur voluntas delegantis. quæ nutu, vel
per epistolam declarari potest. l. deleg. scriptura, vbi Pau. de
Cast. not. infra de nouat. & sic sufficit constare de volunta-
te delegantis, vt delegatio inducatur. Ex quibus inferri po-
180 test † quòd mutus non delegatur. cum loqui nequeat, & sti-
pulatio, quę in delegatione necessaria est, non fiat nisi vtro-
que loquente. l. prima, infra de verb. oblig. secundum Imo.
in dicta. l. delegare scriptura.

181 Limitantur prædicta † secundum Sozin. hic & Dec. in
consilio. 107. quando ageretur in curia mercatorum, inter
mercatores, vbi sola ęquitas inspicitur, & tantum facit sim-
plex pactum, quantum stipulatio. vt per Barto. in leg. quin-
tus, & in. l. si fideiussor in. §. quædam, per illa iura infra man
dati, Quod reprobant hic Moder. Taur. in. 21. colum. quia
Bartol. & doct. in campsoribus, & mercatoribus expressè
loquuntur, sic limitatio esset destructio conclu. Bart. Quod
verum non est, quia an hoc casu necessariò requiratur sti-
pulatio vel non, Barto. non inuestigat nec terminat, item
præfati Moder. non respondent ad rationem Sozi. quam-
uis saluan. Bartol. dicant quòd ipse non loquitur quando
esset quæstio inter mercatores, vt in limitatione Sozin.
182 † Quod etiam non subsistit quia conclusio Bartol. in lo-
cis præallaga. generaliter intelligitur in curia mercatorum,
& vbi agitur in mercatore. Quem æquitas seruandæ fi-
dei indistincte obligat versus quemlibet, vt stipul. vt per

Felyn.in cap.primo,in primis columna de pactis,& Rip. in
rubr. de verbor. obliga. in decima. colum. & per Alexand.
poſt Bald. ab eo relatum in .l. iuriſgentium in.§. ſed quum.
nulla in fin.ſupra de pact.vbi etiam Iaſo. in ſecunda colum.
quòd not.eſt ad declarationem deciſionis. Bart. ſupra rela-
tæ, Dec.in conſi.421.colum.fin. in mercatore tenet nõ re-
quiri ſtip. ſequendo deciſionem Bart. hic qui tamen loqui-
tur de promiſsione,& ſic vbi interuenit ſtipulatio in dubio,
licet etiam in terminis Bart. quando mandatum fuit vt ſol-
ueret & promiſsio ſecuta eſt,delegatio nõ fiat,nec nouatio,
nec contingat liberatio à prima obligatione, vt contra Bar.
hic in ſuperioribus dictũ fuit . Teneo igitur indiſtinctè pro-
cedere,quòd Sozin.& Dec.in locis ſupra allega. dicunt,ve-
rum eſſe quòd in curia mercatorum , etiã quòd non agatur
inter mercatores.Sed inter nob.& mercatorem concurren
tibus cæteris habilibus fieri delegationem & ſi nõ interue-
niat ſtipulatio. quia nudum pactum & ſimplex promiſsio
pro ſtipulatione eſt in mercatore propter ſummam fidem ,
quæ in mercatoribus requiritur , vt dixi, & ſic iuris cenſura
ſatis dicitur interuenire ſtipu.
183 Quartum requiſitum † quòd debitor delegatus promit-
tat loco ſeu vice primi debitoris,probatur per dictam.l.de-
legare,vbi Imol. & Paul.de Caſtr. not. & ex dicendis in ſe-
quenti requiſito,latius apparebit .
184 Quintum requiſitum eſt † quòd delegatus formam de-
legationis & cõmiſsionis non excedat. Sed diligenter exe-
quendo obſeruet,vt diximus ſupra in.6.conclu. Barto. & in
185 enumerat.iſtorum requiſitorum.† Notandum tamen dili-
genter eſt,ꝙ licet prædicta punctualiter non interueniant,
dummodo tamen ex coniecturis conſtet de animo nouan-
di,ac volũtate delegãtis,& eius qui delegatur inducitur no-
uatio, & liberatio primi debitoris.l.vbi quis cum gloſ.infra
de conſt. pec.§.argentariorum cum gloſ. in auct.de fideiuſ.
&.l.fin.C.de nouat.Aret.Sozin.& Moder.Medio.hic,Bar-
ba.in conſi.86.colum.ſeptima lib.4.Imo.pulchrè in.d.l.de-
legare,colum.fin.Alex.in præalleg.conſil.60. & 173.& in.l.
qui bis idem,infra de verb.oblig.Ludo.Gozadi. in cõſi.70.
colum.quarta,vbi etiam dicunt, quòd quando ſecunda obl.
facta eſt ſub commemora. primæ agitur ex ſecunda, nõ ex
prima,quæ nouata intelligitur per.l. nõ ad ea infra de cond.
& demonſt. & propterea infertur pariter ꝙ ſi quis promit-
tat creditori loco talis vel vice talis , videtur creditor vnum
debitorem loco alterius eligere. ideò ſiue ſit debitor credi-
toris ſiue nõ,fit nouatio & liberatio primi debitoris.d.l.de-
legare ſecundum Sozin.& alios hic,& Alex.in conſi.proxi.
allegatis, & Pariſium in conſi. 107.lib.3. & pulchrè Imol.in
d.l.delegare colum. fin. vbi mens inquit partium eſſe vide-
tur vt obli. iſtius ſubrogetur loco primæ, hocq; clarum eſſe
ſubijcit,tam de iure antiquo,per.§.prętereà inſtit. qui.mo-
dis tollitur , obli. quàm de iure nouiſsimo per.d.l. fin.C. de
nou.ibi,voluntate,& non legibus eſſe nouandum,quaſi etiã
hodie inquit fiat nouat. quando illa tacite non inducitur à.l.
hoc eſt ex coniectura legis. Sed ex voluntate & mente par
tium de qua veriſimiliter appareat, & ipſo iure fieri ibi pro-
186 bat,& idem vult eſſe ſi dicat † promitto pro tali,ſuſcipien-
do in me nomen vel obl.ipſius per.l.ſi pater.C. de nouat.&
generaliter vbicunq; inter delegatum , & creditorem actũ
eſt nouationem fieri.l.cui recte. cum ibi no. infra de nouat.
Aut ex alijs coniecturis de tali voluntate appareret. cũ vo-
luntas ſit illa quæ vt diximus hoc operat̃ , ad quod vide etiã
Sozin.in conſi.267.colum.fin.& Pariſium in pręalleg.con-
187 ſi.107.colum.ſecunda,vbi cõſulen.firmat idem eſſe † quan
do delegatus promiſit pro alio delegante, ſcilicet quia idem
eſt dicere ſecũdum meum pro tali quòd loco talis , vel vice
talis . quæ opinio eſt erronea, nec inducitur hoc caſu noua-
tio . Sed videtur ille acceſſoriè obligari, argu.l. ſi parte infra
mandati & ita in terminis declarat pulchrè Imol. in.d.l.de-
legare,colum.fin.& conſuluit Alex.in præallega.conſi.173.
& deciſio.Saly.in.l.fin.C.de nouat. per Pariſium allegata in
alijs in terminis eſt,cum videlicet dico,pro decem, quę tibi
debeo promitto quindecim, cõſtat enim tũc de animo no-
uandi, & à prima obli. recedendi,faciunt,quæ in ſuperiori-
bus dixi. Ex quibus infertur ad quæſtionẽ de qua heri vnus
veſtrum me interrogauit,ſi pro centum quinquaginta ſcu-
tis dedi talem debitorem,& tu acceptaueris,& debitor po-
ſteà decoxerit,an ego liberatus ſim? videtur ꝙ ſic. quia ap-
paret de animo nouandi,& quia creditor vnum debitorem
loco alterius elegit , quia cenſetur nomen debitoris inſolu-
tum datum, ergo à prima obli. contingit liberatio. Et vbi-
cunque in ſecundo inſtrumento reſeruata eſſent iura priſti-
188 na, † dicendum ſine dubio eſſet non induci nec fieri noua-
tionẽ , vt ex prædictis apparet & conſuluit Ludouicus Go-
zadi.in conſi.38.colum.j.
189 † Quoſdam tamen caſus in quibus ex ſpeciali ratione
non inducitur nouatio nec liberatio primę oblig. etiam vbi
aliàs ſecundum ea quæ ſuperius diximus nouatio indu-
citur, poſt Sozin. Iaſo. & Opizonum, tangunt hic remiſsi-
190 uè Moder. Taurin. & Mediol. † & Inter alios notandus eſt
ille caſus quòd ſi delegans ſciuerit mercatorem , quem dele
gabat breui aut cito foro ceſſurum , aut decocturum , licet
per delegationem liberatus ſit ab oblig.prima,creditori ta-
men ad intereſſe tenetur , quem de hoc non monuit vt per
eos.quibus addite Roma.in ſingularibus ſuis ſin.286.incip.
nunquid ſi ſum magnus mercator. vbi pulchrè dicit , quòd
ſi mercator ſciat in conſilio ciuitatis factũ ordinem de fru-
mento in craſtinum viliori pretio vendendo & ſtatim ven
diderit quod habebat , non certifican. de hoc emptorem,
tenebitur illi ad intereſſe. præcipuè per text.notabilem in.l.
ſi vina, quæ in dolijs infra de pericul.& commodo.rei ven.
Et facit etiam in ſimili, quod pulchrè not. Barto.in.l.prima
in princip. per illum tex.ff.ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus. fue-
rit contra præfectum vrbis qui imperatorem coronat. à
quo ex conſuetudine liberatur à debitis ſuis , ſatisfaciente
Cæſare omnibus debitoribus eius. præfectum enim aduen
tum Cæſaris ſentiens multa debita contraxit ſpe futuræ li-
berationis. Dicit quòd ab huiuſcemodi debitis liberari non
debet, per illum tex. quem ad alias pariter inducit quæſtio-
nes , De quibus vide Chriſtofor. Porcium in.§. item fini-
tur inſti. de vſufruct.
Gloſ. fin. diuiditur, vt hic per Iaſo. in primis ipſius gloſ.
dum allegat.l.aduerſus extollitur per Bald. pro declaratione
191 illius.l. vt omnis cõtractus poſsit in mutuum conuerti, † li-
cet ipſum mutuum in alios contractus, conuerti non poſsit
l.ſi verò.§.ſi poſt infra mandata,vbi ſi poſt creditam pecu-
niam , mandauero creditori credendam . mandatum nul-
lum eſt,& ſic mutuum in cauſam mandati conuerti non po
teſt.Sed nulla ratio eſt cur nequeat in alios contractus con-
uerti mutuum,ſicuti alij contractus in ipſum mutuum me-
diante ſtipulatione . Imò facilior videtur conuerſio ex mu-
tuo in alium contractum , quàm ex alio contractu in mu-
tuum,cum mutuum contrahatur ſolummodo in rebus pon
dere, numero, & menſura conſiſtentibus, & re exiſtente in
192 præſentia vel ſolutioni parata. vt hic † alij cõtractus,etiam
in alijs ſpeciebus & iuribus.l.licet.§.primo,&.l. nuptura in-
fra de iur. dot. & plenius in ſuperioribus dictum fuit . Nec
obſt. dicto.§. ſi poſt creditam, quia partes ibi non agebant
vt mutuum conuerteretur in cauſam mandati,Id enim fie-
ri potuiſſet. Sed poſt pecuniam creditam,& cõtractum fa-
ctum, mutuumq; mandauerat quis creditori pecuniam cre
dendam , quo caſu non ſubſiſtit mandatum cum præcede-
re debeat,& antea interuenire, vt ibi declarat glo. Non au-
tem vult ille text. quòd mutuum in alium contractum pu-
ta mandati conuerti non poſsit, & in dicta.l.aduerſus,deci-
ditur extenſionem non numeratæ pecuniæ , quæ in mutuo
locum habet, non procedere quando in aliud debitum con
uerſum eſt mutuum. Sed tũc in ſpecie ſolum an iuſtum præ
ceſſerit debitum, iſte eſt veriſsimus illius.l.ſenſus .
Sed contra text. dicto.§. ſi poſt & prædicta videtur ca-
193 ſus.l. ſi iam facta.ff. de condi. & demonſtr. † vbi ſi iam fa-
cta ſint quæ conditionis loco ſcripta fuere , diſtinguitur
inter teſtatorem ſcientem & ignorantem , vt præſenti die
debeatur . ſi teſtator neſciuerit , ergo eodem modo ſi poſt
creditam

creditam pecuniam mandauero credendam.dicendum vi-
detur debere mandatum subsistere. & per text. d.l. si iam
facta tres nota. quæstiones per scrib. deciduntur.quòd gra-
tia Pontificis ad vacaturum locum habeat etiam in vacan-
te tempore concessionis. secunda quòd facultas testandi de
quæsitis intuitu ecclesię Cardinali, Episcopo, aut clerico per
Papam concessa prosit, si testamentum iam factum erat.ter
tia quòd licentia alienandi feudum, vel emphyteusim vasal
lo vel emphyteutę per dominum data trahitur ad iam alie-
nata. quando dominus id sciuit, vt post alios scrib. tradunt
Sozin.in dicta.l.si iam facta. Aret. in.l.titius.§.Lucius infra
de liber.& posth. & Alex.in consi.246.lib.5.& in consi.95.
lib.7. Sed responde. quòd mandator accipitur tantum ante
obligationem. Ideò nimirum si nullum est mandatum. Si
obligatio iam contracta erat, quia mandatū præcedere de-
bet factum non sequi. vt per glo.& docto.in.d.§.si post.
194 In ea.glo.ibi,in.l.qui negotia in princ.† vbi dicitur, quòd
si procurator meus exacta pecunia à debitoribus meis, mi-
hi scripsit certam summam apud se esse.eamque sibi credi-
tam, se debiturum cum vsuris semissibus non posse vt cre-
ditam, peti. vult ergo text.ille quòd debitum ex causa man
dati in causam mutui non conuertatur. cuius cōtrarium hic
expressè dicitur. contrarium terribile, & difficillimum est,
& variæ ad illum text. per scrib. accommodantur sol. Qui
mirum in modum in eis se inuoluunt, hercle Aphricanus
195 † dictę.l.qui negotia, auctor de industria.vt ingenia succes-
sorum, inique torqueret, semper obscurè locutus est. patet
in.l.cum quis vbi Bart.no.infra de sol. & in.l. frater à fratre
infra de cond. indeb. vbi Iaso. & alij hanc consequentiam
admittunt. lex Aphricani ergo difficilis quod clarè com-
196 probatur in.d.l. qui negotia, † Et si Vlpian. qui ferè omnia
prętorum edicta interpretatus est, & multas leges edidit ita
obscurè, quemadmodū Aphricanus, locutus fuisset, vt no-
bis legalis scientia intelligi quidem non posset. Sed glo. hic
197 communis est. † q in casu.l.nostræ pecunia non esset præ-
sens. sed sol. parata, ideò contractū fuisse mutuum. ibi nec
extare, nec esse solutioni paratam. Sed consumptam. Ideò
non potuisse pecuniam illam debitā ex causa mandati, con
uerti in causam mutui. quia mutuum non contrahitur nisi
in rebus pondere, numero, & mensura cōsistentibus, & lex,
198 non fingit, † super impossibili.l.cum ad certum infra loca-
ti. &.l. si pater cum.l. sequ. supra de adop. nec super rē, quæ
non est, præalle.l. quoties infra de nouat. si pecunia non ex-
tat, non pōt fingi mihi data: inde à me, ad te profecta. prout
requiritur in mutuo naturali secundū quod hic dicitur, ideò
nimirum si ibi non sit prædicta conuersio in causam mu-
tui. vt fit hic secundum Barto. infra in antepenul. colum.&
sequuntur hic communiter doct. vt hic per Alex. colum.7.
Sozin.fin. & Iaso. 17. Dec.pen.& alios Moder. vt enim di-
cunt doct. partes hic pręsentes erant.& pecunia solutioni pa
rata. Ideò lex fingit quia veritas sic potuit esse. pecuniam
solutioni paratam breui manu profectam de vno ad alium.
& sic contrahi mutuum. in.l. qui negotia, absentes erant &
pecunia consumpta. Ideò fictio illa profectionis pecuniæ
199 breui manu nō inducitur. † Sed lōgissima manu opus fuis-
set, ad quod facit not.tex.in.l.qui decem in.§.item respon-
sum est de soluti. ibi enim non obtulisse eam propter absen
tiam intelligi potest, & sic propter absentiam personarū &
rerum, lex non fingit traditionem pecuniæ absenti factam,
vt dicit Bal.hic etiam relatus per Alex.col.pen. & Sozi.vlti.
Quomodo autem probetur pecuniā fuisse solutioni pa-
200 ratam declarat Bart. & scrib. infra ad fin.commenti. † Sed
à prædicta sol. recesserunt Fulg.Sozin. Iaso.Curt. & pleriq;
alij. primò quia diuinatiua ad hanc.l. quòd hic pecunia exta
ret, & esset sol. parata, hoc enim non apparet, factique est,
quod non præsumitur.l. si emancipati cum simil. C. de col.
secundo quòd in.d.l. qui negotia pecunia non esset sol. para
ta. Sed consumpta text. ille cōtradicere videtur ibi. certam
summam apud se esse. & ibi ipsius periculo nummi fuerint,
ergo pecunia extabat non autem cōsumpta erat.tertio quia
ratio anima legis, ibi assignata ad aliud tendit, non enim se
fundat text. ibi, eo quòd pecunia esset consumpta, sed quia
nuda pactione debitum ex causa mandati non potest con-
uerti in causam mutui. quę ratio militat etiam si pecunia so
lutioni parata foret. & partes præsentes essent quarto quia
201 licet pecunia non esset solutioni parata, † non impediretur
fictio, de qua in.l. nostra, vt probatur in.l.licet in.§.quoties
infra de iur.dot. in.l. si mulier infra de cond. ob causam in.l.
si quis obligationem infra de reg.iur. vt hic per Cur. col. 12.
quinto quia nihil ob. quia in genere etiā inter absentes lex
fingere possit pecuniam fuisse transmissam inde remissam,
& sic conuerti in causam mutui.leg. certi condi.§. si num-
202 mos supra eo.† cum fingat possibile secundum naturam, &
in genere extra hos terminos. de quibus loquimur.l. retro.
&.l.in omnibus infra de captiuis, & post limit.reuer. Barto.
in.l.si is qui pro emptore colum. 12.versic.dic ergo, vbi cla-
rius exemplificat infra de vsucap. & sic quando ego tecum
conuenio quòd illud quod mihi debes ex vna causa ex mu-
tuo debeas, etiam quòd actualiter pecuniam nō habeas sol.
paratā, potes tamen in genere habere, ergo lex fingere po-
test quòd haberes, & consequenter sit mihi data, inde à me
ad te profecta. vt hic per Fulgo. Alexand. & Sozin.colum.
203 penult.& fin. & Curt.duodecima. † Ea propter ipse Curt.
nouum accommodat intellectum ad.d.l.qui negotia. quòd
ideò ibi non fit translatio, in causam mutui. quia agebatur
de actione personali.in causam mutui transise.cum promis-
sione vsurarū semissium quod sine stipulatione fieri non po-
test.l. quamuis.C. de vsuris. sed in casu istius.l. de facienda
prædicta conuersione absque vsuris. quod fieri potest sine
stipulatione vt per eum.

Sed text.d.l. qui negotia huic intelligentiæ refragatur in
multis, quibus Cur.respondere nititur, sed minus bene, Idq;
ex tribus præcipuè ostēditur, vult enim ibi Aphricanus con
uentionem super vsuris factam subsistere. Ideò vsuras, de
quibus conuenerat pręstari debere, & sic virtute cōuentio-
nis factæ, non alio respectu. Translatio ergo ibi in causam
mutui prohibita nō fuit propter vsuras, quia permittuntur
& præstari debere dicit, secūdo causa vsurarum separata est
à causa mutui. Et ideò Aphricanus ibi duas quæst. format,
de mutuo vnam, Alteram de vsuris, & vtrique separatim re
spondet, vt ileque per inutile vitiari non debuisset per regu
lam vtile per inutile de regu.iur. in sexto vnde ob vsurarum
promissionem vitiari non debuisset translatio pecuniæ de-
bitæ ex vna causa.in aliam causam mutui, videlicet pecunia
sol. parata extante, vt hic per glo.tertio repugnat prædicto
intellectui text. d.l. qui negotia in princi. ibi alioquin dicen.
ex omni contractu nuda pactione creditum fieri posse. ex
quo patet rationem decisionis, illius text. esse non propter
vsuras. non præstabiles citra vinculum stipu.sed quia pecu-
nia nuda pactione in casu illo conuerti nō potuit in causam
mutui, & sic tota dubitatio fuit respectu mutui, non respe-
ctu vsurarum. Imò quo ad illas iurisconsult. rem pro indu-
bitata habuit.

Moder. Med. adhęrentes opinioni Alberici Bald. Rom.
& sequaciū, quòd in dicta.l. qui negotia sola epistola, ac in-
ter absentes conuentum fuerit de pecunia debita in mutuū
conuertenda, quòd difficile sit propter absentiam rei tradi-
tioni minimè consentientem, hic inter præsentes res agere
tur, & exacta fuerit pecunia à debitoribus nomine domini
& mandanti quæsita. Ideò in causam mutui facilius con-
uertatur vt per eos. Sed nihil est. Quantum enim ad.d.l.qui
negotia, sola absentia non est illa super qua fundetur decisio
illius.l. vt diximus, & adhuc obstant alia, quæ contra com-
munem solutionem adducta fuere. Quo verò ad legem no
stram confunditur ea intelligentia per hunc tex. ibi quam-
tis nummos meos nō acceperis qui casus extenditur ad se-
quens membrum, vt per Sozin.hic in vlt.colu. & Dec.pen.
& sic nec in secūdo casu pecunia exacta mandantis fuit.cu-
ius contrarium præfati Moder. dicunt. Præterea si pecunia
mandantis fuisset, mutuum vere contractum esset. quia de
meo tuum factum verè & non fictè. Ita quòd res procede
ret, secundū communes regulas mutui. non autem propter

singularia præcepta pecuniç creditæ, vt hic vult iurisconsul.
Non est ergo recedendum à communi intellectu. tam.l.
nostræ, quàm dictę.l.qui negotia, quòd hic pecunia esset so
lutioni parata, ibi non, per adducta in superioribus, & alia
infra dicenda. Non obstant igitur allegata in oppositũ, nam
ad primum motiuũ, solutio patet, ex supradictis dum com-
munem sol. ad illa iura retulimus. Nam ratio Bart. ibi addu
cta ostendit pecuniam hic fuisse sol. paratam. Item per id
quòd dicitur in.l.nostra ibi, quamuis nummos meos nõ ac-
ceperis. qui casus ad sequẽtem extenditur, ex quo patet ex-
tasse pecuniam solutionique paratam fuisse. cum nummos
acceperis secundum Sozin.& Dec.hic colum. penul. & fin.
Ad secundam de verbis, apud se esse positis in dicta.l.qui ne
gotia, quia sol. Saly. & Alex. quòd illud apud me esse dica-
tur, ad quod mihi actio competit.l.id apud de verb.signific.
204 non satisfacit † cum illud fictè sit & impropriè, ideò text.l.
id quòd vtitur verbo videtur. quod fictionem notat. prout
illum text. ad hoc inducit Sozin. in consi. 100. colum. penul.
lib. 1.l.autem qui negotia, secundum veritatem & proprie-
205 tatem loquitur patet ibi esse, † quod est veritatis expressi-
uum.l.si maritus, in.§.legis Iuliæ. vbi Bar.not. infra de adul.
Ego respondeo, quòd illa verba apud se esse. verba sunt par
tis, quę nnn probant ita esse in sui fauorem iuribus vulgari-
bus, & intelliguntur, id est se debere, quia cum esset debitor
quantitatis vna magis quàm alia nõ potest dici debita, ideò
verba illa intelligi nequeunt apud se esse. hoc est, quòd illa
pecunia debita esset sol. parata, intelliguntur ergo vt dixi, ꝙ
erat penes eum. quia illius summę & quantitatis erat debi-
tor.l.incendium.C.si cert.pet.facit optimè tex.in.l. Luciust-
titius infra depositi. vbi luciustitius Sẽpronio scripsit, apud
se nummos centum eiusdem Sempronij esse. & tamen in-
telligi potest etiam quãdo tantundem esset obligatus. & sic
etiam pecunia sol. parata minimè existẽte ad illa verba, ip-
206 sius periculo † respondet hic Alexand. colum. penul. quòd
poterat esse, debitorem pecuniam illam alteri credidisse, ita
quòd sol.parata non erat, & tamen periculo suo stabat. si exi
gere illam non posset, quod absq; magna diuinatione non
videtur dictum. Ideò magis generaliter respondeo, ꝙ cum
esset debitor quantitatis in genere, & multi casus ad damnũ
sui accidere possint iuxta.l.contractus ad fin. infra de regul.
iur. propter quos tamen ipse non liberaretur. cum in gene-
re sit debitor dicta.l.incendium. Ideò nummi debiti ipsius
periculo meritò dicuntur esse.

Ad tertiam respondeo, quòd est comprobatio dicti præ
cedentis per reductionem ad absurdum, quod est fortissi-
mum argumentum.l.nam absurdum.ff.de bonis liber. hoc,
videlicet modo. Dixerat enim ibi iuriscon. in princip.legis,
non fieri illo casu conuersionem in causam mutui. quia pe-
cunia non extabat, nec partes præsentes erant. Subiungit,
alioquin dicendum ex omni contractu nuda pactione pecu
niam creditam fieri posse, id est si conuersio in causam mu-
tui pecunia non extante fieri posset, iuxta thema supra pro-
positum, dicendum esset ex omni contractu, nuda pactio-
ne, & sine re fieri cõuersionem in causam mutui, quod ab-
surdum est & falsum. cum sit contractus, qui re tantum ce-
lebratur inst. quibus mo. re cõtrahitur obl. & ideò citra vin-
culum stip. re non extante in causam mutui non conuerti-
tur.l.si ex pretio.C.si cert.peta. & sic iurisconsul. ibi non sim-
pliciter se fundat super nuda pactione, vt Sozi. Iaso. & præ-
allega. volebanr. Sed iuxta ac secundum terminos proposi-
ti thematis, re, scilicet non extante, & hoc verissimum est,
quòd re non extante nuda pactione, & citra vinculum sti-
pul. alij contractus, in causam mutui non conuertuntur. d.l.
si ex pretio, & quòd pecunia ibi non esset sol. parata proba-
tur, eo quòd id non apparet & volenti hoc dicere, probandi
incumbit onus. vulgata.l.ei qui dicit.ij.C. de prob.l. actor.
Item clarius Aphricanus ostendit in versic. nec huic simile,
vbi ponitur casus contrarius præcedenti. in quo sol. erat pa-
rara pecunia vt hic declarat Alexan. in pen. colum. ergo in
præcedenti, non extabat, nec erat sol. parata. aliàs nudo pa-
cto, potuisset in mutuum conuerti, propter singularia præ-
cepta mutui. Intellige quia in casu illo de meo tuum fieret
fictè nõ verè, pecunia enim ibi à debitoribus meis per pro
curatorem exacta debita mihi erat, non autem mea.l. roga
sti, cum ibi no. per Pau. de Castr. & alios supra eo. facit text.
in.l.si vas. in fin. infra de furt. & quæ plenè scribit Alexan. in
consi. 21. lib. 6. & Bart. in.l.fin. à fratre colum. 14. Ad quar-
tum & quintum, responsio patet ex dictis Bart. hic in ante-
penul. colum. in versic. veniamus ad tertiam. Nec ob. quòd
in genere, vt supra dicebatur lex possit fingere, & fingat im
207 possibile in specie illa vt supra dictum est. † quia respondeo
quòd licet posset, id tamen non facit. nisi subsistente æqui-
tate naturali.l. denique cum.l. sequenti supra ex quibus cau.
maio. cum not. per Bar. in.d.l. si is qui pro emptore in tertia
colum. & quia ęquum non est vt contra regulas mutui, tam
longa manu eam fictionem inducat. Satis habuit lex id fa-
cere re existente sol. parata. Imitando vt inquit Bart. verita
208 tem, nec super impossibili secundum naturam † lex fingit.l.
nam adoptio cum no. supra de adop. Tradit Imol. in.l. sub.
conditione. colum. pen. de solutio.

Quomodo autem in casu dictæ.l. qui negotia. vsurę pa-
cto nudo promissæ vt ibi dicitur peti posint contra text.l.
quamuis.C.de vsuris. Iaso. in.l.iurisgen. in.§. quinimò col.
pen. supra de pac. post Iaco. Butrig. & Fulg. respondet quòd
209 † procur. qui pecuniam domini in vsus proprios conuertit
tenetur ad vsuras ex dispositione legis. vt infra mandati leg.
idemque in.§.si procur. vnde tunc nudo pacto promitten-
do vsuras, promittit illud ad quod ex legis disp. tenebatur.
Ideò dicitur cõuentio legitima & producit actionem. quæ
sol. non satisfacit, quia illo casu conuenitur in vsuris, quæ le-
gitimo modo in regione illa frequentabanrur. vt subijcit iu
risconsul. in.d.§.si procur. sed in.l. qui negotia vsuras conuen-
tas præstare iubere. Curt. hic in antepen. colum. Id esse di-
cit propter contractum bonæ fidei, per epistolam probatũ,
quod nnn placet, quia vsuræ illæ præstantur ex conuentio-
ne facta in contractu mutui. & sic stricti iuris. Ideo me-
lior est sol. Barto. & Ange. etiam relata per Iaso. in dicto.§.
quinimò colum. penult. quòd ibi istius pactum nudum ve-
stitum fuit rei interuentu, propter cohærentiam traditio-
210 nis, † cuius vim obtinuit dimissio ibi facta. iuxta.l. si saccu-
lum in.§.fin. cum glos. infra depositi iuncto.§. interdum.l.
qua ratione infra de acquir. re. domi. ita etiam voluit glo. in
dicta.l. qui negotia.

Circa contrarium.l.si ex pretio. vbi dicitur quòd si quan
titatem ex vna causa debitam stipulatus fuero cũ vsuris ex
alia causa, fit conuersio in mutuũ & vsuræ peti possunt vsq;
ad modum licitũ. ergo non requiritur quòd pecunia sit so-
lutioni parata, Si verò sine stip. Id conuenerit tale pactum
de pręcedenti obl. nihil mutat, & si non fit conuersio in cau
211 sam mutui prout hic dicitur. † Barto. in antepenult. colum.
quantum ad princ. d.l. rectè soluit. quòd in mutuo ciuili lo-
quatur. Nos in naturali vt hic etiam per Pau. de Cast. in vlt.
colum. & Alexan. pen. Sed non bene soluit quantum ad se-
cundum casum dictæ.l. in quo videbatur quòd valere debe
ret mutuum, licet vsuræ peti non possunt. Glo. hic. & in.d.l.
si ex pretio soluit, quòd pecunia non erat ibi sol. parata, ideò
nimirum si in causam mutui, sine stip. cõuerti nequit. Deci.
hic in penul. colum. respondet, non fieri ibi conuersionem
in causam mutui. quia principalis conuentio de vsuris præ-
standis non subsistit, ideò nec accessoria de mutuo arg. leg.
cum princ. infra de regu. iur.

Qui intellectus licet prima facie aures demulcere videa
tur, perspicacius tamen considerãti non satisfacit. Nam con
funditur per illum text. ibi tantum mutuam pecuniam di-
tam conscriptum est. & eius præstari fœnus conuenit. & sic
agebatur ibi principaliter de mutuo contrahendo, prout
etiam natura tituli, sub quo lex est situata ostẽdit. posteà de
vsuris: non autẽ principaliter de vsuris, vt Dec. inquit. Tene
ergo præcedentem solutionem.

212 Circa contrarium.l.si pecuniam. † vbi si debitã mihi pe-
cuniam aut rem aliã in cõspectu meo te ponere iussero libe
raris, & illa mea esse incipit, quia cũ corporaliter à nemine

eius possesio retineatur mihi est acquisita. & quodámodo
dicit text. manu longa tradita, existimanda est. ergo requi-
ritur quòd res & pecunia sit in præsentia, & sic non sufficit
quòd sit sol. parata. Bart. hic colum. antepenul. respondet id
procedere quãtum ad veram traditionem, secus quoad fi-
ctam. & sequitur hic Alex. in pen. colum. sed malè, quia li-
213 cet res sit in presentia. † Traditio tamen à lege ficta dicitur;
vt probat tex. in. d. l. si pecuniam, ibi longa manu tradita exi
stimanda est, licet acquisitio & possesio vera sit. vt plenius
diximus in secundo euiden. vera est ergo sol. quòd quãtum
ad veram dominij transla. & acquisitionem requiritur rem
esse in presentia vt ibi, quæ quidem presentia rei veram ac-
quisit. operatur licet traditio ficta sit, vt ibi, & consequenter
si pecunia fuisset in præsentia vt ibi facta fuisset vere credi-
toris numerari iubẽtis, & mutuum propriè beneq; contra-
ctum, nõ ex singularibus præceptis pecuniæ creditæ vt hic
dicitur, sed si non sit in præsentia, sed tantum sit solu. para-
ta propter singularia præcepta pecuniæ creditæ, fictè mihi
acquiritur, mutuumq́ue contrahitur contra regulas mutui,
ita intelligitur lex nostra.
214 Iuxta prædicta quærit notanter Bar. † qualiter debitum
ex vno contractu posit conuerti, & deuolui indebitum ex
alio contractu ab eodem debendo, ex cuius dictis tres col-
liguntur conclu. prima, quòd in contractu vel quasi vniuer
sali fit dicta conuersio accumulatiuè, siue primo remanen-
te firmo text. sunt aperti in. d. l. diuortio in princip. supra de
neg. ge. & in. l. si remunerãdi in. §. apud Iulianum ibi quem-
admodũ solet mandati teneri debitor qui creditoris sui ne-
gotia gesit infra mandati & cum ista conclu. Bar. transeunt
communiter doct. vt hic per Dec. Curt. & Moder. taurin.
colum. pen. antepen. & 23. Ratio conclusionis est. quia con-
tractus se compatiuntur. nam genus cum specie concurrit,
cum ex diuerso fonte procedant secundum Dec. hic. Sed
clariorem rationem asignauit Bart. in. d. §. apud Iulianum,
quia tunc à seipso exigere debet, sed nõ facit præcedens de
bitum deuoluitur in actionem mandati, vel negotiorum ge
storum per illum text. & intelligitur conclusio quãdo inter-
est dictam conuersionem fieri, aliàs secus. vt per illum tex.
declarat Pau. de Cast. in. d. l. diuortio. de quo tex. vide etiam
pulchrè Sozi. in. l. quod lex. colum. 5. supra eod.

Secunda conclu. Bart. in singulari seu particulari contra-
ctu vel quasi cum fit conuersio in aliud debitum. ex alia cau
sa. si primum non tollitur. quia nihil ad me dicitur perueni-
re, cum duret actio prima. d. §. apud Iulian. vbi mutuum nõ
conuertitur in speciale mandatum nec peti potest actione
mandati. fallit conclu. stip. animo non nouandi interposita,
& in constituta pecunia vt hic per Barto. sed Deci. Curt. &
Moder. taurin. reprehendunt Bart. aliter dicentes, & con-
cludentes, ꝙ debitum ex vna causa conuerti potest in aliud
215 debitum ex alia causa, primo adhuc remanente, † nisi con-
tractus essent incompatibiles. l. duo societatem infra pro so
cio. l. Item illa in fin. infra de constit. pecu. §. primo. l. spon-
salibus, infra de iure dotium vt hic per eũ, quamuis hoc casu
non sit propriè conuersio. faciunt pro hac conclu. alia simi-
lia post Fulg. adducta hic per Alexan. in penul. colum. & ad
decla. §. qui seruum. l. huiusmodi de. l. prima allegata per ip-
sum Alexan. vide pulchrè Sozin. in consil. 1. ipsum colum.
fin. lib. tertio, & Bart. met in dicto. §. apud Iulian. meliorem
quàm hic, ad illum text. asignauit rationem cur ibi mutuũ
non conuertatur in speciale mandatum. sed bene generale,
quia isto secundo casu à se exigere tenetur. Ideò si non fa-
cit, æquum est eum obligari etiam actione mandati gene-
ralis, vel negotiorum gestorũ. secus in primo, & idem clarè
tradit Saly. in. d. §. apud Iulian.

Tertia conclus. ex Barto. si quæratur an primum debi-
tum transfundatur ac transferatur in secũdum, primo sub-
216 lato, † dicendum est quòd non solum per stipu. fieri potest
verumetiam per alium contractum, qui interuentu cuius-
libet rei perficitur, Aut solo consensu celebratur. quia obli-
gatio quæ ex prima causa cedit, in causam secundi contra-
ctus, sed in mutuo non, nisi res sit saltem solui parata, vt
hac leg. & cum Barto. videntur alij transire excepto Curt.
hic in pen. colum. concludente contra Bart. quòd contrad.
dotis ita solo consensu posit celebrari, sicuti mandatum, ali
ter concordans. §. primum. l. si spons. &. §. fin. l. si mandato.
vt hic per eum. & licet taceat. fuit Saly. in. l. si ex pretio col.
fin. C. eod. titu. vbi elegantius quàm fecerit hic Bar. articu-
lum tractauit, subtiliter distinguendo, vt ibi per eum cõclu-
dentem secundam obligationẽ, in dote consensu contrahi.
allega. l. ad exactionem. C. de dot. promis. & quòd debitum
ex vna causa in aliam conuerti posit est etiam tex. in. l. cer-
217 ti condictio in. §. deposui supra eo. † quæ cõuersio in effe-
ctu non est simulatio, quia fomentũ habet ex veritate pre-
cedentis causæ. Ideò non vendicaret sibi locum statutum
exceptionem simulat. reijciens vt Dec. in. d. §. deposui in se
cundo not. post cæteros scribit.

Reliqua dicta Bart. quæ practicam concernunt modicæ
sunt difficultatis. ideò me remitto ad Iaso. & alios Moder.
hic. Et ad laudem Dei huic legi finem impono.

Absoluta in celeberrimo Patauinorum Gymnasio pri-
die nonas April. 1546.

EX L. VINVM.

Pulcherrima figuratio casus, nu. 2.

Quum de vno in. l. dubitatur præsupponitur habilitas omni alio respectu. 3.

Ad æstimationem necessario deuenitur quando res præstanda post moram debitoris non reperitur. 4.

Lex generaliter intelligitur quando ratio est generalis, licet principium sit speciale, nisi resultaret absurditas. quia tunc ratio & si generalis restringitur ad casum super quo est posita, nume. 9.

Quod aliquando est relatiuum substantiæ, aliquando generis, tantum. 10.

Petens ab aduersario. id quod mutuauit non malè petit. 11.

Libellus grosso modo & prout melius fieri potest sustineri debet. nume. 12.

Lex ista vtrum intelligatur de conuentione iudiciali quæ fit per litis contest. vel de extraiudiciali interpellatione, nume. 13. cum sequen.

Dispositio hominis an sit efficacior quàm dispositio legis, nume. 16. & 20.

Vna pars legis per aliam declaratur. 17.

Petere quando verificetur in simplici petitione etiam extraiudiciali & quando requirat litis contestationem. 18.

Aestimatio quanti plurimi an veniat ex dispositione hominis vel legis. 19.

Responsio dicitur congruere interroganti, licet implicitè & exclusiuè per alterius inclusionem respondeatur. 21.

Interpellatio extraiudicialis ex vrbanitate debet præcedere, antequam ad iudiciũ aduersarius vocetur. & an præcessisse præsumatur, & de intellectu. l. quidam Iberius de seruit. vrb. præd. 22.

Interpellatio extraiudicialis quamuis statim constituat in mora, secus tamen est in petitione quæ fit per libelli correctionem, quia litis contestationem exigit, & quæ sit ratio. 23. cum seq. & 32. & 34.

Interpellatio diei cur magis afficiat quo ad moræ purgationem, quàm interpellatio hominis. 26. & 41.

Quare æstimatio quanti plurimi veniat, à tempore moræ etiam in contractibus stricti iuris, & tamen fructus debeantur solùm à tempore litis contest. 28. cum seq.

De Practica condemnationis fiendæ in æstim. quanti plurimi, in materia nostra legis. 29. cum seq.

Condemnatio fieri potest in æstim. vbi res præstanda non extat. Et an tunc possit pro ipsa æstimatio. 29. cum seq.

Remedia quando non sunt contraria possunt cumulari nec tolluntur electione. 33.

In testamento potest fieri contractus.35.

Aestimatio quanti plurimi etiã momentanea attenditur contra morosum.36.cum sequen.

Text.l. in re de condi.fur.l.si seruum meum occidisti ad l. aquil. & .l. pretia rerum declarantur. numer. 36. cum sequen.

Decius melius aliquando fecisset. Ias.sequi.quam studio contradicendi disseutire.39.

Dies interpellat pro homine plenè.num.40. cum seq.vbi ponuntur limitationes.

Debitor quando est diuersi fori, & creditor non comparet ad petendum sibi debitum, vtrum teneatur protestari separatum esse dare, vel tradere, si esset qui reciperet.nume.43.cum sequen.

Argumentum de tempore ad locũ & è contrario an & quando procedat.48.cum sequen.

Testis excusatur licet non recordetur de tempore, secus de loco, nume.48.

Debitor fugitiuus, non potest capi in domo, nec in ecclesia. 49.cum sequen.

Ecclesia immunitate quãdo ad eam confugientes gaudeant. Et quid de confugiente ad statuam principis. Item ad corpus CHRISTI *quòd deferebatur per sacerdotem. 49. cum sequen.*

Confugiens ad ecclesiam licet extrahi non possit custodiri tamen potest locus ecclesię per milites. Et si reus exeat.c.51.

Loco sacro maior debetur reuerẽtia quàm tempori sacro.52.

Argumentum de re ad tempus. De personis ad locum. Et de personis ad res an & quando valeat.56.

Locus solutioni destinatus. attenditur ad faciendum aestimationem.quanti plurimi & sic vbi intentaretur remedium l.2.C.de rescin.vend.57.

Petitionis locus, attenditur vbi non est cõuentum vt res certo loco praestetur.58. cum seq. vbi dantur limi.

Intellectus ad l.ratio in.§.fin.infra de actio.emp.59.

Mens partium & contrahentium attendenda est etiam in contractibus, nume.60.

In l. vinum.



IFFICILEM subtilem, repetibilem,
ac perutilem.l.hanc omnes doct.prędicant,
cui turba scribentiũ plus difficultatis
& tenebrarum quàm verę declarationis.
& lucis forsitan attulit.
1 † Nec Iulia. solitam iurisconsultorum
elegantiam & sermonis leporem seruauit,
nam illa verba per iudicem petitũ est. frigidè sonant,
impropriéque ponuntur, peius verbum esset, septies positũ,
totiesque repetitum conspicitur, contra pręcepta artis oratoriæ,
vt per Quint.& alios similiter verba quãti esset, quater
repetita inuenisse satis fuere.

Hoc tamen accidum & asperum vinum, quum bene gu
staueritis suaue bonumque vt spero videbitur. Et si Pau.de
Castr.Alex.Sozin.Iaso.& plerique Mod.summarium Bar.
reprehendant aliter summantes. Dec. tamen Cur. Moder.
Med.& repetentes. & ante eos Aret. sequuntur summariũ
Bar.probantes eum habuisse bonum sensum, sed est disputatio
de lana caprina. Et tamen mihi magis placet summarium
Alexan. quia summarium Bart. non conuenit, neque
quadrat verbis nostræ .l. prout summarium Alex. patet ex
illis verbis facienda est æstimatio. quemadmodum & verba
istius.l.sonant. ibi æstimatio fieret: ideò, &c.

Diuiditur magis communiter in duas partes. vt hic per
Bart.Are.Iaso. & alios. Circa verò casus figurationem Bar.
2 & docto.transeunt cum glos.2. † Ego melius sic pono.

Mutuaui tibi vinum quod restituere mihi tenebaris, in
eodem genere & qualitate etiam quòd id non fuerit expressum.l.
secunda & .l. cum quid supra eo. Et quia non restituebas
vinum iudicialiter te conueni, vini restitutionem
petens. litem contestatus sum. & sententiam pro me reportaui.
à tempore facti mutui citra æstimatio vini semper decreuit.
vnde propter extrinsecam ipsius vini bonitatem.vinum
mihi restituendum censetur non reperiri amplius, ego
non vinum propter bonitatem extrinsecã deficientem sed
æstimationem volo. ad quã de necessitate propter moram
debitoris est deueniendũ, quæ succedit loco vini restituendi.l.
si seruum.§.fin.cum glo.infra de verbo. oblig. & voluit
Bart.infra in pen.colum.& in.l.2.in.§.j. colum.j. supra eod.
Quæsitum ergo fuit, quod tempus inspiciendum obseruandumq;
sit. ad faciendum prædictam æstimationem, an facti
mutui, vel litis contest. aut rei iudicatæ. Et respon.Sabinus
iurisconsultus æstimationem fieri debere iuxta tempus
quo conuentum fuit restitui debere, & si de hoc nihil dictũ
fuerit inspici tempus petitionis. Et quia non solum tempora,
verum etiam loca pretij varietatem faciunt.l.pretia rerum
infra ad.l.falcid. quęsitum pariter fuit cuius loci pretium sequi
oporteat. & iurisc. idem iuris esse respon. in loco quod
dixit de tempore, vt in facienda æstimatione vini attendatur
locus, vbi ex.l. conuentione restitui debebat. si nihil de
loco dictum sit, vbi petitum fuerit iste est casus nitidus.

Et si dicas esse diuinare, quòd vinum restituendum non
3 reperiretur respon.non esse verum.† quum enim de vno in
l.dubitatur cætera habilia præsupponũtur.l. quod testamen
to infra de testa.c.causam quæ de elec.c.cum cessante de ap
pel.cap.1.de fil.præsby.in sexto.c.ex parte de accu.c.Petrus
de homic.c.vnico.de ęta.& quali. & .l.cum Arthemidorum
vbi Pau.de Cast.not.C.vt in possess.leg. notat Gemin.in.c.
vnico in.§.fin. colum. fin. de stu.reg.lib.6.Dec.cuius pecu
liaris fuit regula prædicta in.c.tertio loco ad fin. quarta col.
de proba.in.c.cum omnes secunda lec. colum.j. & in.c.quę
in ecclesiarum.in princ.de constitu.in cap.1.colum.octaua,
de iud.in rubr.C. qui admitti colum.7. & in.l.j. colum.j.C.
vnde legi.& in.l.qui se patris colum.5.C.vnde lib. & in.l.pa
ctum colum.prima.C.de col.vnde quum in hac.l.de facien
da æstimatione vini mutuati in casum restitutionis quæra
tur præsupponuntur cætera habilia, & cõsequenter nos es
se in casu in quo ad æstimationem deueniendum sit, hoc au
tem contingit solum quando vinũ restituendum post mo
ram debitoris decreuit, ita cẽsetur non reperiri amplius con
4 siderata bonitate extrinseca, † & necessariò deueniendũ est
ad æstimationem, vt creditor quod sibi debetur consequa
tur.l.si seruum.§.fin.cum ibi not.per glo.Bart. & doct.infra
de verb. oblig.vt per Bart.infra penul.colum.quamuis non
sit petenda æstimatio, sed vinum ipsum quod est in actione
& obligatione, & cõdemnatio fieri poterit diuersimode, vt
per Bar.in locis supra alleg.& dicam infra, aut in æstimatio
ne, quum vinum illius pretij & valoris post moram debito
ris nõ reperiatur, vel in vino & ad illud quòd vltra interest,
si vinum debito tempore restituisset. Cum misterio igitur
Iulian. hic dixit vinum fuisse petitum, & de æstimatione
vini inde quærit, quia vinum ipsum in actione, & obligatio
ne, sed quia pręstari non poterat, quũ valor à tempore mo
ræ citra decreuisset, ad æstima. deueniendum fuit, & con
demnatio, vt dixi fieri potest vel in æstimatione, quum vi
num non reperiatur in pretio debito vel in vino, & vltra in
æstimatione pluris valoris, secũdum practicas supra relatas.
odio enim morosi prædicta tolerantur, & fieri possunt. Et
5 ideò hic de æstimatione quæritur† ego arbitror q; ind.no
stra condemnatio ad vinum facta fuerit, quia vinũ petitum
fuit, lis super eo contestata & etiam inde lata sententia, sed
q; de æstimatione in executione disputaretur iuxta ea, quæ
in d.l.si seruum, in.§.fin.per Bar.& alios traduntur, ideò hic
de tempore faciendæ æstimationis quæratur.

6 Ratio dubitandi ad hanc.l. assignari potest, † videbatur
enim quòd ad faciẽdum prædictam vini æstimationem ex
causa mutui restituendi inspici deberet, aut tempus con
tractus mutui iuxta.l.cum quid supra eo.&.l. quum quis in
fra de actio.& obli.vel tempus accepti iudicij. per.l.ij. infra
de tritic.

de tritic.aut tempus sententiæ iuxta.§.in hac.l.3.infra com-
mod. Hic tamen deciditur nullū de prædictis temporibus,
præcisè inspici aut obseruari. Sed tempus in conuentione
appositum quòd si de eo nihil conuentū fuerit, tempus pe-
titionis obseruandum. Et idem iuris esse de loco. Ratio de-
cidendi vbi cōuentum fuit, in promptu est quia dies inter-
pellat pro homine, & contractus legem ex cōuentione ac-
cipiunt, vt hic & l.magnam.C. de contrah. & commit.stip.
& l.j.in.§. si conueniat infra de poss. Sin autem circa tem-
pus restitutionis nihil dictum fuerit, tempus & locum peti-
tionis obseruari debere, quia tunc & eo loco, in mora con-
stituitur vt infra videbimus. Et ad allega.supra pro ratione
dubitandi ex infra dicendis responsio patebit.
7 Quia omnis bona disputatio,† debet à diffinitione pro-
ficisci vt sciatur quid est id de quo disputatur secundū Cice.
in primo officiorum, & Vlpia. in l.prima, supra eo.& in.l.j.
de dolo Moder. repe. hic latè instant. circa diffi. moræ se-
quentes Pe.& Cyn.in d.l. in minorum quę diffinitio fuit glo.
in.l.mora.infra de vsur. Sed melius cōuenit in l.quod te su-
pra eo. vbi materia moræ examinatur hic alia farrago libel
li æstimationis, videlicet faciendæ. licet accidentaliter etiā
de mora dicatur.
8 In text. ibi vinum † dicunt hic in prima col. Moder.tau.
quòd licet quęstio fuerit de vino, tex.tamen generaliter in-
telligitur, quia exempla nō restringunt. Sed minus apte lo-
quuntur, quia id quòd hic de vino dicitur non est, per mo-
dum exempli, sed positiue, quia quæstio fuit in terminis de
restitutione vini mutuati, bene fatemur quod in vino hic
dicitur procedere in omni re mutuabili, quia decisio.l.gene
ralis est in omni re mutuabili, cui succedit alia regula quòd
licet principium leg.speciale sit si tamen ratio sit generalis,
debet generaliter intelligi.l.regula.§.primo, vbi Bart.notat
9 infra de iur.& fac. igno. † nisi sequeretur absurdum vel ini-
quitas, tunc enim ratio generalis restringitur, ad terminos
leg. super quibus posita est.l.cui deus cum glo.infra de edil.
edic. notat Sozin. in.l.Gallus in.§.& quid si tantum colu.2.
infra de lib. & post. Dec.in ca.super literis colum.tertia, de
rescript.& Lanc.Galiaula in repeti.l. centurio ad fin.24.col.
infra de vulga. & pupilla.
10 In eod.tex.ibi quod mutuū datum erat, † hæc dictio re-
gulariter relatiua substantiæ, glo. in.l.vnica in verbo profe-
runtur.C. de senten. quæ pro eo. Hic est relatiua generis &
qualitatis, quia non idem vinum, nō eadem species & sub-
stantia restitui debet, sed in genere & qualitate.l.secunda, in
prin. supra eo quemadmodum & ibi mulier damnauit quæ
saluauit glos.in l.domum.C.de iniu.vt hic per Pau.de Cast.
Alex. Sozin.& alios & per Dec.in d.l.in princ. in.2.col. su-
pra eo. Et si hic possit esse relatiua substantiæ, propter om-
nimodam similitudinem quam vnum vinum cum alio ha-
11 bet, vt hic per Bart. Alex.& Taurin. colum.j.† Et prędicta
seruiunt ad not.quæstionem, in actu practico. Petijt quis in
libello aduersarium sibi cōdemnari. ad restituendum idem
quod mutuauit, vt saluetur libellus. per relationem ad genus
non ad eandem speciem, vt per Alexand. in d.l.secunda, ad
fin.principij supra eo.& ibi in.6.not. Dec. sequitur. Quod
12 habeo pro indubitato †. quia libellus sustineri debet. etiam
grosso modo loquendi & omni meliori modo quo fieri po-
test. vt pulchrè per Alex.in consi.38.colum.j.volu.3.& 58.
colum.j.lib.5.Barba.in.c.examinata colum.penul.& fin.de
iud.Fely.in.c.auditis colum.j.de præscrip. Aquen.in.l.edita
colum.10.de eden. & Dec. in consi.212.
In eo.tex.ibi per iudicem petitum est. Et si dicendi mo-
dus insolitus sit. sensus haud obscurus est, quod vinum fuit iudi
cialiter petitum sicq; per iudicem, id est via iudicij seu corā
iudice vt per Bald.Pau.de Cast.Alex.& Iaso.hic in secunda
col.tenentq; scrib.quòd in.l.nostra interrogatio fuerit de iu
diciali petitione, licet respōsio plenior de extraiudiciali in-
clusiuè, exclusiuè autem de iudiciali de quo statim dicam.
13 In tex. ibi petitum esset † pulchra & vtilis hic cadit quę-
stio. De qua nam petitione intelligatur l.nostra, de iudiciali
quæ per litis cōtest.inducitur, vel de extraiudiciali, & vtrum
ęstimatio quanti plurimi veniat à tempore morę & extra-
iudicialis interpellationis, aut exigatur litis contest. Bart.in-
fra in tertia colum.post glo.Alexan.Sozin.& Iaso.colum.j.
& Moder.tau.6.hanc.l.communiter intelligi dicunt. etiam
in extraiudiciali petitione, & per talem actum cōstitui de-
bitorem in mora, vt ab eo tempore citra teneatur, ad æsti-
mationem quanti plurimi. Deci.& si communem fateatur
tamen contrariā opinionē vti veriorem amplectitur, quòd
de iudiciali petitione quæ per litis contest.fit.lex ista intelli-
gatur, & quòd sola extraiudicialis interpellatio non suffice-
ret ad faciendum quem teneri ad æstimationem quanti plu-
rimi Curt.in quarta colum. nunc vni posteà cōtrarię adhę-
ret opinioni. tandem communem sequitur. Moder. Med.
opinio. Alber. & Decij. sequuntur. Moder. repe. charta.2.
& tertium articulum disputantes adeò se inuoluunt vt tan-
dem quid concludant nescias. Ego resecatis superfluis sub-
stantialia magis attingendo articulum discutiam, & verita-
tem ostendere vobis conabor.
14 Sciendum in primis est.† quòd petitio vini mutuati de
qua in principio l.nostrę sermo est, iudicialis fuit vt probant
illa verba per iudicem petitū est, nec est qui hoc neget, sed
aliud est quod inquirimus, de qua petitione intelligatur de-
15 cisio l.† Aret. Dec. & Moder. Medio. post Albe. & anti-
quos. de iudiciali quæ fit per litis contest.l.amplius non peti
infra rem ra. hab. Et quatuor medijs præcipuè mouentur.
Primo quia quum themma l. de iudiciali petitione propo-
natur, quæsitum & interrogatio sit de litis conte.per quam
propriè dicitur facta petitio, in iudicio dicta.l.amplius non
peti. vt interrogationi & quæsito congruat. & cōueniat re-
sponsio iuxta.§.præterea institu.de inuti. stipul. cum vulga.
dicendum est, decisionem l. intelligi de petitione iudiciali.
Secundò quia quum text.l. tertia.§. in hac infra commo. &
l.fin.infra de tritic.in contractibus stricti iuris dicant inspici
tempus litis contest.in ęstimatione quanti plurimi, cur non
dicimus hanc.l. similiter tempore dictæ contestationis litis
intelligi, vt sic faciamus conclusionem, quod in contractibus
stricti iuris quanti plurimi res fuerit nō moræ. sed litis con-
testa. tempus obseruetur. vt in præallegatis iuribus dicitur.
Tertiò secundū Deci. efficaciter hoc probatur per hanc
l.dum quæritur cuius temporis æstimatio fieri debeat, verū
facti mutui, an contestatæ litis vel sententię, & respondetur
quāti fuisset. quum petitum esset, quæ verba de necessitate
referenda sunt ad tempus litis cōtest. de quo quæsitum fuit
& alijs temporibus dati mutui vel sententiæ, non conueni-
ret, vt verba ipsa ostendunt.
Quartò confirmantur prædicta, quia alia iura quæ de li-
tis contestatione loquuntur in ea vim nō fecissent: si mora,
quæ etiam interpell. inducitur, sufficiens fuisset. indubitatū
enim de litis contesta.fuisset: si mora, quæ per extraiudicia-
lem interpellationem incurritur, sufficeret.
Et ad ea quę pro cōmuni opinione adducuntur, respon-
dent præfati post Aret.& Sozi. vt per eos, & maximè ad.l.
nostram quòd potius oppo. probat inducendo vt supra re-
ctèque intelligendo. Ad.l.si.x.cum petiero. resp.Dec.quòd
loquitur in dispositione hominis quæ efficacior est quàm
16 dispositio.l.de qua agimus. † Iuxta glo.§. ex cōditionali in-
stitu.de verb.obli.vt sic per eum & per eundem in.l.j.col.5.
&.6.C.de pact.& in consi.443.col.fin.vbi limit. ad.l.in hac
in fi.infra de tritic.vbi expressè dicitur attendi tempus mo-
ræ. respon.tripliciter Aret.hic colum.j.
17 Sed à contraria opinione † quę communis est & verior
non est discedendū, nam prima pars responsionis iuriscon-
sult. hic est de die statuta, sicq; de actu extraiudiciali, & vna
pars.l.per aliam declaratur.l.vtrum supra de peti.hæredi.l.j.
vbi Sozin.not. infra de rebus dubijs, & præcedentia magis
influunt in sequentia quàm è contra.l. quisquis cum not.ibi
per Bart.infra de leg.3.& per Ias.& alios in.l. pacta nouissi-
ma.C. de pac. ergo sequēs pars de petitione loquens etiā de
extraiudiciali debet intelligi. Secundò fortissimum est fun-
18 damentum Sozin. Iaso. & aliorum, † quòd licet in materia
odiosa & vbi ex petitione ad pœnam vel interesse obligari

quis debet, verbũ petere strictè accipiatur. pro litiscontesta.
quum anteà nõ dicatur quis petere sed velle petere. d. l. am-
plius non peti tamen in alia materia, & quando ad eum cui
acquiri debet ex petitione refertur, accipitur largius etiam
pro extraiudiciali petitione, & interpellatione. d. l. si decem
ita communiter concludunt doct. vt per Bart. Ang. & Pau.
de Castr. in. d. l. amplius & Imo. & Ias. in. d. l. si decem quum
ergo in. l. nostra verbum petitũ ad eum referatur cui acqui-
ri debebat, dicendum est verificari in petitione extraiudi-
ciali ac interpellatione. Nec tollitur istud fundamentum ex
impugnatione Decij quòd loquatur in dispositione homi-
nis quæ efficacior videtur, ideò ex simplici extraiudiciali
interpellatione stipulatio cõmittitur, sed in casu nostro agi-
tur de æstimatione & interesse quãti plurimi, quod venit ex
dispositione. l. cũ qua mitius agitur quàm cũ homine, ideò
exigitur litiscont. vt per eum. Moder. repetens hic. x. col.
Decij considerationem minimè tutam dicũt. ob text. in. §.
cum per venditorem. l. si sterilis infra de actio. empt. qui
loquitur de huiuscemodi interesse quãti plurimi, quod ex. l.
dispositione debetur, & tamen per solam interpellationem
debitor in mora constituitur. sed Dec. huic motiuo respon.
quòd procedit in contractibus bonę fidei, non in stricti iu-
ris, prout est mutuum. sed ratio ibi per iurisconsul. assigna-
ta locũ habet indistinctè in omnibus contractibus tam bo-
19 næ fidei quàm stricti iuris, † Ideò aduerte quicquid dicant
Dec. & præfati Moderni quòd ista æstimatio quanti pluri-
mi, videtur venire potius ex dispositione hominis, quàm le-
gis, quum sit interesse intrinsecũ, siue circa rem in esse pro-
ductum à qualitate & bonitate rei, cuius est æstimatio. d. §.
cum per venditorem, vbi Paul. de Castr. notat. & ego latius
in rubr. C. de senten. quæ pro eod. nihil enim amplius con-
sequor. per dictam æstimationem quàm id quòd ex proui-
sione mea mihi dandũ erat. Quum ergo æstimatio ipsa lo-
co rei succedat. remq́; representet. leg. in re furtiua infra de
condi. fur. cum alijs infra alleg. & subrogatum debeat sape-
re naturam eius in cuius locũ subrogatur. l. si eum. §. qui in-
iuriarum. supra si quis caut. sicuti res debita est ex dispositio
ne hominis, ita dicendum videtur de æstimatione illius lo-
co succedente. Præterea Deci. & sequaces volẽtes quòd ex
quo mitius agitur cum. l. quàm cum homine, in dispositio-
ne legis loquentis de æstimatione quanti plurimi, verbũ pe
tere litiscontest. exigat, vt sic. In dispositione verò hominis
simplex, extraiudicialisq́ue petitio sufficiat, quum fortior sit
& efficatior, videntur dicere contra dictã. l. amplius nõ peti
loquentem in dispositione hominis & tamen requirit litis-
contest. vt verificetur verbum petere, & ex simplici extra-
iudicialiq́; petitione non committatur stipulatio de non pe
tendo, quinimò si teneremus opinionem Dec. Aret. & prę
dictorum quod non à tempore moræ & extraiudicialis in-
terpel. sed à litiscontesta. tantum veniret præstanda prædi-
cta æstimatio quanti plurimi, durius ageretur cum. l. quàm
cum homine, retenta opinione sua, quòd æstimatio quanti
plurimi dicatur venire ex dispositione legis, nã vbi ex pro-
uisione sua homo vinum, exempli gratia, & totum sibi de-
bitum consecuturus est & prouisione leg. data mora. minus
debito consequeretur.
20 Rursum † à veritate alienum est: quòd dispositio homi
nis fortior sit quàm dispositio. l. vt patet ex pluribus per Ias.
accumulatis in. l. nõ impossibile supra de pact. Tertio mo-
ra sua cuique nociua esse debet. c. mora. de regul. iur. in sex-
to. l. in condemnatione. §. vnicuique infra de reg. iur. iustum
ergo & æquum est, quòd post interpellationem extraiudi-
cialem morosus debitor, ad æstimationem quanti plurimi
quæ succedit loco rei teneatur. aliàs ex mora, suoq́; delicto,
posset lucrum facere quod absonum est iuribus præallega-
tis. & l. hominem infra man. & no. Pau. de Castr. in. l. in hac
col. vltim. infra de tritic. Etsi vt inquit Dec. lex ęquitati fa-
uens requireret litiscontesta. ad hoc vt præstaretur æstima-
tio quanti plurimi, & petitio simplex ac extraiudicialis non
sufficeret, parceret delinquenti & iniquitatem foueret, con
tra debitum petentem, quod dicendum nõ est. Quartò &
vltimò si obseruaretur tempus litiscontest. tantùm, seque-
retur æstimationem quanti plurimi nunquam deberi, nec
esse præstandum nisi ad litem partes venissent. quod etiam
est absonum dicere: ideò, &c.
Non obstant modo adducta ad oppos. nam ad primum
& tertium quòd hæc lex intelligi debeat, de petitione iudi-
ciali quę per litisconte. inducitur, vt responsum quæsito con
ueniat & verbis de quibus in interrogatione respond. clarè
21 Sozi. Iaso. & Curt. quod congruit optimè † quum enim de
temporibus non petitis inclusiuè respondeat, de petitis ex-
clusiuè intelligitur respõdere, vt statim dicetur, nec est ab-
sonum, imò benignitate plenũ responsum esse quæsito re-
fertius & plenius. l. vt responsum. C. de transa. l. precibus. C.
de impuber. & alijs substitu. Præterea non videtur verum,
quòd in hac. l. quæsitum sit de petitione quæ per litisconte.
inducitur. & quòd propterea responsum de petitione intel-
ligendum sit de ea petitione quæ per litiscontest. inducitur.
Interrogatio enim & quæsitum est, vt verba. l. sonant. non
de petitione simpliciter, vt scribentes intellexere, sed de li-
tiscontest. nominatim & expressè, vt ibi vel lis contestata
fuisset, quæ litiscontestatio, vt dixi à simplici petitione dif-
fert. quum ergo de temporibus in quæsito expressis speci-
ficè Iul. non respondeat. sed per inclusionem aliorum tem-
porum implicitè, exclusiuè ergo. l. cum pretor supra de iud.
& c. nonne de præsumpt. responsio satis dicitur interroga-
tioni congruere. quòd in casu istius. l. æstimatio quanti plu-
rimi non fiat iuxta tempora de quibus in quæsito, videlicet
contractus iudicij cœpti vel sententiæ, sed quanti res fuisset
eo die quo ex lege conuentionis dari debuit, & si de die nõ
conuenerit quanti esset tempore petitionis, & sic extraiudi
cialis interpellationis, quasi presupponat iurisconsultus talem
extraiudicialem interpellationem præcessisse quum ex vr-
22 banitate id fieri debeat † l. quidã Iberius supra de ser. vrba.
prædio. ibi cum Iberio loquaris cum not. per Pau. de Castr.
in. l. si reus paratus de procurat. supra imò præsumitur præ-
cessisse. talis amicabilis admonitio & interpellatio, vt con-
cludit Roma. in suis singul. 401. incip. alio sero, arg. text. l. in
fideicom. infra de vsuris. & contra Fely. defendit Dec. in. c.
nouit col. fin. de iudi. Propterea Iulian. se refert ad dictam
petitionem & extraiudicialem interpellationem, si de tem
pore restitutionis mutui nihil conuentum fuerit. Attamen
in hac materia ęstimationis quanti plurimi facienda, respe-
ctu certi & determinati tẽporis requireretur probatio præ-
cisa, ꝙ tali die facta fuerit, aliàs propter certitudinem tem-
poris requisitam non suffragaretur, quod est not. ad limi. eo
rum quæ scribit Dec. loco præallega. dum vult allegantem
talem extraiudicialem interpellationem pręcessisse habere
præsumptionem pro se. Ideò non teneri id probare verùm
in aduersarium transferri onus probandi contrarium. Illud
enim nõ procederet in materia ista propter æstimationem
quanti plurimi pręcisè ad diem allegatę interpellationis re-
Dilatiuum pactum solutionis duas parit exceptiones. 177.

Ius parti ex alia causa vel aliunde competens reseruari debet per iudicem in sententia sua. 178. cum seq.

Pactum nudum purum appositum post stipul. vel conditionalem contractum incontinenti non informat promissum tamen pure debetur tanquam à conditione illicò fuerit recessum. 181 cum seq.

Tex. vers. quam adijcit. l. j. de verb. oblig. declaratur. 181. cum sequenti & 184.

Non entis nullæ sunt qualitates, nullæ causæ. 183.

Informatio à pacto non fit vbi nō reperitur susceptiuum informabile. 185.

Pactum nudum post contractum conditionalem appositum super alio non informat veterem actionem, nec vestitur coherentia primi contractus. 185.

Conditio quando extat retrotrahitur & pactum nudum retro videtur vestitum & actio vestita. 186.

Conditio casualis retrotrahitur, secus in potestatiua, & cur hoc sit. 187.

Pactum nudum incontinenti appositum post contractum conditionalem super alio rei interuentu uestiri potest. 188.

Tex. l. si in venditione ff. de periculo. & commodo rei vend. quomodo intelligatur. 188. cum pluribus seq.

Periculum interitus rei sub condi. vendita ad quem spectet, deficiente vel eueniente conditione. 189. cum seq.

Pactum incontinenti appositū parit act. præscr. verbis etiam quod habita relatione pacti ad contractum non resultet, contractus innominatus. 193.

Pactum ex interuallo appositum post contractum cond. non parit actionem. 194.

Pactum nudum incontinenti appositum iuxta contractum bonæ fidei, vel stricti iuris informat actionem, quæ oritur ex ipso principali contractu, vt competat etiam ad deducta in pacto. & nouam actionem præscriptis uerbis parit plenè. nume. 195.

Ex. l. Lecta.



ECTA est in auditorio, &c. verba sunt nostræ. l. quam inter difficiles difficilimam omnes prædicant. vnde ortum est adagium vetus. l. lecta male intellecta. Quis igitur ex hoc pelago inextricàbiliq; labyrinthu me educet? Quis supra tot scribentium transcendentes intellectus ingeniolum meum eleuabit, atq; extollet? Quis vt inquit Bald. in rep. Patauina. l. edita circa finē pennas columbe mihi dabit & volabo? Ille inquā qui Danielē de lacu leonū liberauit. & qui in fornace ardenti Abdenago & fratres integros cōseruauit ac liberauit. me educet. ille qui Ioānem & Paulū supra coelos traxit vt viderent ac cognoscerent, mortalibus incognita. volantis aquilæ alas mihi dabit. Ille qui est lumen luminum & oculos cecinati aperuit, vt intueretur omnia, qui nihil prius videbat. Ille oculos meos apariat vt videā quæ hactenus forsitan nemo vidit. Illo au spice ac fauēte altas difficultates & enigmata legis tāquam alter Oedipus sphingis interpres enucleabo ac soluā. & legem hanc clarā & facilem me posse vobis reddere spero. sacturumq; confido, prouerbiumq; supra relatum falsum in præsentia esse ostendam, cum lecta bene ac bellisimè in-
1 tellecta, ornataq; cōspicietur. † In l. Pau. iurisconf. celeberrimus lib. j. quæstio. legē hanc scripsit. floruit sub Alexandro Seuero Romanorū Imperatore. cum Modestino. Pompo. Vlpi. alijsq; splendidissimis iurisconsultis paulopost annos ducentos Christianæ salutis. vt ex Lampridio Eusebio Cęsariensi. alijsq; historicis colligitur, Aemil. Pap. pręfect. prætor de quo in principio nostræ legis cum prænominatis discipulus haud indignus vt scribit Lampridius circa finē historiæ ipsius Alexandri principis. de cuius quidem Papi. laudibus. & morte plura scripsi in proœ. florum, & in titulo de origine iuris. Quæstio hic proposita agitata fuit in audito-
2 rio ipsius Pap. Pau. pręceptoris, † quod auditorium pro scholis, locoq; & palatio causarum, & litium. accipitur, pro scholis in. l. vnica. C. de stu. lib. vrb. Romæ lib. 10. in. l. cum in fundo ad fin. ff. de iur. dotium. hinc scholares auditores nuncupantur in. l. titius infra de act. emp. in. §. post hos. le. ij. supra de origine iuris.

Pro palatio & foro litium vbi canes populū deglubunt. in. §. j. l. contra. ff de re iudi. ibi ad maius auditorium & in. c. 2. de cōsue. in sexto. & in. c. Romana de appel. eo. li. & Papi. vtrūq; habuit auditorium. quum etiam præfectus prætorio. vt hac. l. dicitur, esset, & in vtroq; auditorio Paul. noster gloriosè versatus fuerit. in scholis diligens & acutissimi ingenij discipulus, in foro celeberrimus admirabilisq; aduocatus, properterà glos. in verbo auditorio. & latius super ea Alex. vult q̄ hic dicitur ac refertur bifariam posse intelligi, vel q̄ quæstio disputata. fuerit in scholis Papi. Paulo nostræ legis auctore, tunc Papi. discipulo & auditore respondente. & Papi. præceptor. tunc opi. Pauli laudante & approbante vel q̄ præsens quæstio contigerit. & ventilata fuerit. in auditorio causarum ipsius Pap. vbi Pau. iuriscō. tanquam aduocatus vt hic in prima col. Pau. de Cast. inquit. Rei & debitoris partes defendebat & in fauore sui clientis sententiā vt hic dicitur obtinuit & quum hic de iurisdictione agatur attenta materia subiecta, melius quadrat secundū Dec. tribuna. iudicis & locum causarū & litium per auditorium in-
3 telligere. † Quæ ratio me parum moueret quū & in scholis de iurisdictione, & imperio, & quauis materia possint & soleāt huiuscemodi quęstiones quotidie proponi & disputari.

Accedo tamen & ipse prædictæ sententiæ, quam Bar. j. ad fi. cōmenti Pau. de Cast. Are. & alij Mod. tenent. Mouet me in primis tex. hic. verbo auditorio, licet. n. pro scholis positum reperiatur, propriè tamen causarū & iudiciorum est locus iuribus supra allegatis, & ita adhuc in præsentia locus ipse vbi causę audiūtur & ius redditur Taurini auditorium nuncupatur. Secundò verba istius. l. Aemilij Pap. pręf. prætor. magistratus. n. & officij cui causarum audiendarum lo-
4 cus conuenit nomen est. Tertio hic tex. † ibi quamuis sententia diuersa obtinuerit. hoc. n. actibus iudicij propriè adaptatur vbi sententia obtinere dicitur. le. Pompo. in fine vbi sentētia plurium obtinuerit. j. de re. iud. Quartò & vltimo quia verisimilius est Paulum hanc speculatiuam. l. redolentem practicam fecisse quum in foro aduocatus militasset de quæstione Iudicialiter vētilata. & decisa, quam de quęstione in scholis disputata, vbi leges deglutiuntur, quę in palatij digeruntur: ideò & practica vera legum intellectrix. vt scribit Bal. in. c. 1. de feu. sine cau. non amitt.

Si quis tamen gl. Alex. & aliorum opin. sequi vellet eam probare posset primò per tex. l. titius in prin. j. de act. emp. ibi lectum est in auditorio domini Vlpi. responsum vbi est similis sermo prout hic & tamen intelligitur de scholis quū non constet. Vlp. causarum auditorium tunc habuisse. Secundò quia officia prædicta, lecturæ ac iudicaturæ in viro acutissimi, præsertim ingenij, vt Pap. erat. non sunt incompatibilia vt infra dicam, ergo simul stare possunt.

Ad alle. in opp. facile est respon. nam ad duas primas rationes ea prædictis respon. patet, quia auditorium tam pro loco scholarum quàm pro loco causarum & iudiciorū capitur

pitur & ita conuenit vni materiæ. Sicuti alteri: ideò, &c.
Ad tertiam respon. ꝙ sentētia & opinio melius sentiētis
ita potest obtineri & laudari in scholis, vt in palatijs, nec di
citur ꝙ iudicialiter obtēta fuerint, ideò nihil repugnat quin
ita intelligi possit in scholis sicuti in palatio.

Ad quartam & vlt. respon. ꝙ Pau. & socij sui Papi. audi-
tores doctissimi erant & transcendentem intellectum (vt
leges nostræ dictitant) habuerunt. ideò nimirum si hæc &
altiora attingere potuerunt.

5 Ex prædictis infertur ad not. quæstionē, † vtrum doctor
possit habere lecturam cū publico magistratu etiam iuris-
dictionali prout habebat hic Pap. Et duplex stipendium &
quicquid malè distinguendo dicat hic Alex. in. 4. col. à scri-
bentibus reprobatus vt hic per Dec. & alios Mode. Com-
munis doctorum sententia videtur, ꝙ doctor legens non
possit habere separatū officiū, iurisdictionē & administra-
tionem habens annexam, ne dum in vtrunq; festinat neu-
trū bene peragat. l. fi. C. de assessor. l. eis. C. qui milit. non po.
& l. hac parte. C. de proxi. sa. scr. lib. 12. vt per Bar. j. circa fi.
cōmenti Alb. Bal. Are. Dec. & alios Mo. Et ad hūc tex. licet
præfati non respon. Dici potest hoc receptum & admissum
in Papi. doctissimo subtilissimo & viro nunquam satis lau-
dato vt traditur in proœ. ffor um. in. le. cum acutissimi cum
simil. C. de fideicom. nam propter ingenij viuacitatē & do-
ctrinę excellētiam vtrunq; officium bene peragere potuit.
quod in alijs nostri tēporis hominibus secus esset. vel aliter,
ꝙ non apparet Pap. tēporibus quibus tanquā præfect. præ-
tor causas & lites decidebat & terminabat, lecturæ pariter
vacasse tunc exercitio, propterea male hic text. ad dictam
quæstionē inducitur. Sed pro contraria opinione optimè fa
cit, quia huiuscemodi officia cōpatibilia sunt, quum possit
quis vna hora legere, & alia eiusdem diei ius reddere, vt pa-
tet ad sensum: ergo per eandem personā exerceri possunt. j.
de test. l. dominus Labeo vbi in eodem testamento potest
quis fungi duplici officio aduocati, s. & test. ad. idem. l. si con
sul. supra de adop. cum alijs de quibus hic per Dec. col. j. per
Fely. in. c. cum olim. de re iud. per eundem & Dec. extra de
proba. in cap. ex literis charta vlti. vbi dicunt ꝙ quatuor &
quinq; officia cōpatibilia habere quis potest. Et vidi Taur.
præstantissimum dominum Franciscum Bulgarum pri-
mam sedem iuris canon. tenentem, maneq; legentem. Ius
pro Reuerendiss. Archiepiscopo. post eam horam redden-
tem. Cudere tamen monetam minime triuialem, ac currus
& equos faciemq; Deorum aspicere, vt ait Satyricus vix
potest. qui tantū lecturę incumbit. Cantare in cathedra. si-
milia quædam & regulas tritas ex repertorisque collectas
congerere, difficultates autem fugere etiam qui iurisdictio-
6 ni præest poterit. † Et consequenter officium lecturæ de-
siderantis præcipuè quæ scribit digne, & laudabiliter edere
præsumptiuè in compatibile est cum officio habente iuris-
dic. annexam. Querit etiam non impertinenter successiuè
7 hic Dec. † nūquid doctor legens, per statutum aduocare vel
postulare prohibitus, vt magis officio lecturæ vacet & in-
cumbat, possit in camera scribere & cōsulere, & tenet ꝙ sic
secutus Bar. in. l. j. in. §. postulare supra de post. quia per ver-
ba statuti prohibitio limitata videtur in eo. ꝙ coram iudice
cōparet. d. §. postulare & extra eo. tit. de post. ca. 1. & secun-
do. Et quia non tantum à lectura distrahitur qui in camera
scribit. Ideò nnn esse recedendum à verbis statuti.

Sed contra Bar. stare videtur cōmunis scribentiū senten
tia quia siue publicè siue priuatim causas tueatur & visioni
processum vacet, diuertitur à lectura, ergo dispositio statuti
locum habere debet ita post Ang. Rom. & Io. de anna. con
cludit Fely. in rub. de fide instr. col. prima.

Fędere tamen distinctionis concordari possunt opinio-
nes ex mente Pa. de Cast. in. d. §. postulare, quod autē quæ-
rimus doctor legens stante tali statuto possit in casibus ali-
quando occurrentibus consuluere, est dicendum ꝙ sic &
procedere opin. Bart. supra alleg. quia non tantum à lect. di-
strahitur sicuti quando ad palatium allegaturus vel aduo-
caturus, accedit. Et sic cessat ratio prohibitiua statuti vt per
Bar. Pau. & Alex. in apostil. ad Bar. in. d. §. postulare & Dec.
hic, licet de prædictis nnn faciat mentionem.

Aut quærimus an possit allegare in dubijs quotidie oc-
currentibus in causis palatij. Et dicendum ꝙ non, quia di-
straheretur à lectura, & militaret ratio statuti secundū Pau.
8 de Cast. ibi, & ita procedat contraria opinio. † Et casu quo
doctor stipendiatus contrafaceret dispositioni statutariæ,
priuandus esset matricula & stipendio ita Bald. per illū tex.
in. l. placet nostræ ibi breuibus eximetur. C. de epis. & cle.
sequitur hic Dec. in. j. col. & Pau. de Cast. in. d. l. placet.

Quia summariū Bar. cōmuniter reprobatur vt hic per Pu.
9 de Cast. Ias. & alios. † sic paucis verbis iuxta medul. l. sum-
mari potest. Si iuxta stip. de soluendo principali debito in-
tra certum terminū, ac de cētesima vsura persoluenda quo
ad tardius soluta sors fuerit, pactum sit incontinenti appo-
situm, cōtinens prolixiorem terminum soluendi sortem
ante diem prorogatam moram impedit. ac obliga. & cur-
sum vsurarum, quę debebantur ex stipu. propter morā, non
autem post morā, secus si non deberentur propter moram
vt quādo nominatim actum fuisset, vt pecunia suo die non
soluta. ex die interpositæ stipulationis, & sic pro tēpore quo
non fuit in mora præstentur vsuræ. h. d. in summa secūdum
verum intellectum & sensum iuriscon.

10 Diuiditur diuersimodè per Bar. & doc. † Ego quia vt sę-
pe dixi, omnis bona diuisio debet esse bimenbris, vel ad bi
membrem reducibilis. l. j. supra de rerum diuisio. & in rub.
infra de vulg. vbi Ias. & alij tradunt, hanc. l. nostram diuido
in duas partes principales. In prima ponitur facti narratio.
In. 2. decisio, secunda est ibi dicebam. Prima pars principa-
lis subdiuiditur in tres particulas, in prima propositi casus
ponitur proœ. In. 2. narratio casus, duas stipu. & vnum pa-
ctum nudum propter quod tota vertebatur dubitatio cō-
tinentis. In. 3. elicitur quæstio, ac dubitatio, secunda primæ
ibi Iutius tic. 3. ibi quæsitum.

Iterum secunda pars principalis subdiuiditur in quatuor
particulas, in prima ponitur decisio facti ꝓpositi. In. 2. duo
argumenta, quæ contra prædictam decisionem per aduo-
catos aduersæ partis contra Pau. nostrę. l. auctorem fiebant
referūtur. In. 3. Pau. arg. ipsa diluit ac dissoluit. In. 4. & vlt. re-
fert casum quo cōtraria opinio saluari posset. ac procedere.
Secunda secundæ ibi pactum autem. 3. ibi sed quum sortis
4. & vlt. ibi sed si quantitatem.

Et si Odofre. hic quem sequitur Guid. de suzaria arro-
11 ganter nimis, † decisionem nostræ. l. falsam dicant, nec pos-
se substineri per Pulum iurisconsultum si viueret, leuibus
quibusdam rationibus & argumētis quibus respondet hic
Alberi. cum quo transeunt hic Ias. in. 2. col. & Mod. medio.
super verbo exceptionem. tamen subtilis est pulcherrima
ac bonis rationibus fundata. In cuius interpretatione & in-
telligentia. Antiqui & Mod. vt. j. ostendam aberrarunt.

12 Hunc ordinem me obseruaturum polliceor, † in primis
verbositatem Pau. de Cast. & aliorum, paruipendens casum
secundum verū sensum. l. paucis ponam & figurabo. Dein-
de rationem dubitandi & decidendi. tertiò quædam eui-
dentialia ad declarationem. l. & materiæ præmittā. Quarto
literam vt dicimus apostilabo ac exponam in aliquibus lo-
cis vbi magis obscura videtur. Quintò colligam not. po-
stremo deueniam ad expeditionem glo. & dictorum Bart.
& aliorum scribentium. In auditorio Aemilij Papi. præfe.
13 præto. de quæstione infrascripta controuertebatur. Lu. tic.
à Pub. meuio quindecim centum denarium mutuo acce-
perat quos futuris calēdis restituere per stipulationem pro-
miserat, quod si ea die non faceret quo ad tardius sors solu-
luta esset. Centesimam vsuram promisit. i. in denarios cen-
tenos singulos denarios quolibet mense. i. vnum pro cēte-
nario singulis mensibus, sicq; denarios quindecim singulis
mensibus pro illis mille quingentis denarijs mutuo sum-
ptis, deinde pacto nudo incōtinenti apposito inter Lu. tic.
& Pub. meuium conuenit vt ex omni summa suprascripta
trecenti denarij menstrui soluerentur & de vsuris nihil di-
ctum fuit, vt post gl. cōtra Sal. vult. etiam hic Alex. in. j. col.

sicq;

sicq; vbi ex stipu. id est totam summam mille quingentorũ
denariorum mutuo acceptam futuris calendis soluere te-
nebatur hac vltima pactione, ad refundendũ trecẽtum de-
narios menstruos, ex omni summa duntaxat obligabatur.
sicq; spatium quinq; mensium tantum ad soluẽdum totam
14 prædictam summam habebit, † quicquid antiqui & Mod.
de quinquaginta mensibus, vel de duodecim cum dimidio
alterius dicant, vt clarè statim ostendam: Quia numerus di-
ctorum quinq; mensium quibus tota ea summa restituen-
da erat, transierat, nõ satisfacto obligationi prædictæ: quæ-
situm ac dubitatum fuit quomodo & qualiter soluendę es-
sent vsuræ, de sorte enim non erat dubium, an videlicet ex
die interpositę stipul. Et pro tota summa post primum ter-
minũ solutionis lapsum, aut pro parte, & pro qua parte inter.
quæ multum interest. Pau. iurisconf. istius. l. auctor, & Luc.
Titij debitoris aduocatus, quia pacta incõtinenti facta, sti-
pulationi inesse creduntur, in specie facti suprapositia dice-
bat, perinde esse ac si quis certam pecuniam centum puta
singulis mensibus stipulatus, quo ad tardius soluta esset, vel
casum retardatę solutionis vsuras centesimas videlicet, adie-
cisset & si stipulationem illam de sorte vnico termino futu-
rarum calendarum. soluenda per pactum quod loco stipu-
lationis est, propter coherentiam reformari vt Luc. Tic. nõ
vnico termino calendarum, ad solutionẽ totius sortis tenea-
tur, sed solum ad refundendos. 300. denarios. singulis men-
sibus vsq; quo pro toto debito fuerit satisfactum, & actio-
ni ex prima stipulatione oriturę nouam formam in natiui-
tate datam esse. vt intentari solum posit ad. 300. denarios.
15 singulis mensibus † & per consequens in casu illius. l. nõ agi
tur de tollenda actione iam orta. ex stip. prima. Sed de im-
pediendo ne nascatur, nisi sub hac noua forma. id quod ipso
16 iure, & facilius fit, † quàm si ageretur de tollẽdo aliquo iam.
inesse producto, per vulgatam regulam. l. à patre furioso su
pra de his qui sunt sui vel alieni iuris & post Fulg. & Pau. de
Cast. in terminis notat Alex. infra in. 5. colum. per tex. nõ. in
l. rogasti, in. §. si tibi supra eo. vbi idem Alex. Dec. & alij no-
tant, & Aquen. ita etiam interpretans. l. nostram in. l. petens
colum. 7. versic. 2. multum distat. C. de pac. & colligitur etiã
ex Aret. hic in pen. colum. Propterea iurisconf. hic in versic.
igitur inferendo, ad decisionem propositæ quæstionis in-
quit finito primo mense. primæ solutionis trecentorũ de-
nariorum ipsius pensionis vsuras currere mense sequẽti. Et
similiter post secundum mensem illius secũdæ pensionis &
termini, vsuras currere. Et pariter post tertium vsuras illius
tertij termini, & sic de alijs duobus sequentibus terminis &
solutionibus. Et post quintũ mensem currebant vsurę cen
tesimæ pro tota sorte mille quingẽtorum denariorum mu-
tuo acceptorum, non autem currebant dictæ vsuræ pro to-
to debito principali. vno mense. vel altero prędictarũ pen-
sionum, & solutionum finito, iuxta formam ac tenorem se-
cundæ stipulationis, quia quum sors integra ob tertium pa-
ctum, tunc peti non posset. Sed in terminis statutis ad sol-
uendum, per tertium pactũ vsuræ ipsius sortis peti non po-
terãt, ex quo principale ipsum peti nõ posset. Istud est quod
hic subiungit Pau. iuriscon. in versic. nec ante sortis non so-
lutæ. propter reformationem primæ stipulationis per ter-
17 tium pactum factam. † Et consequenter plus operatur hoc
tertium pactum incõtinenti post primã stipulatio. interpo-
situm, quã si ex interuallo, factum fuisset, tunc. n. ad except.
tantum prodesset. Sed quando incontinenti factũ fuit pro-
dest ad impediẽdum actionem oriri ex prima stipulatione,
illamque limitandum cui in natiuitate nouam dat formã, vt
in superioribus diximus, & infra etiã in materia dicemus.

Qui tamen ista causa P. Mutij. ius. partesq; creditoris pa
trocinando defendebant, cõtrariæ inhęrentes opinioni di-
cebant in præscripta quæstione, vsuras deberi ex die inter-
positę stipulationis de eis pro tota sorte soluendis: quemad-
modum si id nominatim expressum in tertio pacto esset. &
18 duabus mouebãtur rationibus. † prima quia tertium pactũ
de solutione sortis tantũ loquebatur non de vsuris, quæ per
se in secundam stipulationem deductę fuerant. ergo quan-
tum ad vsuras, pactum nihil facit. & stipulatio de eis præ-
standis secũdo loco facta in suo robore & firmitate rema-
nere debet exceptionem, quam secũdum vulgatas iuris re-
gulas tantum parit: ergo actionem ex secunda stipulatione
de solutione vsurarum tollere non debet. His rationibus,
cum modestia respondet Pau. iurisconf. in versic. sed quum
sortis. quòd quum petitio sortis per tertium pactum dilata
sit, soluiq; deberet non proximis calendis, sed singulis men
sibus trecenti denarij ea die, de necessitate sequitur vsuras,
pro tota sorte non deberi, sed pro tempore moræ. & quum
debitor nõ sit in mora respectu totius sortis propter dilatio
nem sibi datã, teneri non debet ad vsuras integrę sortis, sed
tantum illius partis & summę. pro qua reperitur in mora. &
per consequens nõ est mirum, si prædictum pactum super
sorte ac principali debito factum ad vsuras extenditur, sicq;
de necessitate in accessorio & consequenti operatur.

Ad secundam rationem, quòd pactum nudum non parit
actionem sed exceptionem respondet Paul. quòd licet id
procederet. vt aduocati diuersæ partis putabant. Cuius ta-
men contrarium verius est. quum incontinenti appositum
esset. prout obtentũ fuit iudice ipso acutissimi ingenij Ae-
milio Pap. præfe. prętor. quia regulariter pacta nuda incon-
tinenti apposita, etiam iuxta contractum stricti iuris, actio-
nem pariunt. quum credantur inesse. siue referendo ad ter-
minos nostræ leg. quòd pactum secundum verum sensum
istius literæ non tantum prodest ad exceptionem, vt illi di-
cebant, sed ad limitandam actionem ex secunda stipulatio-
ne oriendam, propter reformationem, vt diximus factam.
19 & nouam formam natiuitati ipsius actionis datam. † Atta-
men etiam q. procederet. illa eorum erronea opinio. Idem
esset in proposito nostro. vsurarum petitarum. quòd obliga
tio earum ipso iure non committitur, quia quũ veniant pro
pter morã & tutus exceptione in mora non dicatur, de ne-
cessitate sequitur obligationem vsurarum ipso iure nõ com
mitti secundum Pau. iurisconsul. prout etiam prędicta ver-
ba. declarando interpretantur hic Iaso. & Dec. in. 4. & sexta
colum. hæ sunt subtiles & fundamentales ac viuæ rationes
decisionis Pauli in hac. l. relatæ, qui quidem iuriscon. mode-
stiæ inseruiens subiungit posse dari casum quo procederet
20 opinio aduocatorũ contrariæ partis, † quando expressè con
uentum fuisset, vt pecunia suis diebus non soluta. Et sic in
terminis quinque mensium ad soluendum principale debi-
tum competentium, vsuræ ex die interpositæ stipula. Et sic
etiã pro tempore quo debitor non fuit in mora, præstaren-
tur, sicuti in simili videmus, in eo qui stipulatus est fundum,
sub cõditione si nauis puta ex Asia venerit, hoc acto vt im-
pleta conditione, præstentur etiam fructus medio tempore
percepti, quia debebuntur propter expressam stipul. & pro-
missionem. Eodem modo deberentur vsuræ ex stipu. pro-
pter stipulationem etiam pro tempore, quo debitor nõ fuit
in mora. Iste est casus nitidus in hac difficillima lege, quòd
ex infra dicendis clarior in qualibet sui parte reddetur.

21 Rationes dubitandi & decidendi † ex text. & prædictis,
apertè satis colliguntur, assignarique possunt, vt hic etiam
per Iaso. colum. quarta, & Moder.

Modo pro intelligentia leg. nostrę, & infra dicendorum,
22 † quia de materia nummaria tractaturi sumus, vnde & cur
dictus sit nummus, Moneta, & pecunia, & quomodo inter
23 se differant, dixi in. l. singularia supra eo. † Ideò hic præmit-
te primò nummos duos asses & dimidium alterius valuisse,
vnde dictus est etiã sestertius ęris in masculino genere, qua-
si semis tertius, eo quòd contineat in se asses duos & dimi-
diatum tertium. veteris enim consuetudinis fuit, vt semis
24 anteponerent more attico compositione facta, † denarius
quando est adiectiuum, idem significat quòd decennarius
vnde denarię cerimoniæ quibus, sacra adituris decem con-
tinuis diebus, certis rebus carendum erat. Denarius verò,
substantiuũ erat genus monetæ argenteæ à denario nume-
ro dictus qui decẽ asses valebat, hoc est quatuor sestertios.
25 † Qua ratione quaterni sestertij denariũ vnũ æquabant, au
ctor est Festus. As igitur siue assis, ęreus erat, & paruę ęsti-

26 mationis, nummulus, † iuxta illud Catullianum rumoresq;
senum seueriorum omnes vnius ęstimemus asis. nummus
vero seu sestertius qui nunquam ęreus fuit sed argenteus ab
27 initio asses duos & semissem, vt dixi, voluit. † Denarius ar-
genteus erat, & denis asibus valebat. Sestertiũ verò in neu
tro genere mille sestertios seu paruos nummos æquabat. &
de pręd ictis aliquid tangunt hic Moder. Medio. & lib. 3. di-
spun. cap. 1. 2. & 9. & latius Budeus lib. 1. & 2. de asse & par-
tibus asis. vbi plures citat auctoritates. Iuriscon. tamen in. l.
cum quis decedens, in. §. ticia infra de le. 3. non denarios in
28 masculino, sed in neutro genere denaria dicit, † sed Ang. po-
litianus, in epistolis in 132. epistola ad Pandulphum, rudem
appellat eum, qui gręcum ibi interpretatus est, non. n. dena-
ria sed denarios, in masculino genere, dicere inquit debuit
latinè loquẽdo. Ia. fin. l. scire debemus col. pen. infra de verb.
obli. dicit in tex. suo fuisse denarium pro denariorum, sed in
meo. & alijs antiquis est denaria & ita debuit esse in pande-
ctis quas Politia. præ oculis semper ad libitum florentię ha-
bebat, prout in dictis epistolis ipse testatur. & inuenio idem
dici in. l. publia. in. §. j. infra deposi. ibi denaria decem millia,
ideò crederem Politiano in humanioribus literis experto,
& doctissimo nõ rectè nec latinè, denaria dici, nisi forsitan
more prisco, vt apud Plautum in rudente, ibi centum dena-
29 ria philippea. Ad propositum nostrum veniendo, † quum
in sestertio argẽteo mille asses essent. Et sic ducenti. 50. de-
narij verba illa tex. nostri. 15. mutua intelligi debent. Secun
dum Alciatũ in suis interpretationibus, de sestertijs. 15. quę
æquabant. 15. millia asium siue. 3750. Denariorum ad quã
summam persoluendã quum Pub. Meuius. 30. denarios sin
gulis mensibus, ex tertio pacto refundere teneretur nõ. 50.
menses, vt Pau. de Cas. & sequaces intelligũt. sed duodecim
& dies quindecim habebat. Intra quod tempus omnis sum
ma quindecim millium asium, restituta fuisset trecẽtis de-
narijs singulis mensibus refusis. nam trecenti denarij mille
& ducentos asses seu paruos nummos, secũdum ea quæ su-
pra docuimus, valebant, & sic duodecim mensibus, soluen-
di fuissent. 1440. asses restassent sexcenti de summa quinde
cim millium, qui in dimidio alterius mẽsis solui debuissent.
Ita quòd rectè calculando duodecim mensibus cum dimi-
dio alterius omnis summa, restituta fuisset.

Sed secundum intelligẽtiam Pau. de Cast. & aliorum in-
telligentium quindecim millia aureorum, scilicet ad persol-
uendum eam totam summã competebant. 50. menses, sol-
uendo singulis mensibus trecẽtos iuxta formã tertij pacti.
Sed mirum est quantum à scopo aberrauerũt omnes, nam
secundum declarationem Pau. de Cast. & aliorũ intelligen-
tium tex. nostrũ, de tot millibus mutuo acceptis, & de resti
tutione facienda, ad rationem trecentorum singulis mensi-
bus. 50. menses solutioni totius sortis competijssent, vbi pri
mo proximis calendis tota restitui debebat, quod nõ est ve
risimile, tam longam dilationem datam ad soluendum sor-
tem mutuatam, quæ intra vnum mensem solui, primò de-
buisset: Item quia in text. nostro, nec de milliario numero
nec de aureis vlla est mentio. Secundum verò declarationẽ.
Alciati & sequacium, intelligentium de. 15. sestertijs in neu
tro genere. 12. menses, cum dimidio alterius habuisset, Lut.
Tic. debitor, ad restituẽdam totã sortem, mutuo sumptam,
quæ intelligentia nullo modo procedit, neq; illi adhęrendũ
est. Ex pluribus cõfunditur. in primis de. 15. diebus. vel de
dimidio alterius mẽsis, hic verbum nullũ, prout nec de sex-
tertio. tertiò repugnat tex. noster, ibi quia numerus mensiũ
transierat, non dicit & dierum. 15. quartò per ea quæ iurisc.
subiungit, loquendo de numero centenario, & de denarijs
ex omni ea summa, debitis restituendis, per quẽ datur clarè
intelligi mutuũ de quo supra locutus est. fuisse de simili nu-
mero, & de denarijs nõ de sestertijs, intellige ergo hũc tex.
vt ex sequentibus colligi potest. 15. mutuo. 100. denarium,
videlicet, de quo numero centenario mentionem statim fa
cit, & de denarijs restituendis, quos Luc. Tic. 300. videlicet
singulis mẽsibus, refundere promiserat, ex summa accepta,
ita vt verba illa præcedẽtia. 15. mutua congruenter. imò ne
cessario intelligi debeant. 15. s. centũ & de denarijs qui mu-
tuo accepti fuerant, & restituendi erant, quum secundum
vulgatam regulam præcedentia declarentur, per sequentia.
leg. lifer. plurium. §. fin. infra de leg. j. Obligatio igitur mu-
tui de qua hic fuit. 15. centum denariorum, & quum men-
struos. 300. restituere debitor teneretur. constat ipsum Luc.
Tic. debitorem habuisse dilationem quinque mensium
tantummodo, ad restituendum totam summam. iste est
verissimus intellectus leg. nostræ. secundum quem figuraui
supra casum.

30 Secundò quia de vsuris centesimis hæc. l. tractat. † scien-
dum est vsurã dici pecuniam, quæ in fœnore sorti accedit,
dicitur vsura, quoniam ex vsu acquiritur. rei enim ipsius fru
ctus censetur. l. vsuræ infra de vsur. facit. l. vsura cum ibi no.
infra de verb. sign. Centesima vero dicitur non quæ ad ra-
tionem in centum pro centenario pendebatur annis singu
31 lis sorte cum vsuris ęquata. † Nec semisses vsuræ quę ad ra-
tionem. 50. pro centenario soluebantur. vt gl. & doc. nostri,
communiter intellexere, verum centesima quæ præstaba-
tur ad rationem. 12. pro centenario & semisses dimidię cen
tesimę ad rõnem sex pro centenario prout Hermolaus Bar
barus auctore Columella in secundis castigationibus Plinij
docuit. quẽ secuti sunt posteriores, vt latè per Soz. in. l. si hę-
32 res in. §. fin. infra ad. l. falci. † Moder. Mediol. lib. 3. dispun.
cap. 1. & latius Budeum lib. 1. de asse. & partibus asis, vbi
post Hermolaum temerariè & arroganter nimis vt sæpe
aliàs in suis annotatio. seu potius filaterijs in pandectas con-
33 tra doct. inuehitur, qui pręd icta tanto tempore ignorarunt.
† Sed quemadmodum Sozin. & Moder. perusini in. §. fina.
dict. l. si hæres. aiunt, magis damnandi sunt ipsi humanio-
ribus literis ac studijs dediti, qui assiduè versabantur in illis
studijs & ignorarunt veritatem talium vocabulorum apud
bonos auctores, quos ipsi præ manibus semper habebant,
repertam.

34 Ad probandum opinionem pręd ictam † adducunt pre-
nominati loca plurima Columellę Cic. Pli. Liuij & aliorũ.
Sozi. verò in. d. §. fi. allegat tex. in. l. cum quidam, in. §. si de-
bitores infra de vsur. iuncta. l. fin. C. de vsuris pupil. & l. Leo
35 C. de vsuris. Sed melius probatur in. l. nostra † vbi pub. Me-
uius, in denarios cẽtenos singulos denarios quolibet mense
stipulatus est, & sic ad rationem de. 12. pro centenario an-
nuatim, si centesima quæ iure isto licita erat, & à. l. permissa
l. si pro mutua. C. eod. titu. si cer. pet. intelligeretur, i. centum
pro cẽtum, singulo anno hic P. Meuius verisimiliter vsura
12. pro centum, in annum non fuisset cõtentus, quia nemo
pręsumitur iactare suum, vulg. l. quum de in debito, in prin.
infra de proba. quæ etiam probat non esse verisimile, ꝙ pro
vsuris velit quis soluere, tantundem in fine anni, nec leges
tolerassent tantam iniquitatem. Hercu. perusi. in. d. §. fin. l.
si hæres, adhuc tamen opinionem glossatorum & antiquo-
rum defendere nititur, sed nihil boni dicit, nec respondet
36 adductis in oppositum. † Dicta est centesima, quòd cente-
simo mense sortem æquaret, secundum Sozin. & Hercu. in
d. §. fin. Budeum & Alcia. in locis præalleg.

Ego arbitror posse melius dici appellatam fuisse centesi-
mam à nu. centenario, pro quo pendebatur, quia veteres sin
gulis mensibus, in denarios centenos singulos vt dixi stipu-
labantur, vt hac. l. nostra. Et sic centesima, quia pro quoli-
37 bet centenario vnum singulis mensibus pręstabatur † & eo
quòd veteres vsuras, communiter stipularẽtur, non annuas
sed mẽstruas. Id quòd probatur etiam in. l. publia, in. §. j. in-
infra depo. ibi quolibet mense. Et docet enã calendarium,
vocabulum quo iurisconsulti vsi sunt vt in. l. qui filium. infra
de leg. 3. & in. l. eius qui. vbi Dec. & alij notant infra eod. ꝙ
singulis calendis, ponerentur rationes.

Et quum veteres menstruas stipularẽtur vsuras, seu quo-
libet mense, quare Lut. Tic. stipulante. Pub. Meuio in casu. l.
nostræ in dies. 25. singulos denarios in denarios centenos,
promisit, prædicta verba in dies. 25. deceperunt gl. & scrib.
laborantes mirum in modum in com[illegible]
ad quam summã ascenderẽt vsuræ, i[illegible]

in dies. 5.

in dies. 25. singulos denarios in denarios cẽtenos Lut. Tic.
soluere tenebatur, ex quolibet mense supererant dies quin-
que, pro quibus cucurrissent etiam dictæ vsuræ, in dies. 25.
38 promissæ. † Credo tex. nostrũ deprauatum in illis verbis in
dies. 25. & debere esse in dies. 30. quia vt ex prædictis appa-
ret, non in. 25. dies veteres stipulabantur vsuras. Sed men-
struas & sic in dies. 30. qui mensem complent. l. fi. C. de iure
deliberan. l. vbi lex. infra de reg. iur. secundò quia tertiũ pa-
ctum, de quo in versi. conuenit, est de refundendis denarijs
300. menstruis, siue singulis mẽsibus, ex omni summa prę-
dicta cũ vsuris. & nõ fit mentio de diebus. 25. Sed de men-
se, & sic de. 30. diebus, non de. 25. ergo datur intelligi ꝙ pa-
riter oblig. vsurarum præcedẽtis fuit de mense, & sic de. 30.
diebus, non de. 25. Tertiò quia in versi. quæsitũ in dubio ex
proposito themate elicito. fit tamẽ mentio de numero mẽn
sium qui transierat nõ de diebus. Quartò & vltimò quia in
versi. dicebam, quatuor de mense, & vsuris inde debitis. Et
quæ currere incipiunt, post primũ secundũ & tertium mẽn
sem fit mentio, non aũt dicitur post dies. 25. nec fit cõputa-
tio habita consideratione & numero dierum. sed mensium
tantum ex quibus datur aperte intelligi tex. nostrũ in præce
dentibus loqui de mensibus, non de. 25. diebus, & sic in tex.
debere esse in dies. 30. non in dies. 25. & ita candori suo re-
stitue hanc literam & cessabunt multę ambages, Mõder. in
calculãdo tempus prædictorum dierum laborantiũ. Tertiò
39 præmitte pro intelligentia. l. & materię. † ꝙ pactum consi-
deratur dupliciter primo prout inest, secundum quã intelli-
gentiam in omni cõtractu reperitur pactum. l. j. §. supra de
pact. & pactũ comprehendit oẽm contractum gl. singula-
ris in. l. j. in verbo figuris, ad finem infra de actio. & obliga.
quod intellige largè & impropriè, ita Alex. in. l. 5. in prin. in
2. col. infra de verb. obli. per. l. labeo in. §. contractum infra
de verb. sign. sequitur Curt. in rub. C. de pact. col. fi. Aquen.
in. d. l. petens colum. 5. illo eo. titu. & Parp. in rep. l. siquis ma
40 ior, in. 3. not. C. de transac. dicens propterea † quòd in mate
ria odiosa, & pœnali dispositio de pacto loquens, non veri-
ficaretur in contractu; quia licet ad similia fieri possit exten
sio, secus ad impropria Iaso. tamen aliud sentit, in dic. l. 5. in
princ. Ego latius dixi in. d. l. siquis maior. in septima colum.
Secundò cõsideratur pactum, prout est quid principale,
habens nomen specificum, vt etiam declarat Bal. in rub. C.
de pac. & Abb. in. c. 1. col. 2. extra eo. titu. & secundum hunc
sensum accipitur hic, si igitur pactum in genere accipiatur
comprehendit omnem contractum ac etiã stipulationem.
si in specie in conuentione nuda consistit, quæ solo cõsensu
partium nititur & nullo iuris adminiculo fulcitur, vt decla-
rat Bar. in. l. iurisgentium, in. §. igitur nuda. per illum tex. su-
pra de pac. & tradit Lanc. Galliau. in rep. rub. de verb. oblig.
41 in. 10. colum. & ibi Rip. col. 5. † In dubio appellatione pacti
venit nudũ, & de nudo intelligitur, quod propriè habet de-
nominationẽ pacti, non autem de contractu nominato qui
non statu. in nomine generis, sed transit in speciale nomen,
quod non dicitur propriè pactũ. Sed secundũ quid vt supra
dictum est, vt per Rim. & Cur. in dicta rub. C. de pactis col.
vlt. Galliau. & Ripam, in rub. de verb. oblig. loco præall. quę
quidem cõclusio probatur in. l. legem. C. de pactis, & in. d. l.
iurisgentium, in. §. quinimò, ibi ne ex pacto actio nascatur.
Itẽ quia verba potius in specie quàm in genere intelligi de-
bent. l. hoc legatum, cum not. per Bar. infra de leg. 3. Et pro
pterea Galliaula loco supra alleg. post Bal. & Seuer. ait quòd
siue in instrumento, siue alibi fiat mentio de pacto, non in-
telligitur de stipulatione, nec de pollicitatione. Sed de nudo
pacto, nisi de vestimento doceatur, quum vestimentum sit
quid extrinsecum ab eo quę extrinseca non pręsumuntur. l.
quæcunque. §. fin. de publ. l. sciendum. de verb. oblig. & se-
quuntur Moderniores in. l. legem præalleg.
42 Quartò præmitto, † ꝙ ex pacto nudo de iure ciuili non
oritur actio. Sed exceptio tantum. l. legem. C. de pac. & d. l.
iurisgẽtium, in prin. & in. §. igitur nuda cum sequen. de iure
can. secus ca. 1. de pactis secundum cõmunem intellectum.
Sed vis est in ponẽdo exempla pacti nudi ac vestiti, & in
43 assignatione rationis prædictarum cõclusionum. † Alexan.
in. d. §. igitur nuda. & Fely. cap. 1. de pac. plura exempla po-
nunt, de nudo & vestito Ange. in. l. si certis. C. de pact. Ideò
nudum pactum actionem dicit non procedere, quia stat in
puris naturalibus, non corruptis. nulla autem entia ad gene-
rationem apta generant nisi prius corrumpãtur, sicuti in vir
ginie, quæ nõ generat nisi corrumpatur, & sequuntur Mod.
Taur. in præal. l. legem col. 6. Quæ ratio si bona esset conclu
derent etiã in exceptione & naturali obligatione vt nec illas
pactum nudum pareret, cõsequens est falsum, quia nudum
pactum exceptionem parit, ac naturalem oblig. l. iurisgen-
tium in prin. &. §. igitur nuda præalleg. Iaso. in rub. de verb.
obli. col. 2. vbi etiã per alios posteriores, ergo & antecedens.
44 Dicẽdum igitur est, † vt per Fel. post alios in. d. c. 1. col. 3.
Iaso. in. d. §. sed cum nulla. Ioan. Crotum. Galliau. Ripam &
alios Mod. in rub. de verbo. oblig. fol. 1. & 2. Et Fortu. Gar-
ziam, in. d. l. iurisgentium, in. §. prætor ait, col. 8. vbi præalle.
scribẽtes communiter concludunt, ꝙ ius cano. animarum
salutem respicit. c. vt animarum, de cõsti. in. 6. c. fi. de prescr.
ius ciuile bonum publicum & priuatorũ vtilitatem, gl. in. c.
possessor. de regu. iur. in. 6. l. j. §. huius studij supra de iust. &
iure. Ideò quum non esset certũ & indubitatum de volun-
tate promittẽtis, pacto nudo. ius ciuile voluit obligationem
ciuilem inde oriri, neq; agi ex tali pacto posse. ius verò ca-
non. oppos. statuit vti tutiorẽ, pro anima, eam viam eligens.
Sed si ius canon. fouens nudum pactum, super peccato cui-
45 tando, fundatum est & stat alij iuris regu. † quòd vbi agitur
de materia peccati statmus iuri canon. etiam in foro Cæsaris
iuxta glo. d. c. poss. & notata per omnes, in. d. c. fin, de præscr.
ergo etiam in foro Cæsaris ac in terris Imperij hodie nudũ
pactum efficacem oblig. & actionem producet, pro solutio
ne, vide post alios Galliaulam in. d. rubr. de verb. oblig. in. 2.
46 char. † Rursus cur illa naturalis obligatio quæ ex pacto nu-
do oritur, potens nõ sit ad faciendum pactum ipsum custo-
diri declarat Dec. in. l. legem colum. j. C. de pac.
47 Quintò præmitto † ꝙ huiuscemodi pacta, quandoq; ap
ponuntur circa substantialia contractus, aliquã circa natura-
48 lia, nonnunquã circa accidentalia † iuxta declarationem gl.
in. l. pacta conuenta infra de contrah. emp. vt per Lan. Dec.
Aquen. & alios in. l. in bonæfidei in prin. C. de pac. Quę ve-
rò dicantur substantialia, quæ naturalia, & quę accidentalia,
melius declarat Iaso. & alij in. l. cum quid supra eod. Aquen.
in. l. edita col. 3. C. de eden. Curt. in trac. feud. in. 6. principali
quæstione, colu. 5. & Brun. Asten. in trac. de forma char. j. &
Ias. pulchrè in. l. iurisgẽtiũ in. §. quinimò col. j. supra de pac.
49 Sextò pręmittas † pro maximo fundamento totius ma-
teriæ, & intelligentia nostræ. l. quòd pactũ aliquando infor-
mat, quandoq; reformat, nonnunquam transformat. In for
mare est extendere vel ampliare. Reformare renouare, &
sub alia forma ponere. d. l. iurisgentium, in. §. quinimò, cum
sequenti, vbi est de vtroq; tex. transformare est transmuta-
re, & in aliam formã ponere. l. vbi ita donatur infra de do-
na. causa mortis vt hic per Iaso. Dec. & Curt. & per omnes
in dicta. l. in bonæfidei, & in d. l. petens.
50 Est igitur transformatio, † vbi mutata specie, noua for-
ma datur. d. l. vbi ita donatur & l. titius infra de pręscr. verb.
Et appellari potest translatio, seu transfusio, Iuxta. l. j. infra
de noua. &. l. translatio. infra de adim. leg. Reformatio autẽ
renouat, eadem specie remanẽte. d. §. quinimò, alijs de qui
bus per Moder. præalle. in trac. de forma, char. 4. quæst. 10.
51 Et prædicta informatio. † aliquando est de actione, ali-
quando de contractu, vt quãdo actio non est apta informa-
ri tunc informatur contractus, vt subtiliter declarat Bar. in-
fra in vlt. colum. Alex. in. d. §. quinimò, colum. j. omnes scri
bentes in. d. l. in bonæfidei & in dicta. l. petens.
Sed operępretium est cognoscere, vtrũ lex nostra loqua-
tur de informatione, vel de reformatione, per pactũ facta.
Communis doc. sententia est ꝙ loquatur de informatione
vt post alios scribit Dec. infra in. 7. & . 8. colu. Sed verior est
opi. Pau. de Cas. ꝙ imò de reformatione intelligatur, vt per
Aquens. in. d. l. petens colum. 7. & latius infra probabimus.

Abſolutis belliſſimè tribus primis pollicitis deſcẽdamus ad quartum.

In text. ergo ibi lecta eſt, ſimilis eſt loquendi modus in l. titius in principio infra de act. emp. ibi lectum eſt in auditorio domini Vlpia. reſponſum.

In eodem tex. ibi. 15. numerata Pau. de Caſt. intelligit aureorum millia, ad quam ſummam perſoluendam quum trecentos denarios menſtruos ſecundum tenorem tertij pacti debitor ſoluere teneretur. 50. menſes, ad ſoluendum totam ſortem, & principale debitum habuiſſet, ſecundũ Pau. Iaſo. & alios, & Iaſo, in l. ſi ita quis, in. §. Seia. col. 2. infra de verb. oblig. Mod. Med. vt dixi intelligunt. 15. ſeſtertia, vt veteres loquebantur, quemadmodum ex Cic. Pli. & alijs colligitur. quæ quindecim ſeſtertia, valebant & æquabãt, quindecim millia nummorum paruorum, ſiue ſeſtertiorum æreorum; quum ſeſtertium mille aſſes ſeu nummos æreos, valeret, vt ſupra diximus, & ex Pli. colligitur, qui ſcribit Aſinium celerem ſeſtertijs octo mulũ emiſſe, quod pretium fuiſſe octo millium nummum Macrob. tradit. Et ſecundum hanc interpretationẽ ſolutioni totius ſummę, mutuo acceptæ, competijſſet numerus. 12. mẽſium & dierum quindecim, quum trecentum denarij ſingulis menſibus ſoluendi, mille & ducentos nummos æreos valerent. Ita quod in. 12. menſibus ſoluta eſſet oĩs ſumma, demptis ſexcentis nummis, ad quos per ſoluen. cõpetijſſent, poſteà. 15. dies. Sed quemadmodũ in ſuperioribus tetigi ſunt ſomnia vigilantium, Quod enim dicit Pau. de. 15. millibus aureis falſum eſt, quia de millibus nulla in hoc tex. fit mentio, nec veriſimile eſt ꝙ creditor ad reſtituendum ſortem mutuatã debitori, tanti temporis dilationem dediſſet, trãſeundo de extremo ad extremum, de vno menſe intra quem, Secũdum primã ſtipulationem totam ſummam mutuatam ſoluere tenebatur, ad. 50. menſes,
52 † tertio quia apud iuriſc. frequentior eſt mentio argenti quã auri vt patet in l. publ. in. §. j. cũ infinitis ſimilib. ĵ. depoſ. Romæ. n. magis argẽtum q̃ aurum abundabat, hinc Pli. lib. 33. naturalis hiſtoriæ miror inquit, præter alia pop. Ro. victis gentibus in tributo ſemper argentũ imparaſſe non aurũ, ſicut Carthag. cum Annib. victo, argenti pondo, &c. Et rei nummariæ ordinem hunc fuiſſe Romæ, eodem lib. Pli. refert, vt po. Rom. ære graui. i. nũmo rudi & informi vſi ſint, poſteà ære ſignato ſub rege ſexto, deinde argento ſignato. De auro ſignato nihil dicit. Quòd igiť hic ſcripſit Pau. Caſ. de. 15. millibus aureorũ, parum ſapit, quamuis nõ ignorem etiam aurũ apud Rom. poſteà in vſu fuiſſe, & de aureis per iuriſc. factã mentionem, vt in l. nec refert, ibi mille aurei. ĵ. qñ dies le. ced. & in ti. de au. & arg. leg. Quartò & vlt. quia re
53 fragatur tex. in ſeq. de denarijs mutuatis loquẽs † qui argentei erant. d. l. publia in. §. quemadmodũ etiam ex Pli. & alijs habetur. Interpretatio verò Alciati & ſequacium de. 15. ſeſtertijs, ęquantibus ſummã. 15. millium aſſium, vel paruorũ
54 nummorũ, nullatenus tenẽda eſt. † Quia in iure noſtro vix inuenies de prędictis ſeſtertijs factam mentionẽ, pręterquã inſt. de ſuc. lib. in. §. poſteà verò. Secũdo quia lex noſtra loquitur de denarijs mutuatis refundẽdis & reſtituẽdis, qui vt dixi argenti erãt, nõ ęrei. Tertiò quia tex. in ſeq. prout in ſuperioribus demõſtraui in pluribus locis refragatur, ea p p vt etiam. ś. docuimus, exponas. 15. ſ. centũ denariũ pro denariorũ de quibus. ĵ. loquitur iuriſc. ad quã ſummã reſtituendã Lut. Tic. debitor quinq; menſes habuit. quũ. 300. denarios menſtruos, ex omni ſumma, vt dicit tex. refundere teneref.
55 In tex. ibi calendis futuris † de proximis in dubio intelligitur l. eum qui calendis infra de verb. obl. nam ſi de primis non intelligerẽtur, nec de ſecundis, aut tertijs rectè intelligi poſſet, & ſtipul. inutilis redderetur, vt ergo valeat, de primis intelligitur ſecundũ glo. in. d. l. eum qui calendis. & licet non exprimatur verbũ futuris ibi ſicut hic, nihil refert: eſt. n. expreſſio eius quod ineſt, quæ nihil operatur. l. 3. infra de leg. j. aliquando tñ iuriſcõſultus de proximis calendis loquens id exprimit l. ſi quis ita in. §. ſeia. j. de verb. obli. facit regula. §. hoc ſermone. l. boues. de verb. ſigni. limitat etiam prædicta Are. in. §. appellamus inſt. de actio. col. 13. in verſ. ſed dubiũ.

In tex. ibi ea die intellige calendarum de proximo futurarum de quibus dixerat.

In tex. ibi in dies. 25. hoc ſtare non poteſt. Sed in dies. 30. legẽdum eſt, & ſic quolibet menſe, vt ſupra probaui & ceſſant nugæ & multę Mod. Ambages, circa vſurarũ computationem pro dictis diebus. In tex. ibi ex ſumma ſupraſcri-
56 pta quod ſtatim repetitur in verſi. ex omni ſumma; † ne verba ſuperflua ſint, alterum reijciendum videtur. Niſi dicas ꝙ ſunt verba partiũ apposita in pacto inter eas facto, quæ ſimiliter ad cautelam, maioremque declarationem, eorũ quę agebant, plura alia ſuperabundãtia inculcarũt vt dicam in. x. no. & iuriſcon. hic totam ſeriem facti retulit.

In eo. tex. ibi ineſſe credũtur perinde, &c. Et ſic fictè, ſed tex. in. d. l. iuriſg. in. §. quin immo, vtitur verbis veritatẽ exprimẽtibus inſunt, de hoc in no. dicemus, vult autem iuriſc. hic dicere, ꝙ pacta incontinenti apposita iuxta ſtipul. pars
57 ſunt ipſius ſtipulationis, ideò ſubijcit † perinde eſſe ac ſi certam pecuniam ſtipulatus vſuras adieciſſet, pro qua declaratione ſtat Alex. in. d. §. quinimò col. j. & in no. latius dicam.
58 In tex. ibi finito primo menſe, primæ penſionis, † penſio proprie. i. quòd pro conducta re, vel vſu rei datur. l. eden. C. loca. cũ ſimul. hic pro ſolu. ponitur & ſic primæ penſionis. i. primæ ſolutionis, quæ fieri debebat, pendere enim ſoluere eſt ſæpe apud Liu. Saluſtiũ & alios bonos auctores. propterea etiam qui ob delictum pecuniam ſoluit, pęnam pendere dicitur, vt eſt in illo Virgiliano, tũc pendere penas cecropidę iuſsi. De penſionibus verò, in materia beneficiorum, hic nõ tango, habes de his hodie plures tractatus impreſſos.

In eo. tex. ibi finito. i. menſe primę penſionis vſuras cur-
tractus, eodem loco & tempore, ac coram eisdem testibus,
præsumuntur incōtinenti facti, vnuiq; censetur factus con
templatione alterius, sicque censendus erit vnus contractus
si vnum ad aliud referri potest. Aquens. in. d. l. petens. ad fin.
Mod. Tau. hic col. 6. & pulchrè Dec. in consi. 606. colum. 3.
Quādo verò pactū factū fuit in ingressu medio vel egressu
contractus antequā forma contractus fuerit, perfecta verò
inesse dicatur ita procedat. d. §. quinimò, cum ibi notatis, &
illa verba subsecuta sunt posita in dict. §. quinimò, intellige
contractu nondū perfecto, vt ex precedentibus & sequen-
111 tibus colligitur. † Et ad hanc regulam, ꝙ paria reputentur
fieri in ipso actu vel in cōtinenti post etiam in alia materia,
plura accumulant Iaso. hic in. 13. colum. Moder. Tau. 6. Fel.
in. c. excep. colum. 8. in. x. lim. de excep. in. c. de testibus, co-
lum. 2. de test. & in. c. quæ in ecclesiarum colum. 4. de const.
Iaso. in. l. edita colum. 5. C. de edendo, in. §. morte colum. 5.
& in. l. si seruus supra qui satisd. cog. Cor. in consi. 284. & vl-
timo lib. 1. & Dec. in. d. l. in bonæfidei colum. fin.
112 Limitantur prædicta † vt pulchrè per Bald. in. c. cum di-
lectus, de fide instru. quando esset quæstio momenti, quia
tunc quæ incontinenti fiunt non censentur inesse, nec sunt
paria. l. thais in. §. intra. infra de fideicom. lib. sequuntur hic
Iaso. in vlt. col. ac Mod. omnes. Fel. in. d. c. cum dilecta, col. 2.
Dec. in. l. edita colu. 7. C. de edendo ad text. verò. d. §. intra,
adde quæ pulchrè tradunt Pau. de Cas. in consi. 274. videtur
dicendū in antiquis. Iaso. in. l. si insulā in vlt. quæstione. j. de
verb. obli. & in. l. qui Romæ. in. §. flauius col. 6. illo eod. titu.
Ideò hñs facultatē redimendi rem intra certū tempus, annis
puta, transacto illo tpe anni. etiā incontinenti ad redimen-
dū non admittit. l. 2. vbi scripsi. C. de pac. inter emp. & ven.
113 Secundò limita prædictam cōclusionem procedere † in
his quæ pendent à libera volūtate & potestate partium, se-
cus si ex dispositione legis, vnde iudex prolato verbo abso-
lutiuo, vel condemnatiuo per diffinit. sententiam & incon-
tinenti, nō potest emendare, vel corrigere, aut aliud addere,
bene. n. vel malè functus est officio suo. l. iudex posteaquā,
vbi Bart. no. j. de re iud. vt hic etiā per Mod. Et pulchrè per
Mod. fanenses. in tract. de pign. fol. 39. col. 4. & seq. aliter li-
mitantes, sed quod dicunt sub hac comprehendi videtur.
Tertiò limitare poteris, ex dictis per Moder. Astens. in
114 trac. de forma charta. 30. col. 3. versic. & per prædicta † vbi
consuluisse dicunt, ꝙ licet testamenta duorum facta in ea-
dem charta, vnum statim post aliud valeant, vt per Paul. de
Cast. & alios in. l. patris & filij infra de vulga. testamenta. n.
duorum simul & semel. ac inculcatè in eadem charta facta,
non valere propter diuersitatem mētis, & interpositionem
extraneorum actuum, sicq; vnum testamentum post aliud
factum valeret, quando tamen simul facta essent, non sub-
sisterent, paria ergo non sunt in prædicto casu. vnum post
aliud incontinenti fieri ac fieri simul & semel.
115 Quartò limita. in materia testamentaria † vbi facta post
perfectū testamentū nihil valent, nisi repetantur solennia. l.
hæredes palam. §. siquis post. j. de testa. Cur. j. in. 7. col. licet
Aret. de hoc dubitauerit in. l. si ita scriptum col. 6. j. de leg. j.

116 Decimooctauò no. ex tex. ibi † nec ante sortis, & ibi sed
cum sortis, non posse peti accessorium, priusquā principale.
Et ꝙ pactum factum super vna re ad rem aliam illi accesso
riam extenditur, sic etiā testator sortem remittendo, vide-
tur vsuras accessorias remittere. l. Aurelius. §. legatum cum
no. per Bar. infra de lib. leg. vt hic per Alex. Dec. & alios di-
centes sic limitari regulam. l. si vnus. §. ante omnia supra de
pac. de qua materia latius ibi per Ias. sed quia extensio præ-
supponit terminum à quo, & terminum ad quem, & cursus
vsurarum pacto hic prohibitus fuit. Mod. taurin. hic dicunt
non probari no. ex tex. nostro. sed responde ꝙ vsurę primò
erant inesse deductæ per stipul. secundam pro tota summa.
sed pactum inde factum. super restitutione sortis extendi-
tur ad vsuras promissas, per secundam stip. vt accedant cur-
rant & debeantur, solum prout & quemadmodum soluen-
da est sors, non autem prout anteà cucurrissent.
117 Restringe prædictum not. † vno modo vt hic per Sozi.
& Dec. secundo restringe vt per Roma. in sing. 176. incip.
vltimò quærò, an dilatio. vbi cōcludit quòd si debitori con
cesserim dilationem super sorte, intelligitur etiam concessa
super pignoribus & accessorijs, nisi debitor de fuga suspe-
ctus sit vt ibi per eum.
118 Ex prædicto not. † infertur vtiliter secundum Sozin. hic
quòd statutum super principali extenditur, ad accessoriū de
quo latè scripsi in titulo de regu. iuris.
119 Decimononò not. † ibi quāuis diuersa sñia obtinuerit se
cundum vnam lec. auditoriū pro loco scholarū capiendū ꝙ
quæstionis quæ in scholis disputat. fine debito terminari de
bent prout hic ꝓposita quęstio. sñia Papiniani præceptoris
Pauli iurisc. decisa fuit, tuncq; ex arbore colligitur fructus.
120 Secundò not. est, ex eo. text. † secundum intelligentiam
Bar. & doctorum communiter vt hic per Ias. & Cur. col. 7.
& 3. post Pau. Cas. Alex. & alios ꝙ pactum nudū iuxta con
tractum incontinenti appositū vestitur cohærentia contra-
ctus, ita vt producat actionem. quæ materia traditur in. l. in
bonæfidei & in. l. petens præalle. & infra dicemus quantum
tamen ad hanc. l. sanior est intelligentia quam aliqui ex prę-
dictis approbāt, & Mod. Med. sed antea Aret. hic, col. pen.
pulchrè Aquens. in. d. l. petens colum. 7. & in figuratione ca-
sus secutus sum ꝙ istud pactum proficuum fuerit, non tan-
tum ad exceptionem, vt aduocati partis cōtra quam stabat
Pau. dicebant. sed etiam ad tollendum præcedentem stipul.
ac ad impediendū ortum, ac natiuitatem obligationis, stipu
lationisq; primæ & secundæ, nisi secūdum reformationem
huiusce pacti, hoc est ad trecentos denarios menstruos, &
ad vsuras centesimas illorum. 300.
Et quia sumpta occasione Iaso. præalleg. loco ponit alios
121 casus in quibus nudum pactū, actionem producit. † Idem
latius explicat in. d. l. iurisgentium, in. §. sed cum nulla & Fel.
in cap. 1. de pactis. notādus est diligenter ille casus quòd vbi
proceditur de æquitate, & sola facti veritate inspecta, prout
in multis locis, pactum nudum actionem parit. Quod limi.
122 † nō procedere in fideiussore promittēte pacto nudo, quia
obligatio fideiussoris strictè est intelligenda. Ideò non ligat
nisi interueniente vinculo stipulationis, vt per Iaso. infra in
vlt. colum. & eundem post Aret. in. l. v. in. j. infra de verbo
oblig. & Dec. in consi. 93. Et istud procedit etiam, vbi aliàs
pactum nudum actionem producit, patet quia de iure cano
nico pactum nudum parit actionem secundū communem
opinionem. d. c. 1. & tamen vt dicit ibi Bal. quem doc. com
muniter sequuntur sine stipulatione fideiussor. eo iure non
obligatur. Ex quo probatur quòd etiam vbi pactum nudū
actionem producit, id nō procedit in obligatione fideiusso-
ria quæ est multum stricti iuris, & ita obtinui aliàs in ardua
causa coram senatu Illustrissimi principis mei.
123 Vigesimoprimò no. † ibi nō enim est in mora, non posse
in mora dici legitima exceptione tutum vt hic per Alex. &
modernos, facit tex. not. in. l. sciendum infra de vsur. & in. l.
nulla, cum ibi per me scriptis infra de reg. iur.
124 Vigesimosecundò no. ex versic. fin. † quòd vsuræ deberi
possunt, pro tempore quo debitor non fuit in mora, vt per
Alex.

Alex.veniunt tñ propter contemptum secundũ verum sen
sum tex.quicquid dicant Cur.& Mod.tau.hic prout melius
hũc tex.declarauit Ias.no.8.& Dec.vlt.voluitq; clare Alex.
in vlt. no. dum subijcit q̃ in casu hic in fi. positæ vsuræ ve-
niunt ex stipulatione propter morã. Debebãtur autẽ vsuræ
multifariã vt hic per Saly.ad fi.cõmenti Alex.Dec.& Cur.
in vlt.not. & Ias.in.8. sine mora & contẽptu propter stipu.
debebant quando dedi tibi mutuo cẽtum restituenda pro-
ximis calen.cum vsura centesima puta vt hic per Dec.post
Pau.de Castr. quę quidem vsuræ hodie pœnitus prohibite
sunt etiam in solitis negotiari etiam quod est fortius etiam
si pro interesse fieret promissio illicita esset à principio ta-
xatio quicquid hic dicant Mod.Tau.vt per Bal.& alias in.l.
rogasti in.§.si tibi supra eo. Dec.in consi.111.&.516.cum
alijs quæ adduxi in.l.vnica.C.da sen.quæ pro eo.

125. † Sed cadit hic circa prædictum versi.necessaria dubita-
tio nunquid debitor ad vsuras præteriti tẽporis fuisset obli-
gatus si in casu.illius.l.prorogatus fuisset terminus soluendi
sortem ad tantundem tempus Ias.hic in octauo not.distin-
guens vt per eum.tenet q̃ non & sequitur Cur. sed opposi.
videtur verius licet cessaret mora quia debentur ex stip.pro
pter stipulationem præcedentẽ quæ non censeretur remis-
sa tex. est hic.nonne.n.data longior dilatio quã primo com
peteret ad soluen.sortem, certe sic est. tamen obligatio vsu
rarum non fuit sublata quamuis de hoc parum hodie curan
dum sit quia vt dixi materia est reprobata & reiecta.

126 Vltimo no.† valere arg.de fructibus ad vsuras,ita hic ar-
guit iurifcõsul.vt hic simpliciter colligit Soc.nec mirũ quia
vsurę vicẽ fructuũ obtinent dicit text. in.l.vsuræ.j.de vsur.
de quo arg.per Mod.perusi.in.l.3.in.§. item si reipu.j. ad.l.
fal.& Bru.alien.in tracta.de arg.fol.31.in quinta lim.

Glo.super verbo numerus quia omnes precedentes sunt
expeditę in superioribus diuiditur in duas partes, put duas
ponit declarationes ad tex.l.nostrę primo ad illa verba nu-
merus mensium transierat secundo ad casum.l. & secunda
est ibi tria ergo.In prima male loquitur, interpretando de
tribus mensibus quibus nonaginta soluere debitor teneba-
tur immo nouem centum quum trecentos denarios men-
struos,refundere teneretur peior est sequens ex positio ver
bi vel omnia. quum tribus illis mensibus omnia seu totam
summam debitam non teneretur soluere, quandoquidem
ex quindecim mutuo acceptis tria singulis mensibus resti-
tuere astringeretur dic ergo tu.numerus mensium transie-
rat,s. quinque quibus summam quindecim centum dena-
riorũ refundere debebat.trecentos videlicet singulis men-
sibus,vt latius figurando casum declarauimus.

In secunda parte glo.habetur quo modo ac ordine facta
fuerint pacta de quibus, in.l. nostra.melius declarate vt fi-
gurando casum dixi. vult hęc gl.in fi.per tertiũ pactum di-
uisionis sortis recessum fuisse à priore obligatione sortis.
127 † Alex.hic in.4.co.post.Pau.de Cast.tenet nõ tolli ipso iure
ex tali pacto stipulationem primam, per reg.l.si vnus in.§.
pact.ne peteret.s.de pac.sed bene ipso iure reformari quia
agitur hic de dando nouam formam actioni in natiuitate
quod facilius fit.l.rogasti.§.si tibi.s.eo. & sequuntur Mod.
Taur.& med.sed Dec.in.6.colu.non acquiescit quia quic-
quid dicant prefati secundum eum post Fulgi. tñ actio ex
prima stipu.in diem nata.l.cedere diem.j.de verb.sign.er-
go de tollenda actione prima agitur.aliter respon. ad hunc
tex.vt per eum.Huic arg.Decij non tñ. mod. tenentes so-
lummodo dari nouam formã in natiuitate actionis. sed si
reformatur renouatur.l. iurisgẽtium.§.adeò.s.de pac. ergo
tollitur prout etiam hic.in.8.col.inquit Curt.Et sic à priori
obligatione sortis vt dixit glo.receditur facit tex.in.l.pacta
conuenta ibi recessum à priore contractu, & nouam emp.
intercessisse videri.j.de contrah. emp. ergo agitur de tol-
128 lenda prima.† Arbitror q̃ prima stip.reformetur ipso iure
per pactũ incontinenti appositum.Et q̃ hic agatur de dan-
da noua forma actioni in natiuitate vt Pau.Alex.Aquen.&
alij.s.allega.volebant.Et quicquid dicant Ful.& Dec. q̃ ex
prima stipulatione ad totam summam non esset nata actio,
iuxta.l.cedere diem. per eos alleg. probo manifestè, nam
istud pactum incontinenti appositum fuit,ergo antequam
contractus pro absoluto esset habitus,vt in nota.dictũ fuit.
si ergo contractus nũdum erat habitus pro perfecto & ab-
soluto,dici non potest q̃ nata fuerit actio ex prima stipula.
129 quæ fuit incontinenti reformata & renouata, † quia ante-
quam partes habeant contractum pro perfecto & absolu-
to ex verbis primò dictis,neutri ius acquiritur, tex.est in.l.
contractus vbi Bart.not.C.de fid.instr. notat Soz. in.l.qui-
bus diebus.in.§.quidam titio. colu.fi.j.de cond.& demon.
Et sic ordo per prius vel posterius considerabilis non est re
spectu contentorum in eadem cautione ac scriptura. vt in
terminis.l.nostræ sed attenditur conclusio.Et consequen-
ter tertium pactum quod hic fuit vltimũ. omnis igitur vis
est in reformatione stipulationis per pactum facta.quæ tan
quam vltima debet attendi,hoc est quod iurisconsul.hic di
cit perinde esse,&c.ac si diceret attendi conuentionem re-
formatam.non primã stip.Glos.in verbo stipulationi diui-
ditur vt hic per Iaso.in quatuor partes super quibus cadunt
plures no.ac difficilimi articuli, necessarijq; tam pro intel-
gentia.l.quam totius materiæ ideo diligenter aduerten.

Ex prima parte ipsius gl.tres colliguntur conclu.secundũ
130 Ias.prima,† q̃ pactum incontinenti appositum iuxta con-
tractum bo.fidei,vel stricti iuris,nouam parit actionẽ. quæ
pręscrip.verbis nuncupatur,quę conclus.secundũ Ias.com-
muniter approbatur.Idẽ ponit & vult Ang.Are. in.§.actio
num autem colu.37.versi.quæro an pactũ instit.de act.pro
qua conclu. facit text. in.l.rebus.C.de rerum permu. in.l.in
bonæfidei & in.l.legem.C.de pac. Contra prædictã concl.
mouet Ias.difficultatem post Raph. Com.cuius resolutio-
nem impugnat hic Dec.aliter respondens vt per eum, sol-
uentem etiam aliã per eũ excitatam, sed prima resol.q̃ pa-
ctum appositum iuxta cõtractum bonefidei assumat illius
131 naturam non subsistit,† quia actio pręscrip.verbis non im
mutat eo casu naturã suam ita glos.not.in.d.§. quinimmò,
melior est ergo secunda vide etiam hic Cur.in.5.col.

Sed contrarium q̃ in terminis.l.nostræ pactũ actionem
non pariat,tenuerunt Rom.& Pau.de Cast.vt hic in.6.col.
refert Alex.quia pactum de soluendis trecentis menstruis
tendebat contra stipu.quæ erat de soluenda tota sorte vni-
co termino proximarum calendarum, & ex eo quod quis
impugnare nititur fructũ vel vtilitatem consequi non de-
bet.c.ex eo.de re iu.in.6.Ergo non videtur q̃ tale pactũ ve
stiri debeat coherentia stipulationis prędictę ad producen.
actionẽ contra eam.Alex.hic in.6.col.respon.q̃ talis actio-
nis natiuitas non est reo præiudicialis,vt per eum.sed nõne
est reo præiudiciale,q̃ aduersarius eius pro eodem contra-
ctu plures actiones habeat.Certe sic.vt per Alex.met.in.d.
l.in bonæfidei col.fi.item non respon.ad rationem.c. ex eo
q̃ robur & firmitatem non recipiat quis ex actu impugna-
132 to.† pręterea quando pactum idẽ continet q̃ stip. non ve-
stitur coherentia stipulationis, quia esset superfluum.l.qui
bis idem.j.de verb.oblig.vt.s.per Bar.in.2.col.Pau.Cast.1.
& Are.3.Aquens.in.d.l.petens col.2.& 7.Ange.Aret.loco
præalle.Mod.taur.col.antepen.& med.super glos.inesse in
quibus locis communiter præalleg.scribentes concludunt,
q̃ in terminis.le.nostræ pactum illud actionem non pare-
ret.sed except.& limitet actionem ex prima stipul. orien-
dam,seu det illi nouam formã secundum tenorem pactio-
133 nis.† Generaliter verò loquendo vera est conclusio,q̃ pa-
ctũ incontinenti appositũ nouam parit actionem præscrip.
verbis,quia vt hic in versi.dicebam inquit iuriscõ.censetur
inesse,sicq; est pars contractus.l.fundi partẽ.j.de contrahẽ.
empt.nimirum ergo si ad id quod deuenit in pacto ex ipso
pacto tanquã ex parte cõtractus nascitur actio pręsc.verbis
informata immediatè ex parte.Et mediate ex ipso contra-
ctu.d.l.fũdi & declarat notãter.Soz.in.d.l.in bo.fidei col.vl.
134 Secunda concl.† pactum incontinenti appositum iuxta
contractum bonęfidei vel stricti iuris, veterem actionem
informat,vt etiam cõpetat ad deducta in pacto vt hic.d.le.
135 petens &.d.§.quinimmo. † Et sic quemadmodum vestis
impletur

impletur ab homine, & saccus informatur à frumento. ita actio impletur & informatur à pacto, vt competat ad contenta in pacto vt per glo. primam in d. §. quinimmo, communiter approbatam. vt hic per Ias. in. 10. col. art. subtilis est & de apicibus iuris, ideò Ias. in l. si ita quis in. §. seia colu. 7. infra de verb. obli. attestantur disputasse publicè art. in ciuitate Alexandriæ & defendisse opin. Ful. ꝙ tale pactum non informet actionem aut contractum stricti iuris.

136 Pro qua opi. plura adduci possunt. † primò actio vel contractus stricti iurris, strictè intelligi debet, quia nõ recipiũt extensionẽ. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. secundo omnia iura quæ de informatione tractant loquũtur de contractibus bo. fidei, patet in d. l. in bonęfidei in. §. quinimmo in. l. fundi partẽ pręal. & in l. ij. C. de pac. inter emp. & vend. tertio quia natura dictionis interdũ de qua in d. §. quinimmo denotat regulam esse in contrariũ. l. interdũ. ff. de cond. indeb. quũ igitur loquatur in contractibus bo. fidei sub regula remanebunt contractus stricti iuris. item quia vnius inclusio alterius est exclusio. l. cum pretor. ff. de iud. c. nonne de præsum. Quartò quũ totiens in. §. quinimmò repetatur verbum bonęfidi censendũ est cum misterio ad actũ fuisse per iura vulg. Et quę qualitas bon. fidei excludere videtur cotractum stricti iuris qui pro contrarijs ponũtur. §. actionum inst. de actio. & istam opi. vt dixi tenuit Ias. post Fulg. & Bessuzium vt ipse refert in d. §. cauit col. 7. & latius Deci. licet de prædictis non facit verbũ in d. l. petens. col. 5. Ad l. nostram respon. secundum præfatos scrib. ꝙ non loquitur de virtute informatiua. sed de reformatiua prout latius. infra demonstrabitur. Ad l. petens ꝙ habet varios intellectus ideò non posse in illa fundamentum fieri. l. in ambiguo vbi Bart. & alijs not. infra de rebus dub.

137 Sed non est à cõmuni opi. recedendum, † quam sequuntur etiam Aquens. in d. l. petens. col. 2. & alij Mod. cõmuniter. Pro qua opi. primo videtur tex. in d. l. petens secundum tertiam lec. commuuiter approbatam in qua quum sit cõmunis fieri potest stabile fundamentum secundum Bart. & alios in d. l. ambiguo alià vix super. l. aliqua fieri posset argu.
138 † ꝙ est absonum dicere. Secundò facit quia licet. le. ista de reformatione loquatur, tñ à fortiori hoc etiam probat esse debere in informatione, quia si pactum incontinenti appositum ad reformandũ potens est. sicq; ad mutãdum cõtractum. seu illius formam, fortius debet esse potens ad informandum. & sic ad extendendum ipsum contractum propter cohærentiam & calorem ipsius contractus proximi. arg. tex. nostri ibi quia quæ incontinenti & tex. in l. etiã. C. de iure dot. vt statim dicam. Tertio stringit ineuitabiliter, quia ratio informationis militans in contractibus bonæ fidei vt informet, quia pactum censetur esse pars contractus. d. §. quinimò. & d. l. fundi partem. & hic in versi. dicebam militat etiã in cõtractibus stricti iuris ꝙ cẽseatur pars contractus propter cohærentiã vt hac. l. ergo militabit pa-
139 riter iuris dispositio per iura vulga facit tex. no. † in l. etiam C. de iu. dot. valde ibi notatus à Bald. ꝙ etiam stipu. quæ est stricti iuris & verba requirit. l. j. ff. de verb. oblig. trahitur ad agu. primæ obligationi factum licet stipul. non fuerit repetita, quia virtus vnionis facit vt id quod nõ fuit verbis stipulationis expressum, nihilominus actione ex stip. peti possit, quod est in stipulatione quæ stricti iuris est mirandum secundum Aret. in l. si in testamento infra de vulga. de quo quidam tex. d. l. etiam. vide etiam Ancha. in consi. 7. ad fin. & Paul. de Cast. in consilio. 8. in antiquis.

140 Non obstant modo, † alleg. ad oppo. nam ad primũ sumptũ ex reg. d. l. quicquid respon. ꝙ non procedit vbi cõstat de mente contrahentiũ ꝙ fiat extensio. vt ibi per Barto. & alios, facit. l. triticũ de verbo. obl. & l. si in venditione cũ gl. pe. supra cõmunia prædiorum cũ pluribus accumulatis per Alex. in consi. 34. ad fi. lib. 2. & Dec. in consi. 251. col. fi. 555 & 697. sed hic saltem tacitè constat ex quo pactum statim & in continenti fuit appositum iuxta cõtractum: ideò, &c.

Ad secundũ responde negando maiorem ꝙ omnia iura de hac materia tractãtia de contractibus bo. fidei loquantur. l. n. nostra & l. petens. loquuntur de contractibus stricti iuris. præterea vt diximus ratio est eadẽ propter cohærentiam, ergo & ius idem. Ad tertium de dictione interdũ responde ꝙ denotat regulã esse in contrariũ quantum ad informã. generaliter & indistinctè contractũ. sed ita demum informat si fuerit appositũ incontinenti prout seipsum declarando iurisconsult. ibi subijcit. Item verba illa vt in bo. fidei judicijs solemus dicere exemplificatiue ponuntur. exempla autẽ regulam non restringunt vulg. l. stipu. ista damni. ff. de dam. infe. Ad. 3. resp. ꝙ licet ille tex. repetat. de cõtractibus bon. fidei. semperq; de similibus loquatur iuxta exemplum positum in prin. §. nõ tamẽ negat neq; excludit quin idem sit in contractibus stricti iuris vt probatur alijs legibus & rationibus vt supra dictum fuit.

Non obstat etiam. §. si stipulanti. le. primæ de verborum oblig. qui videbatur in oppo. vrgere. quin respon. Dec. in dicta. l. petens columna quinta.

141 Et prædicta cõmunis concl. † de informatione actionis quæ fit per pactũ in continenti appositũ, intelligitur quando actio est informabilis, ꝙ si actio informabilis nõ sit tũc informatur & ampliatur, extenditurq; contractus. vt magistraliter & subtiliter declaranit Bart. infra in vlt. col. Et licet disputando oppo. teneri posset, in iudicando & consulendo ab opi. Bar. & cõmuni nõ esset reced. vt per Alex. & Ias. infra in pe. & vlt. col. Alex. in d. §. quinimmò col. j. & Dec. in d. l. petens col. v. vbi etiam alij scribentes.

142 Postremò nõ obstat, † difficultas mota per Pau. de Cast. in d. l. petens per tex. l. scire debemus. quia respon. potest vt hic per Ias. licet Dec. in. vij. col. impugnare nitatur, duobus alijs modis respondens, sed sua prima soln. ꝙ concurrerent duę fictiones contra. l. j. cum ibi not. C. de dotis promis. confunditur per text. d. l. scire debemus qui loquitur per verbũ esse, quod veritatem denotat nõ fictionem vt Dec. ait. si. n. me interroges & dicas, promittis mihi bouẽ, equũ & asinũ, & respondeã promitto, sunt vere plures stipulationes, quia promitto per stip. bouẽ, item promitto equũ. & pariter asinum. Et sic quũ dictę res sint principaliter per se non respectiuè ad aliud nominatæ, sunt verè plures stipulationes secundũ Bar. in d. l. scire in prin. & circa fi. ipsius principij.

Secunda sol. Decij non subsistit quia aliud est informare contractum aliud informare actionem, vt diximus. Et nos loquimur de informatione actionis, veraq; & cõmunis est doc. conclusio, ꝙ pactũ informet actionẽ, qñ est informabilis, non autẽ contractũ vt ipse inquit. Posset q; (quicquid dixerit Dec.) teneri sol. Ias. quæ fuit Bar. in d. l. scire dũ loquitur de appendicijs quã ita cõmuniter tenẽt scri. in d. l. petẽs in. 3. lectu. Et qñq; placuit sol. Curt. in. 5. col. per dictam. l. si duos. ff. de contrah. emp. quam venatus fuit ex allegatis hic per Ias. sed nunc diligentius consideranti non placet, quia vt dixi allegãdo Bart. in d. l. scire, qñ plures res sunt nominatę non respectiuè ad aliud sunt verè plures stipul. & nulla est exorbitantia. Et ad. d. l. si duos respon. vt per Bart.

143 Circa. 3. concl. † ꝙ in terminis. le. nostræ pactum incontinenti appositum iuxta stipu. veterem actionem informet art. dubius est & disputabilis, ac de apicibus iuris, & est propria farrago huiusce. l. concernes eius intellectum, an de virtute informatiua, vel de reformatiua, loquatur. propterea diligenter excutiamus eum.

Glo. hic vt vidistis tenet ꝙ informet, & consequenter. l. hãc de virtute informatiua loqui. Bar. col. 3. Alberi. de Ros. post antiquos Ang. Alex. Areti. Sozi. & Deci. in. 8. col. & sic communiter scribentes vt ipsi attestantur hanc opi. sequuntur. Sed quia scire est rem per causas & rationes cognoscere vt inquit Philos. 3. videamus rationes, & fundamenta.

Pro huiuscemodi sententia, plura adduci possent. sed hęc magis stringere videntur. In primis minus solemne magis solemne tollere non potest. §. posteriore institu. quibus Mod. test. infir. cum plenè ad hoc accumulatis per Iaso. in consi. 8. lib. 3. & 169. lib. 4. Dec. consi. 475. 489. 512. & Mo. Alexandrini in consi. 24. Et generaliter fortiora & potentiora semper prædominantur. l. quæritur. ff. de sta. ho. l. ille à

quo

qno.§.intẽpeſtium.ÿ.de trebell.capit.cum inferior extra de ma.& ob.pactum ergo nudum non tollet ſtip.præcedẽtem ſeu ipſum contractum ſolemnem non poterit reformare nec deſtruerè.ergo vt dicunt doct.informabit.

Secundo ſtringit ratio tex.noſtri in verſi.dicebam, quia pacta quæ incontinenti fiunt ineſſe creduntur.Iuriſconſultus ſe fundat,quia pactum erat incontinenti appoſitum, ergo loquitur de informatione,quia in reformatione non refert incontinẽti an ex interuallo apponatur.d.l.iuriſgentium in.§.adeò.l.ij.infra de reſcind.vend.l.pacta cõuenta in verſ. Paulus notat.ÿ.de contrahen. emptio. Tertiò facit.l.noſtra ibi ineſſe creduntur,ſi.n.de reforma. loqueretur nõ diceret ineſſe,quum & poſteà ac ex interuallo id fiat iuribus præal. & ſic nullatenus ineſſe poſsint.Quartò põderatur hic tex.in verſ.perinde ac ſi per ſingulos menſes,&c.ſtat.n.ſimilitudinariè:ergo verè non reformat. nec eſt hic reformatio. quũ nullum ſimile ſit idem vulga.l.quod nerua.ÿ.depoſ.Quintò approbatur per verba tex.ibi quãuis diuerſa ſententia obtinuerit,intelligendo aduerſatiuè ad pręcedentia, ꝙ non ſolum prodeſſet ad excep.verumetiam ad actionem,quæ oritur ex pacto informatiuo. nõ autem reformatiuo dicto.§. quinimmò &.l.in bon.fidei.

Sextò & vltimò quia iura loquentia de virtute informatiua procedunt vbi augetur vel minuitur ſubſtantia,ſed pactum de quo in.l.noſtra. concernebat dilationem tantum, ergo non loquitur de reformatione.

144 Contrariam tñ. opi.† ꝙ.l.noſtra loquatur de virtute reformatiua,non autem de informatiua tenent Bal. Roman. Fulg.Chriſtoſo.de Caſtil.Pau.de Caſt.Pe.de Beſuz. & Iac. de puteo quos hic in.11.col.refert & ſequitur Iaſo.& idem Iaſ. in vltimis annis quibus legit in præal.§.ſeia catit col.2. &.7.Aquen.in.d.l.petens col.7.Cur.hic & Mod.Tau.col.7. & antep.& Mod.medio.Et ſic plurium auctoritate firmari videtur, ergo magis communis iuxta.l.j.ſupra de offi.quæſtor.ibi & ſanè crebrior apud veteres eſt opinio.aut ſaltem dubium redderur quæ ſit communis. Sed omittamus iſta, & quod magis ſapit veniamus ad rationes & fundamenta, & videamus quæ pars iuſtius induat arma.

Pro hac opi.Pau.& Iaſ.tria argu.adducunt. quia pactum de quo in.leg. noſtra. venit ad deſtructionem ſtipulationis, quum terminus de quo in huiuſcemodi pacto contrarius ſit ſtipulationi,ex eo ergo robur aſſumere poſſe minime cõuenit,vt eam informet,aut ab ea quam deſtruit veſtiri cap. ex eo de re,iu.in ſexto.l.ita tamen.§. qui ſuſpectam infra ad trebel.Secundò quia hic pro reo pactum apponitur ad differendũ ſolu.ſortis mutuo acceptæ,ergo contra ipſum non debet operari effectum, vt faciat contra eum actionem ex informatione oriri arg.l.quod fauore.C.de.ll.&.l.legata inutiliter.ÿ.de adimend.leg. Tertiò quia reſultaret contrarietas ſi actio ex ſtipulatione informaretur, ac extenderetur vt futuris calẽd.tota ſors ſoluatur & ſolum denarij trecenti ex eadem ſortè ſingulis mẽſibus, quæ conditionem implicant de præſenti ſolui & cũ longo interuallo idẽ ſolui, ergo non admitte.l.j.C.de fur.l.vbi repugnantia.ÿ.de reg.iur.

Quartò, quia vt diximus informare eſt extẽdere actionem ex primo contractu. & quod remanet extendi dicitur le.ſed ſi manente,ÿ.de pręca.not.Pau.de Caſt.in conſi.116. in antiquis Fely.in.c.de cauſis col.2,&.3.de offi.deleg. vbi etiam per Dec.col.3.& per eundem Dec. in conſi.497.ſed in caſu.l.noſtræ primus ſtipulationis contractus non remanet firmus, imò minuitur potiuſquam augeatur & extẽdatur,ergo potius erit reformatio quę propriè dicitur quando augetur aut minuitur ſubſtantia præcedentis contractus.d. §.adeò ibi ſi poteſt res tota tolli cur nõ & reformari? & ibi quaſi repetita pactis emptione & ſic potius reformatio videtur quæ dicitur remanente adhuc primo contractu.

245 † Quintò, quia ſtipulatio quæ eſt eneruata per pactum non videtur poſſe in pactũ influere arg. l. ſi quis poſtquam infra de fideiuſſ.vbi obligatio principalis extincta non pręſtat robur fideiuſſorię ſequenti.Item à nõ ente nulla eſt cauſa infra eod.l.ſequenti.

Sextò,ad hoc vt locum habeat vis informatiua requiritur ꝙ in pacto deducat tale quid ex quo reſultet contractus innomitatus habita relatione pacti ad contractum vt in.l. bo.fid.& in.l.petens præal. doct.concludunt ꝙ in caſu.l.noſtræ reſultare non poteſt.neq; conſiderari. ergo non loquitur de pacto informatiuo ſed de reformatiuo.

Septimò probari poteſt per tex.l.j.in verſi. quum adijcit infra de verb.obl. vbi dicitur ꝙ ſi fuerit diuerſitas inter interrogantem & reſpondentem, & ſtipulanti placeat diuerſitas noua ſtip.cauſata videtur,& ſic probat quod per pactum fiat reformatio modo incontinenti fuerit appoſitum

146 † Nec eſt inconueniens ꝙ contractus veſtiat pactum reformatiuum ipſius. text. eſt not. in.l. ſi conuenerit infra de pig.act.ſecundum Aret. & alios hic.

Non obſtant modo pro contraria parte allegata,nam ad primum arg.reſpon.ꝙ quum iſtud pactum incontinenti appoſitum fuerit,& ſicut hic dicitur ineſſe cenſeatur. & pars præcedentis cõtractus.l.fundi partẽ infra de contrah. emp. &.§.quinimmò cum ibi not.per Alex.in.j.colu.non poteſt minus ſolemne dici ſed pariter veſtitum cohærentia ſtipulationis & quũ ſit poſterius attẽditur.d.§.poſteriore. &.l.pa

147 cta nouiſsima.C.de pact.† nimirum igitur ſi pręcedentem contractum reformat ac renouat. Ad.ij.reſpon. vt hic per Iaſ.in.12.col.vel melius vt per Cur.col.6.magnam eſſe differentiam inter contractus qui cõſenſu celebrantur & verborum obligationem, ſeu ſtip. quæ verborum ſolemnitatem requirit.l.j.infra de verb.obl.nam primo caſu ſolo conſenſu & ex interuallo rebus integris fieri poteſt reformatio d.§.adeò,&.l.ij.ÿ. de reſcin.vend.quia à cõtractu in totum ex interuallo abiri poteſt.Cur. ergo etiam ex interuallo reformari non poterit? vt dicit tex.d.§.adeò,ſecundo verò caſu non.d.l.pacta infra de contrah.empt. quia ſi pactum apponeretur ex interuallo,non poſſet in vim nouę ſtipulationis per pactum reformatæ valere, deficientibus extremis ad eſſe ſtipulationis neceſſarijs,interrogatione videlicet & reſpõſione.iſtud eſt quod ſenſit hic iuriſc.in verſi.dicebam ponderando ꝙ pactum incontinenti fuerat appoſitũ iuxta ſtip.& conſequenter dicitur ineſſe ſtipulationi, & perinde eſſe ac ſi per ſingulos menſes quis ſtipulatus fuiſſet trecentos denarios,hoc.n.pacto mediãte,fit reformatio pręcedentis ſtipulationis vt etiam in.d.§.ſeia à principio promiſit ortorum proprietatem quandocunq; tranſlaturam cum pretium omne cum vſuris recepiſſet,tamen conuenit poſt incontinenti, vt intra proximas calend.Apriles totam ſummam mandator numeraret & acciperet ita ꝙ pactum incontinenti appoſitum renouauit ac reformauit ſtipul. quæ primo ſine tempore erat, vt nunc limitata & reformata ſit ad calen.proximas Apriles,& ibi primo conditionalis videbatur ob dictionẽ cum,nunc declaretur vt modalis ſit propter dictionem vt,ſicq; nata ſit actio ex ipſa ſtip. ſic reformata. Ad tertium patet ex prædictis reſpon.quia ineſt reformatiuè, & perinde eſt ac ſi creditor ſtipulatus fuiſſet per ſingulos menſes pecuniam reſtitui, ſicq; reformata cenſetur & renouata ſtipulatio,perinde ac ſi à principio ſecũdum formã pacti facta fuiſſet. ꝙ ſi non cenſeretur ineſſe vt quia ex interuallo fuiſſet appoſitum non reformaret ſtipu.extremis neceſſarijs deficientibus, interrogatione videlicet præcedente, & reſpon.ſtatim ſubſequente, nec ipſum pactum minus ſolemne præcedentem contractum magis ſolemnem & potentiorem vt diximus tullere poſſet.

Ad quartum adductum par Iaſ.ad baliſtam reſpon.nihil facere, vult enim hic iuriſcon.dicere facto huiuſcemodi pacto perinde eſſe ac ſi à principio trecẽtos denarios ſingulis menſibus mihi reſtitui ſtipulatus eſſem, & eſt nota impropriẽtatis & fictionis, quia verè à principio nõ trecentos denarios ſed totam ſummam vnico termino ſolui ſtipulatus fui,ſed propter reformationem hoc contigit,ſicque verè reformat ac renouat obligationem non ſimilitudinariè.Et ob id iuriſcon.dicit perinde eſſe ac ſi,&c.

Ad quintum reſpon.ꝙ licet generaliter loquendo ex pacto incontinenti facto,tãquam ex parte ſtipulationis actio oriatur

oriatur.tamen quantum ad terminos.l.nostræ tale pactum incontinenti factum prodest.non tantum exceptionem vt contra Paulum dicebant aduocati creditoris. verumetiam ad actionem ex stipu.limitandum, scilicet vt solum competat secundum formam pacti. Istud est quod voluit hic dicere iurisc.in versic. sed diuersa sententia obtinuit vt per Aquens.in.d.l.petens.colu.vij.ita etiam voluerunt hic Pau. & Alex.allegantes.§.si tibi.l.rogasti. & secuti sunt moderni omnes vt supra dixi.

148 Ad sextũ & vlt.respon.potest,† ꝙ tempus est pars summę & stipulationis.§.plus autem inst.de actio.&.§.dies.l.j.
supra de eden.secundum Cur.& alios hic:ideo,&c.

Sed replicari potest pro sustẽtatione præcedentis arg.quod magis vrgebat,ꝙ in materia pacti nudi diuersa & opp.sunt non parere act.sed excep.tantũ.d.l. iurisgẽ.in.§.igitur nuda pactio non parit act.sed excep.hic ergo.tex.qui dicit ꝙ diuersa sententia obtinuit quam crederent aduocati partis qui dicebant pactũ nudũ prodesse ad except.tñ intelligi debet de actione quam producit & parit,non autem except.tantum vt illi putabant & sic loquitur de pacto informatiuo.

Et retenta hac opi.glo.Bart.& aliorum quæ communis per scrib.prælle.dicitur.ad alleg.in oppo.resp.potest vt hic per Dec.post Alex.in8 colu.

Ad primum.n.&.ij.arg.respon.ꝙ pactum incontinenti factũ,inesse stipulationi creditur absolutè ac indistinctè, tam pro reo quam pro actore.d.§.adeo idq; probat text.noster in vers.dicebam in sui generalitate,ideò nimirum si contra stipu.primam pactum istud quod loco stipu.est operari potest.§.posteriori &.le.pacta nouissima prælleg.Istud ergo quod pactum iuxta stipulacionem appositum destruat stip. & contra actorem stip.informet, non contingit virtute pacti simpliciter considerati assumentis robur ex stipu. cohęrenti,sed eo ꝙ in fine positum,censeatur vna alia stipulatio derogatoria primæ. & quia factum est incontinenti inesse dicitur,tanquam pars ipsius stipulationis. & consequenter cessant regulæ.c. ex eo vt.l.quod fauore, quia vt dixi istud est propter appositionem pacti incõtinenti facti, quod censetur tanquam stipulatio ac posteriori loco facta.Pręterea si arg.prędictorũ efficax esset, ita militaret deductio in materia reformationis,sicuti in materia informationis,pariter.n. reformare nõ posset,nec renouare præcedentẽ stip. consequens est falsum secundũ præfatos ergo & antecedens.Ad tertiũ de cõtrarietate & repugnantia respõ.pariter Dec.per prædicta,quia deductũ in pacto posteriori attenditur.§.posteriore &.l.pacta nouissima pręal.ita ꝙ nulla cadit repugnãtia & similiter respon. ad quartũ ꝙ primus contractus non tollitur sed modificatur,ideò extẽdi potest per eũ.Ad quintũ ꝙ stip. eneruata à pacto nõ possit in ipsum virtutem influere.respon. potest prout ad præcedens arg.dixit Dec.vel vt respõ.fuit duobus primis motiuis ꝙ quũ fuerit incontinenti appositum sumpsit statim vices & censetur vna alia stip.posterior,propterea nimirum si tantæ potentiæ & virtutis est,& tanquam posterior pręualet priori.Ad.6.respon. ꝙ immo fit ista informatio etiam ꝙ non resultet contractus innominatus,satis enim est ꝙ fuerit incõtinenti appositũ tex.est in sui generalitate in.l.in bo.fidei. & in.l.petẽs.§. quinimmò præal.& in.l.nostra in versi.dicebã quæ ita generaliter dicunt ꝙ pacta incontinẽti apposita veterẽ actionem informant, nec exigunt, ꝙ resultet dictus contractus innominatus quod fecissent verisimiliter si id necessarium esset.Et est communis scrib. opinio contra vltramonta. vt in locis præall.traditur.Et nouissimè per Dec.in.d.le.in bo. fidei col.pen. Ad septimum & vlt.resp.licet Aret.hic in pe. col.dicat fortiter vrgere, ꝙ nihil facit, loquitur.n.quando propter diuersitatem præcedens stipu.nullo modo valebat, & ideò vt actus omni meliori modo quo fieri potest valeat sustinetur vti secunda & noua stipu: ergo alia stipu.contracta vt ibi dicit tex.non autem præcedens reformata de qua agimus. Id quod probat etiam tex.d.le.ij. infra de rescind. vendit.in illis verbis atque ita consistit posterior emptio quasi nulla præcesserit.Et ad prælle.l.si conuenerit respõ.

vt hic per Curt.in sexta columna.

Et licet vtraq; opinio disputando vt ex prædictis appa-
149 ret defendi possit,veritati tamen adhærẽdo,† arbitror non
esse reced.à pręcedenti opi.ꝙ l.ista loquatur de pacto reformante & de virtute reformatiua. non autẽ de informatiua. maximè per duo irrefragabilia argu.3.&.4.loco facta, nec sublata ex respon.'s.datis,quia si cessat cõtrarietas eo ꝙ attendãtur deducta in pacto tanquam posteriori,prima stipu. remaneret inutilis & superflua,quod non est dicen.Itẽ quia vt in quarto arg.dicebatur informare est infarcire, implere & extẽdere.ꝙ non fieret in terminis nostræ.l.nã remanẽte firmo primo contractu,imò nature valdeq; restricto. Nec satisfacit solu.Decij & sequacium ꝙ primus cõtractus non tollatur sed modificetur, ideò extendi possit, quia modificare,& restringere,seu pro parte tollere,deuiat à virtute informatiua accedens reformatiuę ex quo diminuitur de pręcedenti contractu.d.§adeò:igitur,&c.

Nec ob.l.2.C.de pac.inter emp.& vend.&.l.si conuenerit præal.quæ de pacto resolutiuo contractus tractant,& tñ loquuntur de virtute informatiua, patet quia competit ibi duplex actio prima ex contractu.& noua ex pacto,vt est de natura virtutis informatiuæ,licet enim ibi esset pactum resolutiuum contractus,tamen nulla noua forma dabitur contractui,ideò non potest dici reformatio vt hic per Curt.

150 Postremò pro ista opi. † pondero tex.ibi quamuis diuer
sa sententia obtinuerit.scien.est enim diuersum ab aduerso longè differre, aduersa dicuntur apposita & cõtraria quę simul stare non possunt.l.j.C.de fort.l.vbi repugnantia de re. iur. Diuersum verò sic quamuis in modo seu qualitate dispositionis sit diuersitas.l.fin.vbi Rimi.& alij no. C.de edẽ. ca. apostolica de his quæ fiunt à præla. ibi licet sint diuersæ non tamen aduersæ.si loqueretur de informatione dixisset aduersa sententia, quia non tñ except.verumetiam actionem,pactum incontinenti appositũ produxisset, quũ ergo dicat diuersa apparet ꝙ nõ loquitur de productione actionis, & sic de informatione; sed in alijs terminis.i.de reformatione quia limitat vt diximus actionem ex stip.vt competat secundum formam pacti,cogita tamen super hoc vlt. quia ad excitan.ingenia solummodo dictum.

Et consequenter in casu istius.l.P.Meuius creditor,habebat actionem ad trecentos denarios menstruos non ex pacto, nec ex prima stipulatione per se considerata quicquid hic dicant Aret.col.fin.& Cur.6.quia hoc casu pactũ actionem nõ parit neq; ad effectum talem fuit appositum, prima stipu.totam sortem proximis Calend.soluendã,non autem trecentos denarios tantum singulis mensibus refundendos respiciebat,sed agitur ex stip.per pactum reformata,ita bene intelligendo vult iurisconsul.hic & in.§.seia cauit pręal. vt ibi in secunda & septima col.declarat Iason.

151 Circa.2.partem glo.† quando incontinenti quid fieri di-
catur,gl.concludit id dici incõtinenti factũ, quod factũ fuit antequam partes ad extraneos actus diuerterent, pluribus iuribus per ipsam gl.allegatis, quam opi.ꝙ pactum fieri dicatur incontinenti qñ fit in ingressu.vel in ipso cõtractu,seu statim post, antequã partes diuerterent ad extraneos actus, & sic etiam postquã cõtractus absolutus fuit ante tñ quam ad extraneos actus partes diuertant tenuit Bar.& Riminal. in.d.l.in bonæ fidei.Soci.hic in.4.not.& Cur.col.7.Aret. in d.l.si ita scriptum col.fi.Cor.in consi.vlt.vol.j.dicens communem,& Ias.in.d.§.quinimmò col.pen.

Mouentur huic opinioni adhærentes per.le.nostram. & dictum.§.quinimmo ibi pactum incontinenti subsecutum est.& in.l.3.C.de edil.act.& in.le. petens ibi seu post statim secutum est.per quæ iura liquere videtur, ꝙ pactum appositum etiam postquam partes habuerunt contractum pro perfecto & absoluto, vestitur cohærentia contractus, pactum.n.non diceretur subsecutum,si contractus non fuisset absolutus & perfectus, quoniam contractus non censetur factus nisi postquam est habitus pro perfecto.l.contractus. C.de fide instru.& nihil dicitur esse actum,dum aliquid superest agendum,vt diximus.Secundò quia pactum appositum

tum ante contractum. vestitur cohærentia ipsius contra-
ctus.d.l.petens &.l.4. præall. ergo pariter qñ est appositum
incontinenti post, vt contrariorũ eadem sit dispositio.l.2.ꝭ.
de his qui sunt sui vel alie. iur. cũ alijs de quibus per Sozi.&
alios in ru.ꝭ.de acqui. pos. Tertiò quia secundũ terminos le-
gum nostrarũ, pacta dicuntur actionẽ vel contractũ infor-
mare, qñ incontinenti apponuntur iuxta cõtractum, si con-
tractus nudum sit perfectus. non potest dici iuxta contra-
ctum apponi, sed in contractu, sicq; totus vnus contractus
esset ita ꝙ non caderetur informatio vel ex extensio.
152 Quarto & vltimò, † quia actus ita continuati dicuntur
simul facti vt per Bar.in.l.si plures.ꝭ.de iniu.& Soz. in cons.
66.col.fi.lib.1. Dicitur autem cõtractus pro absoluto habi-
153 tus, † qñ est partibus lectus secundũ Aret.in.d.l.in bo.fidei.
in fi.per tex.l.contractus preal.idem tradit Alex.in cõsi.10.
col.fi.vol.1. In vlt. voluntatibus predicta non procederent
vt hic per Cur.col.7.Bart. verò hic in tertia col.in versic.2.
quæro sequitur cõtrariam opi.vltramontanorũ, ꝙ pactum,
ita demum incõtinenti factum dicatur qñ ante absolutio-
nem & perfectionem eius appositũ fuit per.d.l.contractus.
Et propterea si fierẽt mille pacta vnũ post aliud, antequam
contractus fuerit pro absoluto & perfecto habitus, incon-
tinenti fieri dicuntur, quasi iuxta etymologiam vocabuli in
actu simul se tenente, i.in actu dum est in fieri & antequam
sit perfectus Iaso.hic post Bald.colu.13.& Aret.in.d.l.si ita
scriptum col.fin. Et hæc pars communiter à doct.approba
tur vt per Aret.hic in not.& in.d.l.in bo.fidei ad fin.Bulga-
rinum senensem à Cor.relatum in consi.133.lib.1.Alex.&
Aquens.in.d.l.in bo. fid. & in.l.petens ad fi.cum modifica-
tione tñ. vt per eos & Dec.in vlt.col.vt etiam.ꝭ.dicã. idem
tradunt & sequũtur Mod. Taur.in.l.legem.col.2.C.de pac.
qñ.n.contractus esset perfectus & absolutus pactũ nõ pos-
set dare legem contractui, iam absoluto, neque pars ipsius
contractus dici, vt iura preal.exigunt.d.l.cõtractus &.l.per-
fecta.C.de donat.quæ sub modo &.l.fundi partem infra de
contrah.empt. Et si dicatur non posse hoc procedere, quia
l.nostra.l.petens &.§.quinimmo loquentes de pacto incon
tinenti apposito dicunt post cõtractum vel stipulationem,
ergo post perfectum & absolutũ, quia ante contractus non
dicitur. quum nihil actum dicatur, dum aliquid superest ad-
den.l.pe.in.fi.C. ad sylla. Item quia alias pactum vere ines-
set.d.l.contractus, & tamen tex.noster in illis verbis credun
tur inesse perinde, &c.fictionẽ denotat, ergò datur intelligi
ꝙ loquitur qñ post contractũ incontinẽti appositũ fuit sol.
patebit ex dicendis in respon. ad argumẽta cõtrariæ partis.
Non ob. igitur primum fundamentum supra pro parte
contraria factum, quia respon.ꝙ pactum fieri dicitur incon
tinenti post seu subsequi, qñ contractus simpliciter præces-
sit, qui secundum eius naturam & qualitatem perfectus vi-
detur, vt quia esse suum. & formam perfectam habet, sed
quia partes ad extraneos actus non diuerterunt, verum ad
alia pacta descenderunt, attenta earum voluntate, quę ma-
gis inspicitur quàm forma præcedentis cõtractus, pro per-
fecto & absoluto contractus ipse non cẽsetur habitus, ideò
dici potest, pactum contractui legem dare, & esse partem
contractus. Aret.hic in.v.no.Alex.Dec. & alij in.d.l.in bo.
fidei.col.fi.secus si aliũde constaret ꝙ partes voluissent con
tractum pro perfecto & absoluto habere. Ad.2. motiuum
resp.ꝙ arg. procedit vbi in contrarijs eadẽ est ratio secus si
diuersa, vt per Soz.& alios in præalle.rub.de acquir.pos. Sed
in casu nostro diuersa est ratio: ideò &c. quando enim præ-
cedens pactum fuit in stipu.deductum vt in.l.petens secun
dum.ꝙ ibi in prima col. Alexan. declarat, mirum non est si
actionem parit, propter stipu. secus quando subsecutũ fuis-
set, nullaq; stipulatione vallatum.
Ad.3.ꝙ nisi contractus esset perfectus pactum dici non
posset apponi iuxta contractum nec extendere, sed totum
esset vnus contractus. Resp.ꝙ est quo cõtractus habuit esse
& formam, licet non fuerit habitus pro absoluto satis dici
potest pactum apponi iuxta contractũ, & etiam informare
vt dicit text.in.§.quinimmò & in.l.fundi partem quæ iura
expresse volunt ꝙ pactũ in ingressu contractus vel in con-
tractu appositũ & si cõtractus pars sit.informet, tñ pactum
vere diuersum est à contractu, licet fictè pars ipsius cõtra-
ctus censeatur.d.l.fundi vt per Soz.ꝭ.in vlt.col. Inuenio etiã
ꝙ prędicto motiuo Ias.fuit aliter respon.per Aquensem in
d.l.petens col.fi. vbi dicit Ias.decipi quia licet dici possit to-
tum vnus contractus quicquid fit antequam habeatur pro
absoluto, accipiendo contractũ in genere, & prout est facti,
considerando tñ contractũ in specie & prout iuris est con-
tractus est qualificatus per pactũ.d.l.fundi partem. Ad vlt.
resp.ꝙ prædicti contractus dicũtur simul facti propter con
nexionem & continuationẽ actuum.d.l.fundi.& quia om-
nia simul & semel robur sumunt.d.l.contractus, & arg.po-
tius facit pro quam contra si actus dicuntur simul facti, er-
go res intelligi debet quando ante contractũ absolutũ, fuit
154 interpositum pactũ, † sic licet cõtractus lectus fuerit, ex
